Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IST
14498
INVENTARIO N.

BIBLIOTECA GIORGIO DEL VECCHIO
46
B
9
UNIVERSITÀ DI ROMA
ISTITUTO DI FILOSOFIA DEL DIRITTO

Digitized by Google

Digitized by Google

TITULI HONORUM.

AUTORE

Clarisſimo & Eruditisſimo

Antiqvario

JOANNE SELDENO,

Interioris Templi, Armigero.

Juxta Editionem tertiam Londinenſem Anni 1672. cui acceſſiſſe dicuntur Seldeni Emendationes & Additamenta latine vertit notasque addidit

SIMON JOHANNES ARNOLD,

Eccleſiarum Balliviæ Sonnenburgenſis Inſpector.

Cum ſpeciali SERENISS. ELECT. SAX. *Privilegio.*

Boëtius de Conſolatione Philoſoph.

Quos pluribus oſtendat, deſpectiores potius dignitas improbos facit. Verum non impune; Reddunt namque improbi parem dignitatibus vicem, quas ſua contagione commaculant.

FRANCOFURTI,

Impenſis JEREMIÆ SCHREY, & HENRICI JOHANNIS MEYERI HÆRED.

Literis GODERITSCHIANIS, 1696.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO nec non CELSISSIMO

PRINCIPI ac DOMINO,

ALBERTO FRIDERICO,

Marchioni Brandenburgico, Prusſiæ,
Magdeburgi, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, & in Sileſia, Crosnæ

DUCI,

ut &

Burggravio Norimbergenſi, PRINCIPI
Halberſtadii, Mindæ, & Camini, Comiti in Hohenzollern, Marca, & Ravensberg, Domino in Ravenſtein, Lauenburg & Bütow, &c.

Ordinis S. Johannis Melitenſis per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam & Vandaliam

Magiſtro,

Domino meo Clementiſſimo.

Digitized by Google

REVERENDISSIME, CELSISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME.

HOnorum Titulos in *Reverendiſſimæ Celſitudinis Veſtræ* proferre conſpectum ſi vererer, ipſi tamen juberent Tituli. *Antoninus*, Romanorum Imperator, ita in ſemetipſum convertit oculos, & ad ſeipſum ſermonem in libro, quem ſcripſit, ut videatur, non alia magis decere Principem ſpectacula & colloquia, quam quæ intra Majeſtatis limina conſiſtunt. Vaferrimus Apoſtata ac eruditiſſimus Imperator *Julianus* Saturnalia celebraturus, neque malè perditurus otia, quæſivit, quid cura & cogitatione ſua dignum eſſet, Cæſarumque expendit hiſtoriam, in eo tamen reprehendendus, quod Satyram ſcripſerit, dum Panegyricos contexere potuiſſet.

Nec

Digitized by Google

Nec immeritò, nec infeliciter oculos convertet *Reverendiſſima Celſitudo Veſtra* in hos Titulos *Cæſarum*, *Imperatorum*, *Regum*, *Ducum*, *Principum*, *Marchionum*, *Comitum*, aliorum; Intuebitur enim ibidem iſtorum origines, incrementa & continuam ſeriem usque ad hodiernum diem; exhibebitque theatrum hoc refertiſſimum (ſic appellare libet iſtum *Seldeni* librum) plures pares, ſuperiores paucos, inferiores plurimos.

Ea fuit *Stirpis Brandenburgicæ* felix fertilitas, ut vel hoc ſeculo in ſummum excreſcens faſtigium, ingens fuerit Imperii Romano-Germanici fulcrum, ac multorum populorum tutamen. Plurimi in eandem commearunt Tituli, terræ & Provinciæ undique accreverunt, tantum etiam acceſſit exercitus robur, ut ſummæ voluptatis eſſe queat, cernere, quam propè accedat ad ſumma Regiæ Majeſtatis faſtigia, & ſupergrediatur aliorum cacumina Titulorum.

Pauca quidem *Seldenus* meus, Eruditus at Verecundus, de tanto honorum cumulo loquitur; nec inopia mea quicquam addere permiſit; Verum enimverò, cum meum vitæ genus ab his ſtudiis ſit alienum, nec mihi acceſſus patuerit ad Archiva, unde feliciter plurima potuiſſent promi; alii denique integris id perfecerint, aut perfecturi ſint voluminibus, facilem me poſſe conſequi excuſationem, humillimè confido.

Prolixior paulò eſt Auctor meus in tradendis ceremoniis ſacris, quibus *Reges*, *Duces* & *Equites* conſecrati fuêre; At cum tædio eas lectum iri, non opinor. Suſcepit *Reverendiſſima Celſitudo Veſtra* Equitis vel *Militis Johannitici* ordinem, ac prout ingens decus rebus Sacris attulit, ita & profeſſa eſt non alienum â Sacris ſe alere animum.

Omne hominum Robur è Cœlo eſt, iſtique vere in terra ſunt heroës, qui â Supremo Numine fortitudinem adipiſcuntur ſuam. Perverſa fuit Gentilium opinio, quâ ex heroibus ſuis Deos fecerunt, cum ſæpè fuerint homines ſceleſtiſſimi, ac non niſi per ficta Deorum ſtupra, aliaque deteſtanda ambire potuerint divinitatem. Aliam fovent opinionem Chriſtiani Milites: Ipſis enim ſicuti origo vere eſt divina, vel Chriſtiana, ita *Lactantio* Teſte *malorum victrix unica eſt fortitudo*, ac *Deum cum metuunt, non metuunt univerſa alia.*

Atque hæc omnes in *Domo Brandenburgica* formaſſe heroës, nemo eſt, qui neſcit. Ideoque plurimos ejusdem cernimus cultores, quibus tenue viliſſimumque meum adſcribere liceat nomen, atque indefeſſis â Deo contendere precibus, ne unquam *Titulis Domus Brandenburgicæ ampliſſimis deſint heroës, neq; heroibus encomia*, neque *encomiis* omnium titulorum Complementum, *Auguſtiſſima æternitatis corona.*

Sic vovere, inquam, votaque ad Sacros deponere pedes liceat

REVERENDISSIMÆ CELSITUDINIS VESTRÆ

ad pia vota & humillima obſequia devotiſſime addicto

Sonnenburgi d. 24. Auguſti qui S. Bartholomeo, Indorum Apoſtolo, Sacer eſt, Anno 1696.

SIMONI JOHANNI ARNOLDO.

Ad Amicum ſuum Chariſſimum,

EDWARDUM HEYWARD de CARDESTON,

in Norfolk, Armigerum

JOANNES SELDENUS.

VIR DIGNISSIME.

ILle Affectus, qui ante hos ſedecim annos primam editionem *Titulorum Honorum*, Tibi addixit, legitimè prodierat ex ſuaviſſima vitæ Communione atque Studiorum libertate, quibus Tecum tum feliciter fruebar. Excellens etiam Tua conſtantia in Virtute bonisque artibus præter mutuam habitudinem non interruptæ Amicitiæ inter nos, tam fortiter eam poſthac confirmavit, ut licet non eodem jure polleres in hanc ſecund. m editionem, attamen Teſolum, vel tanti pretii Nomen (cujuscunque eſſet ordinis) quæſiviſſem, ſi ullum, quod hic præfigerem. Libri vulgo dedicantur, vel *Informationis* gratia, ut *Ciceronis* Officia ipſius filio, S. *Lucæ* Evangelium *Theophilo* &ſim. vel *Cenſuræ*, num digni ſint luce publica vel non; ut *Auſonius* ad *Pacatum* ait: *Sive legenda ſive tegenda putes*, vel denique *Amoris Honoriſq;* ſolius cauſa. Primum librorum genus privatum eſt ex natura ſua, quanquam poſtmodum ſæpe fiat publicum. Sic etiam ſecundi generis libri

donec

donec judicio ejus, qui Censor constituitur, approbati, offerantur orbis aspectui. Et iste revera est unicus Patronus alterius operis, editionisque, idque vel juxta reciprocum officium *Patroni* & *Clientis* in antiqua Romana republica, vel juxta testimonium quale fuit ibidem mancipii, postquam cognitum esset, utrum meruisset manumissionem, eamque consecutus fuisset. Atque hoc genere dedicationis usi sunt æque in securitatem Autoris, ac defensionem ejusdem ingenii atque eruditionis. Nam *cum omne genus studiorum* (ut ait) *liberius & erectius periculosum servitus fecisset*, sane ista cura etiam frequentior in dedicationibus adhibita fuit. Specialis ejus quoque usus fuit in uno ex primis libris (si non penitus primo) unquam publicatis, uti dicunt, apud *Græcos*. *Anaxagoræ* intelligo librum *de luce & umbra Lunæ*, in quo sine dubio declaravit esse opinionem suam, quod Sol sit instar *ferri vehementissime igniti* vel prout locutus est μιδὲ διάπυρον, qua de causa accusavit eum *Cleo* (in ipsorum *Heliæa* quæ, me judice, fuit publicum judicium publicas cognoscens causas) Blasphemiæ, vel intolerabilis hæresis adversus Athenienſium religiosum cultum suo tempore confictæ. Et quanquam discipulus ejus *Pericles* eum defendit, attamen multatam quinque Talentorum subiit atque exilium. Verum enim vero *Patroni* titulo rude, quam vis solenniter, abutuntur ubi nulla Censura, neque potestas omnino supprimendi, corrigendi vel monendi ei relinquitur, qui ita nuncupatur. Ac si aliquis Libertinus esse queat, antehac in servitute non constitutus! vel teneatur aliquis sic in protectionem suam recipere, quod antehac non cognovit! Verum de tertio genere

nereista ad Te, Suaviſſime Domine. Recte Tu potes æſtimare opus, & judicare tum de ipſo, tum de Autore ejus. Atque iſtis ſolummodo hæc dona ſunt offerenda. *Amorem* & *Honorem* optime teſtaris ſi tribuas quæ optime decent. Quis offerat aurum *Americanis* majoris æſtimantibus ſimilem vel etiam minorem quantitatem vitri vel cupri? Non æque rei ſunt contemtus ac *communis inimicus Ignorantia*, vel quod huic proximè accedit, *Fragmentum Scientiæ*, innixum ſolummodo illiberali exercitio depravatæ rationis, quando facies alicujus elegantis eruditionis enatæ ex liberali diſquiſitione proſtituitur ſub nomine alicujus Magiſtri in alterutro, quæcunque tandem ſana opinio vel additio eum contegat. Meminiſti fabulæ apud *Lucianum* de *Ægyptio* Rege, inter epulas ſplendidiſſimas oſtendente populo ſuo nigrum Camelum Phaleris pretioſiſſimis ornatum, ac gemmis vix in Principum theſauro reperiendis. Verum plebs minime admirans raram novitatem, neque pretioſam Gloriam iſtius Comitem, penitus vel contemſit vel neglexit illam, & ſtupore ſolummodo perculſa inſolitum Beſtiæ colorem intuens ex Theatro fugere maluit. Atque de hoc opere meo (audebo enim dicere ex opulenta & ſelectiſſima Copia, ſcriniisque *Civilis Eruditionis*) quam æſtimationem aliam, niſi ejusmodi, facere queunt, qui vel alieni unt ab omni virili ſcientia, vel; iſtis æquales, deſpiciunt quicquid non cadit in anguſtos carceres Profeſſionis, ad quam alligati ſunt. Verum vere Generoſa anima bene nota libereque utitur robore ſuo, non tantum in prudenti foro & judicio, ejus quod ipſa ſeligit, atque deperit in va-

ſto Scientiarum circulo, verum etiam injuſto æſtimio, quicquid alius ibi ſeligit. Dicitur quod omnes Inſulæ continentesque terræ (quæ revera tantummodo ſunt Inſulæ majores) ita ſitæ ſint, ut nulla ſit ex cujus ripa vel limite non alia detegi queat: Apellant id quidam Invitationem naturæ ad colonias ducendas ex una in aliam. Alii volunt publicum jus commerciorum mutuorum per id indicari. Certe ſingulæ partes bonarum Artium & eruditionis ſic diſpoſitæ ſunt. Et ſicuti omnes diligenter perquirendæ ſunt ut poſſiderentur ab humano genere, ita unaquæque tam arcte reſpicit aliam, ut non ſolummodo ſæpe auxilium nanciſcatur a proxima, verum etiam ab illa extra orb tam ſuam. Neque utilior Lectio in Scholis antiquis fuit illa *Platonicorum* docentium, *ἐν τοῖς μαθήμασι τὸ κοινὸν communem uſum vel mutuum in diſciplinis vel Artibus invicem.* Fateor, Domine, Nobiliſſimas Tuas contemplationes *Naturæ* atque *Matheſis* procul remotas eſſe ab argumento quod offero Tibi. Verum & inter ipſos mutua eſt relatio. Respublicæ ipſæ ſunt a Natura, Supremæ autem ſubordinatæque in ipſis Poteſtates & Honores ab ejus exemplo. Sæpe *degeneratio Poſteritatis* in quædam *Nobilia portenta*, (ut *Valerius* appellat) a *meritis* Parentum ſuorum primo evectorum in Dignitates cito hic in Tuas relabi poteſt *Naturæ* obſervationes. Olim Meritum iſtud (obſervante *Ariſtotele*) primario innitebatur vel Activo & excitato ingenio aliisque ejusdem naturæ, vel gravi & magis ſedato. Nam ad iſta duo & varia negotia ipſis aptata primariæ partes Civilis meriti reduci queunt.

Verum

Verum ait ipſe, ſicuti Plantæ ità & hómines abeunt a prima radice vel ſtipite. Natura ejus retinetur ſæpe in poſteritate tantum aliquandiu, ac deinde ii quorum Anteceſſores Activi fuerunt & excitati ingenii, degenerant (ut virtutes ſæpe ſolent in vitia iſtas fingentia) in Feritatem & Levitatem: cujus exempla præbet ex Poſteritate *Alcibiadis* Seniorisque *Dionyſii*: alterum genus vero in pigritiam & ſtupiditatem, ut deſcendentes ex *Cimone*, *Pericle* & *Socrate*. Ad *Matheſin* etiam: opus Geometricæ *proportionis* inter *Meritum* & *Promotionem* ſcis ſemper repetendum eſſe in diſtributiva Juſticia, creante ejusmodi dignitates & titulos quales hic exhibentur. Sic aliquibus ſtudiorum tuorum partibus poteris aliquando ſatisfacere. Sed ſeria. Prout hic liber a me procedit, ita Tibi eum gratum eſſe noi, v. Ac ſi diu erit ſuperſtes, largam mihi faciet retributionem, transmittendo memoriam Amicitiæ noſtræ ad Poſteritatem.

Ben. JOHNSON Amico ſuo honoratiſſimo

DN. JOANNI SELDENO

Salutem.

CUi ſcribam novi brevitas cui noſtra tenebras
Non pariet, nulla incomptus faſtidia verſus.
Muſa etenim doctis ſine cultu, & vera placebit
Lingua. Quid ex nobis poſcis, Seldene, libelli
Judicium? Neſcis quod pœnam dicimus omnes,
Officium minimè, quando ſententia fertur
In quem: ſæpe etiam fervens dilectio amici,
(Queis amor unus ineſt) cenſuram deſtruit omnem;
Aſt labor hicce Tuus non eſt obnoxius ulli
Judicio tali. Vix pernicioſius unquam
Artibus ingenuis ego quicquam credo repertum
Et libris ſcriptis, præter lædentia ſeſe
Judicia, iſtà etenim, Vitiis carentia non ſunt.
Sunt hominum àffectu nimium corrupta ſecundo;
Laudant in ſcriptis, quod non reperitur in iſtis.
Aſt alienus ab hoc, acturus, crimine, Tecum,
Nec ſolum crimen, verum quoque ſuſpicionem
Effugiam. Quanquam, ceu carmen quodlibet errat;
Sic quoque non minimum fateor, mea Muſa vagata eſt.
Nam memini, me ſæpe Viros nimium celebrâſſe,
Nomina multa ſuper quondam ſua facta locâſſe,
Aſt illud fecì! mecum nunc mente revolvens,
Quod tum deceptus fuerim nunc acrius ipſum
Me aſpicio, ac aliquid ſcribens ſtudioſius ipſe
Scrutari ſoleo, quidnam, quapropter, & ad quem
Scribere ſit cordi, crucior multisque diebus
Quam priùs { à me quis compellat verba ligata / accipiat nonnullus amabile carmen }
Et difficilius multò præconia laudum.

Hi verſus Anglicani, præfixi editioni primæ 1614. ne quid deſit, latine quoque fieri juſſi ſunt.

Atque

Atque ideò Lector certus nunc esse potest, me
Scribere, sensa animi, votumque hoc semper habebo.
Atque adeò objectum maneas mihi, limina qui non
Liquisti patriæ, qui cunctas attamen oras
Percurris, centrumque Tuum non deseris unquam
Complens orbiculum totius cognitionis.
Observâsti homines, præsentia tempora, mores,
Præterita; & quidnam decorem priusaut celebrem quid?
Estne fides verbi vel docta peritia rerum?
Divitiæ num sunt? aliosve docere voluntas?
An labor assiduus res multas accumulandi?
Spargendi flores: non unquam Fabula cordi
Uila Tibi visa est, sed cordi visa vetustas.
A falso verum distinguis, callida nunquam
Te fraus seduxit, nec magnum imposuit unquam
Autoris nomen: patuit Tibi semper enormis
Error, spectasti insanæ deliria sectæ.
Annales multos & chartas purificâsti:
Temporis excursum quam verè rectificâsti?
Mores atque novas methodos subito ante vidisti?
Et liquidos fontes { Patulasque / rectasque } vias reperisti.
Fixus ubi est finis vocum simul atque modorum,
Formarum pariter, Signorum, Judiciorum.
Prisca, Subexamen revocas, quæ tradidit ætas
Rejicis & conjecturas. Ast Historiam Tu
Intexens scriptis, ostendis divitias, quæ
A Te impenduntur libris superantque laborem.
Quis magis est unquam verba opportuna locutus?
Mascula, neglexit vel Sesquipedalia verba?
Sermo tuis rebus, quas tractas, congruit omnis.
Cum cura quæris, prudenter seligis, hinc est
Quod sentis loquerisque recens sed sermo vetustus.

Vincor

Vincor jam vincor! nimium me encomia vexant
Quæ Tibi debentur. Nullus sermone ligato
Te complectetur, nisi Cui jam Musa ligata est.
Es sanè in Scriptis Princeps, illudque docebit
Iste liber, Titulos magnos qui scribit Honorum.
Utere Tu Titulo, Titulos scribens aliorum,
Quos inter splendes nec amici despice vota.
Gratulor ecce gradu proprio quod firmiter instes
Quem Tibi Apollo dedit, quod librum offerre recuses
Illis qui celebri splendent, jam nomine, laudes
Æquas atque pares grates qui solvere prompti,
Majores minime; meritoque volumina dicas
Contubernali docto. Hic præstabit utrumque.
Hic amplectetur magnoque fovebit amore,
Quæ Tu scripsisti: ipse potest rectum quoque ferre
Judicium: scrutatus doctarum abdita rerum
Rettulit inde probam fidamque modestiam amici,
Roburque, à Momo quo Te defendere possit.
O me felicem, cui tantos inter amicos
Vivere nunc licuit! Sunt hi Clarissimus *Heyvvard*
Et *Selden*: Sed quis mihi credet, Nomina tanta
Quæ decimam possent doctam componere Musam.
Ast locus hic nullus, Tempus nec sufficit ullæ
Nec mihi divitiæ laudum; Tandemque modesti
Vos estis, scitis quoque me talem esse. Valete.

PRÆ-

PRÆFATIO SELDENI.



Uædam videntur Tibi, B. L. neceſſario di-cenda de materiis aliisque compoſitionem hujus operis concernentibus. Nam ſub-jecti naturam & Methodum, ipſum libri Principium atque lemmata Capitum utri-usque partis præfixa, ſatis oſtendunt. Ma-teriæ primario deſumtæ ſunt e variis Au-ibus qui de ſingulis Subjecti noſtri partibus ſcripſerunt; hiſtoriis variarum rerumpubl. & ætatum, iſtarumque Con-itutionibus & Conſvetudinibus.

Horum Autorum quidam ſcripſere de Titulis antiqui *nani* Imperii (unde multa nunc in rebuspubl. plurimis de-untur) alii de recentioris vel *Græci*, *Francorum*, & præ-tis *Romano-Germanici* Imperii Elogiis; alii de regnorum *ipolitani*, *Siciliæ* aliarumque partium in *Italia*; multi de ulis in *Gallia*, in *Hiſpania*, & quidam de titulis *Anglicanis* tris atque illis denique *Scotorum*. Nam ſubjectum hoc partes minimæ raro pertractatum fuit his temporibus, iſſimumque viſum eſt cui bonæ horæ impenderentur a nnis Juriſconſultis, atque Theologis aliquando etiam, ut b aliis ſingulariter eminentibus. Ac in remotis illis ſeculis uæ collocamus ſumma decora ingenii atque artium bo-um, illa pars ejus quæ tum fuit primaria, nec non (ſi ex-as Sacra eorum civiliaque officia vel munia, frequenter

etiam

etiam iſti addita) ſolus ſubordinatus titulus Perſonalis dignitatis, i. e. *Gentleman*, *Nobilis* vel Εὐγενὴς juxta literam, Wohlgebhoren *Germanis*, nobis Well-Borne, fuitque tantummodo idem quoad ſubſtantiam cum illo qui habebat *Jus imaginum* in *Roma antiqua*, a multis deſcribitur, illo tempore magnum nomen adeptis. *Ariſtoteles* melioris ſangvinis & progeniei quam multi Philoſophorum, quos novimus, ſcripſit librum περὶ εὐγενείας de *Nobilitate* (quæ tum credebatur eſſe hæreditas inſignis ſtatus atque virtutis derivatæ ab Anteceſſoribus) cujus fragmentum legitur in fine operum ejus. Et quod librum iſtum ſcripſerit probatur ex *Laertio* atque *Athenæo*, quanquam *Plutarchus* in *Ariſtide* ſub extremum dubitet, num ejus ſit qui ſua ætate ipſi adſcribebatur. Et revera exiſtimo, *Plutarchum* intellexiſſe librum illum cujus fragmentum ſupereſt. Verba ejus ſunt: *Demetrius Phalereus*, *Hieronymus Rhodius*, *Ariſtoxenus* & *Ariſtoteles* (εἰ δὲ τὸ περὶ Εὐγενείας Βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θεῖον *Si modo liber de nobilitate inter germanos Ariſtotelis libros recenſendus*) *Myrtho tradunt Ariſtidis ex filia* Θυγατριδῆν Ἀριστείδου *neptem a Socrate illo Sapiente domum acceptam.* Jam in fragmento legitur: οἱ μὲν γὰρ ἐξ ἀγαθῶν γονέων Εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι καθάπερ καὶ Σωκράτης· Διὰ γὰρ τὴν Ἀριστείδου ἀρετὴν καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. *Nam exiſtimant aliqui bene illos genitos vel ex nobile ſangvine procreatos, qui nati ſunt ex claris Parentibus, quomodo Socrates fecit: exiſtimans propter Ariſtidis virtutes ipſius filiam generoſam eſſe.* Hæc puto fuiſſe verba, quæ *Plutarchus* legit in Libro *Ariſtotelis* de *Myrtho*, quamvis verius ipſam dicat Neptem magni *Ariſtidis*.

Dipnoſoph. lib. 13.

Nam

Jam quod *Ariſtidis* Iuſti (qui hic innuitur) filiam *Socrates* uxorem duxerit, temporum harmonia, optimus hiſtoriæ dius lapis non permittit; uti etiam dudum obſervavit *Athe-aus d. l.* Niſi velis interpretari *Ariſtoteli* verba juxta illud torum, deſumptum etiam ſine dubio ex iis qui ipſis fuere ntiquiores. *Liberorum appellatione, nepotes & pronepo-s, cæterique qui ex his diſcendunt continentur.* *Plutarchus* e *Nobilitate* περὶ Εὐγενείας hic allegatur a *Stobæo Serm.* 4. & 86. qui etiam duos habet titulos de *Nobilitate* & *No-le* & fragmenta quædam ejus. Verum plurima in *Stobæo* ditionis primæ) attributa *Plutarcho*, ſunt eadem quæ lar-us leguntur in dicto *Ariſtotelis* fragmento. Varii libri m eodem titulo, *Diogenis Babylonici*, vel quomodo rectius pellatur, *Seleucienſis*, commemorantur pariter ab *Athe-o Dipnoſoph. lib. 4.* ut & unus quem ſcripſit *Metrodorus* teſte *ertio* in *Epicuro*. *Philo* autem Judæus reliquit integrũ Tra-tum περὶ Εὐγενείας libris aliis (exceptis fragmentis de qui-s loquimur) penitus dumdumque deperditis. Et licet iſti ipſerint tanquam Philoſophi, atque multa ſine dubio di-runt de *Naturali* & *Morali nobilitate*, vel de illo quod fuit portionatum ad illam quam his temporibus appella-is *Nobilitatem Chriſtianam*, ſicuti ſummus virtutis apex, paganismo, potuit optimum eſſe religionis exercitium; amen dubitari nequit, pertractaſſe eos etiam *Civilem Notatem*, quæ pars eſt noſtri hic objecti, & ab *Academicis*, *tonicis Peripateticisque* numerabatur inter res *externas* e *bonæ* ſunt: a *Stoicis* inter *indifferentes* tantum. Neque dere queo aliquam deſcriptionem compendioſius ex-

ff. de verb. ſignif. l. 220, 201. 204. & 30.

plicare eorundem de *Nobilitate* conceptum, vel æstimationem ejus in suis civilibus maximis, quam illam quadripartitam istius divisionem in Schola *Platonis*. διαιρεῖται ἡ Εὐγένεια εἰς εἴδη τέτταρα· ἓν μὲν ἐὰν ὦσι οἱ πρόγονοι καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι. Τὸς ἐκ τούτων γεγενημένους, εὐγενεῖς φασὶν εἶναι. Ἄλλο δὲ ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι δεδιχασευκότες καὶ ἄρχοντες γεγενημένοι. Τὸς ἐκ τούτων εὐγενεῖς φασὶν εἶναι. Ἄλλο δὲ, ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι ὀνομαστοὶ ὄι ὀν ἀπὸ στρατηγίας, ἀπὸ στεφανίτων ἀγώνων· Καὶ γὰρ τὸς ἐκ τούτων γεγενημένους εὐγενεῖς προσαγορεύομεν. Ἄλλο εἶδος, ἐὰν ἀυλός τις ἢ γενάδας τὴν ψυχὴν καὶ μεγαλόψυχος, καὶ τοῦτον εὐγενῆ φασίν· Καὶ τῆς γε εὐγενείας αὐτὴ κρατίστη. τῆς ἄρα Εὐγενείας τὸ μὲν ἀπὸ προγόνων ἐπιεικῶν, τὸ δὲ δυνασῶν τὸ δὲ ἐνδόξων, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῦ καλοκαγαθίας. *Nobilitas dividitur in genera quatuor. Unum est eorum qui ex bonis probisque parentibus geniti sunt istos omnes appellant* Εὐγενεῖς *nobiles: alterum est quorum parentes fuere in potestate vel regimine constituti, hos etiam Nobiles appellant. Tertium genus est quorum parentes honore bellico eminuerunt, vel Ludis in quibus coronæ distributæ, etiam ex istis genitos appellamus Nobiles. Quartum denique genus si quis sit animo generoso & magnanimo, talem quoque nobilem dicunt: atque hæc nobilitas est optima, Adeoque nobilitas est vel ex parentum justitia, vel potentia, vel gloria bellica, vel ex hominis ipsius bonitate.* Quæ porro huc faciunt habes sub aliis titulis sparsim in eorundem operibus hodie extantibus. Sed multis deinde seculis ususque ad CCC. ab hinc annos non memini (si excipias Collectores Codicum, qui tamen pertinent ad Constitutiones priorum

tem-

mporum & *Caſſiodori formulas* quæ partem in hiſtoria fa-unt) quenquam ſcripſiſſe librum de Nobilitate vel aliis rtibus præſentis objecti. *Bartolus* magnus ICtus (vivens rca annum Chriſti MCCCXL) ſcripſit quædam de *Armis & obilitate*, quæ ſuperſunt in operibus ejus. Poſt ipſam bene ulti; quidam vero non niſi diu poſt ipſum ſcripſerunt de obilitate aliisque titulis eidem addi ſolitis, tum integros ractatus, iſtum titulum præferentes tum obiter in aliis li-is, quos omnes diligenter hic evolvimus.

Hiſtoriarum nomine comprehendo non ſolum nume-oſam copiam *hiſtoriarum & annalium* variorum Statuum, ætatum, ubi eorundem actiones compinguntur in contiam narrationis ſeriem vel temporis filum, ſed illas etiam ecte complectentes ſpecialia, & aliquando ſub aliis nominius exhibentes exempla docentia quæ facta fuerint in *ere-ione* vel *conceſſione* vel aliter, titulorum hic pertractato-um, ut poſſimus inde extrahere facientia ad deſcriptionem *ormularum & literarum ſtatentium* in *erectionibus*, *donatio-ibusque* nec non *circumſtantiis & natura eſſentiaque* eo-ndem : tales ſunt *Auguſtinus de Paz* de *Domo Britan-ie*, *Andreas du Cheſne* de Domibus *Montmorenciaca*, *aſtillonenſe* &c. *Johannes Schojer* de Domo *Ducum e Croy*, *Franciſcus modius* in ſuis *Pandectis Triumphalibus*, *Bibliario genealogico de los Reyes y titulos de Eſpanna Alphonſi Lopez de Haro* etſimil. *Codex Piarum Donatio-um* atque *Diplomata Belgica Auberti Mirdi Decani Ant-verpienſis* & his plura. Ex his quæ impreſſa ſunt ut-lurimum deſumſi integras *formulas Imperatorum*, Re-

gum, aliorumque diplomata, vel patentes literas, in quibus ipsa essentia titulorum nostrorum subordinatorum consistit. *Exteras* intelligo *Gentes*; quorum Instrumenta vel publica Decreta liberali mensura, quantum hic pertinet, per istos similesque scriptores communicata fuere nobis, qui domi solum viventes, ad illa accedere nequimus. De *formulis* autem & *creationibus* declinante *Imperio*, *Cassiodorus* & *Notitia utriusque Provinciæ* optimam mihi accenderunt lucem. Titulos vero erectos vel donatos ab *Angliæ Hiberniæque* Regibus suppeditarunt abunde Annales & *Rotuli Cancellariæ Anglicanæ* integras *formulas & diplomata* vel literas patentes exhibentes, quanquam & testimonia quædam de *Hibernia* accepi ex Monumentis istius regni. Juxta annales vel diaria & Rotulos Cancellariæ usus sum quoque aliis in *Ærario* asservatis & *Registris* Vicegeneralis Archiepiscopi *Cantuariensis*, quibusdam Episcopi *Wintoniensis*, variis *diplomatibus autographis* cum aliis ejusmodi tum in prosa tum ligata, quæ *historiis* annumerare decet, vel inter partes ejus referre, & necessario evolvere oportet; quanquam alios gerant titulos, ac negligantur nimium ab Annalium historiarumque Compilatoribus ut plurimum quærentibus res non alias nec subsidia, quam quæ facile præbent volumina iisdem titulis insignita.

Constitutiones & *Consuetudines* variarum Rerumpublicarum atque ætatum, i. e. *Leges*, desumsi partim ex *Autorum* ante dictorum *Tractatibus vel historiis*, primario autem ex voluminibus istas in species complexis: videlic. ex *Justiniani Corpore Iuris*, *Theodosii Codice*, & constitutionibus vulgo alter-

erutri horum conjunctis: ex voluminibus *Imperialium ſtitutionum* ſub Imperio *Francorum* ac *Germanorum*; *Codi- Legum antiquarum*, *Bullario* Romano, *Conciliis*, *Ritualibus Ceremonialibus* æque *Orientalis* ac *Occidentalis* Ecclſiæ, nſtitutionibus & Conſuetudinibus Regni *Neapolitani* & *ulii* aliisque quæ ad Respubl. iſtas pertinent, vel illas quæ runt portio Imperii his noviſſimis annis: ex *Partidas* & *opilations*, *Pragmatica* etiam *Caſtiliæ*, Decretis *Portu- liæ*, *Navarræ* &c. *Edictis Decretis* atque *Cuſtumier Gal-* ſtatuti *Scotiæ* & *Hiberniæ* ſtatutis & moribus *Angliæ* præ- deciſiones peculiariter & proprie ad has nationes perti- ntes. Partem etiam rerum iſtarum mecum communica- nt amici nonnulli ſuis locis laudati. Et certe in omni hoc ditionis genere circa res vel perſonas prout faciunt par- n Reipubl. nihil magis prodeſt ad recte formandum ju- ium, quam diligens examen *Conſtitutionum & Conſvetu- um*, iſtarum receptæ interpretationes, ac autoritas in re- blica & ætate, de qua civilis aliqua inſtituitur quæſtio. Sunt n ipſa Cynoſura dirigens in omni judiciali proceſſu, ſin- arisque uſus in omni deliberatione.

Neceſſitas & Excellentia eorundem, in Civili eruditio- nanifeſte comprobatur per Methodum Magno ingenii s que Magiſtro, iſtiusque diſcipulo *Theophraſto* uſurpa- in addiſcendo & docendo quod hac de re ſciverunt. giſter probe conſiderans fruſtra quæri vel præſcribi, ut ecerant ante ipſum, ejusmodi præcepta vel notitias , quæ debeant eſſe poſteris generalis inſtitutio, æque ex rio ingenio quamvis excellentiſſimo, ac e regulis patriæ

ſuæ

ſuæ vel alius cujusque regionis quam optime inſtitutæ & gubernatæ (nam quicquid in una republica poteſt eſſe convenientiſſimum vel æquiſſimum, in alia poteſt eſſe iniquiſſimum ac inconvenientiſſimum; utut ambæ eleganter ſint inſtitutæ atque gubernatæ, obſervarique meretur quod Plato teſte *Laertio:* Πολιτείας μὲν ἅψατο καὶ τοι πολιτικὸς ὢν ἐξ ὧν γέγραφεν, αἴτιον δὲ τὸ ἤδη τὸν δῆμον ἀλλοις πολυτεύμασι ἐνειθισθαι *Rempubl. non attigerit, quamvis etiam Politicus fuerit, ut apparet ex iis quæ ſcripſit: ratio erat, quoniam mores diverſi fuerunt penitus ab ipſius eruditione*) colligit primo principales materias, varias formas, Conſtitutiones, moresque cognitarum ſibi rerumpubl. tum florentium in *Græcia* alibique. Scripſit enim etiam librum cujus titulus fuit Νόμιμα Βαρβαρικὰ *Leges Gentium Barbararum*: librumque maximum in hoc genere componens, appellavit πολιτείας πόλεων. *Politias urbium* vel συνηγμέναι πολιτείαι i. e. *Collectas Politias* prout verba ejus propria ſunt in fine Ethicorum ſuorum, ubi fatetur ſe iſta collegiſſe. Inibi exhibuit CLVIII. diverſas respubl. (*Gulielmus Burlæus* ait CLX) populares, oligarchicas, optimatum, Monarchicas atque ex his mixtas. Ex his multa adducit in ſuis Politicis, prout etiam faciunt aliquando *Iulius Pollux*, *Harpocration*, *Athenæus*, Scholiaſtæ *Apollonii Rhodii & Pindari Clemens Alexandrinus* aliique vetuſtiorum. Alia quoque opera confecit ex iisdem materiis, ut duos libros, quibus complectitur Δικαιώματα πολέων, *Methodum Iuſticiæ in urbibus*, quatuor libros de *Iuſtitia*, totidem de *Legibus* aliosque. Atque inſtructus his voluminibus (quæ dudum periere) ſcripſit

Varro de lingua latina lib. 4. & Apollonius in biſtor. mirab. 11.

Politi-

olitica ſua, nunc in Scholis tractata, & quæ ſunt primâri-
Textus, per quem formamur ad Civilem ſcientiam. *Theo-*
raſtus Magiſtri ſui exemplum ſecutus collegit ex legibus
moribus variarum rerumpubl. quatuor libros πολιτι-
ῶν ἐθῶν, De *civilibus moribus*, deindeque multa ſcripſit
Lege & republica. Quæ omnia Cicero breviter comple-
s eſt in quinto *de finibus* libro. *Omnium ferè Civitatum,*
n Græciæ ſolum, ſed etiam Barbariæ, ab Ariſtotele, Mores,
ituta & diſciplinas; a Theophraſto leges etiam cognovi-
s. Inde etiam factum ut *Demetrius Theophraſti* Diſcipulus
ligeret quinque libros ſuos περὶ τῆς ἀθήνησι νομοθεσίας
conſtitutione Legum apud Athenienſes, & *Dionyſius Meta-*
menos, volumen ediderit περὶ βαρβαρικῶν ἐθῶν, *de con-*
tudinibus Gentium non Græcarum & *Heraclides* ſuas πολι-
ας i. e. *formas rerumpubl.* cujus exiguum fragmentum
lie ſupereſt & publice proſtat. Juxta hæc formarunt
cepta Civilis ſuæ eruditionis, inter quam & multam va-
atem ſuccedentium præſentisque temporum, (quibus
ræ & Formæ regiminis, conſtitutionum item & con-
udinum, ſæpe ſine dubio ſunt tam diverſæ ab illis quas
ognoverunt, quam aliquæ ex iſtis fuere interſe invicem)
nquam magna harmonia in nonnullis particularibus
atur, attamen certe phraſes ac notiones concernentes
m vel *injuſtum*, *conveniens* vel *inconveniens* in iſtis ſi-
ɔusque præceptis atque inſtitutionibus Philoſophorum
umque qui ſolummodo è ſeculis rebuspublicisq; præ-
ɒſis, vel præceptis vel directionibus inde ſumtis, quæ-
iſtius generis eruditionem, ſæpe adeo non proportio-

nata fuit ad ea quibus applicantur in disquisitionibus circa respubl. quæ plane alius formæ & constitutionis, ut dubitari nequeat, quod si nunc magni isti *Græciæ* Scriptores superstites essent, recognituros ipsos & aptaturos Politicam suam ad usum præsentem, *primum* discendo varias rerumpublicarum figuras & formas, earumque Constitutiones & consuetudines præsentium temporum (sicuti fecerunt ætate sua) istarumque fundamenta & rationes, atque juxta illa reformando multa ex præceptis suis institutionibusque, non aliter quam si examinare deberent mancam Astronomiam ætatis suæ & conferre cum Observationibus *Ptolomæi*, *Copernici*, *Tychonis*, *Galilæi*, *Keplери*, aliorumque, vel scientiam suam de Generatione, Corruptione, Digestione, Transmutatione aliaque cum experimentis Chymicorum. Dudum conquestus est celebris ille Monachus, *Rogerius Baco* ad *Clementem* Papam IV. recta & necessaria studia partis illius ex morali philosophia vel civilis eruditionis, quæ ex varietate legum dependet, variaque rerumpubl. forma juxta istud exemplum *Aristotelis* & *Theophrasti* penitus omitti in Scholis. Et scientiam ejus quæ superest, esse tantum *laicalem*, qualem quis capere queat ex consideratione Legum & Consuetudinum, istarumque mutationibus in singulis saltem rebuspubl. ubi aliquis vivit, vel occasione praxeos, vel obedientiæ, vel utriusque: non vero *philosophicam* vel talem quæ ex comparatione multiplicis varietatis diversarum rerumpubl. & temporum (qualem invenimus post *Græcos* istos authores) recta præcepta institutionesque erudite tradere queat de iis. *Secunda pars Moralis Philosophiæ* (verba ipsius sunt; prima autem Pars Philosophiæ Moralis est ipsi *Cultus Divinus*; tertia, *virtutes & vitia*; quarta *distinctio*

ſtinctio ſectarum in religione; quinta, *propagatio optimi*; ſexta & ultima, *recta adminiſtratio juſtitiæ in Curiis*) *dat Leges publicas, & primo de Cultu divino, & deinde de regimine Reipubl. & Civitatibus & regnis; & ſub hac parte continetur Jus Civile Imperatorum & Regum per univerſum mundum. Et multi tradiderunt multa de hac parte. Sed Ariſtoteles & ejus diſcipulus Theophraſtus omnia compleverunt, ut dicit Marcus Tullius quinto Academicarum libro* (certe intelligit *quintum de Finibus*) *& ab his habuerunt omnes Latini omnes leges principaliter; quanquam leges XII. Tabularum fuerunt tranſcriptæ ex dictis Solonis Athenienſis. Sed addendum eſt, quod hæc pars Philoſophiæ non eſt apud Latinorum uſum niſi Laicaliter, ſecundum quod Imperatores & Reges ſtatuerunt. Nam Philoſophice, ſecundum quod tradita eſt ab Ariſtotele & Theophraſto, non eſt hæc pars in uſu Latinorum.* Per *Latinos* is intelligit, ut in *Specula ſua Mathematica*, & operibus ſuis uribus Academias vel Scholas Occidentalis Eccleſiæ illorũ mporum, non tam, quoniam *Græci* eadem ætate & poſtc, ſæpe nos appellant non modo *Francos*, verum etiam *tinos*, (ut videre eſt in eorundem hiſtoriis Orientalibus) m quia opera *Ariſtotelis, Galeni, Euclidis*, Ptolomæi, &c. cholis tum lecta, *latina* ſolummodo haberentur, eaque ucta non ex *Græca* ſed *Arabica* lingua, ab *Arabibus* vel *cenis* penes quos in *Africa* & *Hiſpania* Artes primario bant D. circiter abhinc annis. Et memini vidiſſe me in Au- quodam illorum temporum quibus occidentales Chri- cœperunt quaſi commercium cum *Saracænis* Eruditio- ſa, quod *Studia Saracenorum* appellaverint ſcientiam rali- Philoſophiæ ac Artium. Ideoque *Latini* hic oppo- ur *Saracenis* vel *Arabibus*.

Opere vi- nore ad Clem. P. P. 5. cap. 20 MS.

Qui

Qui *Partes* autem *hujus ſubjecti* deſcripſerunt, *hiſtoriæ* iſtæ, atque *Conſtitutiones* & *Conſvetudines* plurimæ typis exſcriptæ ſunt publiceque proſtant; multæ tamen etiam *Manuſcriptæ* ſaltem. De impreſſis nihil dicere attiner: Sed de *Manuſcriptis:* Sunt etenim vel *libri* vel *diplomata*, vel alia *inſtrumenta* in *bibliothecis*, *privatorumq; manibus*, vel *rotuli* vel *annales* aſſervati in Ærariis aliisque Officinis Juſticiæ, vel curiis. Omnia adſcripſi, ſicut etiam impreſſos libros in marginem, ubi allegavi ea. Ad hæc manuſcripta primi generis utplurimum additur, in cujus ſint manibus, vel ex qua bibliotheca, unde vel ubi habuerim ea. Plurima autem & primaria dudum habui ex nobiliſſima humanitate Chariſſimi Amici mei Domini *Roberti Cottoni*, Viri incomparabilis, æque propter communicativam liberalitatem, ac Civilium Obſervationum Scientiæque excellentiam. Neque ex favore ejus ſolummodo mihi licuit frui inæſtimabili bibliotheca ſumma ejus induſtria, judicio & ſumptu collecta, verum etiam Manuſcriptis quibusdam, ipſi tantum mutuo datis, ac poſſeſſoribus ſuis ab ipſo reſtituendis. Multa etiam habui ab aliis, aliis quoque in locis: nonnulla denique mea ſunt Ideoque in margine leguntur ſæpe manuſcripta ex iſta bibliotheca, aliquando & aliunde. Sic MS. nonnunquam ponitur absque mentione loci, in quo aſſervatur. Ubi igitur literæ iſtæ ſolæ leguntur vel aliud Manuſcriptum absq; circumſtantiis loci aliisque indicantibus, ubi reperiendum ſit, innuitur vel quod meum ſit, vel quod ipſe mutuo accepit ac poſſeſſoribus reſtituit, vel de quo cum iſta ſcriberem certus non fui, num acquiſiverit id bibliothecæ ſuæ vel non.

NOTA: *horum aliqua quoniam cito ſcribi & fieri potuit, in textum ipſum inſerta ſunt.*

De

De aliis quæ *Manus, bibliotheca, locusve alius* mihi conceſſerit, ſemper dixi. Poſteriorum vero ubi aſſervantur loca raro annotavi: nam ex eorundem natura hominibus, harum rerum gnaris, facile eſt ſcire ubi extant. Formulæ Diplomatum & Literarum Patentium Creationis, ſimiliaque integra ſunt inſerta ſermone quo occurrunt, videl. *Latino, Gallico, Hiſpanico.* Sic & Ceremonialia quædam *Coronationis & Creationis, Hiſpanorum Pragmatica* de *Præcedentia, Attributa Abſtracta* vel *Concreta* Perſonarum honorabilium; iſtaque absque verſionibus. Sic & alia ex *Latino* ſermone, *Gallico, Hiſpanico, Italicoq;* allegata. Nam vel tractatio *Anglicana*, ſufficientem præbet verſionem, vel Materia vel lingua talis erat ut idoneus lector opitulante tractatione illa, ſine ulla difficultate poſſit intelligere verba peregrina. Non enim hic expecto Lectorem absque aliqua menſura eruditionis, qualis vulgo reperitur in liberali educatione. Eadem volunt verba *Lucilii* in fronte primæ editionis; *Perſium non curo legere, Lælium Decimum volo.* Sicuti non metuit ſummæ eruditionis Lectorem, ita requirit ad minimum ſordidam ignorantiam ſupergreſſum. Liber ipſe, ob impedimenta quædam inevitabilia, tamdiu fuit ſub prælo, ibidemque commoratus eſt, ut nunc tandem in lucem prodeat, poſtquam dudum fuit conſcriptus, ut vel inde non dubitemus excuſationem nos merituros, ſi aliquis, ex illo tempore, quo librum finivimus, alium acquiſivit nomini ſuo titulum vel attributum, quam ipſi hic tribuimus. Iſta immutare tædioſum fuiſſet, nec quicquam tanto labore dignum. Specialia in diſſertationibus iſtis

NOTA: *in neque in verſione iſta omnia tranſferre & latine reddere neceſſe fuit.*

occurrentia, fideliter, diligenter & libere satis tradita sunt Verum quoque est alia specialia de Titulis hic consideratis, penitus prætermissa esse, aliaque tantum *remissive*, ut Juri consulti loquuntur, tacta. Rationes cur id factum ibidem adduntur subinde; ubi vero non adduntur Lector ingenuus non difficulter olfaciet. Circa alia mallem me hic corrigat, quam sibi satisfactum iri speret. Multa his disputantur adversus publicas quasdam Opiniones Eruditorum magnæ dignitatis & nominis; sine pruritu tamen nominandi eos vel personalem movendi rixam; quæ sæpe est solummodo negotiosa perditio horarum facile melius collocandarum. Meam sententiam, spero, ita defendi & statui, ut rationes & authoritates eandem firmantes, sufficienter confutent adversas opiniones, absque simultanea reprehensione Authorum. Nonnulla pariter ab exteris Regionibus hic afferenda, locum invenere nullum, quoniam penu meum, non omnino tenuissimum, nihil ejusmodi in promptu habuit. Merito de istis admonendus detinendusque eras Lector, atque sic ad usum libri dimittendus.

Interpres

Interpres ad Lectorem.

Cum ad hunc librum de Titulis Honorum, quem Sermone Anglicano Cl. Seldenus conscripsit, Latinè vertendum accederem, minimè mihi fuit in animo aliquas addere notas, tum quod tale opus à studiis meis alienum esset, tum quod versio, quam velocissimè absolvenda urgeretur. Sed precibus cedens illius, qui sumtus impressionis facere decreverat, & videns, quod Eruditissimus *Patinus* Commentarii sui in *Suetonii Cæsares* excusationem præmittens scribat, *si aliorum industriæ ipse adjicere nihil possit, adjecisse tamen multa seculi defluxam*, ausus sum colligere nonnulla, atque Nobilissimo Seldeno, Nobilissimæque materiæ addere. Nam plures anni post istius mortem abiere, in quibus non solum *Germani* & *Galli*, verum & ipsi scripsere *Angli* plurima huc facientia; ex istis quædam decerpsi, plura indicavi, facile apud Auctores ipsos reperienda ac plurima Lectoris industriæ transmisi.

Non tamen omnia pari labore congerere licuit: nam sicuti Doctissimo Thomæ *Mareschallo* scribenti notas in *Evangelia Anglo-Saxonica* & *Gothica Francisci Junii F.F.* non æquale permiserunt otium festinantes Typotheratum operæ (teste ipso p. 452. ad Lucæ caput 3.) ita & mihi accidit, cum præterea necessarii ab aliis locis petendi essent libri, & negotiis distraherer Ecclesiasticis non paucis. Hinc etiam factum ut levia quædam in Notis, suo titulo conspicuis, & singulari charactere à Seldeni Textu disjunctis, immutanda sint. e.g. in pagina decima quarta partis primæ dicitur *Matthias in Theatro sic errorem recoxisse*, pro quo legendum est, *aliter ipsi visum esse. Feltmann* sæpius scribitur pro *Feltmann* & his simil.

Nec in ipso textu omnia satis certè tradere tanta permixta festinatio, Numerum decimum octavum, vel Paragraphum, capitis quinti in parte secunda Anglicanæ editionis omissum, addidi suasu Amici cujusdam Eruditi, at numerum decimum sextum, rubrum sine nigro, ejusdem capitis nonnisi

nisi erronee figere potui, quoniam omittere eundem non permisit allegatus §. quadragesimus septimus in capitis undecimi §. tertio. Facilem tamen his afferent excusationem Eruditi, Anglique Autori suo parabunt medelam.

Illustres denique Personas humillimè oro, ne indignentur, quod alicubi eorum nudam, & absque omni titulorum farragine fecerim mentionem, Scholastica mea fuit provincia, non aulica rerum pondera attendenda erant, non verborum blandimenta. Solent quidem nec istis penitus abstinere Eruditi, verum si alicubi, certè hic observandum, *ne quid nimis*. In parte secunda capite I. ad §. 56. recensens Celsissimi *Marchionis Brandenburgici* in Ordinem *Johanniticum* receptionem, neglexi commemorare alios, eadem hora in eundem Ordinem admissos, atque unà cum Marchione in hunc coëuntes versum:

Marchio, Colbeus, Malzhan, Bannirius Alba
Cum Cruce cur gestant pallia? Sunt Equites
Sancti Johannis. Nam sacro hoc tegmine tuti,
Et Sancti pugnant pro Patria atque Fide.

Hæc certè Illustrissima nomina, illustrem quoque meruissent locum, sed alienior visa est carminis compages, quam ut tractationem ingrederetur; nisi velis *pallii, cum cruce insigniti* gestationem docere ceremonias Equitum creandorum. Sic multa de Nobilitate *Polonica* apponens ad cap. 2. §. & 11. secundæ itidem partis, nihil dixi de ejusdem titulis vel epithetis; Latinis isti fermè respondent; nam Regi scribunt *Najasnieszema Panu a Panu*, i. e. Serenissimo Domino ac Domino, Principi, vel ex Magnatibus alii, *Oswieconemu, Kszazzeziu a Panu*, i. e. Illustrissimo Principi & Domino, aliquando *Wielmoznemu*, & *Jasnie Wielmoznemu*, i. e. Multipotenti & manifestè multipotenti, seu, quod Latinius dixeris, *Magnifico*. Nomen substantivum unicum, est Summis & infimis dignitatibus commune, i. e. *Mosc*, ex voce *Milosc*, Amor, ut volunt contractum, prout etiam Germani dicere solent: Euer Liebde.

Tu itaque cujus cujus est tituli, Lector, omnia benignè accipe & sub benignissima Dei tutela semper Vale!

TITULI HONORUM.

Pars Prima.

CAP. I.

1. *Scopus & dispositio totius operis.*
2. *Duplex Origo Summorum Titulorum, Regis & Imperatoris.*
3. *De primis Regibus, qui in historia antiqua dicuntur ante Diluvium imperasse.*
4. *De primis Regibus regnorumque propagatione post Diluvium.*

Honorum Tituli, qui sunt varia illa nomina Magnitudinis & Eminentiæ, civilesque dignitates maximè discriminant, sunt vel Ecclesiastici, vel Seculares. Seculares Honorum Tituli (omittimus enim omnes Ecclesiasticos, tanquam Ecclesiasticos) sunt vel supremi vel subordinati. Supremi pertinent vel ad singulas personas, in Monarchiis absolutis, ut *Imperator*, *Rex*, & quicquid alias Summum est ex more & linguæ genio apud diversas gentes, vel etiam in Democratiis & Aristocratiis plures in Collegio denominat, illum scilicet numerum penès quem summum Reipubl. est regimen. Subordinati ad singulas personas pertinentes (illos ad plures in collegio pertinentes itidem omittimus) sunt vel Officiorum primo, & per consequens tantum honorarii, ut; *Vice-Rex*, *Conestablius*, *Cancellarius*, *Admirallius*, *Præses*, & alii multo his inferiores: vel sunt Honorarii primo, officiaque, seu potestatem (si aliqua tamen ipsis conjuncta est) habent subsequentem seu annexam Honori; ut sunt varii tituli Hæredum

dum sive successorum evidentium in summis Principibus, ille *Regis* titulus etiam quibusdam subditis indultus: *Archi-Dux*, *Magnus Dux*, *Palatinus*, *Land-Gravius*, *Princeps*, *Marchio*, *Comes*, *Vice Comes*, *Wojewoda*, *Baro*, *Banneretus*, & reliqui Temporaneæ dignitatis Tituli, ad Nobilem usque: vel etiam tales qui exprimunt eruditionis gradus, ut *Doctor*, *Magister*, *Licentiatus*, *& simil.* Hos etiam ultimi generis cum illis primis Officiorum titulis hic omittimus, nisi ubi aliquando conducunt ad explicationem primario Honorariorum Titulorum, qui unicum sunt hujus operis subjectum.

Ita ex Titulis nostrum seligentes Subjectum duas etiam constituimus Scriptionis partes juxta divisionem eorundem in supremos, & subordinatos; singulis unam: Regis saltem titulo, qui & subditis aliquando concessus est, (excipe tamen *Regem Italiæ*, *Regem Germaniæ*, *& Regem Romanorum*, ut denotant manifestum Successorem in Imperio) in primam partem rejecto ad titulum Regis qui supremus est. Facilior enim & clarior ista videbatur methodus: ut denominatio quæ ab excellentiori est, remaneat Summo Titulo proprie sumto.

Idcoque Initium summorum regnorum, aut *primi Regis*, Tituli *Regis*, *& Imperatoris*, *Reginæ & Imperatricis*, Titulus *Domini*, & simil. ceu essentialia & generalia Summorum Principum attributa, cum illo Subjecti Regis Titulo, locum habent in hac Parte Prima. Et quia Summi Principes alia quoque nomina gerunt, Titulosque, ex accidenti acquirunt, vel etiam ipsis proprii sunt, Formulæ item verborũ & stylus, Coronationum Ceremoniæ, Investituræ, cum Insignibus propriis, ut plurimum ad Summam Majestatem pertinent, idcirco nomina ista accidentalia, Formulæ sermonum, Ceremoniæ & Insignia, cum aliis quibusdam illorum Honorem concernentibus pariter adduntur. Accidentalia Nomina voco illa; *Cæsaris*, *semper Augusti*, zu allen Zeiten Mehrer des Reiches/ prout in Germanicis sonat Titulis Imperatoris. *Regis Christianissimi*, *Defensoris Fidei*, *Catholici Regis*, *Amir Elmumenin*, *Presbyter Iohannis*, (ut vulgo cognominamus Abyssinorum Imperatorem) *Sophi* (nam & hoc nomen inter summa esse putamus apud Mahumeta nos) & similia, quorum in gratiam inseruntur etiam ex vetustioribus seculis nomina *Pharaonis* & *Ptolomei* apud Egyptios: *Porphyrogeneti* apud Græcos Imperatores, aliaque his gemina. Formulæ sermonum sive sty-

ſtylus curiæ ſunt, *plumbi numerus*, in quo fantur, additamentum illud *Gratia Dei*, attributa etiam illa, *Majeſtas*, *Serenitas*, *Celſus*, *Potens* &c. Ceremoniis & Inſignibus comprehenduntur: *Unctio*, *Corona*, *Sceptrum*, *Globus*, & *Crux*, cum aliis quibusdam, cognitis optimè ex *Ceremonialibus Inaugurationis* quorum hic aliqua deſcribuntur, alia indicantur.

In Secunda Parte tractantur Origo, continuatio, & Eſſentia Titulorum ſubordinatorum, una cum eorum Inſignibus, Formis legalibus Creationis, & his ſimil. Quicquid autem dicendum videbatur de Nobilis Titulo, id in unum rejicitur caput, a reliquis ſejunctum, quoniam juxta diverſos ſtatus in quibus nulla proportio & menſura inter ipſos inveniri potuit, miſceri bene nequiverunt. Sed quoniam in juſta ſingulorum conſideratione evitare non poſſumus obſoleta quædam dignitatum nomina, quæ vel eadem ſunt cum illis recentioribus, vel proportione quadam cognata, ut & naturam Feudorum ſeu Tenurarum Nobilium, ex quibus maxima nunc pars dignitatum in Europa enata eſt, præter alia magis generalia attributa, qvæ vel recens vel vetuſtior conſuetudo illis largita eſt, ideo & illa obſoleta nomina, initia & indoles Feudorum, nec non generalia attributa adduntur quoque. Intelligo autem per *Obſoleta Nomina* illa, *Princeps Juventutis*, *Sebaſtocrator*, *Ephelung*, *Clyto*, & ſimil. *Attributa* magis *generalia*, quam illa quæ hanc aut illam dignitatem ſignificant, ſunt mihi *Clariſſimus*, *Spectabilis*, *Illuſtris*, *Superilluſtris* &c. His tanquam Corollaria adjungimus in fine cujusque Partis aliquid de *Loco & Precedentia*: quantum ſcilicet ſufficere poteſt ad ſolvendas quæſtiones hinc fortaſſis excitatas: tam breviter tamen & demiſſe, ut certi ſimus, nos omnem declinaſſe invidiæ odiique occaſionem, quæ alias inſequuntur determinationem ejusmodi rerum. Sic oſtenſo ſcopo & diſpoſitione integri operis, (magis ſpecialem methodum exhibent Capitum ſingulorum lemmata) conſideramus primo Regnorum initia, primum Regem, iſtiusque Tituli propagationem.

II. Summus ille Titulus *Regis* vel *Imperatoris* (prout nunc nomen illud Imperatoris accipimus) diviſus ab aliis dignitatibus, quoniam ſuperiorem non agnoſcit, juxta varias autem regnorum formas, junctus eſt ſummo Majeſtatis nec non Potentiæ juri, duplicem habet originem, ad quam omnia ſumma referuntur Regna: vel

enim derivatur ex potentia gladii, seu belli à Regibus prædecessoribus gesti, qui deinde ut hæredes summam suam in regiones & gentes transmittunt potestatem, vel ex Electione ob virtutem & Nobilitatem illius qui eligitur. Regna primæ originis, natura sua fiunt hæreditaria; Electiva etiam quadantenus hæreditaria facta sunt, utut certo respectu electiva manserint. Primorum exempla sunt initia Assyriorum Monarchiæ, cum accederet titulus Regis vel Imperatoris in varias regiones debellatas ad Romanos Imperatores primævos usque, & his simil. præter Reges Castiliæ & Portugalliæ: his enim, in Regum Portugalliæ titulis, expressa fit mentio ejusmodi initii ex parte tantum: Nam vocantur Domini *da conquista & navegacam & commercio da Æthiopia, Arabia, Persia, & India.* Electiva vero regna apud Græcos fuerunt; in Dejoce apud Medos, in Numa, qui ut & aliqui successorum ejus Rex Romanorum electus fuit, postquam Interrex pronunciasset: *Quod bonum, faustum, felixque sit, Quirites Regem creare, ita Patribus visum est*: in regno Poloniæ, Imperatoris Germanorum &c. Neque Israelitarum regnum (si humanam ejus institutionem aspicimus) aliter cœpit. Nam populus ad Samuelem accedens, & Regem poscens, elegit, & eligendo unxit Saulem, pòst Davidem, a quo titulus ad hæredes transiit.

III. Quo tempore Regnorum initia seu Rex Primus locandus sit, maxime est incertum. Nam licet ante diluvium Regem fuisse non dicat Scriptura S. communisque opinio sit, quod cum Nimrodo seu Belo (Nini Patre) post diluvium prima cœperit Monarchia, attamen non absque ratione conjectare licet, etiam ante istum & diluvium Reges fuisse. Nam, præter Caini extructam Civitatem, quæ à filio ejus denominata est, & videtur Characterem Regni habuisse: Cedrenus ex priscis Autoribus informatus, ascendit quousque possibile fuit, constituitq; Adamum primum Regem ac Gubernatorem, idq; cum ratione sufficienti: ὅτος, inquit, ἡγεμόνευσε ὅλ γένους τῶν ἀνθρώπων δι ὅλης αὐτῆ τῆς ζωῆς. *Rexit ipse totum genus humanum per omnem vitam suam.* Seth quoque successit ei in hoc imperio. Et si fidem præbere decet Epistolæ Alexandri M. ad Aristotelem, ex qua Josephus Ben Gorion, Iudæus, ast revera exiguæ fidei, refert, quod Kenan filius Enosh, nepos Sethi fuerit כולר על כל העולם *Imperator orbis universi*, sepultus jaceat

De ubo illo Sidesis Iacob. Bolduc. libr. 1. de Ecclesia ante legem cap. 15. Iosepb. Salian. lib. 2. cap. 11. atque inde sdem habet Rabbi Abraham Zacuthus in Iuchasin, fol. 6. b. & K. David. in Zemach. fol. 2. b part. 2.

ceat in Insula Orientalis Indiæ, memoriaque ejus remanserit ibi in tabulis lapideis ad Alexandri ætatem, prout iste ad Aristotelem scribit. Sed præter hæc videmus in temporibus pòst subsecutis, quæ nobis dederunt clariora testimonia Regiminis ejusque formæ in specie, quod Monarchia semper fuerit, nec non hodienum æque generaliter admittatur & firmetur ubique gentium, ac si ex Lege naturæ derivata sit, quæ sine dubio non minus observata ante Nimrodum, quam post eum. Hinc ex optimis Autoribus plurimi citra quæstionem supposuerunt, quod Monarchicum Regimen non tantum fuerit mox ab initio, verum etiam naturæ ipsius ductu homo tanquam civilis creatura ad istam subjectionis formam fuerit eruditus. *Principio rerum*, inquit *Justinus*, *gentium, imperium penès Reges erat, quos ad fastigium hujus Majestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat.* Et *Seneca* eundem in finem: *Primi Mortalium, quique ex hù geniti, naturam incorruptam sequebantur, eandem habebant & ducem & legem, commissi melioris arbitrio. Natura est enim potioribus deteriora submittere*: ac si sola Naturæ observatio necessario deduxerit ad hanc Reipubl. formam hominum affectus. Hinc etiam est, quod quia nonnulli maximè curiosi in Philosophia sua tradunt nobis de Angelis, supremisque cœlis a primo omnium rerum opifice gubernatis, planetas aliasque stellas a Sole dirigi, separatas autem animas cum aëre Lunæ subjici; addunt etiam, Reges in terra eo modo Gubernatores esse, acsi naturalis ratio collocasset eos in terram ad inevitabilem imitationem Providentiæ creatricis quæ instituit Monarchicum Regimen in aëre, stellis & cœlis. Nec aliter loquuntur de his temporibus Gentilium antiquissimi, quam cum suppositione manifesta Monarchiæ, vel in ipsa mundi infantia, regnis illis Saturni, Jovis, Neptuni, Plutonis & simil. tantundem indicantibus. Nomina etenim ista ad diversa applicata regna; non Dii sed Monarchæ terræ & maris primis istis intellecti sunt temporibus. Sed ut omittamus conjecturas sic eliciendas vel ex manifesto gentium consensu posteriorum temporum, vel ex opinione istorum veterum Monarchiam ex institutione Naturæ derivantium, atque primæ mundi ætati æqualem statuentium; habemus etiam expressa testimonia Regum Chaldæorum, qui diu ante diluvium regnare cœperunt, ut *Alorus*, *Alasparus*, *Amelon*, *Amenon*, *Metalarus*, *Daorus*, *Aedoro-*

Hermes Trismegistus in κύρη ϗ κόσμου. *Ejusm. fere commentũ habet Ecphantus Pythag. apud Stobæum* λογ. μϛ.

Euhemerus ap. Lactant. lib. 1. de falsa religione cap. 11.

Aedorachus, Amphis, Otiartes, & Xisuther, cujus tempore, ut inquiunt, inundatio facta est. Neque historiam Regum horum ut supposititiam rejicere licet, narratur enim ab antiquissimo illo nec non doctissimo Sacerdote *Beli*, vero *Beroso*, qui vixit MM. abhinc annis; & ex Annalibus Chaldæorum (quos per Traditiones acceperunt & conservarunt scriptos) composuit historiam Chaldæorum, sive Babyloniorum: post Berosum autem receperunt eandem tanquam fide dignam, magni nominis scriptores, *Abydenus, Apollodorus, Alexander Polybistor*, & alii eum in finem cum *Beroso* a *Josepho* & *Eusebio* allegati. Nec ideo ista rejicienda, quoniam historia Mosis non attestatur; sic enim & negari posit prophetasse Enochum, utut S. Iudas id referat in epistola sua. Verum, sicuti Enochi prophetia a doctissimo Tertulliano & aliis creditur per traditionem ad posteros deveniisse ab illis, qui in arca fuerunt cõservati, (ut omittamus hic relationes uxorum Caini & Sethi, aliaque plura ejusdem generis istius ævi, quorum mentio fit apud *Iosephum, Epiphanium, Cedrenum, in Chronicis Alexandrinis*, *Said Aben Batrique, Patriarcha Alexandrino &c.*) ita & hæc de Chaldæorum Regibus memoria conservari potuit, ac tradi iis qui posthac eam scriptam dederunt: id difficile minime fuit, si Xisuther, illorum regum ultimus, ut vult Cedrenus, ipse Noah fuit. Præterea testatur Berosus, in Chaldæorum historiis scriptum fuisse, quod annales temporum ante diluvianorum literis consignati fuerint, & jussi in terram abscondi juxta Heliopolim, Bethsemesh, unde postea eruti & apud Babylonios asservati fuerunt Posteritatis gratia. Revera tamen, si consideremus Reges istos, nec non imperii annos, ut describuntur ex Beroso, historia eorum non solum incredibilis videbitur, verum etiam maxime ridicula. Nam qui brevissimo inter ipsos usus est imperio, regnavit, Beroso teste, tribus Saris, id est (ut computant,) XMDCCC. annis, unusquisque enim Sarus complectitur annos MMMDC. alii autem reges imperarunt XVIII. Saris, quod conficit LXIV. M. DCCC. annos. Imperium denique omnium duravit CXX. Saris. i. e. CCCCXXXII. M. annis. Verum affectata antiquitas, qua Orientales, præter Ægyptios, conati sunt per plures annorum milliones deducere Rempubl. suam, causa esse potuit portentosæ istius supputationis; ita tamen ut nihilominus Initium successioque Regum satis vera fortasis maneret. Dici enim merito potest, quod

De cultu muliebri, c. 3.

Manuscr. Arab. de Æris in Bibliotheca Cottoniana.

quod vel varia traditio, & transcriptio diversarum ætatum authorumque ultra mensuram auxerit numeros, vel quod male intellexerint illos, quoniam videmus omnes illos in Chaldæorum historia comprehensos annos (ut etiam ex Beroso refert Alexander Polyhistor] non conficere numerum quibus isti regnarunt Reges. Expresse restringitur tempus illud ad quindecim Myriades, seu ad centum quinquaginta annorum millia in Beroso, a quo accepimus decem istos Reges, qui regnasse dicuntur CXX. Saris, seu annis CCCCXXXII. M. Indeque apparet, aut minus recte nos computare, quando unicuique Saro MMM. DC. annos solares vel lunares attribuimus, aut erroneè tradi quindecim Myriades in historia Chaldæorum, quæ, ut ait, maxima sollicitudine apud Babylonios asservata fuit. Veritas est, quod & alii ex Veteribus majorem adhuc annorum numerum in Chaldæorum historia faciant. Indeque liquet, quod sicuti eorum anni in immensum excreverunt, atque inter se dissentiunt, ita etiam postea cum jam ad maximo ridiculam summam ascendissent, potuerint sicut ab initio (quandoquidem Regum suorum regimen intra hominis vitam constituendum erat) ex communi illo morbo affectatæ antiquitatis, addere singulis annos quospiam, idemque sæpius facere, tam liberali calculo, ut tandem tot annorum millia, prout somniare ipsis libuit, coacervarentur. Alii tamen ex Veteribus, ut tollerent hanc absurdam annorum summam, & conservarent Chaldæorum Monarchiam ante diluvianam, alia ratione Saros computarunt: videlicet (intelligo autem Græcos illos Monachos *Panodorum* & *Anianum*) non MMMDC. annos intelligunt, sed dies totidem, utut ipsissima Abideni verba sint, ὅτι ϗ Γ ἔτεα, id est, *Sarus complectitur MMMDC. annos.* Adeoque juxta ejusmodi libertatem substituendi unum temporis spatium pro alio, (quod etiam in rebus majoris momenti fieri solet) Sarus non nisi decem circiter numerabit annos; vel revera exactissime decem annos ejusmodi, qui complectuntur CCCLX. dies absque quinque Epagomenis, prout in oriente computati fuerunt. Sari itaque isti CXX, seu tempus universum quo decem illi præfuerunt Reges ad MCC annos extenuatur, si resolvuntur in annos CCCLX dierum, ut ad annos MCLXXXIII extenditur, VI Menses nec non XXV. dies, si numeres more Ægyptio vetusto annos æquales seu CCCLXV. dierum, prout etiam nunc

Cicero de Divin. lib. 1.

Georg. Syncell. ap. Scalig. in Not. Euseb. p. 246.

annos

annus vulgo numeratur. Atque sic diutissimum inter ipsos imperium erit tantummodo CLXXX. annorum, quod revera tempus est sat breve, si aspicias longævitatem antediluvianam. Hac tamen supputatione posita, Monachi illi divisérunt tempus ante diluvianum in χρόνον ἀβασίλευτον, (ut vocant) id est cum reges nulli essent, & χρόνον βασίλευτον, cum imperarent reges. Illud temporis spatium (si numeremus juxta Chronologiam illorum temporum veram, non Septuagintaviralem, quam, ut Græci alias plurimum, & isti secuti sunt Monachi) erit circiter CCCCLX annorum post Creationem; hoc MCC. annorum usque ad diluvium, est spatium imperii Regum de quibus loquimur. Regnavit igitur secundum hanc opinionem, (quam tamen Georgius Syncellus neutiquam admittere vult) post annos CCCCLX. a creatione elapsos primus Regum Alorus, tanquam a Deo ipso designatus τῦ λαῦ ποιμήν, Populi Pastor, ut de eo loquitur Abidenus. Ipseque fuit, ut & alii successores ejus ex genere gigantum tum temporis; si credere licet Authori Chronici Alexandrini. Præterea nec Ægyptiorum Historiis deest Regum series ante diluvium illis imperantium.

NOTA.

Sarus. Intricatam hanc *Sarorum* supputationem feliciter explicat Ioannes Pearson Episcopus dum viveret Cestriensis in expositione Symboli Apostolici ad illa verba, *Creatorem Cœli & Terræ*; Corrigendo Svidæ exemplaria impressa ex Ms. Vaticano: Illa enim cum sine ullo legant sensu: *Sari mensura & numerus apud Chaldæos. Nam 120 Sari faciunt annos 2224. quæ fiunt anni 18 & menses 6.* ex Ms. Ita restituit non tantummodò mendum, sed & supplet defectum: εἰσὶ δὲ σάρος ποιοῦσιν ἐνιαυτοὺς βσκϐ κατὰ τὴν χαλδαίων ψῆφον, εἴπερ ὁ σάρος ποιεῖ μῆνας σελυνιακοὺς σκϐ', ὅτοι γίνονται ιη ἐνιαυτοὶ καὶ μῆνες ϛ'. 120. *Sari faciunt annos 2222. juxta Chaldæorum computum. Sarus enim complectitur menses lunares 222. seu 18 annos, menses sex.* Quoniam verò calculus fallit omittit β posterius, & pro βσκβ. legit tantummodò ϵσκ. i. e. 2220. Hi denique anni, quomodo inter decem istos Reges dividi queant, & utrum congruant, cum decem Patriarcharum antediluvianorum (Noe annumerato) ætate, viderint quibus plus otii est. Certè si credimus æræ vulgatissimæ, Noam mortuum esse anno mundi, M M. supererunt

CCXX

CCXX anni vel ad minimum fabulosi, nisi in auxilium vocare velis septuaginta Interpretum versionem Hebræorum computum excedentem.

IV. In aliquibus Græcorum historiis Chaldæorum illud in Oriente Imperium dicitur continuatum per diluvium in Noah, quem volunt ultimum ex istis decem fuisse Regem Xisuther: atque ab ipso derivatam summam in terris Monarchiam ad Semum. Nam post illam terræ divisionem, quam credunt Noam fecisse filiis suis Testamento obsignato & Semo tradito, huic non solum concessit tertiam orbis partem, sed etiam, ut eorum sonant verba, ὃς καὶ τὴν πάσης μοναρχίας διαδέξασθαι μετ' αὐτὸν *summum post Noam accepit Imperium.* Si igitur Noah est ille Xisuther, per CLXXX. annos circiter etiam antediluvium Rex fuit, atque ad mortem usque suam talis extitit; succedente ipsi filio ejus Semo. Potuerunt quidem etiam fratres ejus Cham & Iaphet, tam amplas acquirentes regiones prout S. describit Historia, Reges esse, at dignitate inferiores. Chamo enim cesserunt meridionales, Semo Orientales, & Iapheto Occidentales regiones. Est autem hic regius Semi titulus expressis S. Scripturæ verbis descriptus, si juxta receptissimam traditionem *Sem & Melchisedech* eundem designant hominem: vocatur enim *Rex Salem.*

Communissima tamen opinio primum asserit regnum seu Monarchiam Nimrodo, nititurque verbis illis: *Fuit principium regni ejus Babylon & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sinear.* Gen. X. 10. quæ revera primam in Mosis historia mentionem regni faciunt. Territorium vero ipsi assignatum indicat, Babyloniæ Regem fuisse, vel Assyriorum, quorum imperium primum vulgo creditur fuisse in mundo. Hic ergo consideremus Tempus seu ætatem ejus, & nomina varia ipsi data, præter propagationem tituli tum Regis, tum Regni per terram universam.

Tempus ipsum, quo Nimrodi cœpit regnum haud satis certum est; apud veteres tamen vulgata opinio est, quod in ætatem Abrahami incidat, CCCXL. circiter post diluvium anno. Nec abnuunt Chronologi quidam insignes nostri seculi. Scriptura autem S. non expresse nominans annum, concessit locum conjecturæ, qua tempore extructæ turris & lingvarum confusionis creditur Nimrod occupasse Imperium. Nam ejus autoritate & mandato tanquam Regis dicunt Turrim extructam esse, & subsecutam lingvarum

confusionem. Sic *Iosephus*, qui Iudæus fuit, scribit, sic *Epiphanius*, *Eucherius*, *Autor Chronici Alexandrini*, *Constantinus*, *Manasses*, *Cedrenus*, &c. Confusio autem ista in Iudæorum Chronicis collocatur in CCCXL. annum post diluvium, nec non XLV. Abrahami, quo Eberi filius cognominatus est Phaleg, quoniam in diebus ejus divisa fuit terra. Gen. X. 25. (ex confusione scilicet lingvarum) quæ appellatio talem nacta interpretationem ostendit, quantus Eber fuerit Propheta, utpote, qui ex spiritu Prophetico sic cognominavit filium suum, cum nasceretur Cl. post diluvium anno, quoniam divisio seu confusio in fine ætatis ejus accidere debebat, & quidem CCXL. annis pòst. Neque citius octo illi in diluvio servati, multiplicari & dividi potuerunt. Neque absque fundamento est quod Eber tale nomen imposuerit filio suo, ex Prophetiæ Spiritu, si ad minimum prout mos ferebat, in nativitate ejus nomen illud imposuit. Licet enim exempla reperiuntur in Scriptura S. quibus probatur imposita fuisse nomina ex variis citra nativitatem accidentibus, manifestaq; sunt testimonia apud Doctores Ecclesiæ nostræ, quòd Phaleg natus fuerit, cum Divisio accidit, attamen ipse Textus nos aliò ducit, qui dicit, quòd *Iaketan*, junior Phalegi frater, cum 13 capitibus familiarum seu filiis suis, ex illis fuit, qui tum temporis divisi fuerunt. Gen. X. 26. Si igitur & hi vixerunt divisionis tempore, manifestum erit, quod ad minimum tanto tempore anteceserit eos Phalegi nomen, quantum necesse erat ut nascerentur *Iecban* vel *Iaketan* & liberi ejus, quod pene conficiet annos CCXL. Atque hæc ipsa ratio est, qua utitur *R. Iose in Seder olam* ad explicandum hunc de Phalegi nomine locum.

Rabbi Iose in Seder olã Rabba. פלג *Phaleg est Dividere.*

Eucherius Lugdunensis in Gen. lib 2. cap. 8. Aug. de C. D. lib. 16. cap. 11.

Sed quæ necessitas nos adigat, ut credamus Chronologiæ huic, collocanti initia Regni istius in illam terræ divisionem, non video. Admittunt quidem id aliqui Authores optimi, ideoque non sine causa rejici debet. Mittamus vero, & examinemus prophanas hanc in rem historias etiam antiquissimas, abunde satis apparebit, initia Monarchiæ Assyriacæ longe altius repetenda esse, id est ab anno LXX. post diluvium, quo Nimrodus Chami Nepos triginta ad minimum fuit annorum, neque inidoneus ad suscipienda illa, quæ ipsi S. adscribit Scriptura. Consentiunt optima & antiquissima hanc in rem allata testimonia, quod Assyriorum Monarchia duraverit annos M. CCC. circiter, ac perierit cum Sardanapalo,

Ctesias ap. Diodor. Sicul. Bibl. 3. Trog. lib. 1. Augustin. C. D. l. 12. c. 10. & Isidor. Iunior. Agath. l. 2.

napalo, à quo si retrogredimur, prope accedemus ad LXX. annum post diluvium, in quo supra fiximus initia Nimrodi. Alii aliter calculum ponunt; vix tamen æque certe.

Nomen primi hujus Regis vulgatissimum fuit Belus, pro magno Numine etiam his in regionibus habitus. Ninus autem appellandus minime est, ut volunt aliqui, Trogus & alii nomini huic prima Monarchiæ istius initia asserentes: Ninus enim Beli fuit proximus successor, ut docet Augustinus ex Græcorum Historiis. Vocatur etiam *Nabrodes* & *Nebrod*, à LXX. interpret. *Evechous*, *Saturnus*, ab aliis autem existimatur idem esse, cum *Zorostro*. Alii denique putarunt eundem fuisse cum *Ammphel* postmodum à Mose nominato. Neque peregrinum est tam diversa gerere nomina Principum in Oriente. Sed quod maxime cum descriptione ejus in sacris congruit nomen, est Orion. *Assyrii*, inquit Cedrenus, *ex Nimrodo Deum fecerunt, atque inter astra collocarunt, Orionem nominantes. Artem venandi primus docuit, ideoque canicula sydus ipsi coniunctum cernitur.* Sacra inquit Historia, *Nimrodum fuisse robustum venatorem*, id est גבר ציד atque talem fingunt, qui Orionem tam vivum quam mortuum creduntin Ægyptiorum & Græcorum monumentis talem fuisse; ideoque conjunctum habet canem minorem & Leporem. Arabes præterea eum *Algebar* appellant, id est *potentem, fortem, vel Gigantem*, quod tantùm dialecto differt ab Ebræa voce, qua Nimrod dicitur robustus venator, γίγας κυνηγός, i. e. Gigas venator, ut LXX. reddunt. In Veterum Astronomia etiam (acsi Orion ex industria in Imperatorem seu Regem designatus esset, ideoque cum Nimrodo congrueret) creditur esse primarius meridionalium astrorum Dux. Sicut enim recensentes septentrionalia astra, incipiunt ab ursa minore, ita in meridionalibus Orion primus est.

dicto loco, Apud Epiphan. lib. 1. circa init. Vide Chron. Alexandr. p. 89. Gen. XIV.

Damasc. in Vita Isidori ap. Phot. in Myrobib. cod. 242.

Hoc duce per totum decurrunt sydera mundum,

inquit Manilius, qui Aratum hic prævium habuit, interpretantem illud Homeri de Ursa ἣ τ' ἀν|ᾶ ϛρέφεται ἠδὴ τ' Ὠρίωνα δοκεύει, acsi dixisset, quod Princeps Septentrionis observasset & respexisset Orionem Austri Principem, quod Manilius sic effert:

Arctos & Orion adversis frontibus ibant.

Hoc tamen tantum observetur ut patefiat Antiquorum opinio de Nimrodo, cui initia Monarchiæ accepta ferunt. Improbabile e-

nim non eſt, quod primò iſtud ê Græcorum ſolummodo fabulis proceſſerit, quanquam & Aſſyriis attribuatur: Orionis vero mentio in ſcriptura apud LXX. nullum hic ſuppeditat fundamentum. Ibi enim in Ebræo eſt כסיל *Keſil*; quod (nullam ad Nimrodum relationem habens) in Vulgata exponitur *Arcturus* in uno loco, & *Splendor* in altero. Rabbinis interea diſſentientibus, quæ hic intelligenda ſit conſtellatio. Atque tantum de Nimrodi Regno, nec non de variis ejus nominibus.

Iob. XXXVIII. 31. Eſa. XIII. Aben Ezra ad Amos. V. Dabid Kimchi in Radic.

Poſt ipſum vel potius tempore ejus (ſi videlicet, ut vulgo dicunt in ipſam incidet terræ diviſionem) tam generalis fuit Tituli Regii propagatio, ut vix gens aliqua hac ætate caruerit Rege, Principe, vel Monarcha ſic appellato. Nam videmus in Sacris annalibus ſic diviſos Noæ nepotes, ut familiarum Principes acceperint *partes ſuas ſecundùm cognationes, & linguam & regiones in gentibus.* Gen. X. 31. Iſti autem hic nominati absque dubio fuerunt, Reges vel ſummi Principes nationum, quarum Autores extiterunt, id eſt אלופים Principes, vel מלכים Reges, ut verba Moſis ſonant, ubi magis in ſpecie iſtos deſignat titulos. In hac diviſione autem (quæ referens orientales & meridionales incolas a Semo & Chamo derivatos clarè agnoſcitur in Moſis Hiſtoria) Iapheti quoque portio & poſterorum ejus, ut *Gomer, Magog, Madai, &c.* una cum regnis eorum a Græcæ Eccleſiæ Doctoribus extenditur a ſeptentrionali Aſiæ ora ad hanc usque Magnæ Britanniæ Inſulam vicinasque regiones. Sic enim interpretantur illud Moſis dictum: *Ab his diviſæ ſunt Inſulæ Gentium in regionibus ſuis* Gen. X. 5. Ac præter teſtimonia prophanæ hiſtoriæ, quæ celebrant magna *Sicyoniorum* regna in *Ægialeo* cœpta, *Tanai* quoque in Scythia, *Vexorii* in Ægypto, aliorumque in hanc Nimrodi ætatem collocant; Sacer Codex *Regum* meminit circa eadem tempora: ut *Kedorlaomer Regis Elam* in Abrahami Hiſtoria, cui junguntur & *Nationum Reges*, quorum aliqui ſupremi fuerunt, alii Reges ſubditicii. Hinc tempore *Serugi*, CLXX poſt diluvium annis geniti οἱ ἀνθρωποι τὸν παλαιὸν ἠλίου ἀυξήσαντες τύφον στρατηγὰς πρὸς ἑαυτὸς κατεσήσαντο καὶ βασιλεῖς, *homines arrogantes ſibi in alios poteſtatem, ſeme ipſos in Reges & Imperatores evexerunt, ac poſtmodum arma confecerunt, bellaque geſſerunt.* Tantundem ſubſequens etiam S. docet Hiſtoria, non ſolummodo expreſſe nominans Reges in ſpecie (vel bello vel electione evectos) ſed & in genere indicans

Gen. XXXVI.

Euſeb. λόγ. α pag. 12. Cedren. p. 11. Chron. Alex. p. 63.

Gen. c. XIV.

cans Israëlitas a Samuele postulasse Regem. Isti enim supponebant se solos ex gentibus Rege destitui, rogabantque Samuelem ut constitueret ipsis Regem, qui judicet eos ככל הגוים *sicut & universa habent nationes.* 1. Sam. VIII. 5. Neque Israëlitæ tum fuerunt, (si fides eorum Traditioni) absque mandato divino, præcipiente ipsis Regis electionem cum venturi essent in promissionis terram. In seculis sequentibus perpetuam Regum reperimus successionem in plurimis mundi regionibus, vel olim cognitis vel nuper detectis. Licet etiam aliquot clarissimæ apud Græcos veteres Respublicæ (ac puto apud solos Græcos) fuerint Democratiæ vel Aristocratiæ, attamen & ibi vetustissimæ Respublicæ Monarchiæ fuerunt, ut *Pausanias* refert; Βασιλεῖαι inquiens in *Bœoticis*, πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος ἦσαν ἀρχαῖαι καὶ Δημοκρατίαι πάλαι κατέστησαν, *Regna ubique fuerunt in Græcia olim, non Democratiæ.* Alias autem regiones quod attinet, earum historiæ abunde docent, tum initia tum progressum Monarchiarum inibi, neque eas recensere hujus loci est. Atque hactenus de primo Rege regnorumque institutione; in quorum tractatione innixi sumus optimis veterum testimoniis præter Scripturam S., negligentes, nec absque sufficienti ratione, Traditiones illas quibus Scythici Ægyptiique Reges post diluvium Antiquiores creduntur quam Assyriorum Monarchæ: illam etiam qua *Prometheus* (Thessaliæ Rex & *Deucalionis* filius) dicitur primus fuisse, qui tanquam Rex imperavit: Aliaque his similia. Neque omnino locum dedimus nido illi figmentorum Anniani.

Munster. ad hunc locum.

Justin. histor. & Constant. Manasses Annal. part. I. Apollon. Argonaut. 3.

Et autres, qui menteurs
Abusent du loisir & bonté des Lecteurs,

ut *Du Bartas* bene de iis loquitur, id est mentiuntur ac otio bonitateque Lectoris abutuntur.

NOTA.

Cum auctori non libeat hîc Politicum agere neque nos eò deflectemus examinando distinctionem, qua regna omnia vel bellò acquisita asserit, vel electiva, videtur enim oblitus fuisse, juris quod natura non solùm in liberos confert Parentibus, verùm etiam Adamo, & deinde Noacho in omne genus humanum detulit. Certè sive Xisuther fuit Noah, sive non, Rex tamen optimò jure dici potuit, omnemque regiam exercere potestatem in genitos ex se: & Nimrod suò dignus nomine quod rebellem sonat ab Ebræorum מרד. Po-

tris enim excuſsô jugo imperium in homines uſurpavit, inquit *Bochartus Phaleg. l. 4. c. 12.* Et ſanè ſvavius, me Iudice docetur hæc regnorum origo, ſubditorum amorem Principibus ingerens, quàm illæ per electionem debellationemque origines, quarum prior ſuperbiam, poſterior ferocitatem ſvadere poteſt. *Belum* etiam dictum fuiſſe Nimrodum poſt ſtabilitum imperium idem tradit *Bochartus, cap. 14* ab Ebræo בעל & בל quod Dominum ſignificat, hocque ſolùm apud Chaldæos manſiſſe nomen priore oblitterato, quoniam viſum eſt ad ſui regis contumeliam pertinere. Errorem itaque recoxit *Mathias* in theatro Hiſtorico, Reges primæ Monarchiæ recenſens, poſt Nimrodum Belum ponens, & huic Ninum ſubjungens. *Robuſtum* porrò *Venatorem* extitiſſe non Gigantem idem vult Bochartus, LXX verſionem corrigens & ei conſentientes Iudæos. *Grotius felicem* dicit cum Rabinis, *quia partem prædæ DEO obtulit*, an etiam gratam, ipſe definiat. Iacta venationis ſtudiô imperii fundamenta ita non ineptè edifferit Bochartus, *Cum venationis ſtudium in pretio ſemper fuerit, tamen credibile eſt illud feciſſe multò pluris primos homines, qui cum pauci numerô vagique & palantes eſſent, ſub dio plerumque degentes, aut in tabernaculis, ſine vallo & mœnibus quibus ſe tuerentur ab inſultibus ferarum, maximè in Auſtrinis regionibus, Arabia puta & Babylone, quæ his portentis plurimùm ſcatent; Magnam apud illos gratiam iniit Nimrod, cum ſe oppoſuit malo longè lateque graſſanti, & multorum animos ſuâ fortitudine ſibi conciliavit. Quâ benevolentia fretus, & expedita manu Iuvenum, quorum operâ uſus fuerat ad ferarum venationes, auſus eſt majora moliri, & converſis viribus à feris in homines, imperium in vicinos populos uſurpare, Babyloniam ſcilicet & Suſianam, & Aſſyriam, quod poſteri deinceps non parum ampliarunt.* Circa gentium diſperſionem diſſentit à *Seldeno Bochartus Phal. l. 2. c. 14.* eamque Phalego naſcente credit accidiſſe, nec difficile demonſtratu, intra centum annos, quod interceſſit inter diluvium & nativitatem iſtius, potuiſſe tot gentium conditores propagari: quam litem noſtram non facimus. Minimè tamen negligendus Bochartus, Fabularum Ethnicarum, & gentium vetuſtiſſimarum regnorumquê indagator ſolertiſſimus. Si legere non pœnitet, nec legiſſe pœnitebit. Illos verò priſtinarum rerum ſtudioſos renovantes quaſi Scytharum Aegyptiorumque de gentis ſuæ antiquitate lites, quæ laus maneat, dies docebit.

in Commentar.

Vid. etiam Uſſerii annal. & alios.

CAP.

CAP. II.

1. *Rex & Imperator: quid denotet Imperator, hujusque Tituli Usus.*
2. *Regii nominis apud Romanos odium, & quomodo Cæsares ab eo abstinuerint. Ipsorum Titulus, Princeps.*
3. *Tandem & Reges appellati, scripserunt se tamen solummodo Imperatores: donec* Βασιλεύς, *Rex & Imperator promiscuè in Græca usurparentur lingva.*
4. *Differentia inter Imperatores Orientis & Occidentis in titulis* Βασιλεὺς, *Rex, Imperator.*
5. *Imperatoris titulus concessus Regibus Angliæ, Franciæ, Hispaniæ, Magno Duci Moscoviæ, Magno Sultano, Presbytero Iohannis.*
6. *Summa horum aliorumque Regum Autoritas, qua subjecti non sunt Imperio Romano, contra communem, sed ridiculam multorum Civilistarum opinionem.*

POst initia & propagationem Titulorum *summi Principis* sequntur considerandа duo ejus clarissima nomina, *Rex* & *Imperator*. Horum prius olim fuit summum, alterum vero, *Imperatoris*, Ducem solummodo exercitus indigitavit, traductum vero est inditumque Iulii Cæsaris in Romano Germanoq; imperio successoribus. Cum enim ipse excellentia fortunæ suæ, nec non decrepitis Romanorum viribus, Dominus liberæ Reipubl. factus fuisset, tutius esse existimavit, si retineret illud, quam si renovaret Suprematus Titulum; Ideoque perpetuo fungens officio *Dictatoris* & *Consulis* una cum *Imperatoris* (voce bellicum indicante ministerium,) hoc etiam perpetuo (postquam ipsi ut reliqui tituli sponte concessus esset) usus est; *Honores nimios recepit* (inquit Tranquillus) *ut continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam Præfecturamque morum, insuper prænomen Imperatoris &c.* Post ipsum vero continuatum fuit nomen istud in successorum ejus Titulis, nisi quod ab ejus ævo, ac ante proximum ejus successorem Augustum illorum fuerit titulus, qui desperatis medi-

Nonis natus fuerat, cujus tamen Menſis, incertum, ideoque quascunque prohibuerunt) *Veriti ne quid nundinis collecta univerſitas, ob regis deſiderium, novaret, Macrobio teſte, Saturn. l. cap. 13.* *Cicero* etiam agnoſcens, quod *Cæſar* revera Rex eſſet, attamen ex odio vocis hujus vaticinatus eſt, *Regem Romæ poſthac nec Dii nec homines eſſe patientur. de Divin. lib. 2.* *Cæſar* autem ad tegendam ambitionem ſuam, Rex ſalutatus à plebe, Reipublicæque inimicam vocem eam eſſe intelligens, cum Tribuni vittam ejus ex Lauro decerperent; reſpondit, *Cæſarem ſe, non Regem eſſe*: recuſans omnino & Iovi conſecrans diadema, quod *Antonius* ſæpe deſideraverat ſibi imponi. Eadem de cauſa abſtinuit *Octavianus* à *Romuli* nomine, utut quam maxime affectarit. Similis huic fuit *Tiberii* diſſimulatio, cujus ævo, ut *Tacitus* inquit, *eadem fuerunt Magiſtratuum vocabula*: quæ olim, ſumma tamen & pondus rerum uni tantum inſertum eſt, & aſtute conſervatum, quoad nomen, non vero naturam diverſo à Rege, ut etiam obſervavit ille, qui *Julii* ſubſcripſit ſtatuæ,

Brutus quia Reges ejecit, Conſul primo factus eſt.
Hic, quia Conſules ejecit, Rex poſtremo factus eſt.

Princeps denique, *Principatus & Principium* propria eorum Majeſtatisque fuerunt nomina. *Auguſtus*, inquit Tacitus, *cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub imperium accepit.* Et Sveronius de Caligula: *Nec multum abfuit quin ſtatim Diadema ſumeret, ſpeciemque Principatus in Regni formam converteret.* Principis enim nomen aſſumſerunt, ut evitarent invidiam, quam Regis conciliaſſet appellatio. Et hujus eadem quæ Imperatoris fuit origo: nam ſicut hoc ex ſuprema in exercitus poteſtate derivabatur, ita illud ex eodem ſupremæ poteſtatis uſu in Senatu fluxit: ex Titulo enim *Princeps Senatus*, (communiter Romæ uſurpatus, idque citra invidiam) Auguſto addita eſt, ejusque ſucceſſoribus, vox *Principis*, ceu reſpicit Rempubl. univerſam.

NOTA.

Regis nomen non minus callidè Patrum noſtrorum ætate declinavit *Oliv. r Cromwell* infelicis apud Anglos memoriæ, homo, *Carolum I.* regnô & vitâ privans, regnumque capeſſens, aſt, ut dixi, ſine Regis titulo. *Protector* enim nominari maluit, Libertatis quaſi vindex & Patriæ Pater. In hoc utcunque ſimilis Cæſari, in illo tamen diſſimillimus, quod cum imperaret, & regiam penitus extirpare conaretur ſobolem, fundi-

tusque delere: ab hoc enim alienisſimus Cæſar, clementiæ laudem & ab hoſtibus meritus eſt: ſi rectè contra *Senecam* de benef. lib. 4. cap. 31. judicat *Reineſius*, ſuſpectam habens inſcriptionem illam, argutam ſatis, aſt antiquitatis affectu, ut loquitur, nimis nitidam, *Syntagm. claſſ. 4. n. 11. C. Sextio. Quod. C. Bello. Conſ. Reliquias non. deſtituerit Pompejanorum victoris Juſſu. K. D. multato & in exilium acto. C. Sextia uxor, parvuleis cum liberis obſervari juſſa. ſeq. ipſosque repenti præcipitio vindicavit in libertatem vixit libera annos 46. Serva nec diem.*

III. Longo deinde pòſt tempore nemo Imperatorum Regis Titulo uſus eſt (quanquam *Aurelianus* Imperator Diadema geſtaverit cum inſignibus aliis Regi propriis) ſed tantum Imperatores dicti in literis, mandatis, & legationibus teſte *Syneſio*, qui tempore *Arcadii* CCCC. poſt Chriſtum circiter annis vixit, docetque tum in Scriptis & Sermonibus Græcorum in ſpecie Reges appellatos: Ἡμεῖς μὲν (ad Imperatorem inquit) ὑμᾶς ἀξιοῦμεν καὶ καλοῦμεν βασιλέας, τὰ γράφουεν ὅτως. Τινὲς δὲ εἴτε εἰδότες, εἴτε μὴ συνηθείᾳ δὲ συγχωροῦντες τὸν ὄγκον τῆς προσηγορίας ἀναδυομένοις ἔοικατε. *Regis titulo Vos dignamur & ſcribimus. Vos tamen vel ſcientes vel ignari ſoletis declinare vocis tumorem & faſtum.* Et revera Auguſtæ Hiſtoriæ Scriptores vocem Regni pro Republ. Romana habent ante hoc tempus, *Sedile Regni*, pro Imperatoris Solio & ſimil. Odio in Regis nomen tandem evaneſcente, ut apparet ex *Regilliani* (Præfecti Illyrici) in Imperatorem Electione, ubi poſt cujusdam declinantis jocum *Rex, Regis, Regi, Regillianus* acclamarunt reliqui, *Ergo poteſt nos regere; ergo poteſt Rex eſſe.* *Hoc Gallieni* accidit ævo CCLX. poſt Chriſtum circiter annis. *Ulpianus* etiam clariſſimus ſub Alexandro Severo ICtus, *Legem Regiam* dixit quæ populi poteſtatem in Imperatorem confert. Et in Codice *Regia Majeſtas, Regalis ſenſus, Regia Urbs*, & ſimil. occurrunt cum relatione ad Imperatoriam Dignitatem. *Regnum* dicit *Ambroſius*, Imperium innuens. Ut vero Græci communiter βασιλεῖς, id eſt Reges vocitarunt, Ebræi etiam, aliique orientis populi (Nam eruditus Druſius refert, ſe habuiſſe librum cum inſcriptione מלכי רומי *Reges Romani*, ſ. vitæ Imperatorum: ac Lucæ III. capite, verſu 1. dicitur τῆς ἡγεμονίας, i. e. *imperante Tiberio*, Syriaca verſio reddit, דמלכוחח *regni*. Pauli appellatio, juxta Arabicam verſionem, eſt facta ad *Cæſarem Regem*; quod congruit titulis Imperatorum in vitis Evangeliſtarum quatuor lingva eadem ſcriptis.) ſic quoque Conſtantinopolitani Imperato-

Libr. περὶ βασιλείας

Caſaub. ad Spartian. Trebell. Pollio in Trigint. Tyrannis.

D. de Conſt. Princip. l. 1. Ornt. funebr. de Valentiniano & obitu Theodoſii. Athenagor. in inſcript. Apolog. & alii paſſim. Praterito. lib. 9.

peratores illuſtriorem titulum, nec magis idoneum reperire potuerunt, quam illum *Regis*. Si denique ſpectes quomodo inferiores uſi fuerint nomine iſto, exempla habebis familiaria in Actis Conciliorum, Hiſtoriis & ſimil. Ex novellis *Juſtiniani*, (quas Authenticas appellant) apparet itidem Αυτοκράτωρ, *Imperatoris* nomen, & Βασιλεύς, *Rex* indifferenter fuiſſe adhibitum, quanquam Latinus interpres ſolummodo Imperatorem nominet. Theophilus græce transferens Inſtitutiones prius illud confirmat. Græcum quoque Legum volumen, à Leone eorum Imperatore publicatum, anno circiter DCCCC. & comprehendens Digeſta, Codicem, Novellas, aliaque Decreta, inſcribebatur τὰ Βασιλικά, ac ſi diceres Leges regiæ, quarum nunc tantum Epitome ſupereſt; habentque illæ ſæpiſſimè Βασιλεὺς pro latinis *Princeps* vel *Imperator*. Ita ut tandem Regis & Imperatoris nomina pro uno eodemque haberentur, quanquam Romani tam exacte memores libertatis ſuæ, diſtinguerent eadem.

Cœcil. Epheſin. & ibi Cyrillus, Heſichius (qui ſub Anaſtaſio floruit) in CPleos deſcriptione. Procopius, alii. Baſilic. l. 2. tit. 6. ubi l. 31. ff. de leg. & Sen. & alibi.

NOTA.

Regis nomen apud Græcos ſaltem citò rediiſſe docet *Euſebius*, licet enim αὐτοκράτορας & Καίσαρας Romanam urbem regentes dixerit ἀρχὴν & Ηγεμονίαν, ipſorum regimen, attamen neque Βασιλεὺς, Βασιλεία rara apud eum ſunt nomina. *Julianus* ipſe in *Miſopogone* ſtatim ab initio Regem ſe nominat, Κέκτημαι δὲ οὐδὲν πω ταῦτα ἀκίνητα βασιλεὺς μέγας &c. *nulla ſunt mihi poſſeſſiones, cum tamen Rex magnus totô orbe appeller.* Vide etiam epigramma in tumulum ejus apud *Zoſim. lib. 3. & Reineſium.* Ex Principis autem vocabulo, quod *Auguſtus* uſurpavit in titulis; *Bodinus de rep. lib. 2. cap. 1.* ſcripſit, eum ejusque ſucceſſores non ſummam habuiſſe poteſtatem & Principes tantùm appellatos i. e. in rep. omnium primos. Corripit vero eum *Bœcler. not. ad Grot. de Jur. Bell. & pac. lib. 1. cap. 3. §. 10.*

IV. Diviſo autem Imperio, novis ex cauſis differentia illa inter Regem & Imperatorem affectata rediit. In occidente Imperatores intuentes *Gothos, Lombardos & Francos*, qui maximam Imperii partem inundarant nec non poſſederant; regna appellari, eorumque Duces Reges; amarunt potius *Imperatoris* nomen, ceu Majeſtatis eminentioris notam. Translato deinde CPleos Imperio ad Francos, Orientis Principes adhuc Βασιλεῖς dicti ſunt; putantes hunc maximum Titulum eſſe, nec ab initio multum contradixerunt

Imperatoribus Occidentis, ut docent Legati *Michaelis Curopalatæ ad Carolum Magnum*, qui ad confirmandum fœdus quoddam venerunt ad *Aquas Sextias & scriptum pacti* (inquit Autor meus Anonymus Annal. Francic. ann. 812. & vit. Carol. M.) *ab eo in Ecclesia suscipientes more suo, id est Græca lingva laudes ei dixerunt, Imperatorem & Basileum appellantes.* Quod nomen, (utut merè Græcum) posthac & Caroli successoribus datum est à Monachis, præpositumque Latino Rom. *Abbo Floriac. de Osid. Lutet. l.* sic de *Carolo Crasso* loquitur.

Urbs mandata fuit Karolo nobis Basileo.
Imperio cujus regitur totus pene Cosmus.

Ms. Hist. Longobard. ap Baron. Tom. 10. A. 871.

Cum vero *Basilius Macedo* Constantinopolitanus Imperator accepisset literas ab *Hadriano* II. P. M. in quibus *Ludovicus II.* tum Occidentis Imperator Basileus appellatus fuisset vel Imperator (sic enim vocem illam tum interpretabantur) eradere jussit honoris istum Titulum ex literis, nec non cur eundem assumeret *Ludovicus* per Legatos inquisivit. Legatis respondet *Ludovicus* per *Antprandum*, (ut refert *Reupert*, vel *Erempert* citatus & primo publicatus à *Baronio* Cardinale additis literis, ex quibus lis hæc optime intelligi potest. Primo scribit *Basilio*, ignorare se causas illius in se odii, *Nisi forte super Imperatoris nomine velit hæc cuncta sentiri. Verum apud nos (Occidentis Imperator) multa lecta sunt, multa quidem indefessè inquiruntur; nunquam tamen invenimus terminos positos, aut formas aut præcepta prolata, neminem appellandum BASILEA nisi eum quem in urbe Constantinopoli Imperii tenere gubernacula contigisset, Cum, gentium singularum monimentis interim postpositis, sacra nobis affluenter historia monstrent, plurimos fuisse Basileos. Et noli vel nobis quod dicimur invidere, vel tibi singulariter usurpare, quod non solum nobiscum, sed & cum pluribus Præpositis aliarum Gentium possides.---Sed nec hoc admiratione caret quod asseris Arabum Principem Protosymbolum dici, cum in voluminibus nostris nihil tale reperiatur, & vestri Codices modo Architon, modo Regem vel alio quolibet vocabulo nuncupent. Verùm nos omnibus literis Sacras S. præferimus, quæ non Protosymbolos, sed Reges Arabum & Sabæ perspicuè constituunt, Chaganum vero, non Prælatum*

Achmet Oniocrit. can. 28. & historici Orientales. Verum quid Protosymboli Vezirazes sibe Vezirum primos magnæ dignitatis, consulas licet, Leuclavium Pandect. Turcic. cap 14. lege Archiè, seu Archontem.

Avi-

Avarum, non Cazarorum aut Northmannorum nuncupari reperimus, neque Principem Bulgarum, ſed Regem vel Dominum Bulgarum. Verum idcirco ab iis & omnibus Baſilei debitum vocabulum adimis, ut hoc tibi ſoli non tam Propriè quam violenter inſedas. Deinde procedit ad Translationem Imperii ex Conſtantinopoli ad Francos ob ignominiam Græcorum, qui amplius non potuerunt Eccleſiam defendere, ac cum Baſilius ſolum Rex dici voluiſſet (vel *Riga* prout Græci barbarè admodum in quarto ſuo caſu protulerant) oſtendit porro idem denotari per *Baſileum*, quod per *Riga*: prout etiam pueri norunt. Neque dedecori fuit cum *Balduinus* Flandriæ Comes, *Ludovicus* Comes Bleſenſis & alii ſcriberent Imperatori Ottoni IV. *Excellentiſſimo Domino Othoni Dei gratia Romanorum Regi & ſemper Auguſto.* Sunt & alia exempla. Nec Germanorum Imperatores poſteriorum, ut videtur, temporum, Regis titulum minoris æſtimarunt quam Imperatoris. *Ottonis* quidem ævo, & poſtmodum; putabatur ex adulatione in urbem Romanam quod Electus in Imperatorem debeat ante Coronationem ibi factam, (vel aliquid Coronationi ſimile) *Rex Romanorum* eſſe, vel ut exprimunt Germanorum lingva Römiſcher König; ac ſi Imperatoris titulus non potuiſſet ante Coronationem illam ipſi conferri. Obſervat id *Antoninus*, Coronationem *Sigismundi* enarrans, *Leonardus Aretinus* eadem occaſione & alii. Damnant tamen id ipſum tanquam convitium. Henricus Bebelius quidem contra ipſos ſcripſit, aſt plura non evincit, quam Imperatoris titulum minorem Regis eſſe, ideoq; eos ſine cauſa litigare. Uſus tamen æquavit, ſi ſuprema adeſt poteſtas. *Poſtquam aliquis ex noſtris*, inquit, *in Regem Romanorum eſt electus, mox omnia Imperatoris officia exercet, & ut loquar, more legulejorum recentium, de facto habet plenariam omnium rerum adminiſtrationem, Supremamque Poteſtatem, nec aliquid addit creatio in Imperatorem niſi quandam ſolennitatem & quadam ornamenta, quæ Romanus Pontifex, non nos excogitavimus. Ut igitur Rex aliquis Romanorum primum dicatur & poſtea Imperator coronatione Pontificis, ſolum eſt ſedis Apoſtolicæ, non Germanorum inſtitutum, ut leges in C. venerabilem extr. de electione.* Tantum *Bebelius*. Tempore Caroli V. autem & ſic poſtremis Imperii annis, nomina iſta tam indifferenter ſunt uſurpata, ut poſt electionem & abſque Coronatione Romana, Imperatores frequentiſſime aſſum-

Arnold. Abb. Lubecenſ. Slavorum hiſt. l. 6. c. 19.

Chron. part. 3. tit. 22. cap. 10. § 1.

Lib. 6. Epiſt. ad Cyriacū, ſide Spigel. ad Gunthērum de hiſtor. Frederici 1. lib. 7. verſ. Coronam impoſui. &c.

ap. Goldaſtū Politica imperial part. 11 pag. 586.

Lupoldus de Bebenburg. de Juribus Regni & Imperii Romani, cap. 6. 16.

aſſumſerint nomen *Electus Romanorum Imperator*, & aliquando *Electus Romanorum Rex*: ac ſi duo iſta vocabula *Rex* & *Imperator* diverſa non eſſent. Intellige tamen de Regibus Romanis cum Imperatoribus collatis, atque in Imperatores jam electis, non vero ubi ſucceſſor in Imperio declaratur & Rex Romanorum appellatur. Nam iſti Romanorum Reges hic non reſpiciuntur, ſed ad ſecundam referuntur partem, ut evidentes ſucceſſores. Hic vero Titulus indifferenter uſurpatus & pro eodem habitus, æque ante Coronationem ac poſt eam pluribus probatur à Doctiſſimo Melchiore Goldaſto ex privilegiis Eccleſiæ Hamburgenſis & aliis obſervante, quod usque ad Coronationem Aquisgrani peractam (quæ prima eſt & ab Archi-Epiſcopo Colonienſi perficitur,) Imperatores appellati fuerint aliquando *Ordinantes* eorumque ad Imperium acceſſus *Ordinatio*, poſtmodum vero *Rex & Regnum* ut in ſubſcriptione cujusdam Privilegii ab Henrico III. eidem Eccleſiæ conceſſi; *Data anno Domini incarnationis 1040, Anno autem Domini Henrici Regis Tertii Ordinantis III. Regni primo*: aliud ab Henrico proximo: *Data anno Domini Incarnationis 1042. anno autem ordinationis Henrici IV. Regis VIII. Regni vero VI.* Unde liquet æque ipſos ante coronationem fuiſſe Reges ac poſt eam; & ſic etiam Impetatores virtute electionis, abſque ſolennibus illis, quanquam (juxta receptam tum opinionem) diſtincte numeraverint annos Regni ſui ab Imperii annis. Præter illud tamen quod *Baſilius Macedo* fecit, obſervarunt quod Orientis Imperatores ex Contemtu, Occidentis Imperatores tantum Reges appellarunt: ſuum Βασιλεὺς nulli, niſi Bulgarorum Regi concedentes, qui Coronam geſtavit auream, Tiaram Sericeam, & calceos rubros ad demonſtrandam Regiam ſuam Imperatoriamque Dignitatem. Ideo *Georgius Logotheta* Regem Bulgariæ ſemper appellat Βασιλέα τῶν Βλαχάρων, Regem vero Hungariæ & Siciliæ Οὐγγρείας καὶ Σικελίας Ῥηξ Principem autem Achajæ Ἀχαΐας Πρίγκηψ. Exiſtimo tamen non ex contemptu hoc profectum eſſe, ſed uſu, quo peregrinæ dignitates patriis ſeu nativis appellantur nominibus. e. g. *Sultan, Ameras, Amermumnes, & Chagam*, (quod idem eſt cum *Cham*) & ſimilia frequenter reperienda apud *Simocattam, Annam Comnenam, Codinum, Achmetem, Cantacuzenum*, aliosque magis obvios Orientales Scriptores; Nunquam etiam aſſerentes Translationem Imperii, ſed præſupponentes ſe ipſos Novæ *Romæ* Imperatores eſſe (iſtud enim Con-

Replica pro S. Caſarea & Regia Francorum Majeſtate, adverſ. Iac. Greiſer. C. 37. Vid. Hieronym. Balbum lib. de Coronat. & Goldaſt. in præfat. ad Iacob. M. Britan. Regem ad tom. 3. Imper. Conſtitut. Nicolaum Cuſanum l. 3. de Concordia Catholica Hadrian. Samuriam de Imperandi authoritate, l. 3. c. 4. & c. Gloſſ. Græco-Barb. I. Meurſii. Curopalat. in Tzimiſce.

Conſtantinopolis nomen fuit) nec non ſucceſſores Tituli illius glorioſi τῦ κόσμυ Κύριος *Mundi Dominus* (quo dudum Antoninus ſibi ipſi adulatus eſt ad Evdæmonem) non potuerunt non ejusmodi affectare diſtinctionem titulorum, quo unum ſuæ Majeſtati proprium retinerent. Quod ipſum, ecqua ratione melius facere potuiſſent, quam ſuum Titulum ſibi ſervando (i. e. Βασιλεὺς) & concedendo unicuique Principi verba regioni ſuæ propria? Cum itaque Siciliæ Principes tempore *Conſtantini* M. ut refert *Nicephorus Gregoras hiſt.* 8. Ῥῆγες vel Reges appellarentur Soli; Orientis Imperator *Baſilius Macedo*, cauſam ſufficientem habuit illud obſervare, cum primus eſſet poſt Translationem Imperii ad *Carolum M.* qui facile poterat recuperare Prædeceſſorum ſuorum gloriam. Ideoque Epiſcopi ejus in Conſilio Generali VIII. Conſtantinopoli habito, *nomen Imperiale* (ut aliquis Occidentalium loquitur) *noſtro Cæſari penitus invidere*; ad quam ambitionem alludit vetus autor de *Carolo Calvo* Rege Francorum docens. *Omnem Conſuetudinem Regum Francorum contemnens Græcas Glorias optimas arbitrabatur. Et ut majorem mentis ſuæ elationem oſtenderet, ablato Regis nomine, ſe Imperatorem & Auguſtum omnium Regum, eis mare conſiſtentium, appellari præcepit.* Poſterioribus vero ſeculis differentia iſta minus fuit obſervata, ut apparet ex epiſtola *Calo-Johannis* ad *Conradum III.* ſic inſcripta. *Johannes in Chriſto Deo Fidelis Rex Porphyrogenitus, ſublimis, fortis, Auguſtus, Comnenos, & Imperator Romanorum, ad Nobiliſſimum Fratrem & Amicum Imperii mei*, nec non ex reſponſione *Conradi*, appellantis ſemetipſum, *Romanorum Imperatorem Auguſtum*, Calo-Johannem vero *Illuſtrem & Glorioſum Regem Græcorum.* Unde patet, quod *Regis* nomen contemtui non fuerit habitum Conſtantinopoli: alias enim *Conradus* ſic non appellaſſet *Calo-Johannem.* Neque tamen hinc quicquam pro voce iſta decernendum ex Orientalium Imperatorum ſtylo; nam veriſimile eſt, quod Græca voce Βασιλεὺς, (quam, ut exiſtimo, Autor meus interpretatus eſt) uſus fuerit. Cum vero *Conradi* Succeſſor *Fridericus Barbaroſſa* acciperet ab *Iſaaco Angelo* Imp. Conſtantinopolitano literas expoſtulantes de tranſitu per Græciam in Palæſtinam & requirentes obſides in ſecuritatis teſtimonium cum arroganti hac Inſcriptione: *Iſachius à Deo conſtitutus, Imperator Sacratiſſimus, Excellentiſſimus, Potentiſſimus, Sublimis, Moderator Romanorum, Angelus totius Orbis, Hæres Corona Magnæ Conſtantini, Dilecto Fratri Imperii ſui maximo Principi Alemania*

Voluſ. Matian ff. ad leg. Rhod. l. 9.

Anaſtaſ. de vit. Pontif. in Hadr. 2.

Annal. incert. ſub anno 876. edit. Pithœ. eadē autem Sigebertus. Otto Friſingenſ. de geſt. Freder. lib. 1. cap. 24. Expedit. Aſiat. Frider. I. ap. Caniſ. Antiq. lect. tom. 5. part. 2. Plura de Græcorum faſtu & in occidentalem Imperatorem inſolentia habes in Luitprandi Legat. à Caniſ. edit. & ap. Baron. tom. 8. ſub a. 868. tranſcriptum.

niæ ſuam & fraternam & plurimam dilectionem minus benigne excepit Legatos, Gratiamque alpernatus reſpondit: *De ipſo non fero æquanimiter, ſi tàm arrogantèr me præſumat, de cætero ſalutare*; & quod ipſe jure jam ſatis confirmato appelletur *Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus*, ideoque Dominus Legatorum debuiſſet ſemetipſum potius inſcribere *Romaniorum quam Romanorum* Moderatorem; alludit autem ad *Romaniam*, quæ & *Thracia* dicitur, Orientisque Imperio ſubjacet.

NOTA.

Vix ſatisfacit excuſatione ſuà *Seldenus*. Mirum tamen non eſt Græcos ſplendidiorem præ Germanis affectâſſe titulum: Nam non ſola eorum hæc eſt vel fuit ambitio. Cur verò negaverint iſtis Regium nomen, nulla certè ſubfuit cauſa. *Carolus M.* enim, cum quo cœpit imperii diviſio plenaria Imperatoriæ Majeſtat. uſus poteſtate more ſolenni & recepto nominavit *Ludovicum* primum ſucceſſorem, hic *Lotharium*, iſte *Ludovicum ſecund.* Ignorantia igitur mera fuit, ſeculis illis obrepens, multum tamen diverſa ab atrocibus hodiernorum rixis, quæ non niſi bello definiri queunt. Sic enim *Wilhelmus Tertius* à Gallo non agnoſcitur pro Angliæ Rege, quoniam regnum iſtud adhuc *Jacobo 2.* vult ſubjici. Aſt ſicuti ſupremi Regis arbitriò mutantur regna, ità non humanà tantùm ſagacitate finguntur tituli, facilius rem ſequentes, regnorumque poſſeſſionem, quàm titulum regnorum ſequitur adeptio. Mitiores tamen poſthàc Græcos fuiſſe erga Germanos eorumque Imperatorem non ſolummodò βασιλέα dixiſſe: ſed & ab eo expectâſſe ſucceſſionem, teſtatur Sguropulus in hiſtoria concilii Florentini, ſect. 2. cap. 34. Quid v ſentiendum (liceat enim Eccleſiaſtica politicis immiſcere de titulo Epiſcopi univerſalis, quem *Iohannes Conſtantinop. Archiep.* aſſumpſit, *Pelagius* verò *Romanus Pont.* reprehendit, hujus tamen ſucceſſores ſibi vendicarunt. Sanè rectè inquit *Senec. de benef. l. 7. c. 7. Multi Imperatores fines aliis abſtulerunt, ſibi nemo conſtituit.*

Regem Italiæ, & Regem aut Imperatorem Romanum eadem eſſe nomina etiam *Grotius* dixit *de Jur. Bell. & pac. l. 2. c. 9. §. 11.* Sed contradixit annotator *Zieglerus*. Quomodo verò *Rex Germaniæ* appelletur *Imperator*, vid. in *Bœcleri notitia S. R. Imp. l. 4. c. 1.* & quos citat *Conring. & Lymnæum*; ipſius enim Tractatus non niſi indicis loco habendus eſt.

V. Sed utut Occidentis Orientisque Imperatores de titulis Imperatoris & Baſilei certarint, acſi conveniſſet inter ipſos, non alios

alios præter ſe iis uti poſſe: attamen certum eſt & aliarum gentium Reges eosdem aſſumſiſſe Excellentiæ ſuæ. *Angliæ* vel *Magnæ Britanniæ* Reges legitimè ſic vocati ſunt inde à pluribus ſeculis. *Edgarus* noſter frequenter in privilegiis ſuis nominavit ſe *Albionis & Anglorum Baſileum*, ac in epiſtola ad Oswaldum Wigornienſem Epiſcopum legitur, *Anglorum Baſileus omniumque Regum Inſularum Oceanique Britanniam circumjacentis, cunctarumque Nationum, quæ infra eam includuntur Imperator & Dominus*; ex quibus verbis obiter libet obſervare quod Angliæ vel M. Britanniæ Rex tam multis abhinc annis uſurpaverit nomen *Imperatoris & Domini Oceani Britannici*, quod convenit cum illo Canuti Succeſſoris ejus vulgo (*Knout*) qui ad littus meridionale throno ſuo inſidens, ſic Oceanum allocutus eſt: *Tu mea ditionis es, & terra in qua ſedeo, mea eſt*, &c. moralem quendam (ut refert *Henricus Huntingdonienſis*) inde conficiens uſum, demonſtrans vero aperte non minus ſe maris quam terræ Dominum, Regem & Imperatorem eſſe. Hinc communes noſtræ leges affirmant, Oceanum æque Regi ac Reipubl. confœderatum eſſe aliaque idem probant domeſtica teſtimonia. Neque abnuunt exteri Oceani accolæ, qui litem certe moviſſent, ſi aliquid in Titulo vidiſſent iniqui. Nam cum ſub Edvardo I. & Philippo Pulchro Galliæ Regibus *Reginer Grimbaut* Gallorum tum Admiralis iniquam exercuiſſet jurisdictionem in Canali, nec ſolum læſiſſet Angliæ Regem, tanquam maris Dominum, ſed etiam varios oppreſſiſſet Mercatores & alios, unde querelis in utroque regno auditis, Reges ambo delegarunt, qui examinarent illas, & ad quos illico Nobiles, Clerici, Civitates, Mercatores, Peregrini & ex Anglia alii, ab exteris etiam maritimis Genuenſibus, Catalauniis, Hiſpanis, Germanis, Zeelandis, Hollandis, Friſiis, Danis, Norwegis; multisque inſuper aliis ex Imperio acceptas detulerunt injurias, easque enarrantes, declararunt, agnoſcere ſe, quod Angliæ Reges, longo abhinc tempore, nec memoriâ aſſequendo, tanquam Reges Angliæ in quieta fuerint poſſeſſione abſoluti in mare Britannicum Dominii: ipſa verba Gallice ſic habent: *Que les Roys d' Engleterre par raiſon du dit Rojaume, du temps dont il n' y at memoire du contraire, euſſent eſte en paiſible poſſeſſion de la Souveraigne Seignurie de la Mier d' Angleterre.* Alia teſtimonia infinita hic omitto, allata in Tractatu meo, *Mare Clauſum*, 1620. edito, & aſſerente Angliæ Regno hoc maris Dominium: nec non affirmative definiente

Cod. Wigorn. ap. Ieb. Der in Monarch. Britann. & deprobate, leguntur hæc ap. V.C. Ed. Coke præfat. lib. 4. & Pat. 1. Ed. 4. part. 6 membro. 23. Bethnap. 6. Rich. 2. tit. Protection. 46. Scint. German l. 2. c. 51. Coke, l. 5. fol. 108. b.

temp. Ed. 1. de ſuperioritate maris &c. in arce Londin.

ente illuſtrem illam quæſtionem, num mareDominii capax ſit) juxta Leges & conſvetudines omnium fere gentium in terra cognitarum; cum reſponſionibus ad argumenta ICtorum contraria. Quoad Titulum vero Imperatoris, videmus & alios poſt *Edgarum* illo uſos fuiſſe. In Diplomate mille circiter poſtChriſtum natum annis Eccleſiæ Cantuarienſi conceſſo Ethelredi ab initio Titulus eſt. *Gratia ſummi tonantis Angligenum, Orcadarum necne inGyro jacentium Monarchus*; ſubſcriptioque talis: *Ego Æthelredus Anglorum Induperator hoc privilegium ore manuque crucis ſignaculo corroboro.* Idem Titulus & alibi occurrit circa eadem tempora, cum tum exiſtimarent, majorem indigitare Majeſtatem *Imperatoris & Imperii* nomina, quam *Regis & Regni.* Sæpe enim indifferenter iis uſi ſunt, ut in Saxonica verſione *Oroſii*, *Romana Rice, & Romana anrealde* promiſcue denotant Romanum Imperium; nam quoad literam primum illud Romanum Regnum, poſterius Imperium ſignificat, juxta Grammaticam ſignificationem. Quanquam autem poſt Saxonum tempora in Regum titulis non amplius adhiberetur vox illa, res tamen ipſa abunde fuit vindicata à Wilhelmo Secundo, confidenter Archiepiſcopo Anſelmo dicente, quod *ipſe omnes libertates habeat inRegno, quas Imperator vindicabat in Imperio*: ut verba recitat *Matheus Pariſienſis.* In deſcriptione privilegii cujusdam ab eodem *Wilhelmo* Monaſterio Shafresburienſi conceſſo, lego, *Ego Willielmus Rex Anglorum, anno ab incarnatione Domini 1089. ſecundo anno mei Imperii, omnibus meis ſucceſſoribus deſigno.* Ideoque & ſubHenrico VIII. integrum Parlamentum ſtatuit; *quod ex diverſis priſcis iisque authenticis Hiſtoriis & Chronicis manifeſtum ſit, hoc Angliæ Regnum eſſe Imperium, atque pro tali in orbe habitum eſſe, ut quod regitur ab uno ſummo capite & Rege, habente Dignitatem & Regiam autoritatem Imperialis coronæ in illam.* Regis etiam poteſtas Imperialis dicitur in alio Parlamenti decreto: ſic & Corona Angliæ, in Parlamentis recentioribus *Imperialis* vocitata: Reges denique Angliæ expreſſis verbis in Parlamento quodam Hiberniæ appellantur Reges & Imperatores Regni Angliæ & terræ Hiberniæ, mutato primum titulo *Dominus Hiberniæ* in *Regem.* Gallici item Scriptores, *Carolus de Graſſitio, du Haillan, & Hieronymus Bignonius* oſtendunt Imperatoris titulum antiquis Galliæ Regibus datum. Quoad Hiſpaniam habemus privilegium Alphonſi VI. circiter ante D. annos in annalibus Toletanis, cum hac inſcriptione: *Ego diſponente Deo Alphon-*

Præfixum eſt hoc diploma codici Ms. in Bibliotheca Cottoniana ubi formulæ Sacræ Coronationis Regum Angliæ. Cod. Wigorn. Ms. ib. pag. 211.

Cod. Abbatiæ Septon. ap. Dn. Arundel de Wardour Ms. fol. 1.

Stat. 24. Henr. 8. c. 12. & 25. Henr. 8. cap. 21. 1. Eliz. cap. 1. & 1. Jac. c. 1.

Stat. Hibern. 28. Henr. 8. c. 2. & V. C. I. Daſii Deciſ. Hib. fol. 61.

Alphonſus Heſperiæ Imperator: *Franciſco de Piſa*, nuper illic Decano Facultatis Theolog. & Philoſ. id referente in *Hiſt. Toletana l. 1. Cap. 29, 33.* Proximus ab eo *Alphonſus VII.* creatus eſt Imperator Hiſpaniæ *Legione*, & Ceremoniæ repetitæ ſunt *Toleti*, tanquam urbe iſtius Imperii primaria, ideo *Cabeça del Imperio de Eſpanna*, appellata (in diplomate *Petri Regis Caſtiliæ*, in dignitatem urbis iſtius conceſſo,) & *Alcacar de Emperadores*: in antiquo terræ iſtius poëmate. Inſignia Toletana inde ſunt Imperatoris Imago in habitu Imperiali, globum in læva, gladium in dextra geſtantis manu. In aliquo præterea Alphonſi hujus diplomate dato M C LXXVI. anno æræ Hiſpanicæ, id eſt, M C. XXXVIII. Chriſti ac confirmato Civitati huic à ſucceſſoribus ejus ſic inſcribitur ipſe & conjux ejus *Berengaria: Sub Dei nomine & ejus gratia, Ego Aldefonſus Dei nutu Hiſpaniæ Imperator, una cum conjuge mea Imperatrice, Domina Berengaria*: in ſubſcriptione vero *Imperatoris* ſolum vox in titulis Alphonſi eſt. Dicunt etiam quod *Innocentius II. P. M.* hoc dignitatis nomen ipſi confirmaverit: quod in *Mariana de rebus Hiſpan. lib. 10. cap. 16.* ſe vix credere poſſe, inquit. Extat autem epiſtola *Petri Abbatis Cluniacenſis*, in qua *Alphonſus* iſte appellatur *Imperator Hiſpanus, Magnus Chriſtiani populi Princeps.* Et alios hujus terræ Reges, eodem uſos titulo docent ex hiſtoriis Hiſpanicis *Hieronymus de Zevallos inſignis* ICtus Toletanus, Valdeſius &c.

Rodericus Tolet. l. 7. c. 7. & Roder. Sant. hiſt. Hiſp. part. 3. cap. 31.

Tract. de cognitione per Sinon Sicilentiæ gloſſ. 18.

Duces Moſcoviæ olim non alium uſurpantes titulum quam *Weliki Kneſi* i. e. Ruſſorum lingua *Magni Duces* his poſterioribus ſeculis aſſumſerunt *Imperatoris* nomen ſeu *Czar*, quod primus fecit *Baſilius* an. M. D. XX. Non tamen ad omnes illo uſus eſt Principes. In literis videl. ad Imperatorem, Papam, Sveciæ Regem & Daniæ, Pruſſiæ nec non Livoniæ Dominos, Turcam quoque, non vero ad Poloniæ Regem. Quoniam (ut refert *Sigismund. Com. Rer. Moſcovit. & Gagv. Moſcov. cap. 5.*) neuter horum in alterutrius epiſtolis novum admittere voluit titulum; Baſilii quidem filius *Johannes Baſiliowicz* in epiſtolis ſuis ad Regem Poloniæ appellavit ſemetipſum *Czar* i. e. Imperatorem, ſeu Regem, nunquam vero Polonus aliter ipſum nominavit quam Magnum Ducem, ut *Gagvinus* refert. Hodie ſucceſſor ejus vocatur *Imperator totius Ruſſiæ, vel Magnus Dominus, Czar atque Magnus Dux totius Ruſſiæ, &c. vel Dei gratia Imperator & Magnus Dux totius Ruſſiæ atque univerſorum Tartariæ Regnorum aliorumque plurimorum Dominiorum, Monarchiæ Moſcovitica Dominus & Rex*, prout lego in literis

Libr. de dignitate Regis Hiſpaniarii.

Poſſevin. in Moſcoſia p. 281. edit. in 86. 1587.

Ruſſorum Reſp. anglice ſcripta Lõd. 1591. p. 19.

literis salvi conductus a Demetrio ultimo subscriptis : *Demetrius Imperator.* & datis 28. Decembr. 1605. Alii Principes Imperatori huic eundem adscribunt titulum : vicini autem ut plurimum *Magnum Ducem* appellant. In fœdere inter *Rudolphum II.* Imperatorem Germ. & ultimum *Magnum Sultanum Achmetem* M. DC. VI. concluſum etiam eſt, ut poſuit uterque in epiſtolis & alibi, uti Imperatoris titulo. Idem titulus tribuitur *Presbytero Johannis* & aliis. Vid. Ludov. de Vretta Hiſtor. Æthiopic. paſſim.

Lit. Reg. Elizabeth ap. Hackluit. part. 1. pag. 339.

Mercur. GalloBelgic Tom. 5. l. 4.

NOTA.

Quæ Seldenus & Grotius de maris diſceptarunt Dominio, ipſosque ſecuti, in compendio narratur ad hujus J. B. & P. L. 2. cap. 2. §. 3. editionis Beckmannianæ.

Deinde non invidere Germanos Gallis, Anglis, Hiſpanis & aliis Imperii titulum, docet *Feltham de titulis honorum cap. 29. libr. 1.* Cæſaris tamen vocabulum iſtorum Regibus minimè competere tradit cap. 34. quoniam vocem hanc in familia Caji Julii Cæſaris, & Succeſſoribus Ejus hærere ſolummodò opinatur. Imperii etiam vocem optimô Jure illi Germanico competere ſpecialiter & per excellentiam *Conring.* ſcribit. *Exercit. 10. de Rep. Imperii Germ. §. 5.*

Regis denique & Imperatoris voces quod attinet vid. plura cap. 5. & parte 2. cap. 1. Autoris noſtri.

VI. Neque hoc *Imperatoris* nomen in aliorum Principum Titulis injuriam facit Germanorum Imperatori, qui vulgo ſic appellatur tanquam nomine ſuo proprio. Juris Civilis quidem periti aliqui, in ſpecie Itali & Germani, qui profitentur Jus Romanorum vetus, dicunt quod Imperator hodienum jure ſit *Dominus orbis* ſeu *terra totius*, ut etiam ipſorum affirmat Textus, ἀξίωσις ff. ad leg. Rhod. præter varias adulationes alias in prolatis Authoribus antiqui Imperii; ut illa *Corippi* ad Imperatorem *Juſtinum :*

- - Deus omnia regna
Sub pedibus dedit eſſe tuis.

Matheſeos lib. 2. cap. 33.

Conſtantius ap. Adolph. Occ. p. 552.

Et *Julius Firmicus* more aulico ait, *Totius Orbis Terrarum ſpatium Imperatoris ſubjacet poteſtatibus ; etiam ipſum eorum Deorum numero conſtitutum eſſe, quem ad facienda & conſervanda omnia, Divinitas ſtatuit principalia.* In numiſmatibus quibusdam Cæſarum Antiquorum Inſcriptio legitur. VICTOR OMNIUM GENTIUM : acſi omnes ab ipſo tum ſubactæ fuiſſent gentes. Et talia paſſim. Inde aliud ſequi non

non potuit, hoc ſi verum eſſet, quam ut præter Imperatorem Romanum vel Germanum (qui nunc in iſtius ſucceſſit locum) nemo juſte ingenti illo uti poſſet titulo, qui Summam denominat poteſtatem. Sed apertum eſt, neque olim neque nunc talem fuiſſe titulum, *Dominus totius terræ*, Imperatori ſoli debitum: & diverſos Principes alios ut Regem Angliæ, Scotiæ, Franciæ, Hiſpaniæ aliosque Supremam exercere poteſtatem, nec poſt Deum Superiorem agnoſcere, ac poſſe æque juſte (ac Imperator Romanus) vocari Imperatores, vel alio quopiam nomine appellari, quod ſummam plenitudinem & Honoris & Dignitatis indicat. Primo quod attinet Romani Imperii extenſionem, manifeſtum eſt illud habuiſſe *Clauſtra ſua*, ut *Tacitus* ejus appellat limites. Atque cum ſub *Trajano* ampliſſimum eſſet, ultra Euphratem dominans, (qui *Auguſti* ævo orientis fuit limes, ab Hadriano etiam reductus) non trigeſimam comprehendit terræ partem neque in hac Inſula ultra *Edenburgum Scotiæ* proceſſit; Deinde vero indies coarctatum, partim rebellantibus qui ſuberant, & invadentibus, qui nondum ſubacti fuerant. Tandem vero agnovit ad ſummum eſſe quosdam *liberos populos* Reges-*que*, ut loquitur *Paulus ICtus* inſignis in Imperio antiquo. Præter Respubl. enim Aſiæ, Africæ & Americæ videmus maximos Europæ Reges eſſe abſolute ſupremos, absque aliqua ſubjectionis ſpecie. Regem *Hiſpaniæ* vindicarunt ab omni ſubjectione magni illiluris periti *Valdeſius, Burgo de Paz, Diego Perez, Ferdinando Vasquez, Covaruvias, Hieronymus de Zevalloz &c.* Idem præſtiterunt quoad *Galliam Bodinus, Chaſſanæus, Bignonius, Carolus de Graſſaliis*, &c. Quoad Angliam, quanquam in epiſtola quadam officioſa *Henrici II.* dudum abhinc ad *Fridericum Barbaroſſam* ſcripta videatur aliqua ergà Imperatorem ſubjectio agnita fuiſſe, & quanquam *Richardus* vel in Captivitate ſua *Conſilio matris ſuæ depoſuit ſe de Regno Angliæ & tradidit illud Imperatori* (id eſt Henrico VI.) *ſicut univerſorum Domino, & inveſtivit eum per pileum ſuum:* ut ſunt verba *Rogeri de Hoveden*: Attamen præter annullationem juris iſtius ab ipſo Imperatore morti vicino factam, invenimus quod omnis Autoritas publicorum Notariorum ab Imperatore creatorum, ſeu ab ejus Comitibus Palatinis hic prohibita fuerit, *eo quod Regnum Angliæ ab omni ſubjectione Imperiali ſit liberrimum*: ut verba ſonant in Conſtitutione quadam *Edwardi II.* hunc in finem edita. Patet quoque temporibus vetuſtioribus *Notarios Publi-*

Bodin. de Rep. L. 1. c. 9

ff. de Captivis l. 19. 24.

Radevic. de geſt. Fred. I. l. 1. c. 7. Horn. en le miroir des Iuſtices cap. 5. §. 1. lib. 4. §. de Jurisdictione.

Dorſ. Clauſ. 1. Edw. 2. m. 6. in ſchedul.

Conſtit. Othon. c quãto & cap. quoniam & lib. I. de Athona. *Videſis ſpec. tit. de Inſtrum. edit. §. 8. reſtat. Guil. Herbort in deciſ. rotæ. Nob. tit. de fide Inſtrum. deciſ. 5.* *Arniſæus de Jure Majeſtatis lib. 1. cap. 2. §. 6.*

Publicos (quorum Autoritas fuit vel ex Papa vel Imperatore) penitus non, ſeu raro hic fuiſſe admiſſos: quanquam Canoniſtæ veteres tradiderint, Notarios etiam ab aliis præterquam Cæſare ſeu Papa creatos nullam inſtrumento, quod teſtantur, fidem conciliare; nam illo ævo rerum veritas & legalium inſtrumentorum probabatur ſigillo authentico partium, non vero Notariorum ſubſcriptione. *Henrici V.* autem tempore *Sigismundus* Imperator huc veniens pacem inter *Henricum* & Galliæ Regem conciliaturus, admiſſus non fuit, prius quam coram *Gloceſtriæ Duce* (qui gladium evaginatum manu ſua tenens pronunciavit, nullum ſe hic quam Regem agnoſcere ſuperiorem) ſolemniter profeſſus eſſet, *nihil ſe contra ſuperioritatem* Regis *prætexere*, ut obſervavit ex *Tito Livio*, qui tum ſcripſit res geſtas *Henrici V.* Bellumque Gallicum. Sed plura dicenda erunt de Angliæ Regibus cap. ſeq. circa titulum *Rex Regum.* Simili fundamento innititur lex illa à Iacobo III. R. Scotiæ ſancita, in qua definitur, quod *quoniam Sereniſſimus Dominus noſter habet juriſdictionem plenam* (ſic decreti ſonant verba latine facta) *& liberum Imperium intra regnum ſuum, poſſit Majeſtas ſua creare Notarios & Tabelliones quorum inſtrumenta debent plenaria gaudere fide, in cauſis omnibus & Contractibus intra* Regnum; *Neque poſtmodum Notarius factus Imperatoris autoritate, fide polleat in contractibus civilibus intra* Regnum, *niſi examinatus fuerit ab ordinario, & approbatus à Majeſtate* Regia. Quod decretum, ut & mandatum *Edvardi II.* ſupra citatum edita ſunt ad præveniendum jus illud Imperatoris quæſitum, quo ſibi Comitibusque ſuis Palatinis vindicat creationem Notariorum Publicorum autoritate ac fide ſua gaudentium, non aliter acſi omnes regiones ſubjectæ eſſent illius Dominio à quo iſti creati ſunt. Summa illa Regum non Imperatoris poteſtas agnoſcitur etiam in *Dania*, *Polonia* & alibi: unde *Alphonſus IX. Caſtiliæ* Regem definiens (poſtquam pertractaſſet ſpecialia ad Imperatorem pertinentia) inquit, eſſe unumquemque in Regno ſuo Dei vicarium ſeu vices gerentem, ſupra populum evectum, ut eundem gubernet, non aliter quam ſi Imperator eſſet: *bien aſſi come & Imperador en ſu Imperio.* *Antoninus* etiam loquens de Imperatoris titulo, quem ante coronationem ſuam adeptus eſt, differente ab eo, quem poſtmodum accipit (nam primo *Rex Romanorum* poſtmodum *Imperator* dicitur) reprehendit illud tanquam expreſſionis abuſum, *quaſi minus fuerit*, (ſunt verba ejus) *Regem quam Imperatorem eſſe*,

Spec. tit. de Inſtrum. ed. §. 8. reſtat. Weſenbech. Paratit. ff. de fide inſtr. &c.

Partid. 2. tit. 1. Ley. 5. & 8.

eſſe, quæ barbara perverſitas dicenda eſt, Omnino exiſtimans, prout etiam revera eſt, Regis nomen ſupremum in maximis Europæ monarchiis eſſe. Hac in cauſa tamen (in ſe ipſa manifeſtiſſima) qui hæſitabit ad opiniones & argumenta obvia Juris Civilis peritorum, in ſpecie *Neapolitani Mariæ, Zoannetti &c.* omnem attribuentium ſecularem poteſtatem ſummam Imperio Germanorum prout Romano ſucceſſit, reſponſionem ad illa petat ex eruditis & limatiſſimis ICtis in Imperio illo viventibus *Henningio, Arniſæo, & Bernhardo Zieritzio* præter Hiſpanos *Zevallum, Albericum Gentilem,* aliosque modeſtos ſcriptores, qui & hanc in ſpecie tractarunt quæſtionem, & Summum Majeſtatis exercitium aliis vindicarunt Europæ Regibus, nihil utique derogantes Dignitati Imperio propriæ. Atque tantum de Imperatoris titulo in aliorum Regum ſtylo. Atque hactenus de Regis titulo, prout Summum in terris denotat imperium, unde (juxta Methodum propoſitam) deſcendimus, ad Reges ſubordinatos & ingentia illa nomina *Rex Regum,* & *Magnus Rex,* quæ hoc ſuſtinet.

de jure Majeſt. l. 1. c. 2. Commentario de principio inter ipſos prærogativa Iena 1612.

Tract. de cognit. per vim violentiæ gloſſ. 18. diſput. regal. 1. & de jure belli, lib. 1.

NOTA.

Imperatorem Romanum *Mundi Dominum* dici non poſſe tradit Grotius, I. B. & P. lib. 2. cap. 22. §. 13. quem vide & Annotatores, *Gronovium, Zieglerum. Conringius exercit. 2. de Rep. Imp. Germ.* nec Germaniam totam paruiſſe Imperio R. docens. Docent id etiam Inſcriptiones *Reineſiana. 74. & 76,* Claſſis tertiæ; quarum Illa orbem Romanis circumſcripſit limitibus. *Auguſto liberatori nationum orbis Romani, Inſtitutori Libertatis Hetruſcæ reip. Conſervatori militum, tutori legum & bono reip. nato Colonia Lucenſium. Divo Tiberio Claudio quarto ejus an Neroni invicto Patri Patriæ Romanorum ſemper Auguſto.* Hæc quosdam à victis excipit gentibus. *Divo Gordiano Victori Perſarum, victori Gothorum, victori Sarmatum, Depulſori Romanarum ſeditionum ſed non victori Philipporum.* Liberior tamen eſt inſcriptio 61. *Flavio Gratiano ſemper Auguſto Inſtauratori orbis terrarum;* & 77. *Hic Probus Imperator & verè probus ſitus eſt, Victor omnium gentium barbararum, victor etiam Tyrannorum.* Primam verò in claſſe illa novitatis ſuſpectam habet Reineſius: & talis eſt. *D. Iulio Cæſ. Aug. Urbis & orbis heroi,* Poſthumus XV. Vir ſcriba ſenatui edidi, quæ templi Sacrum condidit unico B. M. *Orbis* verò vocabulum pro Imperio uſurpari; & Ῥωμαϊκὸν κόσμον dici ap. Gelas. Cyſic. in actis concilii Nicæni: ſic latinum

tinum orbem, orbem Africanum, orbem vastum Galliæ & Anglicanum. (*Ego Knuto Gubernator Anglici orbis propria manu confirmo*) imò interdum pro pago vel provincia sumi, ut orbis Lemovicinus, orbis Caturcinus, vocem istam, docet du Fresne in Glossario: ut itaque frustrà sibi meruat Seldenus posse ex locutionibus ejusmodi Imperatori R. in universum terrarum orbem imperium addici.

CAP. III.

1. *Titulus Regis subordinati in Principibus subditis, singularia quædam de Regno Insulæ Man.*
2. *Rex Regum & Magnus Rex; antiquus mos terram & aquam homagii loco offerendi.*
3. *Summorum Principum pedes, manus, labia solemniter osculari & adorare.*

I.

NOmen *Regis* ut denotat Subditum, vel Subordinatum Principem, tribuitur vel illis qui sunt Tenutarii Imperatoris, vel supremi Monarchæ, passim obvii, vel Regum filiis. Illi in Romanorum historia frequentes sunt; videmus enim constitutos Reges *Parthorum, Armeniæ, Arabiæ, Persiæ, Judææ* & alibi terrarum: *habebant isti* (ut Tacitus infit) *instrumenta Servitutis & Reges:* inde in *Trajani* numismatibus legitur REGNA ADSIGNATA & REX PARTHIS DATUS. *& simil.* Inde *Arrianus* in *Periplo* suo *Ponti Euxini Adriano Imperatori* inscripto, sæpe Regum meminit hac cum additione: ὅτι σὺ ἐκ τῆς πατρὸς τῆς σὴν τὴν βασιλείαν ἔχεις, *iste Regnum suum à Patre tuo tenet, &* ὅτι παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει, *iste à Te regnum habet.* In Romanis legibus mortis reus dicitur *cujus dolo malo factum erit, quo Rex exteræ nationis Populo Romano minus obtemperet*; ut *Scævolæ* verba sunt; acsi omnes exteri Reges eorundem fuissent Subditi. Neque S. Historia absque Regibus ejusmodi est. *Kederlaomer* tales habuit subjectos, aliique posterioribus in seculis. Imperator etiam Germaniæ Ducatus aliaque territoria in Regna evexit, faciens Reges Tenutarios suos & Feudatarios, coronans tamen eosdem & concedens *merum Imperium,*

ad legem Iul. Majestatis lib 4. cujusq.

Videsis Radevic lib. 1. c. 13. Otton de S. Blasio, sub

rium, sive potestatem gladii, vitæ ac necis, ut Investiendi Ceremoniæ habent, cum Gladius traditur. *Est enim*, inquit *Otto Frisingensis (de gestis Freder. lib. 2. cap. 5. Consuetudo curiæ*, (Imperatoris) *ut regna per Gladium, Provincia per vexillum à Principe tradantur vel recipiantur.* Idem refert *Guntherus lib. 1. Austriados de Friderico Barbarossa*, qui uni Fratrum Regnum dedit, alteri vero Ducatum, cum litigarent, quis eorum Rex esset: Imperator enim Martisburgi commoratus utrumque accersivit litemque sic determinavit.

---- ut quædam provincia tota Guidoni
Cederet, at Regnum cum nomine Petrus haberet,
Ergo ubi vexillo partem quam diximus ille
Hic autem Gladio Regnum susceptit ab ipso
(Hunc etenim longo servatum tempore morem
Curia nostra tenet).

Mox vero post illa tempora, Corona (quam Autor iste *brevius Diadema* respectu Imperatorii diadematis appellat) aliaque ornamenta regia tradita sunt, non tamen ut existimo, ceu necessariæ Investituræ partes quam in testimonii solennitatem; reali, ad minimum primaria in Imperio investitura gladii saltem traditione peracta: utut Romæ Investitura Regum quorundam, originem dignitatis suæ hinc tantum derivantium, videtur facta solummodo fuisse Corona, Sceptro & Bulla creationis à Pontifice traditis vel missis, absque gladio, prout *Innocentius III. Calojohannem* creavit *Bulgariæ* Regem(a). Dico Regum quorundam, alias enim cernimus in Pontificali Romano Gladium electo Regi à Metropolitano tradendum, tanquam ipse immediate à Pontifice R. Archiepiscopo Investiendi autoritatem concedente, accepisset(b). Sicut itaque fuit forma investiendi Reges subordinatos, ita & reperitur regula juxta quam æstimatur qualitas ejus qui tali modo Rex ab Imperatore creari voluit(c). In exiguo libello Parisiis 1539. expresso cui titulus *La division du monde. Divisio mundi* lego. *Princeps qui vult terram suam* Regnum *fieri, habeat quatuor Ducatus conterminos, & quisque Ducatus quatuor civitates, neque alius quispiam habeat eas, quam ipse: unaquæque vero civitas habeat Archi-Episcopum, & unusquisque Archiepiscopus decem Episcopatus, quos Provincias appellamus, alias Rex minime creari poterit. Atque sic Rex creatur ab Imperatore, coronaturque ab aliis qui sunt ei superiores, vel etiam quo modo*

Anno 1186. Theodor. de Niem in Vita Ioan. P.P. 23. pag. 76. Joh. Dubravium hist. Bohem. lib. 6. Helmond. Hist. Slavorum l. 1. c. 8. Arnold. Lubec. l. 6. c. 2. Antonin. hist. part. 3. tit. 19. cap. 6. §. 1. Choppin. de Domanio Franciæ lib. tit. 1. Paul. Iov. in legat. Moscov. & Sigismund. in rebus Moscovit. Cosmam Pragensem hist. Bohem. an. 1086. Lairt. Cherubin. Bullar. tom. 1. p. 37. 38. 40. alios item qui Reges, sed à Pontifice Romano, quam ab Imperatore constitutos, saltem præterea a Pontifice Regum constituendorum, his meminere. Id nos hic consulto prætermisimus.

a Laert. Cherubin Bullar. tom. 1. p. 38 an. Chr. 1203. hc. 8. hujus partis. Sid. p. 202 c De hac re consulas Cuspinian in Austria. Petrum de Vineis l. 6. epist. 26. Fr. Hotoman. disp. de Feudis c. de Regnis in feudi datis.

modo Imperator vult eum in terra ſua coronari. Idem tradit & alius liber *La Salade* dictus (dignitates & Honores tractans, antiquo Gallico idiomate ſcriptus, & reſtitutus *à Michael le Noir* ſub *Franciſco I.* & an. 1521. impreſſus) ut edoceor ex aliquibus ejusdem partibus, mihi communicatis à Wilhelmo le Neve Eboracenſi Fœciale his in rebus admodum induſtrio nec non apprime docto. Impreſſus autem iſte libellus eſt ſpeciali conceſſione nec non directione *Franciſci I.* ideoque cujus mentio hic fiat, dignum judicavi, utut nullum videam fundamentum ſeu rationem, vel etiam colorem ejus, cur iſtæ requirantur Conditiones, aut unquam requiſitæ fuerint in Rege ſubordinato. Generalis ſubordinationis methodus docet, *Reges Cypri* ſub ditione utriusque Imperii fuiſſe. Apud Orientales vero nihil magis in uſu quam ſubjectos habere Reges *Magnum Sultanum & Mogolem, &c.* Verum Titulus iſte Regis ſic uſurpatus non extra controverſiam fuit apud illos, qui exiſtimarunt nullum ſubjectionis genus cum eo conſiſtere poſſe. Vehementer diſplicuit *Franciſco I.* quod *Carolus V.* ſemetipſum vocaverit *Neapolis & Sicilia Regem*; tanquam eſſet Pontificis Feudum Tenens: ac cum *Pius V.* Pontifex *Coſmum de Medices Florentiæ Ducem* eorundem regnorum Regem creare vellet, Vicini Principes id approbarunt neutiquam, Imperator vero *Maximilianus II.* directe Galliæ Regis Legatis ea in re regeſſit: *Non habet Italia Regem niſi Cæſarem:* juxta illud Martialis:

Qui Rex eſt Regem, Maxime non habeat.

Inde factum ut in compoſitione litis inter *Henricum II.* & filium ejus *Henricum* (qui Patre adhuc vivente coronatus fuit) noluerit Pater homagium, quamvis filius præſtare vellet, acceptare, *Qui Rex erat, ſed ſecuritatem accepit ab eo*: ut *Hovedenus* loquitur: acſi dignitas iſta & homagium vel ſubjectionis aſſertio, conſiſtere non poſſent. Intelligenda tamen iſta ſunt & his ſimilia de Regis nomine ſupremam denotante poteſtatem: utut ſubordinatus titulus in Imperio frequens & vetuſtus, alibi etiam, nec ſine exemplo ſit in Anglia. Nam in *Saxonum Heptarchia* ſex Reges communiter ſubditi erant ſeptimo tanquam ſupremo, quem appellarunt Anglorum Regem primum & ſimpliciter; quod tamen nomen æque & aliis datum, (primus autem ſic vocatus *Aella Suſſexiæ Rex* atq; *Egberto* cujus gloria & magnitudo conſtitit potius in abſorbendis Regnis ſibi ſubjectis, & ſuo regimini conformandis, atque in Heptarchia novo Angliæ nomi-

Vid. D. D. ad C. 6. quæſt. 3. c. Scitote. Arnold. Lubec. Slav. l. 5. c. 2.

Bodin. de rep. l. cap. 9.

Ebelsberd. l. 3. c. 2. Beda hiſt. Eccl. 2. cap. 5 circa an. 820.

nomine appellanda (nam *in Parlamento*, inquit Autor meus, *apud Wintoniam mutavit nomen* Regni, *de consensu populi sui, & jussit illud de cætero vocari Angliam*) quam in ampliaido Dominio, quo Prædecessores suos anteire voluit. NOTA.

Si Franciscus I. Galliæ Rex ægrè tulit, Carolum V. à Pontif. Rom. accepisse Neapolis & Siciliæ regna tanquam feuda, (quod etiam nunc fieri solet ab Hispaniæ Regibus) quid dixisset ad illud Imperatoris factum, quo Papæ se Vasallum agnovit, unde triti versus illi:

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores
Mox homo fit Papæ, sumit quo dante coronam:

vide Conringii exercitat. 6. post alios; & observa *hominis* vocem hic Vasallum & clientem denotare, ut etiam hic paulò pòst in autore nostro, ubi de Henrico. 2. & Roderico Rege Connaghtiæ refert, hunc illi subditum fuisse *sicut homo suus*. Inde etiam *Hominium & Homagium* servitium significat, ac fidei professionem à servo vel Vasallo factam: *du Fresne in Glossar.*

Tales fuerunt *Reges Insulæ Man*, qui primo paruerunt Regibus *Norvegiæ*, postmodum *Angliæ* Regno. (*Johanne & Henrico tertiis* imperantibus) deinde *Scotiæ* Regibus, ac denique *Angliæ* iterum. Ipsi utebantur titulo *Rex Mannia & Insularum*, in sigillis suis, nec non appellabantur ita à Superioribus Dominis, ut testatur *Henricus III.* cum Homagium sibi præstitisset *Reginaldus*. *Sciatis* (inquit part. 2. Henr. 3. membr. 1.) *quod dilectus & fidelis noster Reginaldus Rex de Man venit ad fidem & servitium nostrum & nobis homagium fecit.* Postea vero etiam *Domini Mannia* dicti sunt, non tamen ita ut Regis titulo orbati fuerint. Narrant enim nobis historiæ nostræ *Reges Mannia & Regis* appellatione usos esse & *Corona aurea*: refert id *Thomas Walsingham* narrans *Wilhelmum Montacutium* Comitem Salisburiensem sub *Richardo II.* vendidisse Insulam *Wilhelmo Scrop*. *Wilhelmus Scrop*, (verba sunt ejus) *emit de Domino Willielmo de Monte-acuto Comite de Sarum, Insulam Eubonia* (quod vetus Insulæ nomen est) *cum Corona. Nempe Dominus hujus Insulæ* Rex *vocatur: cui etiam fas est corona aurea coronari.* Et aliud Chronicon in bibliotheca publica *Oxoniensi* ait. *Est nempe jus illius Insulæ, ut quisquis illius sit Dominus,* Rex *vocetur cui etiam fas est Corona* Regia *coronari.* In monumentis tamen donationum à Regibus nostris ad eos qui vulgo Reges Manniæ appellati sunt, *Domini* saltem nomen non *Regis* reperitur, cum additione quod tenent

ex instrum. lib. Hospital. S. Leonardi Ebor. Ms. in bibl. Cotton. Idem fere in Alred. Rhi gallens. Vita S. Edwardi. Verum ab Anglorum adventu ita dictam scribit Joh. Salisburiens. Policratic. 6. cap. 16. alii ab Hengisto ut Hector Boet. Scot. Histor. 7. & Jo. Gobber Epig. in confess. Amantis & Hardinem. Chronic. Regni Mannia

Richard. 2. sub a. D. 1393 Ms. ab anno 43. H. 3. ad 7. H. 5. cui scio. lus aliquis nomen Gell. Richanger temere nuper præfixit: sub a. D. 1392.

ant eam tam ample & libere, ut prædeceſſorum aliquis: Cum etiam eſſet in manibus *Willielmi Sarisburienſis Comitis*, non alio uſus eſt nomine, quam *Lord of Man, vel Seignor de Man i. e. Dominus Mannia*. Inveni illud in diplomate ſignato inſigniis Inſulæ iſtius conjunctis cum iis, quæ familiæ ejus fuerunt propria, ſub Corona ex octo floribus contexta; quarum quatuor multo majores ſunt reliquis. Scriptum illud eſt 22. *Februarii 6. Richard. 2. ad dilectum ejus Equitem Robertum Sparry*, quem conſtituit poſſeſſorem variorum prædiorum in *Sutton, Mountagu, Crowthorn, & Crofton: Den ham in Sommerſetenſi* diſtrictu, venitque ad manus meas favore Honoratiſſimi *Henrici Comitis Huntiagdonienſis*. Verba illic ſunt iſta: *Gilliam Conte de Sarisbiry Seignior de Man & de l' Isle de Wight*. Cum Domini titulo eandem dedit *Henricus IV. Henrico Northumbriæ Comiti*, ceu Inſulam bello ademptam *Wilhelmo Scrop*, quod tamen bellum idque ſubſecura debellatio non aliud fuit, quam cum captus fuit *Wilhelmus Scrop* apud *Briſtow* & capite truncatus ab iis qui ex partibus Regis iſtius erant cum eſſet *Lancaſtriæ Dux*, Coronamque ambiret. Sunt autem verba epiſtolæ patentis omnino obſervatione digna. *Dat ipſi Inſulam, Caſtrum, Pelam & Dominium de Man ac omnia Inſulas & Dominia eidem Inſulæ de Man pertinentia, quæ fuerunt Willielmi le Scrop Chimler defuncti quem nuper in vita ſua conqueſtati fuimus & ipſum ſic conqueſtatum decrevimus, & quæ ratione conqueſtus illius tanquam conqueſtata cepimus in manum noſtram, quæ quidem decretum & conqueſtus in præſenti Parlamento noſtro (hoc primum eo regnante fuit Parlamentum) de aſſenſu Dominorum temporalium in eodem Parlamento exiſtentium quoad Perſonam præfati Willielmi ac omnia terras attenementa, bona & catalla ſua tam infra dictum regnum quam extra ad ſupplicationem communitatis dicti regni noſtri affirmata exiſtunt.* Mirum vero non eſt videre dari illi tanquam territorium bello acquiſitum, ſi recordamur propoſuiſſe illum ſibi acquirere etiam *Angliæ & Hiberniæ* regna gladio non hæreditate: diſſvadebat tamen hoc ipſi *Wilhelmus Thirning* Primus Juſtitiarius, qui ad maxima ejus adhibitus eſt negotia: præterea ad ſatisfaciendum Parlamento ea de re dubitanti, publice proteſtatus eſt, *nolle ſe, ut cogitet ullus, quod velit bello quemquam exuere hæreditate ſua, libertate, aliiſq; juribus*, &c. ideoque Regnum vendicavit prætextu hæreditariæ ſucceſſionis. Quoad titulum tamen *Inſulæ Man*, non mutavit propoſitum ſuum ut videtur, neque continuavit eundem absq;

Pat. 1. Hen. 4. part. 5. membr. 36.

Rot. Parl. 1. Henr. 4. & Chron. Ms. a. 43 Henr. 3. ad Hen. 5. in bibliotheca Bodleian. Th. de Walſingham p. 360, edit. Francof.

Par-

Parlamenti Conſenſu, quod debellatam eſſe eam confirmavit. Aliquot poſt annis perdidit illam *Northumbriæ Comes*, iisdemque verbis conceſſa fuit *Johanni Stanlejo*, ut poſſideat eam duosque offerat Regi, dum coronatur, Falcones; cum *Northumbriæ Comitis* conditio ſeu officium fuiſſet geſtare gladium, appellatum Lancaſtrienſem Gladium (idemque erat, quo accinctus fuerat *Henricus IV.* Angliam primum ingrediens) cum Rex coronaretur & Succeſſores ejus atque Titulus iſte continuatus fuit in poſteris *Joannis Stanleji*, Comitibus in *Derby*, qui eodem privilegio, (quo *Northumbriæ Comes*) gaudent Iure Patronatus in Epiſcopatum *Sodorenſem*, & vulgo *Reges Mannia* vocantur. Patronum vero Epiſcopatus eſſe tam ſpecialis Regiæ Majeſtatis nota eſt in ſubdito, ut ejus exemplum nunc non alibi occurrat in Angliæ ditionibus: utut priſtina tale quid viderunt tempora; Roffenſis enim Epiſcopatus, Patronum agnovit Archi-Epiſcopum Cantuarienſem, & ComPatroni Epiſcopi *Landaffenſis* fuerunt Comites Gloceſtrienſes. Huic titulo *Regis Mannia* ſimilis fuit ille *Regis Inſulæ Wigth*, in magno *Beauchampio Comite Warwicenſi*, ſub *Henrico VI.* qui tùm ejusdem Inſulæ Rex coronatus fuit. Tales quoque fuerunt priſci Hiberniæ Reges ſub Angliæ Imperio. *Henricus II.* conceſſit *Roderico Regi Connaghtiæ* ditionem ejus cum ſolutione certi tributi; *& quamdiu ei fideliter ſerviet, ut ſit Rex ſub eo paratus ad ſervitium ſuum, ſicut homo ſuus.* In privilegiis à Johanne & Henrico III. traditis *Connaghtiæ & Tesmondi* Regibus idem Regis titulus ipſis ſæpe additur, ut obſervavit eruditus *Johannes Davis Eqv. S. R. Majeſt.* nuper *Atturnatus Generalis* in Hibernia; & in *Rotulis Henrici III.* ævo, aſſervatis in *Turri Bremighamenſi Caſtelli Dublinenſis* aliquando *Oneale Rex*, aliquando *Oneale Regulus*, denotat ſubditos illius terræ Reges. Maxime tamen obſervari meretur aliquos Reges iſtos, quamvis Regis geſſerint titulum ſubordinatos tamen fuiſſe Comitibus a Dominis Hiberniæ creatis, & ab ipſis tenuiſſe Regalitatem ſuam. Apparet illud ex contractibus quibus CL. vaccas, pendere, obſides dare, obedientiam & alia promiſit *Odo Onel* Rex in *Ter-Conel* anno 35. *Henrici III. Waltero de Burgo* vel Burk; tum Ulſtriæ Comiti. *Omnibus præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, Odo Onel Rex Kenelean, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me tenri Nobili Viro Domino meo, Domino W. de Burgo Comiti Ulton, & Domino Conac. in trium millibus & quingentis vaccis ſolvendis eidem videlicet*

Pat. 7 Henr. 4 part. 2 membr. 18.

Rot. Cart. 16. Reg. Joh. membran. 6. Codex Ms. Bullarii in recept. Scacc fol. 166. & Cod. Parl. Ed. I. in arce Lond. fol. 19, 21. Hiſtor. Tenkesbur. Ms. Tranſact. inter Henr. II. & Roder. ap. Roger. de Hoſden. Clauſ. Joh. R. 6. membr. 18. 17. Joh. Chart. membr. 3. 6. Henr. III. Chart. membr. 2. in arce Lodinſ. V. quæ ex Tabulariis regiis Hiberniæ habet Camdenus in ad Britan. p. 773.

ad Feſtum omnium ſanctorum, anno Regni Regis Henrici quinquageſimo quarto Mille vaccas, & ad Natale Domini proximè ſequente Mille vaccas, & ad feſtum inventionis S. crucis anno eodem Mille & quingentas vaccas ſine ulteriori dilatione. Inſuper teneor, liberare Domino Comiti infra prænominatum feſtum omnium Sanctorum quatuor Obſides, videlicet, Conleht filium meum, ſi quo modo ipſum habere potero, & filium Ogalmuhtum de legitima ſponſa ſua procreatum, & filium vel fratrem Mackane vel ſecundum filium, Okarry alumpnum meum de legitima ſponſa ſua procreatum, vel filium fratris ſui. Et ſi obſides prænominatos prefato Domino Comiti, ut prædictum eſt, non fecero liberari, ego teneor redire ac reverti ad Dominum Comitem, & me ſubjicere in omnimoda Priſona & voluntati ſua. Inſuper promiſi & obligavi me ſub pœna excommunicationis de cetero tenere & cuſtodire Alianoram ſponſam meam & conſanguineam Domini Comitis benè & honorifice, eidem fideliter neceſſaria miniſtrando, & omnia jura ſua tam in terris, quam in aliis bonis, quæ ad eum ſpectare dinoſcuntur, ſecundum uſum & conſuetudinem terræ meæ, ſine fraude eidem reſtitui, & re habere faciam. Et ad hæc omnia ſupra dicta fideliter & firmiter obſervanda ſuper ſacroſancta Domino Comiti præſtiti juramentum, volens & concedens, ſi illud infregero, quod abſit, quod licitum ſit Domino Comiti, me ejicere à Regalitate, quam ab eodem tenere debeo, ſine ſpe gratiam vel miſericordiam adipiſcendi, & eandem, cuicunque ſibi placuerit, ſine contradictione ſeu vendicatione mei vel meorum conferre. Et inſuper obſides prænominati pro voluntate ſua— antur. In cujus rei teſtimonium has literas meas Domino Comiti fieri feci patentes. Dat. apud Ancr. ſecundo die Octobris, anno Regni Regis Henrici quinquageſimo tertio.

Rotul. Pat. 52. Henric. 3. memb. 9.

Obſervo hic ſpecialem Regis *Tyrconel* ſubordinationem: *Henricus III.* dederat anno præcedente Hiberniæ Dominium *Edvardo* Principi (poſtmodum Edvardo I.) ſub ipſo tenuit *Walther de Burke* Ulſtriæ Comitatum, atque ſub *Comite* tenuit *Odonnel* iſte Regnum. Avthentico unde hæc habeo diplomate Doctiſſimus & Nobiliſſimus Dominus nuper *Leiceſtriæ Comes* me dignatus eſt. Repertum eſt in ſcriniis Patris ejus *Henrici Sidney Equitis*, qui tribus vicibus fuit Vice-Rex in Hibernia. Hactenus de primo ſubditorum genere qui Regis appellantur nomine.

Gomez ap. Azebed. in Conſtit. Reg. l. 1. tit. 3. §. 3. Didac. Perez. in leg.

Alterum ſunt Regis Filii: non tamen alii hac in diſtinctione innitor fundamento, quam locis quibusdam Juriſconſultorum exterorum tantundem affirmantium: ſæpe apud hos occurrit; *Filius Regis Rex vocari debet, quamvis Regnum non habeat*; quod *Rex ſit*

quoad

quoad nomen & dignitatem, non vero quoad jurisdictionem, administrationem vel alia similia, quæ respiciunt Dominium. Nunc autem Regum filios sic minime appellari manifestum est: utut DCCC. abhinc annis sic nominati fuerint in *Hispania*, viventibus adhuc Patribus suis, ut refert *Ludovicus de Molina de Hispan. primogeniis lib. 3. cap. 6. §. 15.* ex privilegiis quæ concesserunt proxime *Pelagium* antecedentes Regem Ecclesiis Ovetensi & Compostellanæ aliisque. Tale quid occurrit etiam in priscis Galliæ seculis; ac in Orientali Imperio *Anna Comnena*, *Alexii Imp. Filia* Βασιλισσα vocatur in titulo *Alexiados* suæ. Jurisconsulti tamen non aliter Regis nomen filiis concedunt, quam *Ducis, Comitis, Marchionis*, eorundem filiis, de quibus in secunda Parte. Vide autem de Regis nomine sic usurpato *Alfons. de Azevedo, Didac. Perez, Molinam, Tiraquellum, &* alios ipsis citatos. *Vide etiam du Fresne Glossarium voce* Rex, *ubi adducit ejusmodi exempla, quæ hic transcribere necesse non est. Sufficiunt enim à Seldeno allegata; hujus tamen, quoniam recentior autor est, dedignari mentionem voluimus.*

Castella l. 1. t. 2. Tiraqbell. de Iure primigeniorum quæst. 33. &c.

II. Titulus Regis subditis concessus genuit illum *Rex Regum*, quibusdam Monarchis Summis usurpatum. Assyrii agmen ducunt; & *Nabuchodonosor* tum Babyloniæ Rex sic appellatur in Scriptura S. Translato hoc ad Persas Imperio, *Artaxerxes Mnemon*, in epistola ad *Esram*, Jerusalemi & Templi reædificationem præcipiente, sic ipsum salutat. *Artaxerxes (Arthasasto* est in Ebræo*) Rex Regum Esræ Sacerdoti, Esdr. VII. 11.* In Magni denique *Cyri* sepulcro Persicis Characteribus scriptum fuit, si fides *Eustathio ad Dionys. περιηγ.* & *Straboni Geogr. 15.*

Ἐνθαδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος Βασιλεὺς Βασιλήων.

id est *hic ego Cyrus jaceo Rex Regum*: eundem assumsit *Sesostis Rex Ægypti* (idem cum *Sesostre Herodoti*) in erutis victoriæ Columnis. *Plutarchus* refert, excanduisse responsumque negasse *Tigranem Armeniæ* Regem *Lucullo* ἕλι Βασιλέα μόνον ἀυτὸν ὁ Βασιλέων ἐν τῇ ἐπιστολῇ προσηγόρευσεν, *quoniam se saltim Regem appellasset in Epistola.* Eundem titulum Regum *Parthiæ* videre est in vitis *Augusti & Vespasiani ap. Dionem & Xiphilinum. Artaxerxes Longimanus* Persiæ R. eo etiam usus est, ut legimus in *Epistolis Hippocratis*, ubi etiam Βασιλεὺς ὁ μέγας *Rex Magnus* appellatur. *Reges autem Magni & Assyrii* dicti, ut in libro Iudith. *Sic dicit Magnus Rex Dominus universæ terræ*; & Esaiæ XXXVI. 4. *Hæc dicit Rex Magnus, Rex Assyriorum.* Idem nomen Persis

מלך מלכיא *Dan. 2. Ebraice* המלכים *quo nomine Rom. Imperat. Fetusti ss Rabinis dictum notat. Cl. V. & literarii dum dixit, Præses Is. Casaubonus ad Trebell. Pollionis Valerianos.*

Diodor. Bibl. a.

Perſis uſurpatum ait *Herodotus, Xenophon, Joſephus, Apocrypha Eſther, Plutarchus & Æſchylus*: & nudum Βασιλεὺς, absque additamento *Perſis* proprium eſt, indeque gens dicitur Ἀσὴς βασιλεύτατον ἔθνος, *maxime regia natio.* Fuerunt itaque duo iſti tituli *Rex Regum & Magnus Rex* primis duobus Imperiis uſurpati, ut & (ſi credimus hiſtoriæ *Judith*) ceremonia illa recipiendi in ſignum Regiæ Poteſtatis & exigendi (quod hic obiter annoto, quoniam homagium erat tum temporis Regibus præſtitum, à Principibus & populis ſubjectionem ſuam erga ipſos agnoſcentibus) Terram & aquam. Iſta enim poſtulaſſe Perſas ſæpe legitur, præſertim in Epiſtola *Darii* ad *Indathyrſum Scytharum Regem*, qua invitat primo eum in campum, idque ſi recuſet, jubet, Δεσπότῃ τῷ σῷ δῶρα φέρων ΓΗΝ τε καὶ ΤΔΩΡ ἔλθε ἐς λόγους *ferens Domino ſuo Terram & Aquam, in colloquium veniat.* Quidam vero ê *Xerxis* Legatis Terram & Aquam a *Lacedæmoniis* poſcens in fontem dejectus eſt, terraque obrutus. De *Aſſyriorum* Imperio id non legi niſi in *Judithæ* Hiſtoria, ubi Rex præcipit *Olopherni* ut omnes occidentis populi ἑτοιμάζωσι μοι γῆν καὶ ὕδωρ *præparent ſibi terram & aquam*: indeque Druſius Obſerv. 12. cap. 20. æque uſurpatum fuiſſe utrique Imperio hunc morem ſtatuit. Nec fortaſſis mos iſte alienus eſt ab illo *Plinii. Summum apud antiquos ſignum victoriæ erat, Herbam porrigere victos, h. e. terra & altrice ipſa humo & humatione etiam cedere: quem morem etiam nunc durare apud Germanos ſcio.* Hinc herbam dare vel porrigere pro cedere, manus dare, in ludis & agonibus. *In agonibus*, inquit, *Varro* in antiquit. ap. *Servium in Æneid. 8. herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non cupit, & fatetur eſſe meliorem.* Inde videtur trãslata piſcium cum aqua ex fonte oblatio, quam *Athenienſes* voluerunt eſſe promiſſionem Dominii ſui in mare cum apud Delum ſacrificarent: nec non vox illa nobilis cujusdam ad *Wilhelmum Normannum* Haſtingi in Suſſexia appellentem, & cum egrederetur ex navi, in terram cadentem: *Tenes*, inquit, *Domine, Angliam & Rex eris*: videns etiam Regem arenam & terram, manu comprehendiſſe, addidit: *Accepiſti terram hanc in poſſeſſionem tuam*: Sed iſta aliquantum longe ſunt petita. Illud *Rex Regum* præter dictos & alii uſurparunt, Poſt Perſas vicini *Parthi* aſſumſerunt. *Regem etiam Regum & exercitatione venandi & convictu Megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos juſtitii inſtar eſt, ait Sveton. in Caligul c. 5. vide & Treb. Poll. in Valeriano & ibi Caſaubon.* inde multo poſt tempore videtur

Scholiaſt. Ariſtophan. in Ἀχαρνεῦσι *Dionyſ. Afer in* περιηγ.

Herodot. in Melpom. Epiſtol. Coon ad Artaxerx. ad finem Hippocratis. Polyb. hiſt. 8. in Orat. Luciſci & de hoc more Plutarch. in Themiſtocle Hiſt. nat. 22. c. 4.

Nonnius & Feſtus.

Semus ap. Athen. Dipnoſoph. 8. Malmesbur. de geſt. Reg. lib. 3. Hiſtor. Normann. ap. Camden. in reliquiis.

Armo-

Armeniæ Principi relictum, vocitato *Κυρίων τῶν Κυρίων*, id eſt Principi Principum; ſicut etiam appellatur *Valerianus* prior in epiſtola cujusdam Regis Orientalis: jam diximus de Rege apud Ægyptios Seſoſtre. *Antonius Cleopatræ* gratificaturus *Armeniæ* Regem captivum adduxit, & liberaliter illius filiis conceſſit *Armeniam, Parthiam & Indiam*, appellavitque *Reges Regum*, monetæ quoque inſcripſit: *Reginæ Regum, filiorum Regum Cleopatræ.* Quomodo Imperatores poſteriores affectarint nomen illud, non memini. *Maximiliani* tantum jocus fuit, dicentis, cum alii tantum eſſent Reges hominum, ipſemet eſſet *Rex Regum*: nam *ſubditos ſuos velle agere quod liberet.* In Regum tamen Angliæ titulis etiam reperitur, cum ſub ſe Reges habuerunt. E.g. in privilegio *Abbatiæ Malmesburienſis* An. DCCCC LXIV. *Ego Edgarus totius Albionis, Baſileus necnon maritimorum ſeu Inſulanorum Regum circum habitantium.* In alio anno DCCCC LXIV. ſubſcriptio talis eſt. *Ego Edgar Baſileus Anglorum, & Imperator Regum Inſularum.* Nota, Majeſtatem tituli hujus, ſatis vindicavit bellis ſuis. *Ille cum ingenti Claſſe* (ait *Florentius Wigornienſis*) *Septentrionali Britanniâ circumnavigatâ, ad Legionem urbem* (hæc eſt *Ceſtria*) *appulit. Cui Subreguli ejus octo, Kinathus, ſcilicet Rex Scotorum, Malcolmus Rex Cumbriæ, Maccus plurimarum Rex Inſularum* (hic *Maccus* vocatur à *Malmesburienſi Maccuſius Archipiratæ*; fuit autem Rex *Inſulæ Man* & adjacentium quarundam) *& alii quinque Dufnallus, Siffrethus, Hudwallus, Inchillus* (omnes Reges ſunt *Wallia*) *ut mandârat, occurrerunt & quod ſibi fideles, terra & mari, cooperatores eſſe vellent, juraverunt. Cum quibus die quadam ſcapham aſcendit, illiſque ad remos locatis, ipſe clavum gubernaculi arripiens per curſum fluminis Deæ, peritè gubernavit, (gloriatus deinde coram nobilibus) tunc demum quemque ſuorum ſucceſſorum ſe gloriari poſſe Regem Anglorum fore, cum tot Regibus ſibi obſequentibus potiretur pompâ talium honorum.* Simile quid accidit, antehac in agnato Ejus *Athelſtano*, qui (ut *Malmesburienſis* verba ſonant) *Ludvalum Regem omnium Wallenſium* (lego *occidentalium Wallenſium*, ut *Florentius Wigorn.* & Rogerius *Hofeden* ſvadent; & quod *Ludwallus* fuerit *Hoſweldha*:) *& Conſtantinum* Regem *Scotorum cedere Regnis compulit. Quos tamen non multò poſt miſeratione infractus in antiquum ſtatum ſub ſe regnaturos, conſtituit, glorioſius eſſe pronuncians Regem facere quam Regem eſſe;* quod in Coroli Martelli epitaphio ſic legitur.

Conſtit. Porphyrog. de Adminiſtr. Imper. Rom. c. 44.
Treb. Pollio in Valeriano.
Xiphilinus in Auguſto.
Adolph. Occo de Numiſmatibus p. 33.
Pat. 1. Ed. 4. part. 6. membr. 23.
Pro Pr. & Conſentu Wigornienſ.
Hieron. Bignon. de l'Excellence des Rois libre 3.

Non vult regnare, ſed Regibus imperat ipſe.

& Gallico verſo redditur:

C'eſt ce Martel le Prince de Francois
Non Roy de nom, mais le Maiſtre des Roys.

Buchan. rer. Scotic. 6. Reg. 75. & prater Scriptores noſtros Arniſæum de jure Majeſtatis, lib. 1 c. 5. §. 4.

In Illo vero *Athelſtani*, cujus hiſtoriam in dubium vocant aliqui, vide Conſentientes *Ethelwerdum, Hovedem, Florentium Wigornienſem, Henricum Huntindonienſem*, & alios veterum. Præterea iſtum Imperatoris titulum Edgaro confirmant Reges ſubjecti, una cum ſumma poteſtate, qualem unquam Imperator Romanus vindicavit: quanquam nullum omnino argumentum tam exacte ſummum Imperatoris nomen in Dominis noſtris demonſtrat, quam eorum jus independens, quod recte vindicavit, conſervavitque *Edvardus III.* cum *Ludovicus Bavaricus* vellet ut oſculetur pedes ſuos in congreſſu Colonienſi. Imperator (inquit *Walſingham*) male tulit, quod *Rex Angliæ non ſe ſubmiſit ad oſcula pedum ſuorum.* Sed reſpondit AngliæRex, quod *ſit Rex inunctus, & habet vitam & membrum in poteſtate ſua, & idcirco non debet ſe ſubmittere tantum, ſicut Rex alius:* innuens Angliæ Regem neque quoad ſummam poteſtatem, neque quoad independentiam ab Imperatore Summo differre. Aliud vero proImperiiRomani Dignitate & Prærogativa eruditiſſimi Jurisconſultorum non habent argumentum, quam ut *Arniſeus* loquitur: *Quod omnia Regna ſuperat Imperium antiquitate*; quod ipſum tamen, (ſi verum eſſe admittamus) nulla poteſt eſſe Superioritatis cauſa, quanquam Præcedentiæ eſſe poſſit.

de Jure Majeſt. lib. 1. cap. 4. §. 1.

NOTA.

Reges Regum dici *Abeſſinorum* Reges & ab his eodem appellari nomine *Hiſpaniæ* Reges, tradit *Ludolf Comment. ad hiſtor. Æthiopicam Lib. 2. num. 12.* Ratio eſt quoniam *Rex Regum & Imperator* idem ſonant eorum lingva, ideoque *quem titulum Rex Æthiopiæ ſibi arrogat, æquum erat, ut eum vicisſim Regi Hiſpaniæ tribueret.* Verba ſunt *Ludolfi*: per modeſtiam vero *Maluæ Sagedum* eo titulo non uſum eſſe cum ad *ad Philippum 2. Hiſpan. R.* ſcripſit; idem narrat *Ludolphus Lib. 3. Not. 105.*

Cyri vero & aliam inſcriptionem modeſtiorem absque ullo titulorum ſplendore recitat *Plutarchus in Alexand. M. Quicquis es mortalium & undecunq; advenis. Adventurum enim Teſcio. Cyrum. Sum. Qui Perſis imperium Quæſivi. Hoc igitur. Humi. paululum Quo Meum. Corpus. Obtegitur. mihi. ne invideas.* junge huic illam quam etiam jungit *Reineſ.*

Syn-

Syntagm. claſſ. 3. num. 69. Rex. Regum. Simandius. Sum, Si. Quis. Qualis fuerim. & ubi jaceam. Noſſe velit. meorum aliquod operum exſuperet.

III. Oſculari pedes Imperatoris (quod hic occurrit, nec intempeſtive obſervatur) cœperunt cum in ſummo eſſet Imperium Romanum faſtigio: Mutato tamen ſubinde Oſculo in illud manuum, genuum, vel labiorum. Nam quoniam moris eſſet Deorum ſimulacra oſculari, vel ſi adorantes ea, longius diſtarent, dextram ad labia attollere, ac quaſi projicere oſcula, atque illorſum corpus convertere (quod genuina fuit adorationis forma.) Imperatores, Diis proximi, imo & pro Diis ab aliquibus habiti, idem ſibi in Excellentiæ ſuæ agnitionem exhibere paſſi ſunt. Neque aſpernati ſunt morem belli Duces Romani ante Imperium, ut videre eſt in hiſtoria *Catonis Minoris*, cujus manum exoſculabantur milites, in diſceſſu, honore paucis tum exhibito. Vid. *Plutarchum in Caton. Min.* & in *Bruto* ubi *de conjunctis in Cæſarem*. Labiorum quoque Oſculum infrequens non fuiſſe *Suetonius* teſtatur, de *Tiberio* inquiens; *Oſcula cottidiana prohibuit edicto*: quod tamen edictum non ſic omnem oſculorum ſuſtulit uſum, ut non in ſalutationibus eorum relinquerentur; Solus id *Martialis* abunde loquitur: Sed Succeſſores ejus qui homines amplius dici nolebant, ſed *Joves*; volebantque credi cum *Venere* ac *Luna* concubuiſſe aliisque ſtolidis conceptibns *Deos* ſe eſſe imaginantes, contenti non erant plebejo illo oſculandi more, ſed injuriam ſibi fieri, magnumque Majeſtatem ſuam pati detrimentum, ſi ſalutantes ſe, ultra pedum oſcula aſſurgerent; manus tamen & genua non niſi nobilioribus permittentes. Pedum & manuum oſcula videmus in *Caligula* primùm; genuum, pedum & manuum in *Maximino Juniore*, quanquam *Maximinus* iſtius Pater Tyrannus ac corruptiſſimus Princeps pedum oſcula minime admiſerit: *Dii prohibeant* inquiens, *ut quisquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat. Diocletianus* vero, ut *Pomponius Lætus* refert, edicto ſancivit: *uti omnes ſine generis diſcrimine, proſtrati pedes exoſcularentur: quibus etiam venerationem quandam adhibuit exornans calceamenta auro, gemmis & Margaritis.* Prout etiam Romanus facit Epiſcopus induens pedem oſculandum calceo ex ſerico rubro & aurea cruce notato. Ceremoniâ, & in aliorum Epiſcoporum inſigniumque Prælatorum ſalutatione adhibita. Sed de hoc ſalutandi Imperatores more:

Cic. in Varr. act. 5. de Herculis Statua, Lucretius l. 1. ſæpe ſalutantum &c. Apulej. Meteſ. 4. Plin. hiſt. 28. c. 2. Videſis 1. Reg. 19. 18. Iob. 31. 26. 27. Pithœus adverſ. cap. 7. Lipſ. elect. 2. c. 6. Verum de adoratione ejusmodi videndus imprimis doctiſſ. Salmaſius, in Vopiſci Probum.

Dio Caſſ. hiſt. 59.

Capitolin. in Maxim. juniore.

Baſing ſtoch. hiſt. Britan. 6. not. 6.

Caſaub. Exerc. 14. §. 4. in Baron.

more: *Tenuere*, inquit Lipſius, *Superbum ne dicam impium morem (quid enim homo, infra hominem abjicis?) Principes aliquot ſecuti, ſed non e bonis.* Et de optimo quodam, *Alexandro Severo*, Lampridius inquit: *Salutabatur nomine, hoc eſt Ave Alexander. Siquis caput flexiſſet, aut blandius aliquid dixiſſet uti adulator, vel abjiciebatur, ſi loci ejus qualitas pateretur, vel ridebatur ingenti cachinno, ſi ejus dignitas graviori ſubjicere non poſſet injuriæ.* *Martialis* denique *Trajani* ævo, rejicit viles adulationes illas Domitiano aſſentantes:

Lib. 10. Epigr. 72.

Ad Parthos, inquit, *procul ite Pileatos*
Et inopes humilesque ſupplicesque
Pictorum ſola baſiate Regum

Arnold. Chr. Slav. l. 2. c. 10. Cantacuzen. hiſt. 1. c. 16.

Oſcula genuum illis poſteriora ſunt in Orientis Imperio; vehementer autem diſplicuit mos iſte *Conrado III.* in Congreſſu cum *Emanuele Comneno*: imo ob honorem Romani Imperii cum *Rex Græcorum in hoc conſenſiſſet, ut ſtans oſculum porrigeret, ſibi ſedenti, neque hoc Conrado placuit. Tandem ſapientiores ex utraque parte hoc conſilium dederunt, ut in equis ſe viderent, & ita ex paritate convenientes ſe & oſculando ſalutarent.* *Muleaſſes* Rex *Tunetanus* ſic etiam *Pauli III. P. M.* pedes oſculari noluit, ſed genua tantum. Oſculantur autem manus Principum adhuc illuſtres perſonæ in ſignum officioſi amoris ſui, prout etiam veteres fecerunt. *Ineſt*, inquit *Plinius, in aliis partibus quædam religio, ſicut dextræ oſculis averſa appetitur, ſide porrigitur.* Fortaſſis hic oſculorum ritus Romam ab Aſiaticis delatus eſt. *Nam cum Perſæ veteres* (inquit Herodotus) *conveniunt, ſcire potes num æquales ſint vel non, nam in ſalutationibus invicem oſcula figunt, ſi vero quis inferior ſit genas ſolummodo attingunt, ſi vero plebejus, πρηνὴς πίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον procumbens adorat alterum.* Adoratio ſimpliciter enunciata ſæpe innuit oſculationem manus propriæ vel primorum digitorum cum corporis inclinatione; ſi vero quis etiam una procumbat, (quod ſupplet locum oſculi pedum) Perſarum denotat adorationem. Ac prout ex *Martiali* l. c. apparet, oſculati ſunt etiam ni prohiberet diſtantia, Regum ſuorum pedes. Hinc habes *adorari more Perſarum*, & Νόμοισι Βαρβάρῳσι, ut *Euripides Phrygium* ad *Oreſtem* loquentem inducit.

Arrian. in Epict. l. c. 19. ſen. ep. 119. alibi.

Hac fere phraſi utitur D. Matth. c. 49. atque idem eſt, quod Curtio l. 8. procumbere.

πρηνὴς κυνῶ σ' ἄναξ νόμοισι βαρβάροισι
προσπίτνων.

i. e. *procumbens adoro Te o Rex, Perſarum more.* *Lampridius* vero de

Alexan-

Alexandro Severo inquit: *Ipſe adorari ſe vetuit*, (intellige cultu divino ſeu manuum oſculo) *cum jam cœpiſſet Heliogabalus adorari Regum more Perſarum. Trebell. Pollio in 30. Tyrannis de Zenobia* ait: *adorata eſt more Regum Perſarum.* Et *Seneca* locutus de *Caligula* pedes oſculandos exhibente dicit de benef. 2. cap. 5. *homo natus in hoc, ut mores liberæ civitatis Perſica ſervitute mutaret.* *Alexandri* quoque permutationem Græcæ libertatis cum ſervitute hac narrans *Curtius* utitur verbis, *venerari, procumbere, & humi corpus proſternere.* *Juſtinus* denique; *Retentus eſt à Macedonibus mos ſalutandi Regis, exploſa adoratione.* In uſu autem pleno hodienum iſta eſt apud magnum *Ducem Moſcoviæ*, Regem *Calecut*, *Magnum Chan*, *Turcam* & alios: ex parte tantum retinetur in genuum flexione (Knien) coram Principibus Europæis & manuum oſculo. Adorationem in Imperio deſcribit *Procopius Arcan. hiſtor.* p. 133. Vid. & *Nico Alemannus in Nota ad eum hiſtor. p. 115.* quod ante ævum ſuum *Patritius* ad Imperatorem accedens παρὰ μαζὸν δεξιὰν προσκύνει τὸν δέξιον, *adoravit ſeu procubuit verſus dextram Imperatoris mammillam*, & Imperator dimiſit eum cum oſculo fronti ejus fixo: inferioris vero ordinis omnes γόνυ κλίναντες βασιλεῖ τὸ δεξιὸν ἀπολλάσσαντο *dextrum genu Imperatori inclinantes ſeceſſerunt.* Imperatricem denique adoratam non fuiſſe: niſi quod *Juſtinianus* inter alia, quæ *Theodoræ* ſvaſu, vel cauſa innovavit, juſſerit, ut Patricii æque ac plebeji in conſpectu ſuo vel ejus ſtatim procumberent εἰς τὸ ἔδαφος, ἐπὶ στόμα χερῶν τε καὶ ποδῶν εἰς ἄγαν πεπαυσμένων τῷ χείλει ποδὸς ἑκατέρου ἁψάμενος i. e. *terram verſus in faciem, ſuffulti vero manibus pedibuſq; ſuis, utriusque oſcularentur pedes.* Præterea oſcula pedum in Europa ſunt frequentata cum homagium præſtarent Principibus inveſtiendi, ut videre eſt in *Rollo* ſeu *Roberto*, primo Normanniæ Duce à *Carolo Simplice* Ducatum accipiente, & aliis: quanquam in ſeculis poſterioribus & hodienum Oſculum illud in Homagiis figatur genis vel labiis, quibus homagiis ſcilicet etiam tam eſſentiale eſt, ut abſque illo legitima non ſint: unde *Henrici VI.* tempore, cum grandis circa Londinum peſtis graſſaretur Parlamentum à Rege petiit, ut in ſui conſervationem *ordinet atque concedat* (ſic Rotulæ ſonant verba) *autoritate præſentis nunc Parlamenti unicuique feuda petentium, in præſtatione Homagii, omittere oſculum, & excuſentur ejus gratia* (*ita tamen ut ex Regis arbitrio æque firmum ſit homagium ac ſi oſculum datum eſſet*) *nec non habeant literas homagii præſtiti, oſculo quanquam omiſſo.* Iſtaque petitio ab

Videſis Theophyl. ad Autol. l. 1. de adorando Cæſare.

Ad. Cötzen. Polit. 7. c. 4. §. 5 Videſis Marc. Ant. Surgent. Neapol. Illuſtrat. l. 1. c. 21. Bullin. de Imp. Rom. l. c. 11.

Ms. Bet9 ap. Camden. in Normannis & Sid. G. Gemiticenſ. l. 2. c. 17.

Rotul Parl. 18. Henric. 6. artic. 58.

tio ab utraque Domo approbata, ſubſcriptionem more ſolito facit: *Le Roy le Voet.* Tantum de adoratione, & obiter de oſculo labiorum, manuum, pedum. Tantum denique de *Regum Imperatorumque* Titulis.

NOTA.

De oſculandi ritu, quo *Samuel Saulem* inauguravit, nil præterea poſtea adhibitum fuiſſe, ſcribit *Shikardus Jure Regio Cap.* 1. *Theor.* 4. ſuccurrit ipſi *Carpzovius Geneſ.* 40. *verſ.* 40. & *Pſalm.* 2. *Com.* 12. allegando, quæ loca juxta Rabinos vult *oſculum magnificentiæ* præcipere: & docere oſculis homagia præſtita novis Regibus: adde *Proverb.* 24. 26. Tria vero oſculorum genera, *capitis, manuum & pedum* enarrat *Wagenſeil* in *Sota pag.* 284. & ſeq. Primum affectus eſt, Parentum, Præceptorum, Liberos Diſcipulosque baſiantium, imo & æqualium invicem; *alterum* honoris, reverentiæ imò & modeſtiæ, ut dum more alicubi recepto Liberi Judæorum matrum oſculantur manus quovis Sabbatho ineunte, vel ut *Medi* fecerunt teſte R. *Akiba dicente*: *ob cauſam Triplicem faveo Medis: Quippe cum carnem ſcindunt, non ſcindunt eam niſi in menſa, cum quem deoſculantur, non niſi manum ejus oſculantur, & haud alibi quam in campo deliberationes inſtituunt. R. Salomo in* Gloſſa de oſculo manus addit. *Eſſe illud magis reverentiæ conveniens, ne quis ſputo* (*alterius faciem humectet.*)

Ultimum Subjectionis & devotiſſimi cultus quo R. *Akibam* cum XXIV M. Diſcipulorum ex Academia reducem ab uxore & Socero exceptum volunt. & R, *Acham* concionantem ab ipſo cacodæmone. Plura de his vide in Arnoldi ad Sotam notis. & *Majeri commentario de electione Pontificis.* Præterea eleganter obſervat *Wagenſeil* ex R. *Salamone* ad initium Canticorum, quod ſponſo & ſponſæ proprie tantum conveniat oſculum פִּיהוּ יִשָּׁקֵנִי de ore ad os: Cujus optimam (ſi quid judicamus) dedit explicationem *Ainsworth* Commentar. in Canticum non ita pridem Germanice reddito.

Singularis eſt Polonorum mos inter alias amoris & reverentiæ ceremonias, frontis vocabulo (*czolo* dicunt) omnem devotionem in ſalutationibus reſponſionibusque Compromittere, eundemque frontem non ſegniter menſis quibus aſſident vel adſtant in affectus ſignum allidere. Quod ad imitationem forſan Orientalium προσκυνήσεως facere conſueverunt amaſii.

CAP.

CAP. IV.

1. *Titulus Domini magnis Principibus, nec non Subditis primi ordinis conceſſus, Senior, Xeque, vel Cheque & ſimilia.*
2. *Reges Angliæ antehac ſolummodo Domini Hiberniæ appellati, origo mutatioque iſtius Tituli.*
3. *Nomen Dei ſummis Principibus attributum; jurare per ipſos, eorumque Genium. Divinitas noſtra & Æternitas noſtra, aliaque: mos orientalium Deitatis vocem in ſuis nominibus gerentium.*

1.

AD Majeſtatem plenius exhibendam, alia quoque attributa Summis Principibus addita ſunt, quæ cum ſint nomina æque eſſentialia ac *Imperator & Rex*, converti tamen cum iisdem non poſſunt, nec in ſpecie denominanteos. Sunt autem *Domini vel Dei* vocabula, etiam inferioribus conceſſa. *Domini* appellatio frequens erat in Imperio Romano, *Auguſtus* autem *Domini appellationem* (inquit Svetonius) *ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet in Mimo, O Dominum æquum & bonum! & univerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent: Statim manu vultuque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die graviſſimo corripuit edicto, Dominumque ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus ſuis, vel ſerio vel joco paſſus eſt.* Neque liberi ejus nepotesque invicem uti illo nomine permiſit in blandimentis vel ſermonibus aliis. Mos enim tum temporis erat unicuique amicum ſuum Dominum & Regem appellare, ut patet ex *Martiali.* Nec *Tiberius* illum admiſit Titulum vel in communi ſalutatione. De quo inſignis ille Hiſtoricus & Politicus, *Tacitus Annal. 2.* obſervat: *unde Auguſta & lubrica Omnio, ſub Principe, qui libertatem metuebat adulationem odit.* Eumque in finem Statius de Domitiano loquitur.

Epigr. 88. l. 2. & lib. 1. Ep. 113. lib. 4. Epig. 84. Sylvar. 1. in Kal. Decembri

Tollunt

Tollunt innumeras, ad aſtra, voces
Saturnalia Principis ſonantes,
Et dulci Dominum favore clamant;
Hoc ſolum vetuit licere Cæſar.

quæ referre oportet vel ad adulationem meram, vel diſſimulationem, vel infantiam Imperii ejus: nam expreſſo mandato ejus Tituli Epiſtolarum & ſimilium erant: *Dominus & Deus noſter ſic fieri jubet.* *Caligula* quoque ante ipſum admiſit publice; poſt *Domitianum* vero primus ſic nuncupari voluit *Diocletianus*, qui, ut *Victor* ait: *ſe primus omnium Caligulam poſt Domitianumque Dominum palam dici paſſus: & adorari ſe, appellarique uti Deum.* *Iulianus* iterum Apoſtata, ficta hypocriſi prohibuit. Sed utut in publicis ſalutationibus boni malique Principes prohiberent, ante *Diocletianum*, attamen, ante & poſt ipſum promiſcue eo appellati ſunt titulo. *Feſtus* Iudææ Præfectus in *Pauli* appellatione *Claudium* abſolute nominat *Dominum*. Act. 25. 26. *Eudæmon* in petitione ſua ad *Antoninum* nominat ipſum τὸ κυρίῳ. Κύριε Βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, i. e. *Domine Imperator*; Imperator autem reſpondens nominat ſemetipſum *Mundi Dominum*, ut & ſupra dictum. In nummo aureo magni religioſique Conſtantini, imaginem ejus tanquam ſedentis exhibente, ac ſatellitio circumdati, inſcriptum legitur; *Felicitas perpetua augeat rem Domin. noſt.* Ex quo & ſimil. ingenioſiſſimus *Camdenus* noſter obſervat hunc *Conſtantinum* primum fuiſſe qui titulo iſto uſus eſt in nummis publicisque Inſcriptionibus. In X. Epiſtolarum *Plinii Trajanus* ut plurimum appellatur *Dominus* quanquam Panegyricus dicat: *Principis ſedem obtines, ne ſit Domino locus.* Imperatores alias *Rerum Domini* appellantur a *Sidonio Apollinari Panegyrico ad Majoranum.*

Sueton in Domit. c. 13.

in Miſopogone.

Matian ff. ad leg. Rhod. de jactu & rogo *Domine Imperator ff. de his quæ in teſtam. delentur l. 3.* *Adolph. Occa. p. 537.* *Camden. Britan.*

---- *Mea Gallia rerum,*
Ignoratur adhuc Dominis ----

Lucanus pariter de Imperii initio per *Julium Cæſarem* à quo magni iſti Majeſtatis tituli originem duxerunt, loquitur ſic.

Pharſal. 5.

Namque omnes voces, per quas jam tempore tanto
Mentimur Dominis, hæc primum repperit ætas.

Neque *Domini* ſolum, ſed & *Heri* vox ipſis attributa, obſervante *Caſaubono* eruditiſſ. in *Svetonii Octavium*, probantibus exemplis in poſterioris

ſterioris ævi hiſtoria plurimis. Græcæ Conſtitutiones, aliaque Imperatorum Conſtantinopolitanorum teſtimonia vulgo Κυρίως *Dominos* appellant, pro quo corrupte ſæpius leges Κῦρ͞ον, aliquando Κῦρ, & Κύριος. Unde alicubi Kurſac & Surſac &c. (præſertim in antiqua Gallorum hiſtoria *Geoffry Villehardovin*) occurrunt, non aliud ſignificantia quam Κῦρ vel Κύριον Ισαάκιον. Neque *Iuſtinianus & Theodora* uxor ejus contenti fuere vulgatis *Imperatoris Imperatriciſque* nominibus, cum alloqueretur ſe quispiam, niſi adderentur Δεσπότης *Dominus* & Δέσποινα *Domina*. *Domini* præterea appellati ſunt in Europa ſummi Principes, cujuscunque regni, *Mahumedani* item qui & appellantur *Ameras, Amir*, vel *Amem* (*Magnus Sultanus* inprimis, & poſt ipſum alii) quod revera (ut ipſa *Sultani* vox) *Dominum* ſignificare poteſt. *Bodinus* itaque affirmans ex Lege Alcorani præter Caliphas neminem appellatum Dominum, fallitur me judice, nullam enim ejusmodi reperi legem, neque exemplum eo tendens. Sed de *Amir & Sultan* loco ſuo plura. Imperatores tamen quidam illud recuſarunt nomen vel quod exiſtimarent ad ſervum referri, vel ſupponere (male ſi interpreteris) ſubditum, ejusque bona in Imperatoris eſſe poteſtate (nam legibus Imperii, *Domini appellatione continetur qui habet proprietatem etſi uſus fructus alienus ſit*; & *Auguſtus*, vehementer repudians illud nomen, *Deum* tamen vocare ſe, adhuc vivus permiſit) ſic Iudæorum vetuſta quædam Secta per conſcientiam erroneam nullum ſic appellavit mundanum Principem, ſed ſoli cœleſti Monarchæ proprium eſſe credidit. Autor iſtius ſectæ fuit *Iudas Galilæus* ſub *Tiberio*, qui cum aſſeclis ſuis tam firmiter pro hac ſtetit nominali libertate, (alias magis Phariſæus) ut nullis tormentis adigi potuerit ad nomen hoc Imperatori dandum. Fit ejus mentio Actorum. 5. 37. Hæreſin ejus varii in genere deſcripſerunt ex *Joſepho*. Ego tamen vix perſvaderi poſſum, illum nominibus inſtitiſſe ſolum, nam Κύριος רב, אדון fere idem denotant: Et quid frequentius in illorum & noſtro Teſtamento, quam nominis *Adon, Dominus*, attributi o etiam iis qui Principibus inferiores ſunt? *Sic dicetis, (Jacob* inſit) *Domino meo* (לאדוני) *Eſau*. Inque ſalutationibus eorum & colloquiis utriusque Teſtamenti Κύριος רב, אדון id eſt *Dominus, Magiſter*, familiaria ſunt. Exiſtimo autem Iudæos id feciſſe ex ſuperſtitioſa reverentia ega nomen Tetragrammaton יהוה (Jehovah nunc vulgo lectum) quod ex ipſorum ſenſu nemo potuit, imo

Quomodo ex iſthoc corrupto ſcabulo, errores, apud latinorum quosdã ubi barbari irrepſerint, videſis in notis Theodori Dantæ ad Georg. Logotheta Chron. Procop. in arcana hiſtor. p. 134. de Republ. l. 1. cap. 9. De Republ. Ulpian ff. de S. C. Silaniano l. 1. § 1.

Ioſeph. Κρχ. 18. cap. 2.

Conſulas de hoc Iuda Cardin. Baronium an. tam. 1. & Caſaubon. exer. 2. §. 19. R. Moſes in More Nebochim part. 1. c. 60. conſule ſi placet Syntagm. 2. de Dis Syr. c. 1.

imo nemini licuit excepto Pontifici Maximo, idque ſolum in feſto Reconciliationis die 10. Tisri celebrato, in Sanctuario cum benediceret, pronunciare : ſi vero in lectione alia occurreret ſemper per *Adonai* i. e. *Dominus* effati ſunt, niſi forte *Adonai* præceſſit aut ſuccedit, tum *Elohim* legunt id eſt *Deus :* ideoque & puncta, (cum aſſumſiſſent ea) τῷ *Adonai & Elohim* ſubſcripta habuit. Hinc apparet infinities Anglicum *Lord God*, Germanice Herr Gott/ Latinis eſſe *Dominus Deus*, Græcis Κύριος ὁ Θεός. Eoque reſpectu eruditiſſimus & Vetuſtiſſimus Patrum aliquis obſervat : *Deus quidem quod erat ſemper, ſtatim nominat ; In principio fecit Deus Cœlum & Terram. Ac deinceps quamdiu faciebat, quorum Dominus futurus erat, Deus ſolummodò ponit. Et dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus, & nusquam adhuc Dominus. At ubi univerſa perfecit, ipſumque vel maximè hominem, qui propriè Dominum intellecturus erat, Dominus cognominatur.* Nam revera donec Sacra Creationis hiſtoria à Moſe abſoluta eſt , Tetragrammaton non additur *Elohim* , & in ſecundo demum Geneſeos capite יהוה אלהים (quod legunt *Adonai Elohim* id eſt *Dominus Deus*) occurrit. Si ergo conſideres quam ſuperſtitioſi fuerint Iudæi, ac tenaces Ceremoniarum, Syllabarum, titulorum, verborum, quibus puncta vel literæ defuerunt &c. probabiliter conjecturabis, hic fundamentum fuiſſe Sectæ Galilæorum, exiſtimantium male mortales illo nuncupari honoris titulo, quo ingens illud, terribile & ineffabile Creatoris nomen interpretati ſunt. *Manifeſtè dixerunt Sapientes* (ait Rambam) *quod iſtud nomen ſeparatum quod eſt quatuor literarum, ipſum ſolummodò eſt ſignificativum ſubſtantiæ Creatoris, ſine participatione cujuslibet alterius rei.* Scrupulus autem illorum facile potuiſſet ſolvi verbis *Cantacuzeni Imperatoris.* Ἀπροσδιορίστως τὸ Κύριος δίδυν ἐπὶ ἢ τῷ Θεῷ: *indefinite vel abſolute Domini nomen Deo debetur, at homini μετὰ προσθήκης διάφορος cum ſpeciali additione Perſonæ vel loci, cujus intuitu ſic appellatur.* Nunc autem & olim absque ſcrupulo Reges eorumque ſubditi primores, *Domini* ſalutati ſunt & *Dominatores*. Sic *Dominator* in Aſia & Africa legitur in titulis Regis *Hiſpaniæ*. Domini tamen vox hic ſpectatur tanquam notio ſeu attributum Excellentiæ diſtingvens non vero tanquam verbum conſvetæ ſalutationis inter melioris notæ viros. *Seneca*, quantum memini, alicubi ait Dominos Romano more appellatos, quorum nomina non occurrerunt : & *Domine Frater* frequens eſt in Epiſtolis *Sidonii Apollinaris* alio-

Tertullianus adv. Hermogenem, qui ſane & Dominum appellare noluit Imperatorem, niſi (ut inquit ille) more communi. Apolog. cap. 34.

Moreh Nebuch. part. 1. c. 60. & Conſule ſi placet Syntagm. 2. de Diis Syris cap. 1. & pol. adverſ. Mahomet.

aliorumque, & apud Sidonium aliquando *Domine Major* ſic *Domine* in illo Epigrammate:

ὐκ ἐθέλω Δόμνε, ἃ χθ ἔχω δόμεναι

Pallad. Antholog. α. Epigr. μβ.

Sic unusquisque *Artium Baccalaureus, Vicarius, Parochus* appellatur *Domine* & ſimil. Hic vero *Domini* appellatio dignitatis excellentioris nota eſt, prout Anglicum *Lord*, abſque reſpectu ad proprietatem vel ſervitutem, denotans ſolummodo ſuperiores, quales ſunt *Reges* & Subditi excellentioris Nobilitatis in Anglia, viri etiam ſingulariter Eminentes in aliis Rebuspubl. appellati Herren/*Dons, Sieurs, Signiors, Seigneurs, Sennores, Seniores*, &c. Inter quæ illa *Signior, Seigneur, Sennor & Senior*, ætatem grandævam connotant, ac ſi iſtis verbis nominatus ſemper ætate provectus eſſet: unde *Mariana* docet vocem traductam eſſe, ad denominandos Magnos Dominos, quoniam *Seniores imperare æquum eſt, unde conſequenti tempore, tum in monimentis Hiſpaniæ, tum in conciliorum actis, præſertim quæ Caroli Magni ætate in Gallia habita ſunt, Domini ac Principes Seniores nuncupari cœperunt.* Sic in Iudæorum *Sanhedrin* Seniores appellati, & *Abmhami* primus ſervus *Senior domus ejus.* *Perſæ* & regionem *Magni Mogol* habitantes eadem notione nomen ex شیخ *Xec* ſeu *Cheque* ferunt, quod idem eſt cum *Seic*, vel *Sheich* i. e. *Senior*, Arabum reperiendum in titulis *Mahumed ben David*, ante Grammaticam ejus Arabicam, ut & in titulis *Avicennæ* præfixis libro ejus Phyſicæ. Ægypti quoque *Sultanus* in vetuſto autore illo *de Jonville* appellatur *Scecedun filius du Scic*, quod ipſorum lingua *filium Senioris* notat. Sic *Baldricus* & *Robertus Monachus* aliique loqvuntur de Solimanno filio Solimanni veteris vel Senioris, qui ſine dubio fuit filius cujusdam *Sheich, Cheque vel Seic*, quod interpretantur Senior. Imprimis autem titulum eundem legere eſt in Anteceſſoribus *Sha Ismael Sophi* Perſarum Imperatoris, qui omnes, cum ipſo antequam Imperium adeptus eſſet, appellati ſunt *Scheichs, Cheques, vel Siecs* ac ſi dicas *Seniores.* Præterea vocantur apud Arabes melioris notæ viri شیب Sheib, ut apud nos *Signior, Monſieur* &c. errant igitur qui *Sheich* Sanctum ſignificare putant, vel religioſum. Sed ad *Domini* vocem redeamus, quæ etiam *Dominus* ſcribitur & *Dompnus* in *Caſſiodoro, Sedulio, Landulpho Sagace* &c. Et ſicuti Reges illud tulerunt nomen cum ſubditis ſuis primoribus, ita & Reginæ appellatæ *Domina.* Mechtildis Imperatoris Conjux appellavit ſe ipſam *Imperatricem Henrici Regis filiam*

Hiſtor. Hiſpan. l. 5. c. 11. & in Cōſtit. feud. l. Tit. 27. Seniores pro Domini uti & jure noſtro.

וקניהם קן ביתי *Gen. 24. 2.*

Hiſtor. Hieroſ. l. 2. Hiſtor. l. 3.

Kirſten. l. 3. Gram. Arab. Leunclav. Pand. Turc. c. 188. & 18. & in Onomaſtico.

Cod. Ms. Abbatiæ Salopienſ. Videſ. Camdenum in Trinob. p. 327.

liam & Anglorum Dominam. Domina Hiberniæ vulgo legitur in titulis Reginarum Angliæ, antequam id immutaſſet *Henricus VIII.* Sed de communicatis nominibus Domini & Dominæ, & ſimilibus plura in ſecunda parte, capite de Dignitatibus Angliæ & Fœminarum titulis.

NOTA.

Morem *Domini* voce ignotos alloqui vide ex Scriptura S. deductum apud Pearſon in Symbol. Apoſtol. ad verba *Dominum noſtrum:* ubi plura invenies huc pertinentia: præter ibi allegata Joh. 12. 21. cap. 20. 15. vide etiam Hæmondum ad epiſtolam Johannis Secundam, ubi vocem Κυρίαν & Κύριον explicat, atque non-nominatis tribui aſſerit: Hoc inſuper addens vocem Κυρ, originem dediſſe Anglorum Gallorumque *Sir:* quod an verum ſit, Critici viderint. Certe inverſa formatione Germani ex Cæſaris voce formarunt dura pronunciatione Käyſer ut ad cap. 5. §. 1. dicetur. His vero per ſibilum K efferendum. Addere deinde lubet, *Torrenti, in Svetonii Auguſt. cap. 53.* notam, quoniam more nunc contrario etiam in vulgo Patres-familias vocentur Domini. Sic autem ſcribit: *Domini appellatione variè uſi ſunt Romani. De imperio quidē adeò id nomen apud ipſos odioſum fuit, ut (quod Macrobius & Seneca tradiderunt) etiam in re domeſtica, quo omnem dominis invidiam, omnem ſervis contumeliam detraherent, dominum patremfamilias, ſervos familiares appellare conſueverint.* Nunc vero in contrarium declives oſtendimus nos imperium malle quam amorem. Ad *Seniorum* mentionem obſervamus in nummo hebraico in Wagenſeilii Sota reperiri eundem titulum Abrahami ſic inſcriptum



ubi Senis & Vetulæ nomine venit Abraham & Sara, Adoleſcentis vero & adoleſcentulæ Iſaac & Rebecca indigitantur.

II. Do-

II. Domini titulus ſpeciatim obſervari meretur in titulis Regum Angliæ, qui *Domini Hiberniæ* appellati ſunt, non vero Reges, usque ad exitum *Henrici VIII.* Origo autem & mutatio tituli iſtius ſic ſe habet. Cum olim in Inſula iſta multiplicarentur Reguli (aliquibus regimen ſuum in Tyrannidem intolerabilem pervertentibus, quod, alii non ſufferentes, adeo diviſerunt Rempubl. ut a vicinis facilè ſe invadendi præberent occaſionem) *Henricus II. Angliæ* Coronam ejus affectavit, eumque in finem, (prout tum moris erat) ab *Adriano IV. P. M.* per Legatos petiit, ut ſibi liceret (verba ſunt *Mathei Pariſienſis*) *Hiberniæ Inſulam hoſtiliter intrare & Terram ſubjugare atque homines illos Beſtiales ad fidem & viam deducere veritatis, extirpatis ibi plantariis vitiorum.* Quod conceſſum per Bullam inter alia his verbis, *& illius Terræ Populus Te recipiat & ſicut Dominum veneretur, Jure Eccleſiarum illibato & integro permanente & ſalvâ B. Petro de ſingulis Domibus annuâ unius Denarii penſione.* Vult enim in Bullâ ſuâ Inſulas omnes Chriſtianas eſſe Patrimonium Eccleſiæ Romanæ. *Sanè omnes Inſulas* (inquit Papa) *quibus Sol juſtitiæ Chriſtus illuxit & quæ documenta Fidei Chriſtianæ ſuſceperunt, ad jus S. Petri & Sacro-Sanctæ R. Eccleſiæ (quod tuæ etiam Nobilitas recognoſcit) non eſt dubium pertinere.* Sed nunquam iſtud probare poterit. *Johannes Sariburienſis*, (qui & *Epiſcopus Carnutenſis appellatur*) hujus Legationis princeps & *Adriano* quam maxime charus, narrat Inſulæ hujus dominium traditum fuiſſe Regi per annulum, quem Papa ſe mediante Regi transmiſit: verba ipſius ſunt. *Ad preces meas, illuſtri Regi Anglorum Heinrico Secundo conceſſit* (de Papa loquitur) *& dedit Hiberniam jure hæreditario poſſidendam; ſicut literæ ipſius teſtantur in hodiernum diem. Nam omnes Inſulæ de Jure antiquo ex Donatione Conſtantini, qui eam fundavit & dotavit, dicuntur ad Romanam Eccleſiam pertinere.* Obiter hic obſervetur jus illud Pontificis in omnes Inſulas vi Donationis Conſtantinianæ reſtringi ad Inſulas Occidentis, quanquam Donatio illa ut plurimum in favorem Sedis Romanæ explicetur. Verba ejus huc tendentia ſunt: *omnis Italia ſeu Occidentalium Regionum provincias, loca & civitates*, Græca (ſine dubio ex Latino translata, primo enim Latine conficta ſunt) eadem ſonant: πάσης τῆς Ἰταλίας ἢ Δυσικῶν χωρῶν Ἐπαρχίας τόπους καὶ πόλεις. Hæc non niſi Italiæ Inſulas indicant, quæ per disjunctivam in contextu eadem conſtituitur cum Occidente. Fides autem Donationis iſtius tam levis eſt, ut nihil

Metalogic. 4. cap. 42.

Grat. diſt. 96. cap. 14.

Jus decret. part. 5 c. 49. Theodor. Balſamon. in Phot. Nomocan. tit. 2. cap. 1.

referat, quomodo verba ſonent vel quid innuant. *Johannes Sarisburienſis* pergit: *Annulum quoque per me transmiſit aureum, Smaragdo optimo decoratum, quo fieret inveſtitura Juris ingerenda* * *Hibernia. Idemque adhuc annulus in* † *Curali archivo publico cuſtodire juſſus eſt.* Omnia hæc geſta ſunt 2. *Henr. II.* Nihil v. executi ſunt. Aliquot annis poſt *Dermut MacMorrogh* Rex in *Lemſter* oppreſſus à Rege *Connachtii* & *Orerek* Rege *Methenſi* ab Anglis petiit auxilium & impetravit. Sed auxiliaribus copiis adventantibus *Strongbow Comes Pembrokii* (cujus fortitudini multum debebat *Dermuth*) in tantum excrevit intra inſulam ut etiam *Henrico Regi* ſuſpectus fieret; is tamen ad declinandam ſuſpicionem agnovit omnia quæ illic tenuit, Regis eſſe, qui XVII. poſt Pontificis Bullam circiter anno inſulam ingreſſus cum exercitu, magnam ejus partem ſubegit, homagiumque ab iſtis Principibus exegit, qui ut olim ſic & deinceps nomen Regis retinuerunt. Non tamen Ordinati, *Solennitate alicujus Ordinis*, (ut habet Liber niger Eccleſiæ Chriſti Dublinenſis) *nec unctionis Sacramento, nec jure hereditario vel aliqua proprietatis Succeſſione, ſed vi & armis quilibet regnum ſuum obtinuit.* *Henricus* iſte, ut videtur, & ſucceſſores ejus ſequentes literam Bullæ, (cujus & in alia bullâ mentio fit, miſſa in ſubſidium Hibernorum a Papa (a) *Johanne XXII. ad Edvardum II. vel III.*) inde aſſumſerunt nomen, *Dominus Hiberniæ*, poſueruntque in titulis ante illud, *Dux Gvienna*. In Annalibus Hiberniæ legimus, quod *Joannes filius Regis Dominus Hiberniæ de Dono Patris, venit in Hiberniam anno ætatis ſuæ duodecimo* (qui fuit XIII. ab ingreſſu primo *Henrici II.*) inque confirmationem tituli ejus *Urbanus III.* miſit ipſi Coronam (b) ex Pavonis pennis contextam. Sicut etiam *Henricus III.* conſtituit *Eduardum* Principem (c) (poſtea *Eduardum I.*) Dominum Hiberniæ, qui fuit titulus primo impoſitus & perpetuo uſurpatus usque ad mortem *Henrici VIII.* quicquid *Choppinus* ſcribat de *Adriano P.* conferente *Henrico II. Hiberniæ principatus titulum*, ut verba ejus ſonant. Quam obedientiam plurimi illic Principes *Johanni* præſtiterunt, & quomodo conſtituerit leges Anglicanas officiales, & plura Majeſtatis ſummæ dederit judicia, *Matheus Pariſienſis* abunde tradit. Quanquam vero ſuccedentes Principes *Dominos Hiberniæ* ſemel appellarint, *Terram* quoque non *Regnum* Hiberniæ nuncuparint, attamen Dominatio eorum fuit mere regia. Habebant

* *Locus depravatur forte leg ingrediendæ Hiberniæ.*

† *leg. Curiæ II.*

ap. Vir. Clariſſ. D. Joh. Dabii Regium ap. Hibernos nuper Procuratorem. C. l. 2. tit. 1. §. 1. & habetur in Bullario magno Cherubini tom. 1. fol. 159. & ap. Philip. Offulleban, in hiſt. Cathol. Hibern. Tom. 2. lib. 1.

(a) *Conſtit. Pontif. memor. à Choppino de Domanio Francis lib. 2. tit. 1. §. 11.*

(b) *ex Synod. 1. & 2. Coſſilienſ. & Armach. apud Camden. de paſſonum pennis in texendis coronis conſulas Paſchal. de Goron. l. 10. c. 13.*

(c) *Pat. 52. Henric. III. membr. 9.*

bant ſuos Juſtitiarios, vel Cuſtodes vel Dominos Locum tenentes ſeu Deputatos (prout hodienum vocantur) in Hibernia, erantq; iſti vice Reges juxta literas patentes amplam nacti poteſtatem cum ipſius Majeſtatis privilegiis. Unde nonnulli veterum, illius ipſius ævi, quo Bulla *Adriani ad Henricum II.* miſſa fuit, nominant *Regnum vel Dominium Regni Hiberniæ*, quoniam vel ſic conceſſum fuit a Pontifice, vel ſic intellectum a Rege. Vide ea de cauſa *Wil. Stephanidem* Ms. in Vita *Henrici II.* & *Giraldum Cambrenſem in Hibernia expugnata. Rogerius ab Hoveden de Henrico II.* diſerte *p. 566. edit. Francof.* ait: *Venit Rex Oxenefort & in generali Concilio ibidem celebrato conſtituit Iohannem filium ſuum Regem in Hibernia, conceſſione & confirmatione Alexandri ſummi Pontificis.* Hoc cum congruit illud *Richardi Secundi*, qui cum eſſet ipſemet tantum *Dominus* Hiberniæ creavit *Robertum de Vere* (tum *Oxoniæ Comitem*) *Marchionem* Dublinenſem, & eodem anno *Ducem* Hiberniæ, nec non pleniſſimis ac maximis prærogativis ſeu indiciis ſummæ poteſtatis dotavit: quod ſane ridiculum fuiſſet, niſi ipſe revera abſolutiſſime *Hiberniæ Rex* extitiſſet. Quoad vitam ei conceſſit (idque aſſentiente utraque Domo Parlamenti), integram Inſulam cum adjacentibus. & tenura tantum fuit per *homagium ligium*, ut ſonant verba diplomatis, & denotant homagium excludens omnes exceptiones perſonarum, juxta profeſſionem Tenentis qui Domino ſuo fidem promittit, vel ejusmodi homagium quod ex lege Communi Regi ſoli præſtatur: alia enim apud nos homagia ſunt *non ligia*, quoniam Rex aliique Domini in illis excipiuntur,) & ſolutionem quinquies mille marcarum quousque viveret *Nomine Dominii terræ Hiberniæ.* Præter hæc etiam conceſſit ei Jus Patronatus in Epiſcopatus omnes, Abbatias, & ſimilia ad Regem ſolum pertinentia; poteſtatem etiam conſtituendi Cancellarium, Theſaurarium, Juſtitiarios utriusque Banci, Barones Ærarii, vice Comites, Coronatores, & ejusmodi officiarios, cum jure cudendi monetam & alia regia munia, raro a Summa Corona avellenda; Ideoque Diploma ipſum obſervatu digniſſimum, hic fideliter inſeritur. *Sciatis* (inquit Rex) *quod, cum nos nuper ſcilicet primo die Decembris, Anno Regni noſtri Nono, per literas noſtras patentes de aſſenſu Prælatorum, Ducum, & aliorum Procerum ac Communitatis regni noſtri Angliæ, in Parliamento noſtro apud Weſtm. convocato tunc exientium*

Nota. *De homagio hoc ligio & non ligio, vid. Spelmani Gloſſarium; qui non ligium etiam feodale nominat.*

Rot. Cart. 9. Rich. 2. membr. 1. & rot. Parlam. 9. & 10. m. 3.

tium, conſangvineo noſtro cariſſimo Roberto de Veer Comiti Oxon; nomen Marchionis Dublin, impoſuimus, & ipſum de nomine Marchionis ejusdem loci præſentialiter inveſtivimus, ac eidem Marchioni dederimus & cõceſſerimus pro nobis & hæredibus noſtris TERRAM & DOMINIUM HIBERNIÆ cum honoribus, regalibus, dignitatibus & aliis diverſis juribus, libertatibus, ac mero & mixto imperio, habẽdum & tenendum de nobis ac hæredibus noſtris ad totam vitam ipſius Marchionis certis modo & forma in dictis literis noſtris contentis; quas quidem literas noſtras patentes idem conſangvineus noſter in inſtanti Parliamento noſtro nobis reſtituit cancellandas; Nos conſiderantes generis nobilitatem, probitatem ſtrenuam & ſapientiam præcellentem dicti conſangvinei noſtri, volentes eundem conſangvineum noſtrum potioribus præmiis ſublimare, honoribus amplioribus etiam prærogare, de aſſenſu Prælatorum, Ducum, & aliorum Procerum ac Communitates regni noſtri Angliæ in inſtanti Parliamento noſtro apud Weſtm. convocabo exiſtentium, præfato conſangvineo noſtro nomen DUCIS HIBERNIÆ, imponimus & ipſum de nomine DUCIS HIBERNIÆ perſonaliter inveſtimus, & DUCEM HIBERNIÆ præficimus. Et, cum exaltationem nominis concomitare conveniat adjectio commodi & honoris, de aſſenſu prædicto, læto corde, dedimus & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris præfato DUCI HIBERNIÆ TOTAM TERRAM ET DOMINIUM HIBERNIÆ ET INSULAS EIDEM TERRÆ ADIACENTES, ac omnia Caſtra, Comitatus, Burgos, Villas, Portus Maris, Honores, Maneria, Foreſtas, Chaceas, Parcos, Boſcos, Moras, Mariſcos, Warennas, terras, Tenementa, feodi firmas, redditus, ſervitia, aquas, Piſcarias, Mineras, Warda, Maritagia, Reverſiones, Eſcaetas, feoda noſtra in dictis terra & Dominio HIBERNIÆ AC INSULIS exiſtentia, unà cum homagiis, obedientiis, vaſallis, ſervitiis, & recognitionibus Prælatorum, Comitum, Baronum, Militum, & omnium aliorum liberorum tenentium, aliorum incolarum, & ſubditorum

ditorum noſtrorum, tam nativorum, quam aliorum quorumcunque in terra, Dominio & Inſulis prædictis, ac cum omnibus juribus, juriſdictionibus, mediis atque paſſis, denariis cenſibus, proventubus, Conviſcationibus, foriſfacturis, emolumentis & proficuis, ac advocationibus & patronalibus Eccleſiarum Metropoliticarum, & Cathedralium, Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, Dignitatum, Præbendarum, Domorum Religioſarum, Eccleſiarum Collegiatarum, & aliarum Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Officiorum, & Porcionum, & omnibus aliis advocationibus quocunque nomine cenſeantur cum Regaliis, regalitatibus, libertatibus, franchesiis, commoditatibus, cuſtumis, præſtationibus & omnibus aliis, quæ ad Regaliam noſtram pertinent ſeu pertinere poterunt, cum mero & mixto imperio adeò plenè, integrè & perfectè ſicut nos ea tenuimus & habuimus, ſeu tenuerunt, & habuerunt progenitorum noſtrorum aliqui, ullis unquam temporibus retroactis, Habendum & Tenendum eidem DUCI HIBERNIÆ de nobis & hæredibus noſtris, quoad vixerit per homagium ſuum ligeum tantum, quod quidem homagium in eodem inſtanti Parleamento noſtro nobis præſtitit corporale, Reddendo inde nobis & hæredibus noſtris per annum ad Scaccarium noſtrum Angliæ poſtquam præfatus DUX DICTAM NOSTRAM TERRAM HIBERNIÆ conqueſtatus fuerit, quinque millia marcarum durante vita ſua prædicta, nomine Domini terræ prædictæ, & reſorto nobis & hæredibus noſtris ſemper ſalvo. Volumus inſuper & concedimus, quod idem DUX HIBERNIÆ omnia terras, tenementa, redditus & ſervitia & omnia alia, quæ de inimicis noſtris terra illius poterit conqueſtari, (exceptis illis terris dominicis, quæ in manu noſtra ſeu progenitorum noſtrorum ſolebant exiſtere, & ad antiquum Dominium terræ prædictæ tanquam dignitati Coronæ noſtræ pertinuere, & exceptis illis terris, quæ de jure aliquarum Eccleſiarum ſeu de hæreditate Comitum, Baronum, Procerum & Magnatum dictæ terræ exiſtunt) habeat & teneat ſibi, & hæredibus ſuis de nobis, & hæredibus noſtris ſub homagio Ligeo

suo & haeredum suorum tantum pro omnibus servitiis imperpetuum. Concedimus etiam de assensu praedicto, quod idem DUX HIBERN. Cancell. Thesaur. Justic. de Banco Regio, & communi Banco, Barones de Scaccar. Vicecomites, Coronatores, Escaetores, Majores, Praepositos, Senescallos & alios Officiarios, quoscunque faciat & constituat totiens quotiens, & prout sibi melius pro regimine & gubernatione terrae, Dominii, & Insularum praedictarum videbitur expedire, aliquibus concessionibus per Nos vel Progenitores nostros incontrarium factis sive concessis non obstantibus, & quod idem DUX HIBERN. Monetam auream & argenteam in dictis, terris Dominio & insulis fabricari facere possit, (ita quod moneta illa de alaia & assaia monetae nostrae Angl. existat) ac etiam omnem aliam monetam in dictis terra, Dominio & Insulis temporibus nostris aut aliquorum Progenitorum nostrorum hactenus usitatam. Provisio etiam, quod, si quae Dominia, Castra, Villa, Honores, Maneria, Patrias, Terras, Tenementa, aut si qua alia, quocunque nomine censeantur, infra dictam terram & Dominium Hibern. & Insulas, dictum Ducem Hibern. contigerit conquestari, quae in manu nostra seu progenitorum nostrorum ad antiquum Dominium Hiberniae, tanquam dignitati Coronae nostrae pertinere, de jure solebant, ea omnia cum pertinent. idem Dux Hibern. habeat & teneat de nobis & haeredibus nostris quoad vixerit sub homagio suo Ligeo tantum *absque aliquo alio nobis vel haeredibus nostris inde reddendo. His testibus veterab. Proceribus, W. Cant. Alexan. Ebor. & Rob. Dublinen. Archiepisc. R. London. W. Winton. T. Elien. & J. Dunelm. Thesau. nostro Episc. Edoar. Eborum. Tho. Glouc. Ducibus, Avunculis nostris carissimis. Ri. Arundel. W. de Monteacuto Sarum. Edr. de Courtnay Devon. Hen. de Percy Northumb. Th. de Monbray Northingh. Marescall. Angl. M. de la Pole Suff. Canc. nostro, Comitibus Joh. de Monteacuto Senesch. hospitii nostri & aliis. Dat. per manum nostram apud Westm. 13. Octobr. Per ipsum Regem in Parliamento.*

Non

Non tamen multis eam tenuit annis, sed eadem autoritate perdidit: atque sic inusitata ea dignitas, quæ cum ipso cœpit, etiam cum ipso defiit. Ast nec clarius illustriusve testimonium plenissimæ Potestatis in Hiberniam, quam Reges Angliæ tenuerunt, reperitur præter hanc Creationem Tituli summi & Regi vel Imperatori proximi a Rege universoque Parlamento factam. Et scimus præterea quod idem *Richardus* voluerit Ducem hunc Hiberniæ dotare Regis etiam titulo, *Ducem fecit Hiberniæ*, (inquit *Thomas Walsingham*) *facturus ex post de Duce Regem, si fortuna faveret*: attestantur idem Parlamenti rotulæ illius temporis. Omnia vero ista docent Dominium Hiberniæ minus non fuisse quam Regnum apud Angliæ Reges. Postremo autem sub *Henrico VIII.* Titulus iste, *Dominus Hiberniæ* cum *Regis* commutatus est: Verba statuti sunt: *Quandoquidem Rex noster Gratiosissimus & Serenissimus, & S. R. M. nobilissimi Progenitores, Angliæ Reges, fuerunt Domini istius Terræ Hiberniæ, omnem exercentes Regiam jurisdictionem, potestatem, præeminentiam, & autoritatem, pertinentem ad Regiam conditionem vel Majestatem Regis sub nomine* Dominus Hiberniæ, Lord of Irland, *ubi Rex, ejusque Progenitores jure sunt & ex jure debent esse Reges Hiberniæ, atque sic æstimari, haberi, vocari, & appellari* (additur hic quod ob intermissum usum Tituli & nominis istius variaconati sint inobedientes Hiberni) ideo concluſum est, *ut S. R. M. Hæredes & Successores ejus habeant nomen, stylum, titulum & honorem hunc: Rex Terræ Hiberniæ, cum omnis generis Honoribus, præeminentiis, prærogativis, dignitatibus, & aliis quibuscunque ad Majestatem vel statum Regis Imperialis (King Imperial) vel Imperantis pertinentibus. Et ut S. R. M. Hæredes ejus nec non successores abhinc vocentur, appellentur, accipiantur, æstimentur & habeantur pro Regibus hujus Terræ Hiberniæ, ad habendum, tenendum & utendum dicto stylo, Majestate, & honoribus Regis Hiberniæ, cum omnibus generis præeminentiis, prærogativis, dignitatibus, omnibus præmissis ad Regis Serenitatem, hæredum, successorumque ejus in perpetuum, ceu unitis & conjunctis cum Imperiali Corona Regni Angliæ.* Tantum etiam posthac *Papa Paulus IV.* confirmavit *Philippo & Mariæ, de potestatis* (scribens) *plenitudine, Apostolica autoritate, Regnum Hiberniæ perpetuo erigimus*: itaque Parlamentis eorum non amplius *Terra* sed *Regnum Hiberniæ* appellatum est. Ac tantum de *Domini* Titulo in Summorum Principum Titulis.

Sub anno 1386. seu 9. Richard. 2. Rot. Proces. & Judicii II. Rich. 2. art. 11.

Stat. Hibern. 33. Henric. 8. cap. 1.

Bullam ipsi Fide & Anton. Gabutium de Bit. & reb. Pii 5. L. 2. & Bull. Pii 5. 35. in Confit. Pont. edit. a Petro Matheo p. 615.

NOTA.

Domini vocem pro terræ alicujus poſſeſſore nec apud Germanos non infrequentem docent eorum Geographi, & Dynaſtias vulgo appellant. Sic in titulis Electoris Brandenburgici legitur Dominus Ravenſteinii, Lauenburg & Büttow. Herr zu Ravenſtein und der Landen Lauenburg und Büttow, Germanice dicunt, Herrſchafften/Quales olim plures fuiſſe aſſerit Rentſchen im Brandenburgiſchen Ceder Heinp. 93. & poſtmodum vult illuſtribus titulis donatos fuiſſe, cum ſcilicet in majorem excreverint potentiam ejusmodi Dominatus.

III. *Dii* appellantur Principes in Scriptura S. Quilibet vero videt impiam eſſe adulationem, ſi quis proprie ipſis hoc nomen attribuat, prout ſimulantes perfidique Samaritani *Antiochum Epiphanem* appellarunt in epiſtolis *Deum*, qui tamen omnimode polluerat S. Dei veri Templum, crudeliſſime afflixit Iudæos ac in Contemtum Legis Deique eorum adegit ad eſum carnis Suillæ, nec non juſculo in quo cocta fuit iſta caro, conſperſit ſacra eorum volumina, quotquot impietas ejus reperire potuit. Sic Iudæi in acclamationibus *Herodem Agrippam* non hominem ſed Deum appellarunt; Cujus meminit S. Lucas Act. 12. 22. Perſarum Regis tantundem vult titulus: *Rex Regum Sapor, Particeps Syderum, Frater Solis & Lunæ, Conſtantio Cæſari Fratri meo ſalutem plurimam dico.* *Mezentius* omnia ſibi offerre juſſit Sacrificia, quæ Diis deſtinata erant: ajens omnino, Deum ſupra ſe non eſſe, unde apud *virgilium* dicitur *Contemtor Divum.* His annumera ex Imperatoribus Romanis, qui & inter homines cum eſſent, pro Diis habiti ſunt: (Ἀποθέωσις enim poſt mortem, unde Divi nominati, hujus loci non eſt,) ut *Auguſtus, Domitianus* aliique ſolemniter *Dii* appellati.

Joſeph. Archaol. l. 12. c. 17. l. 19. c. 7. de Herode.

Diodor. Sicul. in excerpt. apud Photium.

Ammian. Marcell. hiſt. 17.

Cato in Orig. ap. Macrob. Satur. 3. c. 5.

Tranquill. in Domit. c. 13.

Edictum Domini Deique noſtri

Martialis de *Domitiano* inquit: ſub *Trajano* autem illa evitat nomina.

I. 5. epig. 8. lib. 10. c. 72.

Fruſtra, inquit, *Blanditiis venitis ad me,*
Attritis miſerabiles labellis.
Dicturus Dominum Deumque non ſum;
Jam non eſt locus hac in urbe vobis.
Non eſt hic Dominus ſed Imperator.

Neque hoc ſolum apud gentiles verum & multo poſt tempore apud Chri-

Christianos receptum fuit, ut videre est in illis vocibus. *Nostra Divinitas, Nostra perennitas, Nostra aternitas, Divina vocis oraculum* & his simil. in Codice, alibique. *Themistius* ad *Theodosium* Imp. inquit, ἄνωθέν τι, βασιλεῦ, ἡ πολιτεία τὸ τῆς θειότητο ὄνομα ὑμῖν ἐπιφήμισεν: *nuper Respubl. Cæsar, Divinitatis nomen tibi imposuit*, non quia multum possides aurum, nec quia Diadema geris aut pretiosas vestes, vel quia subito ex paupere divitem conficere vales (omnia enim hæc infra tantum sunt Majestatem) ἀλλ' ὅτι μόνῳ Θεῷ καὶ βασιλεῖ ἐν ἐξουσίᾳ ἔστι τῆς ζωῆς ἐπιδοῦναι *sed quia soli Deo & Imperatori potestas competit conferre vitam. Divus Imperator* vulgo denotat Imperatorem *Iustiniano* & aliis: *Divalia Sancita* pro Imperialibus Constitutionibus. Atque tales voces in Imperio persevarunt, ut legimus expressis verbis in Constitutione *Caroli M.* contra eos, qui Gentilismum redolere eas existimarunt. Hinc *Socrates*, sui temporis historiam scribens veritus est, ne minus placitura scriberet, quoniam Imperatores, (in rebus obvis) non appellavit Θειοτάτους, καὶ Δεσπότας καὶ ὅσα χρηματίζειν ἐώθασιν *Divinissimos, Dominos nec aliis titulis quibus vulgo insigniri soliti sunt.* Sed de his omnino observari meretur illud Patrum eruditissimi nec non doctissimi: *Non Deum Imperatorem*, inquit, *dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse si Deum velet dici, si homo sit. Interest homini Deo cedere. Satis habeat appellari Imperator. Grande & hoc nomen est, quod à Deo traditur. Negat illum Imperatorem, qui Deum dicit. Nisi homo sit, non est Imperator.* In triumphis eorum solemnis fuit admonitio: *Memento Te hominem esse:* quod & *Magnus Philippus Macedo* sibi acclamare iussit quovis mane antequam admitteret quenquam, præter eum cujus istud acclamandi officium erat. *Tertullianus* loquens de locis illis Scripturæ, quæ Principes Deos nominant, addit *ipsa idola Gentium Dii vulgo: sed Deus nemo ea re, qua Deus dicitur.* Tantummodo sicut suprema Principum Potestas eorumque regimen à Deo est, judicium quoque eorum Dei esse dicitur, sic generali nomine Dii appellantur ab ipso Deo, quoniam in his terris (quoad potestatem suam) debent ipsius imitatores esse. Ideoque hoc sensu Divi vel Dii vocari possunt. *Divi Christiani Reges* (inquit *Contzen* Professor nunc Theologiæ Moguntinus) *vocari possunt eo modo quo Dii, quia Dei sunt vicarii, & Dei voce judicant.* Illa vero Epitheta, *Divus Imperator, nostra Divinitas, Æternitas &c.* non omnino decere Christianos Principes juxta asserit: ne

Cod. tit. de Donat. inter virum & uxorem L. uxor. 26.
Ibid. Adam Conzen. de Rep. l. 7. c. 4. p. 479. col. 1.
Capitular de non adorand. imag. l. 1. c. 3.
Hist. Eccl. l. 6. proœm.
Tertull. Apol. 33.
Æliani Var. rum. 9. c. 15.
ad S. Marcion. l. 1.
Sthenid. Pythag. ap. Stobann. Ser. 46. de eare plura.
Polit. l. 7 c. 4. §. 4.

forte plus æquo sibi arrogent, talia audientes, vel offendantur ab iis nimium, qui hæsitantes ipsis eadem non æque attribuunt, nec cur attribuant sibi sufficienter persvadere possunt.

Obsequiosa illa pristinorum temporum impietas, quæ Cæsares Deos cognominavit, docuit etiam æque Christianorum ac gentilium ævo amborum subditos per Principes jurare suos; ac si pejerarent in lite (inferore enim juramentum emissum, veniam habebat) fustigationem subibant (Græce ῥοπάλισμῷ) atque superdicebatur, πρόπετῶς μὴ ὄμνυε *temere ne jurato*. Perjurium vero per Dei nominisve ejus invocationem admissum, non puniebatur ab ipsis, quoniam existimabant Deum sufficientem ejus criminis fore vindicem.

Hermenop. περ. χει. l.1.tit.7. ff. de Jurejurando L. si duo Patroni § 6.

Can.64. Basil. Harmenop. Epit. sect.3.tit.3.

ἴκανῷ γὰρ ὁ ὅρκῳ ἔχειν τιμωρὸν τὸ θεῖον (inquit *Constantinus Hermenopulus*) εἰ καλῷ τῷ θεῷ γέγονεν, quanquam scirent Iure suo Canonico Ecclesiasticam, licet non aliam, pœnam pejerantibus scriptam esse: in litis vero prosecutione, si quis super Evangelia sancta pejeraret, lingvam ei excisam fuisse. Verum jusjurandum hoc per Principem, Imperatorem, ejus genium, & perjurii pœnam hanc à Gentilibus acceperunt: nam fustigatio ab *Antonino* videtur sancita, & *Commodo*, cum moris esset jurare per *Genium Principis*, & *per Principis venerationem*, ut habetur in edicto *Alexandri Severi* sub quo *Tertullianus* increpat Romanos; *citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum Genium Cæsaris pejeratur*, & *Athalaricus* Gothorum in promissione boni regiminis ad Romanos; *Ecce Trajani vestri clar[illegible] seculis reparatum Exemplum. Junt vobis per quem juratis, nec pote[illegible] illo quisquam falli, quo invocato non licet impune mentiri.* Hunc tius c[illegible] que de *Augusto*:

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Ulpian. ff. de jurejurando l.13.§.6. Const. Alex. Sever. C. de reb. credit. l.2. Videsis Cujacium. Observ. 2 c.19 Apologet. c. 28. Cassiodorus Variar. Hist. 8. Ep. 3. Ut notabit Casaub. ad Sveton. Neronem c. 12. de re milit. 2. c. 5. sub Valentiniano & Gratiano.

quod [illegible]ime congruit conopeis illis Imperatorum sub quo sedere sunt sol[illegible]: appellarunt ea Οὐρανίσκοι, q. s. cœlos exiguos, ejusmodi Diis ut sub iis sedeant, aptatos. Christianorum ævo eadem juramenti militaris fuit formula, narrante *Vegetio* qui circa ann. Ch. CCCLXX vixit. *Jurant autem per Deum & Christum & S. Spiritum & per Majestatem Imperatoris, quæ, secundum Deum, Generi humano diligenda est, & colenda.* rationem deinde addit, cur per Majestatem Imperatoris jurare debeant. *Nam Imperatori* (inquit) *cum Augusti nomen accepit, tanquam præsenti & Corporali Deo, fidelis est præstanda devotio, & impendendus pervigil famulatus. Deo enim vel privatus vel militans*

lianus servit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore. In Gallia primi Christiani Reges sanciverunt *ut nullus præsumat per vitam Regis & filiorum ejus jurare*, unde patet illis temporibus tale quid in usu fuisse; prout fuit apud *Ægyptios* ut patet ex Josephi juramento per vitam Pharaonis. Et posterioribus seculis *Abr. Aben Esra* circa ann. cIↃ c. LXX. affirmat, quod si quis tum in *Ægypto* jurasset (gubernabatur autem per *Caliphas*) בראש המלך per Regis caput, & perjurium commisisset, capite plexum fuisse, neque redimere vitam potuisse & si tantum auri pondus, quantum ipse ponderaret, pendere voluisset. Cum *Shach Ismael* primus *Sophi* Imperium occupavit Persarum, nullum juramentum majus fuit, quam illud quod per caput ejus fieret. Sic apparet, quod Christiani, Mahumedani nec non Pagani aliquam *Sanctitatem Regum* (ut *Julius Cæsar* vocat eam) agnoverint; unde & manasse videtur mos veterum qui Deitatis nomen in regum assumtere nomina. Tyrii seu Phœnices vulgo nominabantur *Beleastartus*, *Abdastartus*, *Ithobaal.* (& s. plura in *Menandri* fragmentis reperienda, & aliorum annalibus istarum gentium) à Diis suis *Baal & Astaroth* de quibus & Scriptura loquitur. *Nebo*, Babyloniorum idolum, erat pars nominis *Nebuchadonezar*, *Nabopallassar*, *Nabonitus*, Regum eorundem. In *Nerigloſſer* est *Nergal Cuthæorum* Deus. In Judæorum Regum autem nominibus frequens est veri Dei nomen, ut in *Abaziahu*, *Amaziah*, *Azariah*, &c. Ægyptii Reges *Busiris*, *Petosiris*, *Osiris* nomen acceperunt à maximo populi sui Numine quod fuit *Siris*, *vel Seiris*, & idem cum *Nibo*. Prisci denique Reges nostri habebant *Belin* vel *Abellio* (Deum aliquem) in nominibus suis, ut videmus in *Cassibelin*, *Cynobelin* &c. Revera tamen hæc Deorum suorum nominibus compositio, non solis Regibus propria fuit: Magnates eorum primoresque subditi (quibus & ipsa jura Majestatis summa, honoresque communicarunt) aliquando ejusmodi gesserunt nomina, ut videre est in *Neregal Samgarnebo*, *& Nabuzaradan*, cum aliis simil. in *Daniele*, quam Babyloniæ Rex cognominavit *Belsbatzar secundum nomen Dei sui*, & in aliis.

Leg. Setit. ap. Gonzen. Pol. l. 7. c. 4. §. 6. in Decalog.

Leuncl. Muselmannic hist. lib. 16.

Sueton. in Julio c. 6.

Ier. 39. 3. cap 52. 30. Dan. 4. 5.

NOTA.

Dii non solum appellati sunt Imperatores verum & *Deæ* dictæ Imperatrices ut ex binis innotescit inscriptionibus Reinesianis. *Liviæ Augustæ Deæ municipium.* Et Græca altera Θεᾷ Ἰυλία Σεβάστῃ. *Ambæ de Livia*,

via, inquit Reinef. cloſſ. 3. num. 4. Tiberi & Druſi Cæſar matre, quæ & adoptat in Iulios & poſt Conſecrationem Diva Iulia.

Quæ veneris formam, mores Iunonis habendo,
Sola eſt cæleſti digna reperta toro.

Dei nomen in denominatione hominum uſurpandi morem tum antiquum, tum ex divino fluxiſſe inſtituto tum & privatorum fuiſſe, docent illa Ismaël Iſraël, Samuel Eliah, Jeremiah, Eliezer, vel Eleazar & ſimil. El enim & Jah. apud Hebræos divina ſunt nomina. Eo quoque pertinent Germanorum nomina Gotthilf/Gottfried/Gottlieb/Polonorum *Bogislaus, Bogumilus*, Græcorum *Theodoſius, Theodorus*, Latinorum *Deodatus.*

Ad illud denique quod Veteres juraverint per Imperatorum nomina & Majeſtatem videtur obſerva Privilegium Illuſtrium quo ſæpe juramenti loco promittunt ſub Dignitatis ſplendore Bey Fürſtlichen/Gräffliehen oder Adelichen Ehren/ Treu und Glauben / Quod ſæpe æqui pollere juramento volunt Jurisconſulti. Deus quidem, ait Paulus Hebræor. 6. v. 13. *Quoniam neminem habuit per quem juraret majorem, juravit per Semetipſum*; at magiſtratus in Terra Summi nec non alii Dominio ſplendentes inſigni, videntur imitati fuiſſe hanc aſſeverandi methodum, quanquam etiam per ipſius nomen Dei aliquando jurare ſoleant. Vide Carpz. Iurispr. forenſem Part. 2. Conſtit 36. defin. 9.

CAP. V.

1. *Cæſaris & Auguſti voces in Titulis Romanorum Germanorumque Imperatorum; & quomodo aliis quoque Principibus attributæ fuerint? Solennis denominatio Romani Imperatoris ab aliis Regionibus.*
2. *Mos antiquus totum Regum ſeriem uno appellandi nomine, quale illud Cæſaris eſt: affectatio nominis Antonini in Romano & Conſtantini in Græco Imperio.*
3. *Chriſtianiſſimus Rex Galliæ R. titulus.*
4. *Defenſor fidei, quando & quomodo appellatus Angliæ Rex. Defenſor Eccleſiæ appellatus Imperator. Supremum Eccleſiæ caput primo nominari cœpit Henricus VIII.*

5. Ca-

5. *Catholici elogium in Hiſpania R. titulis.*
6. *Porphyrogeniti appellati Orientis Imperatores. Imperator Moſcoviæ vocatus Albus Rex s. Albus Imperator.*

VIdimus hactenus Titulos qui poſſunt eſſe eſſentiales & attributi ſunt vulgo Summis Majeſtatibus in ſtylo Principum Chriſtianorum. Sunt præterea & alii diverſis Rebusp. proprii, nec non mere accidentales: quorum aliqui proceſſerunt ab Autoribus primis Imperiorum & Monarchiarum: alii his demum ſeculis acquiſiti ſunt: alii adhibentur etiam in prima perſona, alii in ſermonibus ſcriptisve Principibus attribuuntur tantum ab aliis. In hoc Accidentalium numero ſunt *Cæſar & Auguſtus* in Imperio, *Rex Chriſtianiſſimus*, *Defenſor fidei* &c. qui ſinguli tum in Chriſtianis tum Mahumedanis Rebusp. cum nonnullis aliis vetuſtiorum temporum, quoad originem ſuam & uſum hic ſuccedunt ordine ſuo.

I. *Cæſaris* nomen in Germanorum Imperatorum Titulis per Francos, Romanosque a *C. Julio Cæſare*, primo Romanorum Imp. derivatum manifeſtum eſt: primus tamen ipſe non fuit, qui hoc geſſit nomen, ut aliqui erroneè tradiderunt: alii enim ante ipſum ſic vocati ſunt, ac fortaſſis à verbo *Cæſar*, quod Elephantem lingua Punica vel Maurorum ſignificare exiſtimant: *quod avus ejus* (ut dicunt quidam) *in Africa manu propria occidit Elephantem.* Romani alias à *Cæſarie* deducunt, *quod cum magnis crinibus* (ut *Spartianus* loquitur) *ſit utero parentis effuſus*; alii *quod oculis cæſiis & ultra humanum morem viguerit:* quæ ſingula de primo ſolum *Cæſare* intelligenda. Quod vero Elephantem attinet, ſuperſunt nummi antiqui exhibentes in latere uno hæc verba: *Divus Julius*, in altero S.P.Q.R. cum Elephante, quæ licet referri poſſunt ad ludos & certamina Elephantum Julii data munificentia, attamen fortaſſis & ad illam Africanam originem alludere queunt, quanquam Punicam vocem eſſe non conſtet. Punica enim lingua Ebræa filia eſt, quæ (referente eruditiſſimo *Caſaubono* Muſarum Præſide) non *Cæſar* ſed פיל *phil* elephantem appellat, ut etiam Arabica. Exiſtimat tamen *Maurorum* vocem fuiſſe, ut *Spartianus* affirmat: & *animadverſ. in Tranquill.* 1. inquit, *in Targum Jonathanis* כשירא *Ceſira, extat, notio-*

Theodor. Metochites in hiſt. Rom. initio. Glycas Etymolog. magno Cedren. alii Græcorum, nec non Ebræi, ut videre eſt in Elia Tisbit, in קסר *Apud Ælian. Spartian. in Æl. Vero Serv. Honorato ad 1. Æneidos. Conſtant. Manaſſ. in annal. Plin. Hiſt. l. 8. c. 7.*

ne affine, pro scuto vel Clypeo: & fortasse inde est quod Punica lingua, Elephas Cæsar dicebatur, quasi Tutamen & præsidium Legionum. Verum derivatur etiam *Cæsaris* vox ab istius familiæ primo, qui ex utero cæso protractus est. Sic *Plinius*: *Primus Cæsar a cæso matris utero dictus qua de causa & Cæsares appellati*: Speciale etiam hujus derivationis testimonium est, quod familia ista *Apollini* sacra fuit, Medicorum Deo, & hunc primum familiæ autorem in tam periculosa nativitate servanti. *Servius Honoratus* eundem in finem, *omnes*, inquit, *qui sectio matris ventre procreantur, ideo Apollini consecrati sunt, quia Deus Medicinæ est per quam lucem sortiuntur. Unde Æsculapius ejus filius est filius. Ita enim eum esse procreatum supra diximus. Cæsarum etiam familia ideò Apollinis sacra retinebat, quia, qui primus de eorum familia fuit, exsectio matris ventre natus est.* Sed undecunque derivetur nomen istud (nihil enim ejusmodi etymologiis incertius est) nunc tamen Imperatorum stylo honoratissimum est, ut *Justinianus Imp. Johanni Prat. Præf.* scribit: ὥσπερ ἡμεῖς ἀντ' ἄλλων τινὸς τῶν τῆς βασιλείας συμβόλων σεμνυόμεθα: *nos præter omnes alias Imperatoriæ Majestatis notas eo gloriamur.* Germani hodieque Imperatorem nominant Käyser a *Cæsare*. A *Julio* nomen istud assumsit Nepos ejus *Octavius*, Testamenti lege: *In ima cera*, inquit *Svetonius, Cajum Octavium in familiam nomenque adoptavit.* Ab *Octavio Tiberius*, atque sic reliqui. Ac quanquam familia ista defierit in *Nerone, Galba* tamen eumque secuti (excepto *Vitellio*, qui cognomen *Augusti* dissuluit, *Cæsaris in perpetuum recusavit*, ut *Svetonius* in Vitellio cap. 7. de ipso loquitur, & *Tacitus histor. 2. præmisit in urbem edictum, quo Augusti vocabulum differret, Cæsaris non reciperet, cum de potestate nihil detraheret*) sic ab aliis sunt appellati in secunda & tertia persona, hoc est cum ad ipsos scriberent vel de ipsis. In prima persona vero, seu Imperatorum stylo de se ipsis loquentium, inde a *Carolo M.* raro in latino sermone, an unquam? adhibitum est. *Carolus M.* quidem usus est *Imperatoris Augustique* nominibus, successoresque ejus tum Germani, tum Francici: At *Melchior Goldastus* Historiæ Imperialis diligentissimus scrutator ait, non vidisse se ullum diploma vel privilegium inde a *Carolo M.* cum *Cæsaris* appellatione. Verba ejus sunt: *At vero a Cæsaris appellatione etiam ipse Carolus M. a Senatu Populoq; Romano Imperator Augustus (id Majestatis, non familiæ nomen est) salutatus, omnesq; ejus in Imperio Successores quorum usque contigit Diplomata inspicere,*

H.N.l.7.c.9. Vide Theodor. Metochit. Histor. Rinutio. ad Æneid 10. Novell. 30. cap. 1.

Nota *Quidam enim abolendam Cæsarum memoriam, ac diruenda templa censuerunt.* Svetonius in vita Caligulæ cap. 49. *imo & Senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut Cass. primo non in curiam, quia Julia vocabatur sed in Capitolium convocarent. Ita nomina quoque exosa esse solent Magnifica. Script. plerique German. sub ann. 101. Præfat. ad Jacobum Magn. Britan. Reg. in tom. 1. Constit. Imp.*

cere, perpetuo abſtinuerunt. Pace tamen ejus dixerim, Conſtitutionem *Caroli M. de pace conſtituenda & conſervanda, & diviſione regni facienda inter filios*, vel ab ipſo *Goldaſto* editam in *Imperial. Conſtit. tom. 1. p. 145. ann. 806.* hunc expreſſis verbis titulum habere inſcriptum: *Imperator Cæſar Carolus, Rex Francorum invictiſſimus & Romani Rector Imperii, Pius.* &c. Ex Mss. autem diverſis, ſe deſcripſiſſe eam, quod ait, teſtatur fide quoque dignam eſſe. Quinimo eadem eſt quam recenſet *Petrus Pithœus in Hiſtoria Francorum* ſub nomine *Teſtamenti Caroli M.* de qua tamen obſervat idem in tabula annexa *quod in quibuſdam exemplaribus Karolo Magno adſcribitur, non certa fide.* Verum annon veterum hiſtoriæ referentes *Carolum M.* appellatum fuiſſe *Imperatorem & Auguſtum*, innuunt & *Cæſaris* vocem in Imperatoris vocabulo ipſi attributum? Nam in Germanorum lingva hodienum, & ut apparet ab illo tempore *Caroli M.* der Keyſer/oder Käyſar (eadem cum *Cæſare*) vox a Romanis mutuata, quibus Imperatorem denotavit, idem ſignificat. Scil. Imperator Germanis *Keyſer* eſt augurorque ſi videremus illius ævi hiſtoriam germanice ſcriptam, deprehenderemus *Carolum* etiam *Cæſarem* appellatum fuiſſe, (prout ſcilicet *Cæſar* & *Imperator* convertuntur:) videtur porro vocem illam tam fuiſſe Germanicam factam, ut in illis ignorantiæ ſeculis noluerint pro Latino agnoſcere, ſed per *Imperatorem* reddere. Obſerva ſtylum ejusmodi in *Caroli M.* fundatione *Epiſcopatus Oſnabrugenſis in Weſtphalia. Carolus Imperator Auguſtus Romanorum gubernans Imperium. &c.* Si Imperator ſolummodo denotat, quod apud Veteres denotavit Romanos Imperatores, cur additur *Romanum gubernans Imperium?* hoc enim ſenſu ſynonyma ſunt; quæ alias non lego ambiviſſe quendam illa ætate vel in Imperii ſtylo. Germanico ſermone (quo in fine dubio titulus primo ſcriptus fuit; ut & in aliis his ſimilibus fieri ſolet) certe fuit: Karl Keyſer Mehrer des Reichs/ der Römiſch Gewalt Voget. &c. quæ Latine ſic efferuntur: *Carolus, Cæſar Auguſtus, Romanorum gubernans Imperium. &c.* Et revera Keyſer (quod etiam Anglo-Saxonis, a Germanis oriundis, *Cæſere* ſcriptum) æque tandem ſignificavit Imperatorem, Auguſtum, Cæſarem: teſtatur illud *Alfricus Cantuarienſium* Archi-Epiſcopus, Saxonum ætate. Imperator vel Cæſar vel Auguſtus interpretatur per Anglo-Saxonicum *Cæſere.* Sed quicquid ſit *Cæſaris* vox tandem per ſe cæpit ſignificare, (ut appellati-

Francofurti 1564. in 8.

Codex Donat. piarum Auberti Miræi cap. 12.

In Grämat. Ms. penes Moreton, Lambard. Equ. aurat.

vum, non ut proprium nomen, quale prius fuit) Summam Majestatem, quandoquidem & aliis præter Imperatores Germaniæ attributa est, ut illi Magno Sultano *Amurathi* III. in epistola ad *Elisabetham R.* & in fœdere cum illo pacto, ubi vocatur *Cæsar, Cæsareæ Majestas.*

Hackluit Itin. part 2. fol. 148. 171.

Octavio proximo *Iulii Cæsaris* Successori additus in Senatu *Augusti* titulus ὡς τι πλεῖόν τι, ἢ κατ' ἀνθρώπους ὤν, ut *Dio* loquitur, *acsi homine quid majus esset: non tantum novo, Svetonius* inquit, *sed etiam ampliore cognomine: quod loca quæque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, Augusta dicantur, ab auctu vel ab avium gestu, gustuve*, eamque in rem illud *Ennii* allegat.

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma'st

De die Natali cap. 21. Sc VII. & Vipsan. Agripp. III. Coss. Obid. Fast. 1. & Paul. Aquileg. histor. lib. 7. Isthmiac. Od. 4.

Id factum XV. circiter post occisum *Iulium* anno. XVI. Kal. Februarii i. e. XVII. Januarii (ut *Censorinus* refert, aliis quoad paucos dies ab ipso diversa statuentibus) svadente *L. Munacio Planco*, indeque est Epocha *Annorum Augustorum*, ut vocant. Græci vocem hanc interpretantur Σέβαστος *Venerabilis*. Revera enim ab *augeo* descendit, quæ (præter usum communem) & Sacrificiis propria vox fuit: ut *Augere Hostias*, referente *Casaubono*, & sic Græcorum αὔξω interpretantur. *Pindarus* inquit αὔξομεν ἱμετέρᾳ, acsi dixisset: *augemus hostias vel Inferias.* In *Sexto Pompejo Augustus* redditur per *Sanctus:* Dii etiam Deæque in inscriptionibus nonnullis leguntur *Augusti, Augustæ: ædes augustæ* pro cœlo. &

Sancta vocant Augusta Patres, Augusta vocantur
Templa Sacerdotum rite dicata manu; inquit *Ovidius Fastor. 1.*

ideoque denotabit *Augustus Venerabilem* seu *Honoratissimum*, translatione sumta à rebus sacris, unde & derivatur; sicque consentit *Dioni* & *Suetonio.* Interpretatio vero Germanica derivat ab *augeo*, i. e. increscere facio: sonat enim Mehrer des Reichs/ oder Vermehrer des Reichs Belgice i. e. *Imperii Auctorem*, ut loquitur *Paulus Diaconus*, qui in *Caroli M.* vixit aula. *Hodie*, inquit, *Octavius primum Augustus, quod Rempubl. auxerit consalutatus est; quod nomen cunctis antea inviolatum, & hucusque cæteris inausum, apicem declarat imperii:* alii idem asserunt. Ab *Octavio Augusti* (quod etiam deinceps auctum est: *Semper Augustus*,) omnes appellati sunt Imperatores in hunc usque diem: exceptis nonnullis in priscis simulantibusque temporibus. Imperatrices quoque *Augustæ* cognominatæ. Sic *Cæsaris* vox primam Im-

Imperatoriam familiam denominavit, & *Auguſti* vox τῆς τῦ ἀξιώμα-τος λαμπρότητος *Dignitatis nota*, (ut *Dion* loquitur) *Cæſares Auguſtos* dedit: nullatenus potentiam aliquam, ſed honorem tantum inde à prima familia ejusq; exceſſu denotans. Quanquam autem *Paulus Diaconus* dicat Auguſtum ſua ætate nullum alium nominatum fuiſſe Principem, aſt ſeculis ſubſequentibus illud factum eſt. *Bodinus* refert, illud nomen *Wilhelmo noſtro Primo* traditum. *Galli* etiam habuere *Philippum Auguſtum*, cujus vitam deſcribens *Rigordus* autor vetuſtus, ſic alloquitur Lectorem. *Miramini quod in prima fronte hujus operis, voco Regem* Auguſtum. *Auguſtos enim vocare conſueverunt Scriptores Cæſares, qui Rempublicam augmentabant, ab* augeo, auges *dictos. Unde iſte merito dictus eſt Auguſtus ab aucta Republica. Adjecit enim regno ſuo totam Viromandiam (hæc eſt regio circa Sanctum Quintinum) quam Prædeceſſores ſui multo tempore amiſerant, & multas alias terras; reditus etiam regni plurimum augmentavit.* Hic *Philippus* regnavit circa an. clɔ CLXXX. *Friderico Barbaroſſa* imperante: atque ante hunc *Philippum* primus eorum Chriſtianus Rex eo uſus eſt nomine. Ludovicus Rex (inquit *Sigeberdus*, Regem *Clodoveum* ſic appellans) *ab Anaſtaſio Imperatore Codicillos de Conſulatu & coronam auream cum gemmis & tunicam blatteam accepit, & ex ea die Conſul & AUGUSTUS dictus eſt.* Σέβαστος etiam appellatus eſt vel *Auguſtus*, *Ptolomeus Philadelphus* Rex Ægypti in *Manethonis* ad eum epiſtola: ſuppoſititiam autem vocem eſſe conjectura eſt. Romani veteres alia ratione titulos auxerunt Imperatorũ, videl: à provinciis ſeu terris pacificatis, ordinatis, vel ſubactis. Exempla ejus ubicunque ſunt obvia. *Juſtinianus* inde cognominatus *Alemannicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus.* Sic Germanicus etiam *Druſus* appellatus eſt Senatus decreto *Sveton. in Claudio cap. 11.* Dubitare tamen neceſſe non eſt, ſæpius adulatione quam merito iſta ipſis tributa. *Appellatus eſt Commodus, (Lampridii* verba ſunt) *etiam Britannicus ab adulatoribus, quum Britanni etiam Imperatorem contra eum deligere voluerunt.* Si vero denominatio ridiculam admitteret interpretationem abſtinuerunt ab ea. Sic *Aurelianus Carpos* vincens (*Danubii* accolas in *Hungaria*) audiensque Senatum *Carpicum* ſe cognominare velle, illico reſcripſit: *Supereſt P. C. ut me etiam Carpiſculum vocetis. Carpiſculus* enim calceorum genus erat, ideoque nomen ob æquivocationem ipſi diſplicebat. Ex adverſo impius *Caracalla* amavit

Guil. nothus Auguſtus dictus lib. de rep. 2, cap. 2.

Nota ita *Poloni inter Reges numerant* Sigismundum Auguſtum.

Euſeb. Chrõ. λογ. α.

Nota *Vide hic elegantem alluſionem Verulamii in Oratione ad R. Jacobum ex Conſanguinitate eundem appellantis, Germanicũ Saxonicum, Danicũ &c. oper. edito nuper. pag. 1495. Fl. Vopiſcus.*

Æl. Spartianus. *Amm. Marcell. hist. 28.* amavit *Germanici* titulum, utut non solum suas notaret victorias Germanicas, sed & fratricidium *Germani:* affirmans insuper si *Lucanos* vicisset, *Lucanicum* appellari voluisse, utut *Lucanica* farciminis genus esset, & *edones Lucanici* a Romanis nominarentur. Nomina autem ista, & aliæ istorum temporum appellationes (ut *Pater Patriæ*, *Pius*, etsimiles nunc obsoletæ) à Republica dabantur vel Senatu, non vero ab ipsis assumebantur. *Dion. l. 53.* ὅπως μηδὲν ἄνευ δόσεως τινὸς ἔχειν δοκῶσιν (ut *Dionis* verba sunt) *ne videantur habere quicquam, quod Resp. non dederit ipsis.*

NOTA.

Cæsaris vocabulum rectè pronunciari Germanorum lingva Käyſer dum scilicet prolatione elementi C. ex Lipsio de pronunc. Lingv. latinæ cap. 11 & 13. probat, Feltham de Tit. honorum lib. 1. cap. 34. Proprium quoque Germanorum Imperatorum nomen esse, aliis minime tribuendum Regibus & Imperatoribus, idem contra authorem asserit nostrum, quoniam ab Imperii R. primo conditore ad successores pervenit; ex Besoldo de Monarch. c. 3. n. 2. inquiens, sint Imperatores attamen Cæsares non sunt. Gallia quoque Monarchis abjudicat, quoniam & in aliquas Caroli M. terras successerint, & Germanorum jure, secundum quod omnes principum liberi titulo paterno æqualiter gaudent, æque se ac Imperatorem Germaniæ Cæsaris titulo debere decorari, contendere possit; Nomen istud in Prænomen converterint, & pro tam vile habuerint, ut etiam plebejis dederint. Sic enim ipsi sprevisse, adeoque se indignos illo fecisse statuit Feltham.

Quando usurpari cæperit nomen hoc in Germania Boeclerus & Feltham ex Goldasto ignotum esse tradunt: probabiliter tamen Ludovicum IV. id fecisse ajunt: videsis quem Boeclerus eam in rem citat, Limneum I. P. Illud vero observandum quod Conringius habet dissert. 2. de Imp. Germ. §. 40. p. 57. *Accedit, quod nunquam quisquam post Carolum M. voluerit Cæsar eum titulum usurpare ante acceptam Coronam illam Romanam, etsi jam esset corona Germanici regni honoratus.* Hæc enim verba sicut innuere videntur & Carolum M. ante Coronationem Rom. dictum Cæsarem, ejusque successores post illam, ita autoribus supra citatis & Seldeno nostro contradicunt, nisi velis Conringium non de appellatione Cæsaris sed alia quadam disputare causa.

Quanti denique Seldeni opinio de Diplomate Caroli M. germanice scripto facienda, disce ex Dn. de Rhetz. Jur. publ. lib. 1. titul. 2. §. 28.

Is

Is enim tradit Carolum M. irrito conatu tentaſſe Germanicæ ſcripturam lingvæ, & primùm conſtitutionem Germanicam apud Goldaſtum eſſe Friderici 2. ann. 1236. Latina enim antehac uſi ſunt lingva, in tabulis inſtrumentisque conſignandis, ſicut etiam Conringius docet hanc Germanis lingvam à Romanis victoribus injunctam, exerc. 3. §. 53. p. 96.

II. Denominatio vero illa Imperatorum vel Regum ab ingente quodam Prædeceſſore, Romano Imperio eſt antiquior. Sic enim teſte Sacra Hiſtoria, *Ægypti* Reges ad Salomonem usque *Pharaones* appellati ſunt: quæ vox non fuit nomen vel cognomen familiæ ſed regius ſaltem titulus. Primus iſtum gerens etiam *Narecho* appellatus fuit: & ab hoc omnes Ægypti Reges, ut vult *Manethus* titulum iſtum tanquam hæreditarium acquiſiverunt. Ἐκ τούτου, inquit, οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτῶν καταγενόμενοι Βασιλεῖς Φαραὼ προσαγορεύονται. *Joſephus* ait à Rege *Mene*, qui *Abrahamo* prior fuit, *Pharaones* appellatos Reges, non vero Reginas. In prophana itaque hiſtoria alia ipſorumque propria habemus nomina. *Pharaonem* cujus tempore *Joſephus* in carcere vixit *Temoſin* nominant aliqui; alii *Themoſin* exiſtimant in rubro mari merſum, patremque ejus extitiſſe *Alisfragmuthoſin*. Serior autem diligentiorque computatio Iſraelitarum de Ægypto exitum collocat ſub *Armai Pharaone*, Cedrenus ſub *Petiſſone*. *Saraan* qui rapuit *Nechias* dictus eſt: plura vide in *Manethonis* Annalibus Ægyptiacis apud *Joſephum & Euſebium*. Poſt *Salomonem* mentio quoque fit *Pharaonum* cum nominibus eorundem propriis in Scriptura S. ut *Pharao-Necho*, *Pharaoh Chophra & Siſak*. *Reperi* (inquit Ioſephus) *in hiſtoriis patriæ meæ, poſt Pharaonem Salomonis genetrum, nullum Ægyptiorum Regem hoc nomine fuiſſe appellatum*: intellige, hoc nomine ſolum absque additamento nominis proprii. Hebræi nomen iſtud ſic ſcribunt פרעה variæque ejus ſunt derivationes, ſed nullæ recenſione dignæ. Exiſtimat *Joſephus*: & cum ipſo alii Ægyptiorum lingva *Regem* denotare. Ὁ Φαραὼ ait, καθ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει: aſſentiuntur *Julius Africanus* & alii. In *Ægyptiorum* oneirocriticis Regem videtur denotare tanquam appellativum. Si *Nilus* per ſomnium videretur inundare, ſignificabat, inquit *Achmetes*, quod Φαραὼ ἐυφροσύνην μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτῶ *Pharao gaviſurus ſit cum Magnatibus*. Sed idem autor alibi de *Tarphane*, quem Interpretem nominat, dicit τὸ Φαραὼ τὸ Βασιλέως τῶν Αἰγυ-

Manetho ap. Joſeph. adv. Appion. a. & Sideſis Philaſtr. de hæreſib. Joſeph de bell. Jud. 6. c. 11. 2. Reg. 23. Jeremi. 44. 2. Paral. 35. Archæol. 8. cap. 2. 1. Reg. 3. com. 1.

Achmet in oniroer. cap. 176. & cap. 4.

gua efferunt *Bulcovitz*. Sic à *Crates Bulgaria* Principes dicuntur *Cratovitz*, & simili derivatione *Dalmatarum Cernowitz*, ac *Albanensium Karolowitz* ex *Francorum* stirpe *Carolina*. Ista vero iisque similia ab autoribus familiæ vel prædecessoribus derivata nomina Principum potius sunt cognomina, quam Majestatis epithera. Ideoque breviter ea recensui, perrecturus nunc ad ejusmodi accidentalia attributa, quæ expresè tum quoad Originem suam, tum quoad continuationem Honorem & Celsitudinem Principum dicunt.

III. *Galliæ* Reges inde a priscis temporibus *Christianissimi* appellati sunt: quando cœperit nomen hoc incertum est: aliqui Roma accersunt in *Carolo M.*, ast sic potius in Imperio mansisset. Alii referunt ad Concilium *Aurelianense*, sub *Ludovico vel Clodoveo* primo Rege Christiano celebratum, circa annum D. Sed ibi non alia reperias quam hæc verba: *Domino suo, Catholico Ecclesiæ filio Clodoveo gloriosissimo Regi, omnes Sacerdotes, quos ad Concilium venire jussistu.* In S. *Remigii* Testamento quidem (qui primus fuit *Remorum Archiepiscopus*) *Clodoveus* ille *Christianissimus Ludovicus* appellatur, primusque fuit Rex Christianus magno insignis Imperio, at, si credimus optimæ fidei historiis Insulæ nostræ, *Lucius Rex* CCC annis ante *Clodoveum* Christianus fuit, primusque per Europam, nisi fortean velis dicere *Tiberium* fuisse Christianum quoniam aliquantulum pronus fuit in Christianismum, & amplexus esset, si scivisset Senatui placiturum. Sed demus *Galliæ* Regem Titulum hunc ab antiquissimis possidere temporibus, eique tribui in secunda & tertia persona, non utitur tamen illo in prima persona, in epistolis, mandatis vel Privilegiis: alii ipsi tribuunt nomen hoc, quo appellatur sæpe etiam absque additamento alio. *Le Roytres Christien.* In veteri quodam Regesto aulæ Romanæ, quo in Regum Christianorum Catalogus est, licet nullus eorum additamenta quoddam nominis sortitus sit, *Galliæ* tamen Rex sic scribitur. *Rex Francorum Christianissimus coronatur & inungitur.* Papa etiam ipsum sic sæpius apppellavit. in epistolis, quorum aliquæ & *Pipini* tempore scriptæ. Ne vero in dubium vocemus Gallorum fidem, *Agathias* qui ante eo circiter vixit annos affirmat, Histor. α. χριστιανοὶ ἅπαντες τυγχάνουσι ὄντες καὶ τῶν Ορθωτάτων χρώμενοι δόξῃ *Christianos fuisse omnes, & maxime orthodoxos*, ac sic dixisset gentem *Christianissimam*. ut *Nicolaus de Clemangiis* in istius gentis honorem habet. *Hac unde est antiqua virtus, laus probitas*

Videsis Valdes. de dignit. Reg. Hispan. c 13. §. 19.

Tom 2. Conc. Aurel. 1. cap. 1 Iodoard. hist. Remens. l. c 18.

Nota: *de hoc Lucio vide Usserii Brit. ann. Eccles. antiqu. unde multa describere hic nihil refert.*

Nicron Bignon. de l' Excellence des Royes de Fr. lib. 3. p. 514.

Lib. de Lapsa & repanitione Iustiæ c. 9.

bitas & religio cultumq; juſtitiæ quibus ſunt noſtri Majores præ cæteris terrarum populis Chriſtianiſſimi appellati? quomodo autem Regibus primum datus fuerit titulus iſte non apparet. Ludovicum XI. à *Pio II.* conceſſum eſſe volunt aliqui CLX. abhinc annis: *Alexandrum VI.* vero voluiſſe eundem ad *Ferdinandum V.* Hiſpaniæ Regem transferre, & a Gallis auferre, dicunt alii.

Mariana de reb. Hiſp. l. 26 c. 12. Videſis Valdeſ. de dignit. Reg. Hiſpan. c. 13. § 21.

Conantur præterea *Galli* attribuere Regi ſuo titulum *Tilzaisne de l' Egliſe*, aſſeruntque hanc dignitatem olim talem fuiſſe, ut vel ſolum Regis nomen eam indicaverit. Eum in finem illud *Suidæ* adducunt: Ῥηξ ὁ τῶν Φράγγων ἀρχηγός, *Rex denotat Francorum Ducem* quod tamen potius de Occidentis Imperatore explicarem. Nam *Germani, Itali, Franci*, & reliqui Europæ populi vulgo *Franci* appellati ſunt ab orientalibus: indeque *Suidas* iſtius gentis homo, Occidentis ſolummodo intellexit *Imperatorem*, cui, ut etiam antehac dictum, non niſi *Regis* titulum permiſerunt. *Chriſtianiſſimi* vero non ſolum Romani Imperatores priſci, (ut videre eſt in epiſtolis S. *Ambroſii*, Concilio *Aquilejenſi*, utroque *Codice* & alibi) verum & *Angliæ Reges* dicti ſunt ut videre eſt in epiſtolis quibusdam & Bullis ad ipſos Roma miſſis. Sic in Conciliis aliquot *Toletanis* & epiſtolis Papæ, Reges *Hiſpaniæ* illum adepti ſunt. Quod tamen omne contigit, antequam titulus iſte Regibus *Galliæ* addiceretur in ſpecie.

Nota. Bene hic obſervat Seldenus per Frances non indicari Gallos, ſed Germanos quos & ſic à Græcis appellatos: illud tamen oblitus fidetur parte hujus libri ſecunda cap. 1. ubi Francorum ſæpe fit mentio, ipſeque nominat the French. ſua lingua, i. e. Gallos, nos vero ſemper dedimus Francorum nomen, quod hic Lectorem latere noluimus, bene memores quantus ſit inter Francos Germanos & Gallos differentia, & de iisdem lis agitata Circa Carolum M. quem & Germani & Galli ſibi vendicant Nota. Chriſtianiſſimus etiam dicitur Elesbaas Æthiopiæ Rex apud Ludolf. Comment. lib. 2. num. 82.

IV. Origo & fundamentum tituli *Defenſor fidei* perpetuo ætate hac *Angliæ* Regibus additur (non tantum in prima perſona verum & in ſecunda tertiaque ut docent. Inſtrumenta varia, pacta & his ſimilia) undique patet. Cœpit in *Henrico VIII.* Is enim in diebus illis reformationis, occaſione controverſiarum inter Pontificios & Lutheranos, contra Lutherum librum ſcripſit, pro *Indulgentiis, Pontificatu & VII. Sacramentis*, cujus authenticum exemplar adhuc ſervatur in *Vaticano*, propria Regis manu *Leoni X.* inſcriptum his verbis:

ANGLORUM REX HENRICUS
LEONI X. MITTIT HOC OPUS ET.
FIDEI TESTEM ET AMICITIÆ

Quæ

a *Vide cap. dicti §. 23. 33. &c.* b *Franc. hoert. in deliciis Orbis Chriſt.*

forte plus æquo ſibi arrogent, talia audientes, vel offendantur, ab iis nimium, qui hæſitantes ipſis eadem non æque attribuunt, nec cur attribuant ſibi ſufficienter perſvadere poſſunt.

Obſequioſa illa priſtinorum temporum impietas, quæ Cæſares Deos cognominavit, docuit etiam æque Chriſtianorum ac gentilium ævo amborum ſubditos per Principes jurare ſuos; ac ſi pejerarent in lite (inferore enim juramentum emiſſum, veniam habebat) fuſtigationem ſubibant (Græce ῥοπάλισμῷ) atque ſuperdicebatur, πρόπετως μὴ ὄμνυε *temere ne jurato*. Perjurium vero per Dei nominisve ejus invocationem admiſſum, non puniebatur ab ipſis, quoniam exiſtimabant Deum ſufficientem ejus criminis fore vindicem. ἱκανῷ γὰρ ὁ ὅρκῳ ἔχειν πίστιν τὸ θεῖον (inquit *Conſtantinus Hermenopulus*) εἰ καλῶς τῷ θεῷ γέγονεν, quanquam ſcirent Iure ſuo Canonico Eccleſiaſticam, licet non aliam, pœnam pejerantibus ſcriptam eſſe: in litis vero proſecutione, ſi quis ſuper Evangelia ſancta pejeraſſet, lingvam ei exciſam fuiſſe. Verum jusjurandum hoc per Principem, Imperatorem, ejus genium, & perjurii pœnam hanc à Gentilibus acceperunt: nam fuſtigatio ab *Antonino* videtur ſancita, & *Commodo*, cum moris eſſet jurare per *Genium Principis*, & *per Principis venerationem*, ut habetur in edicto *Alexandri Severi* ſub quo *Tertullianus* increpat Romanos; *citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum Genium Cæſaris pejeratur*, & *Athalaricus* Gothorum in promiſſione boni regiminis ad Romanos; *Ecce Trajani veſtri clari ſeculis repatatum Exemplum. Junt vobis per quem juratis, nec poteſt illo quisquam falli, quo invocato non licet impune mentiri.* Horatius eique de *Auguſto*:

Jurandaque tuum per nomen ponimus aras.

quod ſane congruit conopeis illis Imperatorum ſub quo ſedere ſunt ſoliti: appellarunt ea ὀυρᾶνισκοι, q. ſ. cœlos exiguos, ejusmodi Diis ut ſub iis ſedeant, aptatos. Chriſtianorum ævo eadem juramenti militaris fuit formula, narrante *Vegetio* qui circa ann. Ch. CCCLXX vixit. *Jurant autem per Deum & Chriſtum & S. Sanctum & per Majeſtatem Imperatoris, quæ, ſecundum Deum, Generi humano diligenda eſt, & colenda.* rationem deinde addit, cur per Majeſtatem Imperatoris jurare debeant. *Nam Imperatori* (inquit) *cum Auguſti nomen accepit, tanquam præſenti & Corporali Deo, fidelis eſt præſtanda devotio, & impendendus pervigil famulatus. Deo enim vel privatus vel militanti*

Hermenop. πῶς χει. l. 1. tit. 7. ff. de Jurejurando L. ſi duo Patroni § 6.

Can. 64. Baſil. Harmenop. Epit. ſect. 3. tit. 3.

Ulpian. ff. de jurejurando l. 13. § 6. Conſt. Alex. Seber. C. de reb. credit. l. 2. Sideſis Cujacium. Obſerv. 2 c. 19 Apologet. c. 28. Caſſiodorus Variar. Hiſt. 8 Ep. 3. Uti notabit Caſaub. ad Sueton. Neronem c. 12. de re milit. 2. c. 5. ſub Valentiniano & Gratiano.

liæus ſervit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore. In Gallia primi Chriſtiani Reges ſanciverunt *ut nullus præſumat per vitam Regis & filiorum ejus jurare*, unde patet illis temporibus tale quid in uſu fuiſſe; prout fuit apud *Ægyptios* ut patet ex Joſephi juramento per vitam Pharaonis. Et poſterioribus ſeculis *Abr. Aben Esra* circa ann. cIↃ c. LXX. affirmat, quod ſi quis tum in *Ægypto* juraſſet (gubernabatur autem per *Caliphas*) בראש המלך per Regis caput, & perjurium commiſiſſet, capite plexum fuiſſe, neque redimere vitam potuiſſe & ſi tantum auri pondus, quantum ipſe ponderaret, pendere voluiſſet. Cum *Shach Ismael* primus *Sophi* Imperium occupavit Perſarum, nullum juramentum majus fuit, quam illud quod per caput ejus fieret. Sic apparet, quod Chriſtiani, Mahumedani nec non Pagani aliquam *Sanctitatem Regum* (ut *Julius Cæſar* vocat eam) agnoverint; unde & manaſſe videtur mos veterum qui Deitatis nomen in regum aſſumſêre nomina. Tyrii ſeu Phænices vulgo nominabantur *Beleaſtartus*, *Abdaſtartus*, *Ithobaal*, (& ſ. plura in *Menandri* fragmentis reperienda, & aliorum annalibus iſtarum gentium) à Diis ſuis *Baal & Aſtaroth* de quibus & Scriprura loquitur. *Nebo*, Babyloniorum idolum, erat pars nominis *Nebuchadonezar*, *Nabopallaſſar*, *Nabonitus*, Regum eorundem. In *Nerigloſſer* eſt *Nergal Cutheorum* Deus. In Judæorum Regum autem nominibus frequens eſt veri Dei nomen, ut in *Abaziabu*, *Amaziab*, *Azariab*, &c. Ægyptii Reges *Buſiris*, *Petoſiris*, *Oſiris* nomen acceperunt à maximo populi ſui Numine quod fuit *Siris*, *vel Seiris*, & idem cum *Nibs*. Priſci denique Reges noſtri habebant *Belin* vel *Abellio* (Deum aliquem) in nominibus ſuis, ut videmus in *Caſſibelin*, *Cynobelin* &c. Revera tamen hæc Deorum ſuorum nominibus compoſitio, non ſolis Regibus propria fuit: Magnates eorum primoresque ſubditi (quibus & ipſa jura Majeſtatis ſumma, honoresque communicarunt) aliquando ejusmodi geſſerunt nomina, ut videre eſt in *Neregal Samgarnebo*, *& Nabuzaradan*, cum aliis ſimil. in *Daniele*, quam Babyloniæ Rex cognominavit *Beltsbatzar ſecundum nomen Dei ſui*, & in aliis.

Leg. Getit. ap. Conzen. Pol. l. 7. c. 4. §. 6. in Decalog.

Leuncl. Muſelmannic hiſt. lib. 16.

Sueton. in Julio c. 6.

Ier. 39. 3. cap 52. 30. Dan. 4. 5.

NOTA.

Dii non ſolum appellati ſunt Imperatores verum & *Deæ* dictæ Imperatrices ut ex binis innoteſcit inſcriptionibus Reineſianis. *Liviæ Auguſtæ Deæ municipium.* Et Græca altera Θεᾷ Ἰυλία Σεβάϛῃ. Ambæ de Livia,

via, inquit Reineſ. cloſſ. 3. num. 4. Tiberi & Druſi Cæſar matre, quæ & adoptat in Iulios & poſt Conſecrationem Diva Iulia.

Quæ veneris formam, mores Iunonis habendo,
Sola eſt cæleſti digna reperta toro.

Dei nomen in denominatione hominum uſurpandi morem tum antiquum, tum ex divino fluxiſſe inſtituto tum & privatorum fuiſſe, docent illa Ismaël Iſraël, Samuel Eliah, Jeremiah, Eliezer, vel Eleazar & ſimil. El enim & Jah. apud Hebræos divina ſunt nomina. Eo quoque pertinent Germanorum nomina Gotthilf/Gottfried/Gottlieb/Polonorum *Bogislauus, Bogumilus*, Græcorum *Theodoſius, Theodorus*, Latinorum *Deodatus.*

Ad illud denique quod Veteres juraverint per Imperatorum nomina & Majeſtatem videtur obſerva Privilegium Illuſtrium, quo ſæpe juramenti loco promittunt ſub Dignitatis ſplendore Bey Fürſtlichen/Gräffliehen oder Adelichen Ehren/ Treu und Glauben / Quod ſæpe æqui pollere juramento volunt Jurisconſulti. Deus quidem, ait Paulus Hebræor. 6. v. 13. *Quoniam neminem habuit per quem juraret majorem, juravit per Semetipſum*; at magiſtratus in Terra Summi nec non alii Dominio ſplendentes inſigni, videntur imitati fuiſſe hanc aſſeverandi methodum, quanquam etiam per ipſius nomen Dei aliquando jurare ſoleant. Vide Carpz. Iurispr. forenſem Part. 2. Conſtit 36. defin. 9.

CAP. V.

1. *Cæſaris & Auguſti voces in Titulis Romanorum Germanorumque Imperatorum; & quomodo aliis quoque Principibus attributæ fuerint? Solennis denominatio Romani Imperatoris ab aliis Regionibus.*
2. *Mos antiquus totum Regum ſeriem uno appellandi nomine, quale illud Cæſaris eſt: affectatio nominis Antonini in Romano & Conſtantini in Græco Imperio.*
3. *Chriſtianiſſimus Rex Galliæ R. titulus.*
4. *Defenſor fidei, quando & quomodo appellatus Angliæ Rex. Defenſor Eccleſiæ appellatus Imperator. Supremum Eccleſiæ caput primo nominari cœpit Henricus VIII.*

5. *Catholici elogium in Hiſpaniæ R. titulis.*
6. *Porphyrogeniti appellati Orientis Imperatores. Imperator Moſcoviæ vocatus Albus Rex s. Albus Imperator.*

VIdimus hactenus Titulos qui poſſunt eſſe eſſentiales & attributi ſunt vulgo Summis Majeſtatibus in ſtylo Principum Chriſtianorum. Sunt præterea & alii diverſis Rebusp. proprii, nec non mere accidentales: quorum aliqui proceſſerunt ab Autoribus primis Imperiorum & Monarchiarum: alii his demum ſeculis acquiſiti ſunt: alii adhibentur etiam in prima perſona, alii in ſermonibus ſcriptisve Principibus attribuuntur tantum ab aliis. In hoc Accidentalium numero ſunt *Cæſar & Auguſtus* in Imperio, *Rex Chriſtianiſſimus*, *Defenſor fidei* &c. qui ſinguli tum in Chriſtianis tum Mahumedanis Rebusp. cum nonnullis aliis vetuſtiorum temporum, quoad originem ſuam & uſum hic ſuccedunt ordine ſuo.

I. *Cæſaris* nomen in Germanorum Imperatorum Titulis per Francos, Romanosque a *C. Julio Cæſare*, primo Romanorum Imp. derivatum manifeſtum eſt: primus tamen ipſe non fuit, qui hoc geſſit nomen, ut aliqui erroneè tradiderunt: alii enim ante ipſum ſic vocati ſunt, ac fortaſſis à verbo *Cæſar*, quod Elephantem lingua Punica vel Maurorum ſignificare exiſtimant: *quod avus ejus* (ut dicunt quidam) *in Africa manu propria occidit Elephantem.* Romani alias à *Cæſarie* deducunt, *quod cum magnis crinibus* (ut *Spartianus* loquitur) *ſit utero parentis effuſus*; alii *quod oculis cæſiis & ultra humanum morem viguerit*: quæ ſingula de primo ſolum *Cæſare* intelligenda. Quod vero Elephantem attinet, ſuperſunt nummi antiqui exhibentes in latere uno hæc verba: *Divus Julius*, in altero S.P.Q.R. cum Elephante, quæ licet referri poſſunt ad ludos & certamina Elephantum Julii data munificentia, attamen fortaſſis & ad illam Africanam originem alludere queunt, quanquam Punicam vocem eſſe non conſtet. Punica enim lingua Ebrææ filia eſt, quæ (referente eruditiſſimo *Caſaubono* Muſarum Præſide) non *Cæſar* ſed פיל *phil* elephantem appellat, ut etiam Arabica. Exiſtimat tamen *Maurorum* vocem fuiſſe, ut *Spartianus* affirmat: & *animadverſ. in Tranquill.* 1. inquit, *in Targum Jonathanis* בשירא *Ceſira, extat, notio-*

Theodor. Metochites in hiſt. Rom. initio. Glycas Etymolog. magno Cedren. alii Græcorum, nec non Ebræi, ut bidere eſt in Elia Tisbit. in קסר *Apud Ælian. Spartian. in Æl. vero Serv. Honorato ad 1. Æneidos. Conſtant. Manaſſ. in annal. Plin. Hiſt. 8. c. 7.*

ne affine, pro scuto vel Clypeo: & fortasse inde est quod Punica lingua, Elephas Cæsar dicebatur, quasi Tutamen & præsidium Legionum. Verum derivatur etiam *Cæsaris* vox ab istius familiæ primo, qui ex utero cæso protractus est. Sic *Plinius*: *Primus Cæsar a cæso matris utero dictus qua de causa & Cæsares appellati*: Speciale etiam hujus derivationis testimonium est, quod familia ista *Apollini* sacra fuit, Medicorum Deo, & hunc primum familiæ autorem in tam periculosa nativitate servanti. *Servius Honoratus* eundem in finem, *omnes*, inquit, *qui sectio matris ventre procreantur, ideo Apollini consecrati sunt, quia Deus Medicinæ est per quam lucem sortiuntur. Unde Æsculapius ejus filius est filius. Ita enim eum esse procreatum supra diximus. Cæsarum etiam familia ideò Apollinis sacra retinebat, quia, qui primus de eorum familia fuit, exsectio matris ventre natus est.* Sed undecunque derivetur nomen istud (nihil enim ejusmodi etymologiis incertius est) nunc tamen Imperatorum stylo honoratissimum est, ut *Justinianus Imp. Johanni Prat. Præf.* scribit: ὥσπερ ἡμεῖς ἀντ' ἄλλων πάντων τῶν τῆς βασιλείας συμβόλων σεμνυνόμεθα: *nos præter omnes alias Imperatoriæ Majestatis notas eo gloriamur.* Germani hodierum Imperatorem nominant Käyser a *Cæsare*. A *Julio* nomen istud assumsit Nepos ejus *Octavius*, Testamenti lege: *In ima cera*, inquit *Svetonius, Cajum Octavium in familiam nomenque adoptavit.* Ab *Octavio Tiberius*, atque sic reliqui. Ac quanquam familia ista desierit in *Nerone, Galba* tamen eumque secuti (excepto *Vitellio*, qui cognomen *Augusti* distulit, *Cæsaris in perpetuum recusavit*, ut *Svetonius* in Vitellio cap. 7. de ipso loquitur, & *Tacitus histor. 2. præmisit in urbem edictum, quo Augusti vocabulum differret, Cæsaris non reciperet, cum de potestate nihil detraberet*) sic ab aliis sunt appellati in secunda & tertia persona, hoc est cum ad ipsos scriberent vel de ipsis. In prima persona vero, seu Imperatorum stylo de se ipsis loquentium, inde a *Carolo M.* raro in latino sermone, an unquam? adhibitum est. *Carolus M.* quidem usus est *Imperatoris Augusti* nominibus, successoresque ejus tum Germani, tum Francici: At *Melchior Goldastus* Historiæ Imperialis diligentissimus scrutator ait, non vidisse se ullum diploma vel privilegium inde a *Carolo M.* cum *Cæsaris* appellatione. Verba ejus sunt: *At vero a Cæsaris appellatione etiam ipse Carolus M. a Senatu Populoq; Romano Imperator Augustus (id Majestatis, non familiæ nomen est,) salutatus, omnesq; ejus in Imperio Successores quorum usque contigit Diplomata inspicere,*

H.N. l. 7. c. 9. Vide Theodor. Metochit. Histor. R. init. 10. ad Æneid 10. Novell. 30. cap. 1.

Nota *Quidam enim abolendam Cæsarum memoriam, ac diruenda templa censuerunt.* Svetonius in vita Caligulæ cap. 59. *imo & Senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut Cass. primo non in curiam, quia Julia vocabatur sed in Capitolium convocarent. Ita nomina quoque exosa esse solent Magnifica. Script. plerique Germ. sub ann. 101. Præfat. ad Jacobum Magn. Britan. Reg. in tom. 1. Constit. Imp.*

cere, perpetuo abſtinuerunt. Pace tamen ejus dixerim, Conſtitutionem *Caroli M. de pace conſtituenda & conſervanda, & diviſione regni facienda inter filios*, vel ab ipſo *Goldaſto* editam in *Imperial. Conſtit. tom. 1. p. 145. ann. 806.* hunc expreſſis verbis titulum habere inſcriptum: *Imperator Cæſar Carolus, Rex Francorum invictiſſimus & Romani Rector Imperii, Pius.* &c. Ex Mss. autem diverſis, ſe deſcripſiſſe eam, quod ait, teſtatur fide quoque dignam eſſe. Quinimo eadem eſt quam recenſet *Petrus Pithœus in Hiſtoria Francorum* ſub nomine *Teſtamenti Caroli M.* de qua tamen obſervat idem in tabula annexa *quod in quibuſdam exemplaribus Karolo Magno adſcribitur, non certa fide.* Verum annon veterum hiſtoriæ referentes *Carolum M.* appellatum fuiſſe *Imperatorem & Auguſtum*, innuunt & *Cæſaris* vocem in Imperatoris vocabulo ipſi attributum? Nam in Germanorum lingva hodienum, & ut apparet ab illo tempore *Caroli M.* der Keyſer/oder Käyſar (eadem cum *Cæſare*) vox a Romanis mutuata, quibus Imperatorem denotavit, idem ſignificat. Scil. Imperator Germanis *Keyſer* eſt augurorque ſi videremus illius ævi hiſtoriam germanice ſcriptam, deprehenderemus *Carolum* etiam *Cæſarem* appellatum fuiſſe, (prout ſcilicet *Cæſar* & *Imperator* convertuntur:) videtur, porro vocem illam tam fuiſſe Germanicam factam, ut in illis ignorantiæ ſeculis noluerint pro Latino agnoſcere, ſed per *Imperatorem* reddere. Obſerva ſtylum ejusmodi in *Caroli M.* fundatione *Epiſcopatus Oſnabrugenſis in Weſtphalia. Carolus Imperator Auguſtus Romanorum gubernans Imperium. &c.* Si Imperator ſolummodo denotat, quod apud Veteres denotavit Romanos Imperatores, cur additur *Romanum gubernans Imperium?* hoc enim ſenſu ſynonyma ſunt; quæ alias non lego ambiviſſe quendam illa ætate vel in Imperii ſtylo. Germanico ſermone (quo in fine dubio titulus primo ſcriptus fuit; ut & in aliis his ſimilibus fieri ſolet) certe fuit: Karl Keyſer Mehrer des Reichs/ der Römiſch Gewalt Voget. &c. quæ Latine ſic efferuntur: *Carolus, Cæſar Auguſtus, Romanorum gubernans Imperium. &c.* Et revera Keyſer (quod etiam Anglo-Saxonis, a Germanis oriundis, *Cæſare* ſcriptum) æque tandem ſignificavit Imperatorem, Auguſtum, Cæſarem: teſtatur illud *Alfricus Cantuarienſium* Archi-Epiſcopus, Saxonum ætate. Imperator vel Cæſar vel Auguſtus interpretatur per Anglo-Saxonicum *Cæſere.* Sed quicquid ſit *Cæſaris* vox tandem per ſe cæpit ſignificare, (ut appellativum,

Francofurti 1564. in 8.

Codex Donat. piarum Auberti Miræi cap. 12.

In Grämat. Ms. penes Moreton. Lambard. Equ. Anmt.

vum, non ut proprium nomen, quale prius fuit) Summam Majestatem, quandoquidem & aliis præter Imperatores Germaniæ attributa est, ut illi Magno Sultano *Amuratbi* III. in epistola ad *Elisabetham R.* & in fœdere cum illo pacto, ubi vocatur *Cæsar, Cæsareaq; Majestas.*

Hackluit Itin. part. 2. fol. 8. f. 171.

Octavio proximo *Iulii Cæsaris* Successori additus in Senatu *Augusti* titulus ὡς τῷ πλείονι τιμῇ καὶ αἰθρώπους ὄν, ut *Dio* loquitur, *acsi homine quid majus esset: non tantum novo, Suetonius* inquit, *sed etiam ampliore cognomine: quod loca quæque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, Augusta dicantur, ab auctu vel ab avium gestu, gustuve*, eamque in rem illud *Ennii* allegat.

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma'st

De die Natali cap. 21. & Vll. & Vipsan. Agripp. III. Coss. Ovid. Fast. 1. & Paul. Aquileg. histor. lib. 7. Isthmiac. Od. 4.

Id factum XV. circiter post occisum *Iulium* anno. XVI. Kal. Februarii i. e. XVII. Januarii (ut *Censorinus* refert, aliis quoad paucos dies ab ipso diversa statuentibus) svadente *L. Munacio Planco*, indeque est Epocha *Annorum Augustorum*, ut vocant. Græci vocem hanc interpretantur Σέβαστος *Venerabilis*. Revera enim ab *augeo* descendit, quæ (præter usum communem) & Sacrificiis propria vox fuit: ut *Augere Hostias*, referente *Casaubono*, & sic Græcorum αὔξειν interpretantur. *Pindarus* inquit αὔξομεν ἱερὰ, acsi dixisset: *augemus hostias vel Inferias.* In *Sexto Pompejo Augustus* redditur per *Sanctus:* Dii etiam Deæque in inscriptionibus nonnullis leguntur *Augusti, Augustæ*: *ædes augustæ* pro cœlo. &

Sancta vocant Augusta Patres, Augusta vocantur
Templa Sacerdotum rite dicata manu; inquit *Ovidius Fastor. 1.*

ideoque denotabit *Augustus Venerabilem* seu *Honoratissimum*, translatione sumta à rebus sacris, unde & derivatur; sicque consentit *Dioni* & *Suetonio.* Interpretatio vero Germanica derivat ab *augeo*, i. e. increscere facio: sonat enim Mehrer des Reichs/ oder Vermehrer des Reichs Belgice i. e. *Imperii Auctorem*, ut loquitur *Paulus Diaconus*, qui in *Caroli M.* vixit aula. *Hodie*, inquit, *Octavius primum Augustus, quod Rempubl. auxerit consalutatus est; quod nomen cunctis antea inviolatum, & hucusque cæteris inausum, apicem declarat imperii:* alii idem asserunt. Ab *Octavio Augusti* (quod etiam deinceps auctum est: *Semper Augustus*,) omnes appellati sunt Imperatores in hunc usque diem: exceptis nonnullis in priscis simulantibusque temporibus. Imperatrices quoque *Augustæ* cognominatæ. Sic *Cæsaris* vox primam Im-

Imperatoriam familiam denominavit, & *Auguſti* νόχ τῆς τῦ ἀξιώμα-τος λαμπρότητ@ *Dignitatis nota*, (ut *Dion* loquitur) *Cæſares Auguſtos* dedit: nullatenus potentiam aliquam, ſed honorem tantum inde à prima familia ejusq; exceſſu denotans. Quanquam autem *Paulus Diaconus* dicat Auguſtum ſua ætate nullum alium nominatum fuiſſe Principem, aſt ſeculis ſubſequentibus illud factum eſt. *Bodinus* refert, illud nomen *Wilhelmo noſtro Primo* traditum. *Galli* etiam habuere *Philippum Auguſtum*, cujus vitam deſcribens *Rigordus* autor vetuſtus, ſic alloquitur Lectorem. *Miramini quod in prima fronte hujus operis, voco Regem* Auguſtum. *Auguſtos enim vocare conſueverunt Scriptores Cæſares, qui Rempublicam augmentabant, ab* augeo, auges *dictos. Unde iſte merito dictus eſt Auguſtus ab aucta Republica. Adjecit enim regno ſuo totam Viromandiam (hæc eſt regio circa Sanctum Quintinum) quam Prædeceſſores ſui multo tempore amiſerant, & multas alias terras; reditus etiam regni plurimum augmentavit.* Hic *Philippus* regnavit circa an. cIↃ CLXXX. *Friderico Barbaroſſa* imperante: atque ante hunc *Philippum* primus eorum Chriſtianus Rex eo uſus eſt nomine. Ludovicus Rex (inquit *Sigeberdus*, Regem *Clodoveum* ſic appellans) *ab Anaſtaſio Imperatore Codicillos de Conſulatu & coronam auream cum gemmis & tunicam blatteam accepit, & ex ea die Conſul & AUGUSTUS dictus eſt.* Σέβαστος etiam appellatus eſt vel *Auguſtus*, *Ptolomeus Philadelphus* Rex Ægypti in *Manethonis* ad eum epiſtola: ſuppoſititiam autem vocem eſſe conjectura eſt. Romani veteres alia ratione titulos auxerunt Imperatorũ, videl: à provinciis ſeu terris pacificatis, ordinatis, vel ſubactis. Exempla ejus ubicunque ſunt obvia. *Iuſtinianus* inde cognominatus *Alemannicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus.* Sic Germanicus etiam *Druſus* appellatus eſt Senatus decreto *Sveton. in Claudio cap. 11.* Dubitare tamen neceſſe non eſt, ſæpius adulatione quam merito iſta ipſis tributa. *Appellatus eſt Commodus*, (*Lampridii* verba ſunt) *etiam Britannicus ab adulatoribus, quum Britanni etiam Imperatorem contra eum deligere voluerunt.* Si vero denominatio ridiculam admitteret interpretationem abſtinuerunt ab ea. Sic *Aurelianus Carpos* vincens (*Danubii* accolas in *Hungaria*) audiensque Senatum *Carpicum* ſe cognominare velle, illico reſcripſit: *Supereſt P. C. ut me etiam Carpiſculum vocetis. Carpiſculus* enim calceorum genus erat, ideoque nomen ob æquivocationem ipſi diſplicebat. Ex adverſo impius *Caracalla* amavit

Guil. nothus Auguſtus dictus lib. de rep. 2. cap. 2.

Nota ita Poloni inter *Reges numerant* Sigismundum Auguſtum.

Euſeb. Chrõ. λογ. α.

Nota *Vide hic elegantem alluſionem Verulamii in Oratione ad R. Iacobum ex Conſanguinitate eundem appellantis, Germanicũ Saxonicum, Danicũ &c. oper. edito nuper. pag. 1495. Fl. Vopiſcus.*

Æl. Spartianus. amavit *Germanici* titulum, utut non ſolum ſuas notaret victorias Germanicas, ſed & fratricidium *Germani*: affirmans inſuper ſi *Lucanos* viciſſet, *Lucanicum* appellari voluiſſe, utut *Lucanica* farciminis genus eſſet, & *edones Lucanici* a Romanis nominarentur. Nomina autem iſta, & aliæ iſtorum temporum appellationes (ut *Pater Patriæ*, *Pius*, etſimiles nunc obſoletæ) à Republica dabantur vel Senatu, non vero ab ipſis aſſumebantur. ὅπως μηδὲν ἄνευ δόσεως τινὸς ἔχειν δοκῶσιν (ut *Dionis* verba ſunt) *ne videantur habere quicquam, quod Resp. non dederit ipſis.*

Amm. Marcell. hiſt. 28.

Hiſt. l. 53.

NOTA.

Cæſaris vocabulum rectè pronunciari Germanorum lingva Kayſer dum ſcilicet prolatione elementi C. ex Lipſio de pronunc. Lingv. latinæ cap. 11 & 13. probat, Feltham de Tit. honorum lib. 1. cap. 34. Proprium quoque Germanorum Imperatorum nomen eſſe, aliis minime tribuendum Regibus & Imperatoribus, idem contra authorem aſſerit noſtrum, quoniam ab Imperii R. primo conditore ad ſucceſſores pervenit; ex Beſoldo de Monarch. c. 3. n. 2. inquiens, ſint Imperatores attamen Cæſares non ſunt. Gallia quoque Monarchis abjudicat, quoniam & in aliquas Caroli M. terras ſucceſſerint, & Germanorum jure, ſecundum quod omnes principum liberi titulo paterno æqualiter gaudent, æque ſe ac Imperatorem Germaniæ Cæſaris titulo debere decorari, contendere poſſit; Nomen iſtud in Prænomen converterint, & pro tam vile habuerint, ut etiam plebejis dederint. Sic enim ipſi ſpreviſſe, adeoque ſe indignos illo feciſſe ſtatuit Feltham.

Quando uſurpari cæperit nomen hoc in Germania Boeclerus & Feltham ex Goldaſto ignotum eſſe tradunt: probabiliter tamen Ludovicum IV. id feciſſe ajunt: videſis quem Boeclerus eam in rem citat, Limneum I. P. Illud vero obſervandum quod Conringius habet diſſert. 2. de Imp. Germ. §. 40. p. 57. *Accedit, quod nunquam quisquam poſt Carolum M. voluerit Cæſareum titulum uſurpare ante acceptam Coronam illam Romanam, etſi jam eſſet corona Germanici regni honoratus.* Hæc enim verba ſicut innuere videntur & Carolum M. ante Coronationem Rom. dictum Cæſarem, ejusque ſucceſſores poſt illam, ita autoribus ſupra citatis & Seldeno noſtro contradicunt, niſi velis Conringium non de appellatione Cæſaris ſed alia quadam diſputare cauſa.

Quanti denique Seldeni opinio de Diplomate Caroli M. germanice ſcripto facienda, diſce ex Dn. de Rhetz. Jur. publ. lib. 1. titul. 2. §. 28.

In

Is enim tradit Carolum M. irrito conatu tentaſſe Germanicæ ſcripturam lingvæ, & primùm conſtitutionem Germanicam apud Goldaſtum eſſe Friderici 2. ann. 1236. Latina enim antehac uſi ſunt lingva, in tabulis inſtrumentisque conſignandis, ſicut etiam Conringius docet hanc Germanis lingvam à Romanis victoribus injunctam, exerc. 3. §. 53. p. 96.

II. Denominatio vero illa Imperatorum vel Regum ab ingente quodam Prædeceſſore, Romano Imperio eſt antiquior. Sic enim teſte Sacra Hiſtoria, *Ægypti* Reges ad Salomonem usque *Pharaones* appellati ſunt: quæ vox non fuit nomen vel cognomen familiæ ſed regius ſaltem titulus. Primus iſtum gerens etiam *Narecho* appellatus fuit: & ab hoc omnes Ægypti Reges, ut vult *Manethus* titulum iſtum tanquam hæreditarium acquiſiverunt. Ἐκ τούτου, inquit, οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτῶν καταγενόμενοι Βασιλεῖς Φαραὼ προσαγορεύονται. *Joſephus* ait à Rege *Mene*, qui *Abrahamo* prior fuit, *Pharaones* appellatos Reges, non vero Reginas. In prophana itaque hiſtoria alia ipſorumque propria habemus nomina. *Pharaonem* cujus tempore *Joſephus* in carcere vixit *Temoſin* nominant aliqui; alii *Themoſin*, exiſtimant in rubro mari merſum, patremque ejus extitiſſe *Aliſfragmuthoſin*. Serior autem diligentiorque computatio Iſraelitarum de Ægypto exitum collocat ſub *Armai Pharaone*, *Cedrenus* ſub *Petiſſone*. *Saran* qui rapuit *Nechias* dictus eſt: plura vide in *Manethonis* Annalibus Ægyptiacis apud *Joſephum & Euſebium*. Poſt *Salomonem* mentio quoque fit *Pharaonum* cum nominibus eorundem propriis in Scriptura S. ut *Pharao Necho*, *Pharaoh Chophra & Siſak*. *Reperi* (inquit Ioſephus) *in hiſtoriis patriæ meæ, poſt Pharaonem Salomonis generum, nullum Ægyptiorum Regem hoc nomine fuiſſe appellatum*: intellige, hoc nomine ſolum absque additamento nominis proprii. Hebræi nomen iſtud ſic ſcribunt פרעה variæque ejus ſunt derivationes, ſed nullæ recenſione dignæ. Exiſtimat *Joſephus*: & cum ipſo alii Ægyptiorum lingva *Regem* denotare. Ὁ Φαραὼ ait, καθ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει: aſſentiuntur *Julius Africanus* & alii. In *Ægyptiorum* oneirocriticis Regem videtur denotare tanquam appellativum. Si *Nilus* per ſomnium videretur inundare, ſignificabat, inquit *Achmetes*, quod Φαραὼ ἐυφραίνεται μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ *Pharao gaviſurus ſit cum Magnatibus*. Sed idem autor alibi de *Tarphane*, quem Interpretem nominat, dicit τὸ Φαραὼ τὸ Βασιλέως τῶν Αἰγυ-

Manetho ap. Joſeph. adv. Appion. a. & Eudeſis Philaſtr. de hæreſib. Joſeph. de bell. Jud. 6. c. 11. 2. Reg. 23. Jerem. 44. 2. Paral. 35. Archæol. 8. cap. 2. 1. Reg. 3. com. 1.

Achmet in oneirocr. cap. 176. & cap. 4.

Αἰγυπτίων ac ſi appellativum non eſſet ſed proprium. Illud vero *Suidæ* in utramque trahi poteſt partem; *omnes Ægypti reges*, ait, *Pharaones appellati, ἀπὸ τῦ πρώτυ Φαραὼ à primo Pharaone*, qui fuit vel primus iſtud nomen gerens, vel omnino Rex primus. Monarchia denique Græca inter *Alexandri M.* ſervos diſtributa *Ptolomeus Lagi* filius, *Ægyptum & Africam* occupans, ſucceſſoribus ſuis etiam *Ptolemæi* nomen reliquit cum additamento quodam: ut *Ptolemeus Philadelphus, Evergetes, Philopator* &c. inde occaſio data errori *Ptolemeum* Mathematicum eundem faciendi cum Ægypti Rege *Philadelpho*: quem autem *Haly Aben Rodoam in Quadripartita* refutavit contra *Albumazarem* & alios: *Peluſio* quidem oriundus erat ex Ægypto, ſub Romanis autem vixit Imperatoribus, quod *Haly* inde probat, quoniam hypotheſes ejus de ſtellis in *Almageſto* ſuo collocatis, illorum ſunt temporum. Certum eſt ſub *Antonino* ipſum vixiſſe, & privatum. Juxta morem continuandi nomina in Succeſſoribus ſunt quodammodo Patronymica illa *Achmenidæ* ap. *Perſarum* Reges, *Alevadæ* apud *Theſſalos*, *Cecropidæ* apud *Athenienſes*, ab iſtis *Achmenes*, *Alevas*, *Cecrops*. Sic *Danorum* Reges olim appellati *Skioldungi* à magno ipſorum Rege *Skiold*. Galli habuere *Merovingos ſuos*: & veteris *Kantiæ* Regnum *Oiscingos* ſuos, a *Meroveo* & *Oiſſa*. Ac ſicut apud Ægyptios *Ptolomæi* fuerunt, ſic apud *Amalekitas*, *Agag* omnes appellati ſunt Reges, ab *Agag Amaleki* filio. Ideo in Scriptura legentes *Haman* filius *Hammadetha Agagita*; videmus a *Joſepho* appellari *Amalekitam*, in Targum vero רי מודעית אגג בן אמלק *de poſteritate Agag, filii Amalek*. *Parthorum* Principes *ab Arſace*, primo ſuo Monarcha *Arſaces* dicti ſunt addito nomine ſingulis proprio. *Cujus memoriæ*, ait *Juſtinus*, *hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges ſuos Arſacis nomine nuncupent.* *Albani* Reges in *Italia* omnes *Sylvii* dicti, ut videre eſt in Romanorum hiſtoria. Priſci nonnulli Indorum Reges à *Palibothra* metropoli *Palibothri* nuncupati ſunt. Plurimi *Bithyniæ* Reges dicti ſunt *Nicomedes*. *Cæſaris* loco *Atulphus* Rex *Viſigothorum* in *Italia*, ſucceſſores ſuos in Romano Imperio appellari voluit nomine ſuo *Atulphos*, ac poſtea Rex eorum *Flavius Autharis*, prænomine ſuo. In illud *Lycophronis*

Κλῆμι ἀναοσα τῆς ἀπωνύμυ πάτρας,

Iſaacus Tzetzes obſervat ab hac *Cleta*, (*Amazone*) omnes poſtmodum Reginas nomen aſſumſiſſe. Intelligit autem *Cletam* civitatem in-

Nota Pharaonem *dici quaſi* Pharot *& ſignificare Patriæ Patrem, ſicut* Pharmuth *Patriæ matrem* à Mulcero *ſe didiciſſe tradit* Ludolf Comment. ad hiſtor. Æthiop. l. 2. n. 7 *quem fide & inſenies alia plura ejusmodi nomina regibus tributa. Vide etiam eundem* Mulleri Sineſiaca, *nuper recuſa.*

Moſes Gerundenſis ap. Munſter. ad numer. 24.

1. Sam. 30. 8.

Targum. 2. Eſther. c. 3. 1.

hiſtor. l. 41.

Strabo Geogr. l. 5. 12.

Alex. ab Alexandr. genial. dier. l. 6. 2.

Paul. Warnefrid de geſtis Longobard. l. 3. c. 16.

ferioris *Calabriæ.* Et talia quam plurima adduci poſſent. Orientis Imperatores utplurimum *Conſtantini* nomen liberis addiderunt ſuis, & ſibimet ipſis, non vero ab initio impoſuerunt: Præfatio Conſtitutionis cujusdam *Heraclii* ſic incipit. *In nomine Domini Jeſu Chriſti, Dei noſtri, Heraclius & Heraclius* Νέος Κωνσταντῖνος. *Heraclius* filius imperii conſors dicitur *Novus Conſtantinus.* In Monaſterio *Sulanæ Conſtantinopoli Michael Paleologus* ejusque uxor *Theodora*, depicti tres adſcriptas habent inſcriptiones, quarum una, referente *Leunclavio* talis eſt. *circa ann. DCXX.*

Pandect. Turc. cap. 51.

MICHAEL IN CHRISTO DEO
FIDELIS REX ET IMPERATOR
DUCAS ANGELUS COMNENUS
ET NOVUS CONSTANTINUS.

Turcæ etiam omnes CPtanos Imperatores appellare *Conſtantinos ſoliti* erant, ut & *Teggiurlar*, in contemptum (*Teggiur* enim exiguæ terræ Dominum ſignificat) quoniam Imperatoris titulo poſtremis temporibus indignos eſſe cenſerent. Iſtud vero *Conſtantini* agnomen idem fuit cum illo *Antonini.* *Ita enim nomen Antoninorum* (inquit *Spartianus*) *inoleverat ut velli ex animis hominum non poſſet: quod omnium pectora velut Auguſti nomen obſederat.* Et *Lampridius: Fuit tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, ut, qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur Imperium.* Cui, ut videtur, innititur *Severi* edictum, præcipientis ut Succeſſores ſui *Antonini* appellentur, prout *Auguſti* dicebantur olim. *Alexander* autem *Severus* turbulentis adactus acclamationibus, ut *Antonini* nomen ſuſciperet, ſevere ac ſæpe recuſavit illud: ne forte nomen hoc ingereret illis expectationem ejus, quod ipſe imperans perficere non poſſit. Cognomen erat *Arrianæ Familiæ*, atque *Pii* primum cum ab avo Materno *T. Arrio Antonino*, adoptaretur; *Pius* itaque cognominatus tale ejus nomen fuit: *T. Antoninus Pius.* Alii affectantes nomen illud continua ſucceſſione geſſerunt, fuitque ipſis vel prænomen, vel nomen, vel cognomen, usque ad *Maximinos*, vel ut alii volunt ad *Sordianos*, derivato honore ſeu dignitate ejus a *Pio* vel *Marco.* Principes ſeu *Deſpota Serviæ* a Turcis appellantur *Lazar*: a *Lazaro* vel *Elezaro Bulk* (iſta enim verba unum conſtituunt nomen) qui primus regionem illam *Stephano Bulgariæ* Regi ademit: item *Bulcoglar*, i. e. Filii vel ſucceſſores *Bulki*, quod *Serviam* habitantes Slavonica lin-

in Caracalla. Diadumeno & in initio Heliogabali & Vid. Capitolin. in Opilio Macrino de hoc nomine.

Spartian. in Geta.

Calchondyl. de reb. Turc. lib. 6. Leuncl. Pand. Turc. cap. 46. 54.

guaefferunt *Bulcovitz*. Sic à *Crates Bulgariæ* Principes dicuntur *Cratovitz*, & simili derivatione *Dalmatarum Cernowitz*, ac *Albanensium Karolowitz* ex *Francorum* stirpe *Carolina*. Ista vero iisque similia ab autoribus familiæ vel prædecessoribus derivata nomina Principum potius sunt cognomina, quam Majestatis epithera. Ideoque breviter ea recensui, perrecturus nunc ad ejusmodi accidentalia attributa, quæ expresè tum quoad Originem suam, tum quoad continuationem Honorem & Celsitudinem Principum dicunt.

III. *Gallia* Reges inde a priscis temporibus *Christianissimi* appellati sunt; quando cœperit nomen hoc incertum est: aliqui Roma accersunt in *Carolo M.*, aft sic potius in Imperio mansisset. Alii referunt ad Concilium *Aurelianense*, sub *Ludovico vel Clodoveo* primo Rege Christiano celebratum, circa annum D. Sed ibi non alia reperias quam hæc verba: *Domino suo, Catholico Ecclesiæ filio Clodoveo gloriosissimo Regi, omnes Sacerdotes, quos ad Concilium venire jussistis.* In S. *Remigii* Testamento quidem (qui primus fuit *Remorum* Archiepiscopus) *Clodoveus* ille *Christianissimus Ludovicus* appellatur, primusque fuit Rex Christianus magno insignis Imperio, at, si credimus optimæ fidei historiis Insulæ nostræ, *Lucius Rex* CCC annis ante *Clodoveum* Christianus fuit, primusque per Europam, nisi fortean velis dicere *Tiberium* fuisse Christianum quoniam aliquantulum pronus fuit in Christianismum, & amplexus esset, si sciviſſet Senatui placiturum. Sed demus *Gallia* Regem Titulum hunc ab antiquissimis possidere temporibus, eique tribui in secunda & tertia persona, non utitur tamen illo in prima persona, in epistolis, mandatis vel Privilegiis: alii ipsi tribuunt nomen hoc, quo appellatur sæpe etiam absque additamento alio. *Le Royres Christien.* In veteri quodam Regesto aulæ Romanæ, quo in Regum Christianorum Catalogus est, licet nullus eorum additamenta quoddam nominis sortitus sit, *Gallia* tamen Rex sic scribitur. *Rex Francorum Christianissimus coronatur & inungitur.* Papa etiam ipsum sic sæpius apppellavit. in epistolis, quorum aliquæ & *Pipini* tempore scriptæ. Ne vero in dubium vocemus Gallorum fidem, *Agathias* qui ante clo circiter vixit annos affirmat, Histor. α. χριστιανοὶ ἅπαντες τυγχάνουσι ὄντες καὶ τῶν ὀρθοτάτην χεώμενοι δόξῃ *Christianos fuisse omnes, & maxime orthodoxos*, ac sic dixisset gentem *Christianissimam*. ut *Nicolaus de Clemangiis* in istius gentis honorem habet. *Hac unde est antiqua virtus, laus probitas*

Videsis Valdes. de dignit. Reg. Hispan. c. 13. §. 19.

Tom 2. Conc. Aurel. 1. cap. Flodoard. hist. Remens. l. c. 18.

Nota: de hoc Lucio vide Usserii Britann. Eccles. antiqu. unde multa describere hic nihil refert.

Nicron Bignon. de l' Excellence des Roys de Fr. lib. 3. p. 514.

Lib. de Lapsa & reparatione Lustris c. 9.

bitas & religio cultumq; juſtitiæ quibus ſunt noſtri Majores præ cæteris terrarum populi Chriſtianiſſimi appellati? quomodo autem Regibus primum datus fuerit titulus iſte non apparet. Ludovicum XI. à *Pio II.* conceſſum eſſe volunt aliqui CLX. abhinc annis: *Alexandrum VI.* vero voluiſſe eundem ad *Ferdinandum V.* Hiſpaniæ Regem transferre, & a Gallis auferre, dicunt alii.

Mariana de reb. Hiſſ. l. 26 c. 12. Videſis Valdeſ. de dignit. Reg. Hiſpan. c. 13. § 21.

Conantur præterea *Galli* attribuere Regi ſuo titulum *Tilzaisne de l' Egliſe*, aſſeruntque hanc dignitatem olim talem fuiſſe, ut vel ſolum Regis nomen eam indicaverit. Eum in finem illud *Suidæ* adducunt: Ῥηξ ὁ τὰν Φράγγων ἀρχηγός, *Rex denotat Francorum Ducem* quod tamen potius de Occidentis Imperatore explicarem. Nam *Germani, Itali, Franci*, & reliqui Europæ populi vulgo *Franci* appellati ſunt ab orientalibus: indeque *Suidas* iſtius gentis homo, Occidentis ſolummodo intellexit *Imperatorem*, cui, ut etiam antehac dictum, non niſi *Regis* titulum permiſerunt. *Chriſtianiſſimi* vero non ſolum Romani Imperatores priſci, (ut videre eſt in epiſtolis S. *Ambroſii*, Concilio *Aquilejenſi*, utroque *Codice* & alibi) verum & *Angliæ Reges* dicti ſunt ut videre eſt in epiſtolis quibusdam & Bullis ad ipſos Roma miſſis. Sic in Conciliis aliquot *Toletanis* & epiſtolis Papæ, Reges *Hiſpaniæ* illum adepti ſunt. Quod tamen omne contigit, antequam titulus iſte Regibus *Galliæ* addiceretur in ſpecie.

Nota. Bene hic obſervat Seldenus per Francos non indicari Gallos, ſed Germanos quoſcil. à Græcis appellatos: illud tamen oblitus videtur pars hujus libri ſecunda cap. 1. ubi Francorum ſæpe fit mentio, ipſeque nominat the French, ſua lingua, i. e. Gallos, nos vero ſemper dedimus Francorum nomen, quod hic Lectorem latere noluimus, bene memores quantum ſit inter Francos Germanos & Germani & Galli ſubſendicant.

IV. Origo & fundamentum tituli *Defenſor fidei* perpetuo ætate hac *Angliæ* Regibus additur (non tantum in prima perſona verum & in ſecunda tertiaque ut docent. Inſtrumenta varia, pacta & his ſimilia) undique patet. Cœpit in *Henrico VIII.* Is enim in diebus illis reformationis, occaſione controverſiarum inter Pontificios & Lutheranos, contra Lutherum librum ſcripſit, pro *Indulgentiis, Pontificatu & VII. Sacramentis*, cujus authenticum exemplar adhuc ſervatur in *Vaticano*, propria Regis manu *Leoni X.* inſcriptum his verbis:

ANGLORUM REX HENRICUS
LEONI X. MITTIT HOC OPUS ET
FIDEI TESTEM ET AMICITIÆ

Qua

a *Vide cap. dicti §. 23. 33. &c.* b *Franc. hoert. in deliciis Orbis Chriſt.*

Qua de causa Pontifex (istius regni anno XII,) imposuit ipsi nomen hoc per Bullam, mandavitque Christianis omnibus, ut cum ad eum scribant, post dictionem Regis *Defensorem Fidei* nominent. Bulla, ipsa (à Pontifice & Cardinalibus subscripta) adhuc extat in inæstimabili illo Thesauro ingentis, optimorum temporis testimoniorum, Conservatoris Domini *Roberti Cottoni Equ.* unde huc transcribimus.

Extat etiam in Laertii Cherubini de Mersia Bullario tō. 1. p. 541. & in Sum. Const. Pontif. Petr. Matthæi in Leon. X. Cōstit 12. p. 227. Anglice Sero in Speedi Histor. Henr. 8.

LEO Episcopus, Servus Servorum Dei. Charissimo in Christo Filio, Heinrico Angliæ Regi, Fidei Defensori Salutem & Apostolicam benedictionem. Ex superna dispositionis arbitrio, licet imparibus meritis, universalis Ecclesiæ regimini præsidentes, ad hoc cordis nostri longe lateque diffundimus cogitatus, ut fides Catholica, sine qua nemo proficit ad Salutem; continuum suscipiat incrementum; & ut ea quæ pro cohibendis conatibus illam deprimere, aut pravis mendacibusque commentis pervertere & denigrare molientium, sanæ Christi fidelium, præsertim dignitate Regali fulgentium, doctrinâ sunt disposita, continuis proficiant incrementis partes nostri Ministerii & operam impendimus efficaces. Et sicut alii Romani Pontifices prædecessores nostri catholicos Principes (prout rerum & temporum qualitas exigebat) specialibus favoribus prosequi consueverunt, illos præsertim, qui procellosis temporibus, & rabidâ Scismaticorum & Hæreticorum fervente perfidia, non solum in fidei Serenitate & devotione illibatâ Sacro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ immobiles perstiterunt, verum etiam tanquam ipsius Ecclesiæ legitimi filii ac fortissimi Athletæ Scismaticorum & hæreticorū insanis furoribus spiritualiter & temporaliter se opposuerunt. Ita etiam Nos Majestatem tuam propter excelsa & immortalia ejus erga Nos & hanc Sanctam Sedem, in qua permissione divinâ sedemo, opera & gesta, condignis & immortalibus præconiis & laudibus efferre desideramus, ac ea sibi concedere propter quæ invigilare debeat, à grege Dominico Lupos arcere, & putrida membra quæ mysticum Christi corpus inficiunt ferro & materiali gladio abscindere, & nutantium corda fidelium in fidei Soliditate confirmare. Sane cum nuper dilectus

Elus filius Johannes Clerk Majestatis tuæ apud Nos Orator in Consistorio nostro coram venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & compluribus aliis Romanæ Curiæ prælatis Librum, quem Majestas Tua, charitate, quæ omnia Sedulo & nihil perperam agit, fideique Catholicæ Zelo accensa, ac devotionis erga Nos, & hanc Sanctam Sedem fervore inflammata contra errores diversorum Hæreticorum sæpius ab hac Sancta Sede damnatos nuperque per Martinum Lutherum Suscitatos & innovatos, tanquam nobile ac salutare quoddam Antidotum composuit, nobis examinandum, & deinde auctoritate nostra approbandum obtulisset, ac luculentâ oratione sua exposuisset, Majestatem tuam paratam ac dispositam esse, ut quemadmodum veris rationibus ac irrefragabilibus Sacræ Scripturæ ac Sanctorum Patrum auctoritatibus, notorios errores ejusdem Martini confutaverat; ita etiam omnes eos sequi, & defensare præsumentes totius Regni sui viribus, & armis persequatur, Nosque ejus Libri admirabilem quandam & cælestis gratiæ rore conspersam doctrinam diligenter accurateque introspexissemus, omnipotenti Deo à quo omne datum optimum & omne Donum perfectum est, immensas gratias egimus, qui optimam & ad omne bonum inclinatam mentem tuam inspirare, eique tantam gratiam superne infundere dignatus fuit, ut ea scriberes quibus sanctam ejus fidem contra novum Errorum Damnatorum hujusmodi suscitatorem defenderes, ac reliquos Reges & Principes Christianos tuo exemplo invitares, ut ipsi etiam orthodoxæ fidei, & Evangelicæ veritati in periculum & discrimen adductæ omni ope sua adesse opportuneque favere vellent. Æquum autem esse censentes eos qui pro fidei Christi hujusmodi defensione pios labores susceperunt omni laude & honore afficere, volentesque non solum ea quæ Majestas tua contra eundem Martinum Lutherum absolutissimâ doctrinâ, nec minori eloquentia scripsit, condignis laudibus extollere ac magnificare, auctoritateque nostra approbare & confirmare, sed etiam Majestatem ipsam tuam tali honore ac titulo de-

corare, ut nostris ac perpetuis futuris temporibus Christi fideles omnes intelligant, quam gratum acceptumque nobis fuerit Majestatis tuæ munus, hoc præsertim Tempore nobis oblatum; Nos qui Petri, quem Christus in Cœlum ascensurus Vicarium suum in terris reliquit, & cui curam Gregis sui commisit, veri Successores sumus & in hâc Sanctâ Sede, à quâ omnes Dignitates, ac Tituli emanant, sedemus, habitâ super his cum eisdem fratribus nostris maturâ deliberatione de eorum unanimi consilio & assensu Majestati tuæ titulum hunc videlicet, fidei Defensorem, donare decrevimus, prout te tali titulo per præsentes insignimus, mandantes omnibus Christi fidelibus ut Majestatem tuam hoc titulo nominent, & cum ad eam scribent post dictionem, Regi, adjungant Fidei Defensori. Et profectò hujus tituli excellentia & dignitate ac singularibus meritis tuis diligenter perpensis, & consideratis, nullum neque dignius neque Majestati tuæ convenientius nomen excogitare potuissemus, quod quotiens audies aut leges, totiens propriæ virtutis optimique meriti tui recordaberis, nec hujusmodi titulo intumesces vel in superbiam elevaberis, sed solita tua prudentia humilior, & in fide Christi, ac devotione hujus Sanctæ Sedis à qua exaltatus, fueris fortior & Constantior evades, ac in Domino bonorum omnium Largitore letaberis, perpetuum hoc & immortale gloriæ tuæ monumentum posteris tuis relinquere, illisq; viam ostendere, ut si tali titulo ipsi quoq; insigniri optabunt talia etiam opera efficere præclaraque Majestatis tuæ vestigia sequi studeant, quam prout de Nobis & dictâ Sede optimè merita est unà cum uxore & filiis, ac omnibus qui à te & ab illis nascentur nostrâ benedictione in nomine illius à quo illam concedendi potestas nobis data est, larga & liberali manu benedicentes, Altissimum illum qui dixit, per me Reges regnant, & Principes imperant, & in cujus manu corda sunt Regum rogamus & obsecramus ut eam in suo sancto Proposito confirmet, ejusque devotionem multiplicet, ac præclaris pro Sanctâ fide gestis ita illustret ac toti Orbi terrarum conspicuam reddat, ut judicium quod de ipsa

fecimus

fecimus eam tam inſigni titulo decorantes à nemine falſum aut Vanum judicari poſſit: Demum mortalis hujus vitæ finito curriculo Sempiternæ illius gloriæ conſortem atque participem reddat. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo viceſimo primo. Quinto Idus Octobris, Pontificatus noſtri Anno nono.

† Ego LEO X. Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



† *Ego B. Epiſc. Oſtien. Car. S. † ſſ.*
† *Ego N. Car. de Fliſco, Epiſc. Albanus ſſ.*
† *Ego A. Epiſc. Tuſcul. d. Farneſius, ſſ.*
† *Ego A. Epiſc. Alban. ſſ.*

Pres-

Presbyteri Cardinales.

† *Ego P. tit. S. Eusebii Presbyt. Car. ſſ.*
† *Ego A. tit. S. Mariæ in Transtiberin. Presbyt. Car. Bonon.*
† *Ego Lau. tit. S. Quatuor Coronatorum, Presbyt. Car. prop. m. ſſ.*
† *Ego Jo. Do. tit. S. Io. an. por. Lat. Presbyt. Car. Racanaten. manu propria. ſſ.*
† *Ego A. tit. S. Priſci, Presbyt. Car. de Valle. manu propria.*
† *Ego Io. Bap. tit. S. Apollinaris, Presbyt. Car. Cavallicenſ. ſſ.*
† *Ego S. tit. S. Cyriaci in thermis Presbyt. Car. Comen. ſſ.*
† *Ego D. tit. S. Clementis Presbyt. Car. Iacobinus, ſſ.*
† *Ego L. tit. S. Anaſtiæ Presbyt. Car. Campegius ſſ.*
† *Ego F. Ponzettus, tit. S. Pancratii Presbyt. Car. ſſ.*
† *Ego G. tit. S. Marcelli, Car. Presbyt. de Vic. ſſ.*
† *Ego F. Armellinus Medices, tit. S. Caliſti, Presbyt. Car.*
† *Ego Tho. tit. S. Xiſti, Car. Presbyt.*
† *Ego E. tit. S. Matthæi, Presbyt. Car.*
† *Ego Ch. tit. Mariæ Aræ Cæli, Presbyt. Car. ſſ.*

Diaconi Cardinales.

† *Ego F. S. Mariæ in Coſmedin, Diaconus car. Urſinus, manu propria ſſ.*

* *Quid ſibi velint linearum in eo loco ductus omnino neſcimus. Scimus tamen titulum hujus Nicolai fuiſſe S. S. Viti & Modeſti.*

† *Ego P. S. Euſtachii Diaconus, car. manu propria, ſſ.*
† *Ego Alex. S. Sergii & Bacchi Diacon. car. cæſoninus manu propria ſſ.*
† *Ego Jo. S. Coſmæ & Dam. Diaconus car. de Salviatis, manu propria ſſ.*
† *Ego N. S. Viti * ::::::: Diaconus Car. Rudolphus, manu propria ſſ.*

† *Eg*

† *Ego Her. S. Agathæ Diaconus car. d. Rangon. manu propria ſſ.*
† *Ego Aug. S. Hadriani Diaconus, Car. Trivultius, mana propria ſſ.*
† *Ego F. S. Mariæ in Porticu, car. Piſanus, manu propria ſſ.*

H

Subſcriptiones Cardinalium hic Pontificis ſequentes ſubſcriptionem ordine poſito in ipſa bulla aliter collocatæ ſunt; in dextro figilli latere, & quidem prope illud Epiſcopi Cardinales ſubſcripſerunt; ex horum dextra Cardinales Presbyteri, e ſiniſtro autem figilli latere (& tanta quidem diſtantia, quanta Presbyteri Cardinales diſtant Epiſcoporum nominibus interjectis) Diaconi Cardina-

les poſiti leguntur, ut mos eſt Cardinalium & aliis in bullis ſubſcribendi.

Accepta Bulla *Henricus VIII.* mox uſus eſt Titulo illo, nominans ſemetipſum *Angliæ & Franciæ Regem, Defenſorem Fidei, Dominumq; Hiberniæ*: verbis autem illis *Dominus Hiberniæ* in Regem commutatis, *Hiberniæ* poſt *Franciam* collocata eſt. Nummi deinde aurei cuſi hanc tulerunt inſcriptionem Latinam, Græcam & Ebraicam inque multorum devenerunt manus. *Sleidanus* vero id referens ait: *Honorificum cognomen Regi attribuit, Defenſorem appellans Eccleſiæ* cum nomen iſtud *Cæſari* magis proprium ſit, qui ſpecialis eſt, (utut non ſcribatur in Titulis) *Defenſor vel Advocatus Eccleſiæ*: unde tempore *Henrici VIII.* quo titulus iſte adhuc recens fuit in Anglia, carmen in utriusque honorem, confectum & *Londinenſium Conſulum Camera in Guildhall* inſcriptum eſt, utrique ſuum attribuens.

de ſtat. Rel. & Reip. L. 3. Videſis Pet. Math. in Cõſtit. Pontif. f. 27. Cõzen. de Rep. l. 7. c. 6. §. 2.

Carolus, Henricus vivant, Defenſor uterq;,
Henricus Fidei, Carolus Eccleſiæ.

Nota: *Eſſe Imperatorẽ Advocatum Eccleſiæ, & quale hoc ſit Officium bide explicantem Dn. de Rhetz. Jus publ. lib 1. t. 2. §. 101.*

Nomen tamen iſtud ad *Cæſarem* non iis mediis devenit, quibus ad *Henricum VIII.* Ratio quod *Imperatori* tribuatur in ſpecie, (utut non in ſtylo ordinario) quoniam in maxima & ultima Coronatione ſua, ab ipſo perficienda Pontifice ſolenniter jurare tenetur, velle ſe eſſe *Defenſorem Romanæ Eccleſiæ perpetuum*: prout fecit *Carolus V. Bononiæ à Clemente VII.* P. coronatus: *Ego Carolus Romanorum Rex*, (ſic ſonant verba) *& brevi, Dei gratia, futurus Cæſar per Deum Divumque Petrum promitto, polliceor, teſtificor atq; juro me impoſterum pro viribus, ingenio & facultatibus meis Pontificiæ dignitatis & Romanæ Eccleſiæ perpetuum fore Defenſorem, nec ullam Eccleſiaſticæ libertati vim illaturum. Sed poteſtatem juriſdictionem ipſius quoad ejus fieri poteſt, conſervaturum ac protecturum, cujus rei teſtem voco Deum ipſum, & hæc ſancta Evangelia*, narrante *Georgio Cœleſtino* in hiſtoria Comitiorum Auguſtanorum ſub illo ipſo Imperatore. Idem quoad rem fuit ſolemne illud veteſtiorum Imperatorum juramentum. Neque differt ab hoc *Defenſor Eccleſiæ* titulo, (niſi verbis) illud: *Servus Apoſtolorum Dei Ottoni III. Imp.* uſurpatum in Diplomate donationis ſuæ Romanæ ſedi factæ, & aliis privilegiis Eccleſiæ *Hamburgenſi* conceſſis, ut obſervat Germanus anonymus decem abhinc annis annotationes quasdam conſcribens in Donationes *Conſtantini Ottonisq;*. Conſentit etiam Articulus ille pactorum inter præſentem Imperatorem *Ferdinandum II.* Ele-

Sigon. de regnoital. l. 16.

II. Electoresque Principes: *Quod toto istius nostræ Regiæ dignitatis officii & regiminis tempore, universam Christianitatem, Romanam sedem, ejusdem summum Pontificem & Christianam Ecclesiam nunquam illius Advocatus fideli protectione conservare, &c. & debeamus & volumus*, quanquam Electores III, *Palatinus, Saxo* & *Brandenburgicus*, Principes Evangelici, per Legatos suos protestarentur adversus illum. Quidam ex priscis *Siciliæ* Regibus his aliquid simile usi sunt: videl. *Christianorum adjutor & Clypeus*, seu *Christianorum Adjutor & Defensor*, teste *Scipione Mazzella.* Præter hunc autem *Defensoris Fidei* Titulum, & alium acquisivit *Henricus VIII.* Parlamenti decreto, videl. *Supremum Caput Ecclesiæ Anglicanæ*, connexum unitumque coronæ Regni hujus Imperiali, & usurpatum tum ipsi tum *Edvardo VI*, proxime à verbis illis, *Defensor fidei:* Usa quoque est eo *Johanna* contra *Mariam* Reginam insurgens in edicto, jus suum ad Regnum, defendente. Nec abstinuit ab illo *Maria* in principio, sed in edicto seu proclamatione jus quoque suum asserente ita fuit appellata. Deinde vero omissus est Titulus ille, non tamen absque ingenti disputatione, utrum Literæ Parlamentum indicentes sine eo scriptæ, legitimæ essent vel non; in priorem tandem sententiam determinata, quoniam decretum, Regi Titulum illum conferens, affirmative tantum, non vero negativè, acsi completus non foret stylus absque eo, intelligi debere dicebatur.

Cancellar. Hispan. p. 48.

descript. de Napoli. p. 471.

26. Henric. 8. cap. 1.

Giuglio Raviglio di li succes. d'Inghilterra p. 9.

21 Ferrara 1560.

1 Mariæ Dyer fol. 98.

V. Sicut *Christianissimi* Titulus *Galliæ* Regibus, & *Defensoris Fidei Angliæ*, sic *Hispaniæ* Regibus *Catholici* nomen datum est; omnem hæresis exclusionem innuens, ut *Christianissimus* Iudaismo & Paganismo opponitur: dicitur autem ideo *Catholica Majestas*, ut *Carolus V.* (Imperator & *Hispaniarum* Rex simul existens) *Sacra Cæsarea Catholica Majestas.* Originem ejus Scriptores Hispanici vulgo ad *Recaredum* referunt, circa ann. DXC. in Concilio III. *Toletano* ab Episcopis applaudentibus piæ ejus sollicitudini, & consensui in evellenda *Arianorum* hæresi, sic dictum: Acclamasse enim legimus: *Cui à Deo æternum meritum, nisi vero Catholico Recaredo Regi? Cui à Deo æterna corona, nisi vero Orthodoxo Recaredo Regi?* Inscriptio vero seu Concilii stylus fuit tantummodo, *Gloriosissimus, Piissimus, & Fidelissimus Dominus*: neque *Gregorius M.* in epistolis ad ipsum appellavit *Catholicum.* Anno demum DCCXL. *Alfonso I.* nomen istud adjectum, ob insignes res gestas adversus *Mauros*, & singularem in Religio-

Videsis Gregor. Mag. Lib. Epist. 127 128.

ligionis unitatem amorem; dictus enim eſt *Alphonſus Catholicus*. Poſt ipſum varii in Caſtilia ejus Succeſſores uſi ſunt illo, ut *Gregorius Lopez* ex annalibus iſtius Regni recenſet; aitque, quod Rex *Ordonno Primus* (circa A. Ch. DCCCXXX) uſus eſt illo in literis dotalitiis Eccleſiæ *Ovietanæ* nec non *Sancti Iacobi* (alias *Sancho*) circa annum DCCCCXXX. in privilegio *Monaſterii Samos in Gallicia*. *Alphonſus VI.* vocatur *Catholicus* in Concilio Hiſpanico ſub ipſo habito. Sic etiam diu ante ipſum *Alfonſus Caſtus*. *Sampirus Aſtorga* Epiſcopus, antiqvus autor *Ramiri III.* vocat Regem *Catholicum*. *Alphonſus VIII.* in inſcriptione quam *Monaſterii Sahagunenſi* ſupereſſe ait *Lopez* eodem appellatur nomine. Plura recenſere ſuperſedeo. Dicunt autem aliqui, quod nomen iſtud, Hiſpaniæ Regibus attributum (alias etiam unicuique bono Chriſtiano competens) ipſis proprium non fuerit, usque ad *Ferdinandum V, Arragoniæ & Caſtiliæ* Regem, anno M. D. circiter, & quidem ab *Alexandro VI.* P. ipſi impoſitum, ut *Mariana Zurita & Diego de Valdez* volunt. *Ab Alexandro Pontifice, inquit Mariana de reb. Hiſp. lib. 26. cap. 12. & libr. 7. cap. 4. Ferdinandus Catholici cognomentum accepit in poſteros cum regno tranſfuſum ſtabili poſſeſſione. Honorum titulos Principibus dividere Pontificibus Romanis datur:* & in alio loco. *Catholici cognomen, quod Recaredo olim Regi, quo tempore univerſam Gothorum gentem repudiatis Arrii opinionibus, in Catholicæ Eccleſiæ caſtra revocavit, in Toletano Epiſcoporum conventu acclamatum, intermiſſis multis ſæculis Alexander eo nomine VI. P. M. in Ferdinando Arragone Hiſpaniæ Rege inſtauravit, effecitque, ut conſequentibus Regibus proprium hæreditariumque eſſet.* Perhibet etiam ante hoc tempus Caſtiliæ Reges *Illuſtres* vulgo appellatos in Pontificum epiſtolis: ab iſto vero tempore *Catholicos*. Quod autem *Mariana Alexandro VI.* aſſerit, *Baronius* Succeſſori ejus *Iulio II.* fert acceptum, qui & ipſe *Ferdinando* regnante Romanæ ſedi præfuit. At deceptum eſſe *Baronium*, exiſtimo. Nam in Bulla quadam *Alexandri* P. ann. clɔ CD XCVII. vel ſeptem ante *Iulium* annis *Ferdinandus & Iſabella* vocantur *Rex & Regina Hiſpaniarum Catholici*. Bulla vero ea eſt, quæ continet Diſpenſationem *Arthuro* Principi filio *Henrici noſtri* VII. & *Catharinæ*, Reginæ poſtmodum, adhuc minorennibus, adeoque ad conſenſum, in matrimonio requiſitum nondum aptis, conceſſam. Authenticum ſervat *Robertus Cottonus* Eqv. Sed vide hac de re præter Hiſtoricos, *Gregorii Lopez, Excellencia del Regno de Eſpanna, & Diego de Valdez de Digni-*

Excellentias del Regno de Eſpanna c. 12.

Concil Hiſp. fol 1. 5 Prudentio de Sandoval. p 165. Valdeſ. de dign. Reg. Hiſp. c. 13. §. 21.

Vide etiam Cathol. Regis nomen ipſos denotaſſe in ſpecie, in illa Alexandri VI. Bulla quæ tradita eſt nobiliter inſentas teras. Laert. Cherubin. de Nurſia Bullar. tom 3. p. 392.

Dignitate Regum Hiſpaniæ. Obſerva autem Titulum iſtum Hiſpaniæ Reges non uſurpare in prima perſona, verum in ſecunda & tertia ſæpiſſime.

VI. Sicut recenſiti Honorum Tituli ſpecialia Regum in Occidente fuerunt attributa, ſic poſtremis ſeculis apud Orientis Imperatores fuit *Porphyrogenneti* nomen. Licet enim unus præ reliquis hoc inſignis ſit nomine, *Conſtantinus* ſcil. *Porphyrogennetus* (cujus monita politica, Conſtitutiones & Themata extant publice) attamen proprium ejus minime fuit nomen: ipſemet namq; alios Imperatores nominat *Porphyrogenitos*. Sic *Baſilii* Imper. Novellæ eundem præfixum gerunt titulum. *Emmanuel Comnenus* ad *Conradum III.* Occidentis Imp. eodem utitur. In Bibliotheca *Bodlejana Oxonii* extat *Johannis Camateri Aſtrologia* Ms. L. & aliquot annis abhinc Pariſiis ab homine *Cretenſi* ſcripta hanc ferens Inſcriptionem: Ἰωάννης τῷ Καματήρῃ, τῷ ἐπὶ τῷ Καντακλείᾳ, περὶ τῆς Οὐρανίας τῶν ἀστέρων διαθέσεως ἐν συνόψει διὰ στίχων Ἰαμβικῶν πρὸς τὸν Ἐπιλήπτην τὸν Πορφυρογέννητον, προοίμιον. Hic *Emmanuelem Comnenum* Imp. appellat ſolummodo *Porphyrogenitum*, acſi hoc titulorum ſatis eſſet, nec alius ad Imperatorem denominandum requireretur. Nemo tamen exiſtimet ſolis Imperatoribus proprium fuiſſe nomen, nam & Principes Imperatorio ſanguine orti illud ſortiti ſunt. *Joannes Palæologus* Nepos Andronici (primi iſtius nominis & familiæ Imperatoris) filius quoq; *Porphyrogeniti* dicitur. Sic *Conſtantius* filius *Conſtantini Ducæ*, eodem appellatur nomine in *Annæ Comnenæ Alexiade*, quæ & ipſa cum fuerit *Alexii Comneni* Imp. filia, in libri titulo cognominatur *Anna Porphyrogennetes*. *Thomas* deniq; ultimi Imp. *Conſtantini* Frater, cognomẽto *Dragaſis*, in confirmatione terræ cujusdam venditæ, ſemetipſum ſubſcribit hoc cum nomine. Plura ejus occurrunt Exempla in *Georgio Phranze* & apud alios gentis illius authores. Rationem & fundamentum nominis hujus indagantes eruditi, magna ex parte decepti ſunt, ut ut revera manifeſtum ſit deduci à Palatio extructo, (ut volunt à *Conſtantino M.*) præprimis eum in finem, ut Imperatrices illic enixæ puerperii agerent ibidem ſolennia. Confirmat idem *Anna* nunc dicta: loquens enim de *Roberti Guiſcardi* morte, (quem in ſua hiſtoria ſemper *Rompertum* nominat) & Patris ſui CPlin redeuntis Triumpho, ait, quod *Irenem* Imperatricem matremque ſuam in partu offenderit conſtitutam, in domo hujus rei cauſa

De adminiſt. Rom. Imp. c. 45.

Curopal. de offic. Conſtant.

Turco Græc. lib. 4. cp. 59.

Luitprand. Hiſt. a. c. 2.

olim ædificatam. Πορφύραν τοῦτο (οἴκημα) ἀνέκαθεν (inquit *Alexiad.* lib.) ὀνομάζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογενήτων ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμε. i. e. *Porphyram, à priscis temporibus domum appellant, unde Porphyrogeniti* (latine, in Porphyra geniti) *nomen in orbem exiit.* Consentiunt expresse *Constantinus Manasses & Luitprandus*, & Locus quidam *Anastasii* de *Constantino VII.* ab *Irene* matre ejus ambitiosissima oculis privato. *Includerunt eum in domo Purpurea*, (verba sunt) *in qua & natus est.* Neque dubito huc alludisse *Iohannem* Episcopum *Euchaitensem*, blande ad *Zoen* Imperatricem & *Constantini Monomachi* Uxorem scribentem circa an. Christi clɔ L.

In Hypomnestic. περὶς Διστόνας. Hist. 5. Tmemat. 8. Pontan. Sero ad Phrantz. l. 1. c. 6. de hac re dubitat, & Vulcanius ad Themata Constantini, quod miror. Dius sero est cum doctiss. Gujacius rem docte tetigerit Observ. 6. c. 9. de Nuptiis Honorii & Mariæ.

Τῆς εὐγενείας λείψανον, τῆς Πορφύρας
Καλλιστον αὐθος, χρῶμα τῆς Ἀλκηϊδος.

Sic *Anna Comnena* seipsam appellat Πορφύρας πάθημά τε καὶ γέννημα: in illo enim palatio nata erat. Breviter, ὁ πορφυρογένητος, vel ὁ ἐν πορφύρᾳ γενήθεις *in Purpura natus, seu in Palatio quod Porphyra dicitur*, unum idemque sunt, & appellantur sic omnes ibidem nati. Neque in dubium vocanda hæc nominis ratio, quamvis Pontanus (de Orientali Historia bene meritus) adhuc in dubio relinquit, non intelligens *Nicetam Choniaten*, de Imperatricibus partu vicinis loquentem: ὠκονομεῖτο μὲν ἡ Πορφύρα καὶ ἐπετηδεῖτο πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γενέσεως, *Palatium Porphyra præparabatur ad puerum suscipiendum. Pontanus* Purpuram vertit, ac si vestes fuissent, ut etiam *Claudianus* inquit:

Sic natus in Ostro
Parvus Honoriades genibus considat avitis

quod tanto libentius adduco, quoniam hinc fortassis, cur nomen hoc Palatio impositum, innotescet. Si enim Imperatorum liberi recens nati excepti involutique sunt purpura (ut factum fuisse videtur, liberis aliorum, aliis coloribus assignatis) potuit color iste sat proprie mutuare loco illi nomen, in quo etiam hunc in finem extructo, lucem aspicientes illo circumdati sunt. In præfatione item ad *Camateri Astrologiam* legimus:

Ἄναξ μέγιστε Πορφυρόβλαστε κλάδε.

ubi eodem sensu ut in aliis testimoniis, vox Porphyra composita cernitur.

Sic Principem, Ducem vel Imperatorem *Moscovia* volunt nuper appellatum *Album Regem* vel *Album Principem*, ex albis vestibus, quibus

quibus utitur, ut *Sigismundus* Baro Imperii & illic Legatus *Maximiliani* I. Imper. existimat. *Sunt, qui Principem Moscoviæ Album Regem nuncupant. Ego quidem causam diligenter quærebam, cur Regis Albi nomine appellaretur cum nemo Principum Moscoviæ eo titulo antea esset usus (intelligit Imperatorem* Basilium Ivanovvicz) *imo Consiliariis ipsis sæpe data occasione & apte dixi, nos non Regem sed Magnum Ducem agnoscere; plerique autem hanc Regii nominis rationem esse putabant, quod sub Imperio suo Reges haberet. Alii vero rationem nullam habebant credo &c. Credo autem* (pergit Sigismundus) *ut Persam nunc propter rubea tegumenta capitis Kisilpasch, id est rubeum caput vocant: ita illos propter alba tegumenta Albos appellari.* Recordor autem *Moscoviam* dici *Albam Russiam* & Poloniam *Russiam nigram*, unde fortassis peti poterit nominis ratio. *Gagvinus* tamen ait, *quod incolæ omnium regionum ipsius imperio subjectarum, vestibus albis & pileo plerumque utuntur.* Et hactenus de Titulis accidentalibus, specialibusque attributis summorum in Europa Principum.

Nota. *Errat Autor in designandis Russiæ populis. Russia enim triplex est.* Nigra *quæ & Moscobia*, Alba *ad Magnum Ducatum pertinens; & Rubra, Ukraine & Ungariæ cõfermina, ut Geographi docent.*

CAP. VI.

1. *Presbyter Johannis, seu pretiosus Johannes Imperatorum Æthiopiæ vel Abyssinæ Titulus. Padischa Prestigiani titulus priscorum Regum vel Chamorum in Territorio Cathajensi.*
2. *Cham (i. e. Dominus vel Princeps) apud Orientales, quod vulgo pronunciamus Cham.*
3. *Titulus Caliphæ apud Principes Imperii Mahumetani.*
4. *Bench, vel Beg, Scriph vel Xaniffe, Sultan,* Μεγας Δεσποτης, *Mully, Sid, Amir, Amirelmumunin & Padeschah Musulmin apud Mahumetanos.*
5. *Sophi Persarum Imperatores dicti.*
6. *Scha, Schaugh vel Xa & Mirza apud Orientales.* Σαὰ *in quibusdam Scriptoribus Græcis.*
7. *Schabanah cum titulis: Augusta, Sanctissima Domina nostra, &c. Imperatricibus imposita. Origo vocis Anglicanæ*

Queen,

Queen; Weſt-Saxonum Lex, qui Regum uxores noluerunt appellare Reginas.

EX Europa in Africam tranſimus & Aſiam, quorſum etiam *Magnum Sultanum*, licet aula ejus & Reſidentia ſit *Conſtantinopoli*; referre omnino decet. Tradentes autem ſingularia Honorum attributa hic occurrentia, neceſſario incidemus etiam in illa, quæ omnibus ſummis principibus communia ſunt, quanquam uſus eorum & applicatio in Europa Principibus quibusdam apud Mahometanos propria fecerit; ut *Chan, Padiſchah, Sultan, Amir, Xa, vel Shaugh* & ſimil. quæ ſi interpretemur denotant *Principem, Dominum, Regem*, & ſimil. ordinarie tamen intelliguntur de Principibus *Aſiæ vel Africæ.*

I. Ex ſingularibus iſtis ſummi Honoris attributis illorum locorum *Presbyter Johannis, Neguſh* vel Magnorum *Æthiopum Abyſſinorumue* Imperatorum titulus primum occupat locum, tum ob nominis excellentiam, tum quia Primarius inter eos eſt Chriſtianus Princeps. Appellatur vulgo (præter nomen ſuum proprium) in Europa *Presbyter Johannis*, ac ſi Anglicè diceretur *Prieſt Iohn*, & talis fuit inſcriptio epiſtolæ, olim ad eum à Regibus *Neapolitanis* miſſæ, notante *Scipione Mazella*; ſic enim verba ſonant. *Al Prete Juani d' India: Eminentiſſimo & Invictiſſimo Monarchæ Domino Iſach, Presbytero Joanni, filio David, Domino tabularum montis Synai, Æthiopiæque Regis Regum, fratri noſtro chariſſimo.* Et *Abaſſenorum* Rex (inquit *Andreas* (a) *Alpag*) eſt *Alexander* dictus *Pretejane*, quod *Italice* idem dicit cum Gallico *Preſtre John.* *Poſtellus* (b) nominat ipſum *Preſtojanus*, Eliasque (c) Levita פריטיואן *Preti Juan* Si vero credimus *Zaga Zabo Æthiopi* Legato ad *Emanuelem* ultimum Portugalliæ Regem nomina illa *Preſter John & Pretejane* &c. corrupta ſunt ex *Precioſo Gian*; nam *Æthiopice* dicitur ጊያን በላሉ i. e. GianBelul, *quod ſonat* (interpreteDamiano à Goes) *Joannes Belut h. e. Joannes pretioſus ſive altus; & in Chaldaica lingua Joannes Encoe: id ſi interpreteris etiam Ioannis pretioſi ſive alti ſignificatum habet.* Ita ut *Gian Belut* nomen ſit Imperatoribus in ſpecie honoris ergo attributum præter nomen proprium, in lingva Æthiopum nativa, & vulgato ſermone uſurpata, non vero in Liturgiis vel exercitiis religioſis, ac Chaldaica ipſis dicta; ſed in ſpecie *Giacin* vocitata, id eſt Libertatis, *quod nimirum*, (ut nobiliſſimus

Prieſter Johannis.

a *Indice Verb. Arabic. Aſicenna ſubjuncto, Verbo Alhabes.*

b *de Orbis concordia l. 3 P. 336.*

c *In Maſoreth Hamaſoreth præfat.*

גין בלו

גען

mus prodit *Scaliger*) *ea ſola uterentur Arabes illi victores, qui Æthiopiam inſiderunt.* Deducit autem doctiſſime (ut fecit in omnibus aliis) eos ab *Abaſenis vel Abaſſinis* in *Arabia*, à quibus *Sept. Severus* dictus eſt Arabicus, ut videre eſt ex nummo ejus, cui inſcriptum quoque ΑΒΑΣΗΝΩΝ, quorum & *Uranius* antiquus Arabicarum rerum Scriptor meminit; in Arabiam felicem eos collocans quod fortaſſis quoque confirmat eorum progeniem e *Melecho*, Salomonis filio, (ut fabulantur) per *Maquedam* Reginam Auſtri. Nam in *Saba* iſti fuerunt Abaſſeni, unde Latini dicunt *Sabæi*, & *Tum Sabæa.* Verum *Zaga Zabo* inquit Principem eorum non dici Imperatorem *Abaſſinorum*, ſed *Æthiopum.* *Arabes* nominant eos *Elhabaſen*, eadem de cauſa qua nos Abaſſinos; ſibi vero ipſis dicuntur ſolummodo *Ithiopiawii* vel Æthiopes. Ex hoc *Belul Gian* fit *Beldigiam* quo nomine, inquit *Lues de Uretta* Monachus Hiſpanus, Imperatorem ſuum appellant. *Bodinus* ait vocari eum *Jocha Bellul* id eſt *gemma pretioſa.* *Joannes Cotoricus* autem refert nomen ejus eſſe *Belulgiam* (ſyllabas fortaſſis eaſdem cum *Zaga Zabo* faciens) *quod incomparabilis præſtantiæ immenſique pretii gemmam ſignificat.* Alii vero non admittunt illud *Zagæ Zabo*, exiſtimantes omnia quæ hanc in rem dixit, protuliſſe tantum ad rationem nominis, ſcilicet *Presbyter Iohannis*, quo nos Europæi ejus Regem, qui eum miſerat, appellamus; neque tale omnino eſſe nomen, ad Imperatorem *Abaſſinorum* pertinens, niſi errore noſtro, quo attribuimus ipſi nomen olim à peregrinantibus noſtris impoſitum alii in Oriente Principi, cujus Religio huic *Presbytero Iohannis* aliquo modo ſimilis fuit. Nam Itinera eorum qui aliquid literis dignum his in regnis (prout nunc ſe habent) detexerunt, mentionem faciunt *Unchami* vel *Unchani* cujusdam ingentis illic Monarchæ, eumque *Presbyterum Iohannis* nominant. *Non quod is Sacerdos eſſet*, (ait *Nicolaus Godignus de Abyſſinorum reb. l. 1. cap. 5.*) *ſed quia Archiepiſcopi Primatis more, quando pacificis rebus prodibat in publicum, unum habebat in Comitatu, qui erectam crucem præferret*: ac cum exercitu progrediens, duas ſemper cruces præferri juſſit. Scribunt etiam, quod quidam *Cinchi* nomine, exiſtimans ſe ex egena vidua per Solis radios genitum, & Rex electus à Tataris contra *Uncham* hunc rebellantibus vicerit eum, adeoque cum *Unchamo* Titulus ille *Presbyter Iohannis* interciderit. Relatio hæc anno cIↃ. C. XC. facta confuſionem apud Lectores peperit corruptorum nominum utriusque Principis, quamvis tam procul

Hub Goltz. Theſ. p. 129. ap. Stephan. περὶ πολ. in Ἀβαρικὸς Zaga Zabo ap Damian. à Goes.

Terra Habas, Æthiopia Benj. Tudel. Itiner. p. 101. & Alpag. in Ind. Arab. Avicen. ſubnexo verb. Alhabes.

de rep. lib. 1. c. 9. in margine.

Itiner. Hieroſol. p. 209.

Pol. Venet. l. 1. c. 51. & ſeq. Joh. de Plano Carpini cap. 5 & Will. de Rubruquis Itiner.

procul distarent, ut unum ab altero nequiverit derivari, nec unum ad alterum referri. Peregrinantes alii, ambo nomina pro uno habuerunt. Doctissimus autem *Scaliger* docet, Asiaticum *Uncham* & Prædecessores ejus vocatos ڤرسڤيغيانوس *Presbigianos*, h.e. Persice *Apostolicos*, atque sic tuliſſe nomen: *Padeſcha Presbigiani* i. e. Rex Apostolicus ob religionem suam (*Nestorianus* enim fuit) quod Æthiopico-Chaldaice pronunciatur *NeguſchChawariaw*. Variæ aliæ conjecturæ sunt de nomine *Presbyteri Johannis* Imper. Abyssinis attributo in *Ludovic. de Uretta Historia Æthiopica*; sed nullo bono singulæ. *Mirum* vero miror credere potuisse Ebraicam epistolam in fine Cosmographiæ ejus impressam & אני פרישטי יואן *Ego Prisbi ivan* ab Æthiopum Imperatore missam esse; cum tamen observarit quod tum Asiatici tum Africani Principes nominentur *Presbyteri Iohannis*. Quod enim inibi affirmatur *Thomam* Apostolum in regno ejus sepultum, aperte docet, ex oriente missam esse, si suppositicia non est. Titulus etiam perquam diversus est ab illo quo Imp. Abassinorum utitur, cujusque exemplum hic substernitur; eorum enim seu *Æthiopiæ* Regum nomen vel Honoris titulum adscribam ex parvo annalium libro a diluvio ad Parentum nostrorum ætatem, *Romæ* impresso 1552. in quo etiam ratio nominis *Belulgiam* redditur. *Æthiopes Regem suum, quem nos vulgo* Prete Gianni *corrupte dicimus, quatuor appellant nominibus, quorum primum est* Belul Gian, *hoc est lapis pretiosus, atq; perfectus. Ductum est autem hoc nomen ab annulo Salomonis, quem ille filio ex Regina Saba, ut putant, genito, dono dedisse, quove omnes postea reges, veluti Davidicæ familiæ hereditario insigni usos fuisse describitur. Deinde cur in side David quam à Salomone identidem habuisse ajunt, electum collocant Regem* (&) Hare *nominant, hoc est electum seu ſponſum. Cum vero cum coronant, appellant* Neghuz. *Postremo cum vertice capitis in corona modum abraso, ungitur à Patriarcha, vocant* Masih, *hoc est unctum. Hæc autem Regiæ dignitatis nomina omnibus communia sunt; proprium vero cujusque nomen cum aliqua rerum aut personarum significatione semper impositum, duplex est; unum quod a parentibus nativitatis, alterum quod Baptismi tempore imponitur.*

II. *Cham* vel potius *Chan*, in *Tatarorum* Imperio significat Dominum vel Principem seu ibi omnino, seu utplurimum in regnis Asia-

Al. ysCadamust. Nabig. c.60. Ludov. Vartoman. Nabigat. c. 15. Vide si placet Gerardi Mercatoris Geographiam. Damian. à Goes & Videsis Lud. de Uretta H. Æth. L. 2. Damianus de Goes & Videsis Lud. de Uretta, Hist. Æthiop. lib. 2.

Nota. *Prester-Chan dici regem istum, & notare* Regem Adoratorũ, *seu* Christianorum, *dicit Ludolfus Comment. l. 2. n. 3. quem omnino consule de variis istis nominibus, aliisque in hoc capite occurrentibus; noluimus enim omnia inde describere, quæ isthic sunt obvia:*

in Lexicis etiam illarum linguarum & Glossario du Cange ad mediam & infimam latinitatem. Itinerariis denique hodiernis plurimis.

Aſiaticis. Et *Cinchis, vel Cangius, Cingis vel Tzingis* (nam diverſa iſta nomina omnia id ipſum denotant) appellatus eſt *Cinchis Cham*, ejus filio & ſucceſſor *Hoccota Cham*, vel potius *Chaban*, vel *Chan* & ſic iſtius Succeſſores dicti *Chani*, quanquam *Matheus de Mikow* Polonus, qui videtur vicinæ ſibi regionis multam habuiſſe notitiam, dudum tradiderit, quod *Imperator eorum, (Tartarorum)* Ir Tliki *lingua ipſorum, h. e. liber homo dicitur. Dicitur &* Ulu Cham *quod ſonat Magnus Dominus, ſive Magnus Imperator. Ulu enim magnus, Cham vero Dominus & Imperator eſt. Eundem aliqui magnum* Canem, *dixerunt (beſtiam ſcil. ſignificare debuit ipſis vox) & male interpretati ſunt, quia Ulu Cham, non ſignificat magnum Canem:* Cham *etenim cum adſpiratione Dominum & Imperatorem: Et* Cam *ſine adſpiratione, cruorem & nunquam canem ſermone Tartarorum deſignat.* Sed revera *Chan* non *Cham* Dominum ſonat: nam & *Haithonis Armeni* translatio ex Gallico in Latinum ſermonem per *Salconium* An. clɔ CCC VII. vulgo *Chan* illo ſenſu habet, *Cham* neutiquam. *Chanoglan* ipſis quoque eſt *Filius Principis ſeu Domini:* In *Chambalu* autem permittitur propter Euphoniam. Turcæ etiam hunc Tatarorum Imperatorem nominant *Ulu Chan*, eadem ſignificatione qua *Matheus à Mikow* vult in voce Cham: Neque ipſorum Principes ab eo abſtinent. *Amurad* vel *Murad* III. ordinarie ſic uſurpavit. *Sultan Murad Chan bin Sultan Selim Cham Elmuzaferu claima; id eſt Dominus Murad Princeps, Filius Domini Selim Principis ſemper victor:* quo in, obſervante *Leunclavio*, conveniunt cum Europæorum *ſemper Auguſto, ſemper invicto.* In linea *Ottomannica* quidam *Carachan* filius *Cutlugeck*, inde ultimam nominis ſui partem tenuit. In magnis illis Tartarorum irruptionibus circa *Ottomannici* Imperii initia, Principum nomina leguntur cum iſto additamento. *Tartar Chan, Theſyr Chan, Chuis Chan &c.* alia male impreſſa legunt *Than* loco *Chan*: ſic *Rabbi Zacuth* in ſua *Caliparum* hiſtoria habet *Iohannem Unad Chan, Morad Chan, Temur Chan, Altun Chan, &c.* inter Aſiæ Principes. Magis quoque frequens eſt Titulus ille in recentiorum Temporum hiſtoriis, ut videre eſt in hiſtoria Muſulmannica, Hiſtoria Perſica *Mircond*, Deſcriptione Tartariæ per *Martinum Bornovium. &c.* Multa etiam nomina corrupta in probis Autoribus ex parte originem ſuam hinc deducunt. *Conſtantinus Porphyrogennetus* locutus de Turcis quibusdam, olim transferentibus ſe in orientalem Europæ partem, ait, duos ipſis præfuiſſe Principes tanquam

de Sarmat. Aſian. l. 1. c. 8.

Imperator Canis dictus eſt ubique Odorico in Itinerario & I. de plano Carpini. Haithon Armenus floruit Monachus ſub A. 1290. Curchinus item dictus & Antonius.

Pand. Turcic. c. 3.

Epiſt. Petr. Arch. Ruſſæ ap. Math. Par. in p. 875

de Adminiſtr. Rom. Imperii c. 40.

Iudices *Gylas & Carchan* nominatos, addi tamen *Gylas & Carchan* non esse ὀνόματα κύρια ἀλλὰ ἀξιώματα, nomina propria sed dignitatis. Quid *Gylas* denotet nondum me didicisse fateor, autor solummodo meus inquit, esse μεῖζον τῦ καρχᾶ *majus quam Carchan*. *Gula*, ait *Leunclavius* Turcis est Turris; unde Græci recentiores γύλας dicunt eodem sensu. *Carchan* hic vel *Caracban* (quo etiam Niger Dominus vel Princeps secundum Turcas, Persasque indicari potest,) fortassis idem esse potest cum *Cardarigan* in Europæorum historiis: Occidentales enim ista pronunciantes, aliquanto largius immutant. Principes autem à coloribus nomina sortiri Persarum testatur Historia, & sunt: *Karakuyonlu, id est Nigra ovis, Kara Iffuff, Kara Mahumed.* & simil. Habuerunt etiam Familiam Regiam, cujus fuit nomen, *Akuyonlu, Albus Aries.* Sed fortassis & a regionibus quibusdam ista derivari potuerunt nomina, quas sic appellatas esse scio. *Ac-Bassa* apud Turcas notat *album Dominum s. Capitaneum.* Ac-*Temar* album vel nitidum gladium significans est nomen Principis de Sangvine Regio. *Cara-Denbat-Schah*, est, niger fortunatus Princeps, & *Cara Oglan* albus Filius. *Cardarigas* (inquit *Landulphus Sagax*) *non est nomen proprium, sed dignitas maxima apud Persas*, de illo locutus nomine; quod *Theophylactus Simocatta* (sub Heraclio an. DC. XXX. vivens) Καρδαριγὰν effert: παρῆκον τῦτο ἀξίωμα (inquit) φίλον δὲ πέρσαις ἐκ τῶν ἀξιωμάτων προσαγορεύεσθαι ὥσπερ ἀπαξιόντων τὰς ἐκ τῆς γενέσεως ἐπωνυμίας ἐπιφέρεσθαι, *Dignitas est apud Parthos*, (confundit cum *Parthis Persas*) *& Persa sic appellari gestiunt, dedignantes quasi nomina cum nascerentur sibi imposita.* Adhibet *Cardarigan* in primo casu, quod propius ad *Carchan* accedit, & fortassis inque *Chardarigas* ab interprete redditur. *Chan* quoque vox in illo officio quod *Chanaranges* est *Procopio*, occurrit. Ille Armenus in Romanorum Exercitu sub *Narsete*, Justiniani Locumtenens, Χαναράγγης *Chanaranges* dictus, potuit nomen istud habere ex Persarum solummodo more, juxta Simocattam. Et quis *Zamergan*, Ζαμεργὰν vel Ζαβεργὰν maximus *Hunnorum* Princeps *Iustiniani* tempore fuit alius quam *Zamer vel Zaber Chan.* Plane *Chaganus vel Chajanus* apud *Simocattam, Landulphum Sag. Cedrenum, Callistum* &c. idem denotat quod *Chan.* Eodem sensu خاقان *Chachan* est apud *Geographum Arabem.* Idemque est *Capcanus Hunnorum* Princeps in *Caroli M.* vita à Monacho *Ingulfmensi* scripta. Miror autem *Wilhelmum de Rubriquis*

Mirkond chez l' Autheur de les Estats Empires p. 2008. 2010.

Maurician. hist. a. c. 8.

de bello Persico, 2.

Agathias hist. tom. 8. & 4.

Nubiensis part. 9. Clim. 6.

quis Monachum ſcripſiſſe C*an, nomen dignitatis, quod idem eſt qui Divinator. Omnes Divinatores vocant Can. Unde Principes dicuntur Can, quia penes eos ſpectat regimen populi per Divinationem.* Niſi fortaſſis legendum ſit *Dominatores & Dominationem*: alias certe deceptus eſt. Peregrinatus eſt illis in regionibus, A. Chr. cIↃ CCLIII. At ſine dubio C*edrenus* bene ſcivit quid *Chan* ſignificet, ſcribit enim *Theophilu* Imp. πρεσβείαν ἐδέξατο τῦ Χαγάνυ Χαζαρίας accepit Legationem à C*hagano* vel C*han Chazaris*. *Chazaria* vel *Gazaria* autem hæc eſt illa regio, quam *Tauricam Cherſoneſum* dixere veteres, & alluunt maria *delle Zabache* necnon *Maggiore*. Nam iſti Aſiatici Sarmatæ vel Scythæ ſub *Iuſtiniano* olim ad Danubium conſidentes & in hac Cherſoneſo appellarunt Duces ſuos, ceu lingva Patria, Reges & Dominos. C*herſoneſus Taurica hodieque* (ait *Leunclavius*) *habet ſuos Chabanes*. Sic in *Menandro* (latino) legimus *Bajanus Abarorum Caganus* i.e. Rex vel Princeps.

p. 433.

Simocatta. Mauric. Hiſt. 7. c. 8. & Agathi. Lib. 5. in excerpt. de Legatione edit. à Carol. Cantoclaro p. 259.

Veteres autem iſti Tartari & Scythæ Septentrionales cum ipſis in amplo iſto Tractu ab *Aſia* Orientali plaga usque ad *Tanaim* fluvium, diu ante Imperium *Tartaricum Tzingis* nominarunt Imperatores ſuos *Ulu Chan*, i. e. *Magnos Dominos*, quod fortaſſis deinde corruptum eſt in illo qui *Umchan* dictus eſt. Nam cIↃ circiter abhinc annis plurimarũ ibi regionum Dominus epiſtolam ad *Mauritium* Romanorum Imp. ſic inſcripſit. ΤΩ̃ ΒΑΣΙΛΕΙ. ΤΩ̃Ν. ΡΩΜΑΙΩ̃Ν Ὁ ΧΑΓΑ̃ΝΟΣ Ὁ ΜΈΓΑΣ. ΔΕΣΠΌΤΗΣ. ΕἸΠΤᾺ. ΓΕΝΩ̃Ν. ΚΑῚ. ΚΎΡΙΟΣ. ΚΑΙΜΑΤΩ̃Ν. ΤΗ̃Σ. ΟΙΚΟΥΜΈΝΗΣ. ΕἸΠΤΑ. *Imperatori Romanorum Ulu-Chan* (Magnus Cham) *Dominator ſeptem nationum, & Dominus ſeptem orbis Climatum.* Sic *Theophylactus Simocatta* Græcè effert: àſt veriſimile eſt in authentico (*Tartarico* ſermone) fuiſſe, ut nunc appellant Imperatorem ſuum, *Ulu Chan*. In *Scaligerorum* familia, ſeu *de la Scala* ex *Veronenſi* domo (quæ Origine *Gothica* fuit) derivata, fuit quidam *Canis* dictus ac ſi beſtiam ſignificaret vocabulum. In magni *Chan* ſigillo, (referente *Iohanne de Plano Carpini*, Legato in illas regiones *Innocentii IV.* an. cIↃ. CC. XLVI.) inſcriptio latine facta talis fuit. *Deus in Cælo & Cuyne Cham ſuper Terram, Dei Fortitudo. Omnium hominum Imperatoris Sigillum.* Ejusque titulus communiter fuit *Dei Fortitudo, omnium hominum Imperator.*

Hiſt. ξ. xiΘ. ξ. Joſ. Scaliger. de Gita Iulii in ep. ad Ian. Douzam. Ap. Vincent. in Specul. l. 32. c. 28. Voyez les Eſtats du mõde p. 844. ubi pro Cuine Cham legitur Chuichuch Cham & videſis Antonin. part. 3. t. 19. cap. 5.

III. Varii Tituli in Septentrionali *Africa & Turcia* iidem fuere: quod Principes utriusque partis vel ex una gente eſſent, vel ſemet-

semetipsos sic minimum derivarent. Ab origine Mahumedani Imperii in *Bagded & Damasco Mahometi* Successores *Caliphæ* appellati sunt: id est خليفة vel خليفه Et diviso Arabum imperio in Chaldææ, Ægypti & regna alia, *Caliphæ* nomen, tanquam Titulus primarius retentus est ab illis, qui summi esse vellent, haud secus ac Imperatoris nomen apud illos qui rexerunt Imperium Rom. post divisionem in Occidentale & Orientale. Sæpe autem occurrit vox ista in *Saracenica* vel *Mahometana* historia, apud Scriptores etiam Belli S. quod Christiani gesserunt cum Mahometanis Palæstinæ causa. Interpretantur autem *Caliphæ, Successorem s. Vicarium* & denotant Vicarium vel Successorem Mahomedis, licet *Magistrus* in suo Dictionario Turcico-Latino vertat *Princeps*. *Caliphæ* (magnus inquit *Scaliger*) *est Vicarius & ita vocari Vicarios Præfecti Prætorii nihil impediret, siquidem Arabicè appellandi essent. Sed quum Naib idem sit quod Chalipha, tamen Pontifices soli dicti sunt Caliphæ, Legati autem & vice-Principum Provincias regentes vocantur Naibin, ut Naib Essam Legatus Syriæ. Et hoc nomine* (inquit Benjamin ben-Jonah qui durante Caliphatu Bagdedensi illic fuit) *cæteris omnibus Ismaelitis Regibus* (sic Arias transfert) *suspiciendus venerabilisque habetur: Præest enim omnibus illis ut Summus quidam omnium Pontifex.* Unde manifesta fit ratio cur nonnunquam *Caliphæ* Scriptores antiqui interpretentur *Papæ*, quasi idem jus esset in Successione Petri, vel Christi, apud Pontifices, ac in Successione *Mahumetis* apud *Caliphas*: Supremis etiam Principibus in *Caliphatuum* divisione (ad instar Imperatorum Romanorum veterum) credentibus esse se Pontifices Maximos in Successione ista æque ac Imperatores summos. Occurrit autem Papa pro *Caliphæ* apud *Rodericum Toletanum. Matheum Parisiensem, Robertum Monachum in Historia Hierosolymitana &c.* Ideoque vetustus Scriptor Gallus, *Caliphas Bagdedi* appellat l' *Apostle des Sarazins*. Apostoli nomen enim olim sæpe Papis attributum est. Nomen igitur istud Successorem significans, & Mahumetem respiciens cuivis Imperatori proprium fuit, qui legitimum se esse credidit Successorem Impostoris illius. Ast videtur etiam communicari subditis qui sunt Sacerdotes inferioris ordinis apud Mahumetem. Nam *Cantacuzenus* Imp. in oratione adversus *Alcoranum* loquitur de quodam eorum Doctore, apud quem postquam mortuus esset, signum crucis invenerunt, qua de causa noluerunt sepelire eum, ubi sepeli-

Can. Isag. 43.

Chronique de S. Louis. Chap. 74.

Nota de Apostoli voce non solum Papis, sed omnibus Episcopis ab initio tributa. Vid. Beveregium ad Can. non. 2. Apost.

ſepelire ſoliti erant τὰς Καλιφάδας, *Caliphas ſuos* aitq; quod Doctor ille fuerit Καλιφᾶς τὸ ἀξίωμα *Caliphas dignitate*, quod interpretor *Presbyter, vel Mahumetis Vicarius.* Sed fortaſſis *Cantacuzenus* intelligit, in Ægypto, ſub *Mameluchis* (hi enim ejus tempore fuerunt) qui revera tenere debuerunt *Sultani* locum, ſed in novi *Sultani* inauguratione, ſolenniter & pro forma vendiderunt vel reſignarunt *Caliphatum* (h. e. jus quo Imperatores ſunt) *Sultano*, qui ſcilicet ex *Mameluchis*, vel eorum autoritate ſucceſſuri erant. *Petrus Martyr* ſic eloquitur: *A ſummo eorum Pontifice Mammetes confirmatur. Habent enim & ipſi ſummum Pontificem, ad quem hujus Imperii machina ſi Ægyptii homines eſſent pertineret (Mammeluchi enim fuerunt origine Chriſtiani Apoſtatæ ſicuti Janizari aſſumti) ius ſuum, ut ceteri conſvevere Mammeti Cairi, regiam tenenti trium millium auri drachmarum pretio Pontifex vendidit. Is Califfas dicitur. Et tribunali Soldano ſtanti pedibus, vitæ necisque liberam poteſtatem præſtat. Ipſe deſcendit, ſeipſum ſoliat, Soldanum Imperatorum induit: abit privatus, permanet in imperio Mammetes.* Loquitur de quodam eorum *Sultano, Mahomete vel Mahumede*, quem *Mammetem* appellat. *Caliphatum* tamen ſuum ibi retinuit nomen, permanſitque tanquam ſummus Sacerdos Sultani. Nam *Martinus à Baumgarten*, de Sultani præſentia locutus, ejusque ſplendido comitatu XXcio *Mameluchorum* (notat vox iſta Regis captivos vel mancipia) inquit, non procul à *Suldano ſedebat loco depreſſiore Papa ejus, quem ipſi Caliphe nominant.* Apud Perſas etiam hodienum ſunt quidam inferiores Sacerdotes *Caliphe* dicti, & ſubordinati Magno eorum *Muſtadeini.* Ad eorum aliquem Inauguratio *Sophi* (antehac in *Caſe* nunc in *Casban* vel *Hiſpaan*) pertinet, prout inter Mameluchos Ægyptii *Sultani.* Similem formam imaginarii vel potius ſubordinati *Caliphatus in Bagaed* illi Ægypti vel *Cairi* fuiſſe refert *Leunclavius.* Inde legimus apud *Zonaran*, *Caliphatum* in Imperio Turcico fuiſſe ὡς πᾶς ὑπερβαλλόντως τιμιωτὲ, ὡς ἐκ τῦ Μαχουμὲτ καταγεσθαι νομιζομένη, *eximiæ dignitatis apud eos, & prout crediderunt, ex Mahomete ortum.* Eo collimat quod *Matheus Pariſienſis* de ſimili *Caliphe* inquit: *in terra de Baldach habitat Papa Saracenorum, qui Caliphus appellatur & tenetur in lege eorum, & adoratur ſicut Pontifex Romanus apud nos.* Progreditur autem cum diſcipulis ſuis quos habet ſicut Papa & Cardinales, ad Mahumeriam &c. Sed ſepoſitis iſtis Caliphis ſubordinatis, reſpectu tum Eccleſiaſticæ vel Spiritualis Succeſſionis, tum temporalis & *Summi Sulta-*

Regat. Babylonic. lib. 3.

mille libræ ſunt Anglicanæ.

Caſtrorright Peregrinat. Pădect. Turcic. cap 237. Hiſt. p. 230. & ſide eum p. 204. Hiſt Maj. p. 233 in Rich. 1. & p. 1170. in Henr. III. ſide de Caliphis hujusmodi Leon. African. lib. 8. & Bizarr. hiſt. Genuenſ. p. 602.

Sultani sic appellati sunt. Persarum quoque *Sophi* ceu *Caliph* vel Successor *Ali* supremum obtinet in rebus Ecclesiasticis regimen, ideoq; in quodam *Scha Ismaelis* nummo legitur *Ismael Caliph Lullah* i. e. *Ismael Vicarius vel Successor Dei.* Leunclavius etiam refert vidisse se in epistolis usurpatum nomen illud scriptis a *Sophi Scha Mahumed* ad Regem Hispaniæ. Et licet Ottomannica familia, nunc Turciæ imperans *Mahumedis* progenies non sit, sed mere Turcica, magni tamen illi Domini *Caliphæ* Titulum usurpant. Id clare affirmat de *Amurathe III. Leunclavius*, in cujus literis ad Imper. *Rudolphum II.* scriptum legit. Sic in literis & Diplomatibus *Solimanni* & *Selim II.* interpretati sunt *hæres* cum in authentico sit *Caliph Olem*, Vicarius, Successor vel Hæres mundi. *Osmannicis*, ait, pro Ottomannicis *persuasum est Principem suum esse Caliphen hujus seculi.* Omissum est in duabus familiis *Selgusciania*, sed reassumtum ab *Oguziana*, ex qua hæc præsens descendit *Ottomannica* linea. *Caliphæ* vox Arabica derivatur ab Ebræa חלף *cheleph*, quæ diversa tamen dialecto eadem & *Syris* est, proprie *vice* vel *ἀντὶ* significans. Nam ubi apud *Matheum* dicitur *Archelaus* regnasse *ἀντὶ Ἡρῴδου*, id est *vice* seu tanquam successor *Herodis*, *Syrus* habet, חלף הרורס *Chealaph Herodes*, eodem sensu. Plurima alia finguntur de titulo isto sed vana sunt & dudum explosa.

Epist. de reb. Turc. p. 836.

Hist. Musulmanic. 1.

Leunclav. epist. Reb. Turc. p. 835.

IV. *Postellus* rerum Mahumetanarum maxime gnarus, qui & earum Historias, aliis nondum cognitas, plurimas vidit, ait, quod diviso Asiæ Imperio in diversas partes Asiæ & Africæ Caliphæ Titulus primario Bagdedi retentus fuerit, (quamvis & à nonnullis aliis Imperantibus, qui voluerunt Mahumedis Successores esse, usurpatus, prout jam ostendimus) alios vero in supremos se orientis Dominos erigentes, alio lingvæ suæ vocabulo dictos fuisse *Benchi.* *Illi in Africa*, inquit, *Seraphi, Sultani & Maule, id est Opulenti, Potentes & Protectores vocari voluere.* Fuit præterea, pergit, *vocabulum omnibus commune Emir & Emir Elmumunin*: de quibus singulis distincte. *Benchi* quod ut existimo idem fuit cum Turcorum بكلر *Benglar*, quod pluralis est ex بك *Beg* vel *Bengh* denotat *Dominum*, & hodie tribuitur vulgo Præfectis Provinciarum sub Magno *Sultano*, raro autem summis Principibus, quamvis Persarum Imperatores tanquam illustrissimum assumant nomen, ut *Hagmes Beg*, *Alman Beg*, *Morad Beg*. *Seraphi* apud *Postellum*, idem est cum *Sceriff*, *Xariff*, *Jariffe*, vel *Xeriffe*,

Concord. orbis. lib. 2. p. 243.

Mirkond l' Auteur de les Etats des Empires p. 203.

Xeriffe, quod hodienum legitur in ſtylo & hiſtoriis Regum *Feſſe & Marocco*, arabice شريف Non vero ad *Africam* ſolum reſtringitur, vidi enim & in antiquis Mahumedanorum epiſtolis ex oriente, ac eruditiſſimus *Leunclavius*, rerumpublicarum orientalium peritiſſimus ait *Sceriph* honoris titulum fuiſſe in illis, qui ex *Mahumede* deſcenderunt, ideoque maximæ gloriæ & æſtimationis apud Mahumetanos. *Notum*, inquit, *quanto ſint apud Mahometanos in honore, qui recta linea tam à Propheta Mahomete, quam ab Ali Mahometis genero, deſcendunt, aut ſe fingunt deſcendere. Hi Turcis Tartarisque Seithi vulgo dicuntur, Arabibus autem Seriphæ: quos maxima ſane veneratione atque obſervantia quum proſequantur, etiam ipſi Sultani Seripharum veneratione velut auguſtiores ſe reddere volunt.* Principes tamen *Feſſe & Marocco*, nunc ita in ſpecie *Xariphi* nuncupati ſunt, ac ſi hoc nomen ipſis proprium, ſat abunde eos diſcriminaret à *Mahumetanis* aliis. Horum Regum enim hiſtoria à *Diego de Torres* ſcripta, dicitur *Iſtoria de Los Xariffes*: ac incipiens in *Mahumet Ben Hamet*, CXX abhinc annis, Imperii iſtius conditore, dicit eum *Xariffam* appellari voluiſſe. *Clenardus* inter ipſos vivens, nec non mores linguasque eorum edoctus *Seriphium Regem Marocci* tantum nominat. Sciverunt autem *Clenardus & Diego* ſat bene, hoc ipſos aſſumſiſſe, ut tanto majorem conſequerentur honorem prætextu originis Mahometanæ. Nam *Otro Nombre* (inquit) *ſe haziã llmar Xarife, diziendo ſer del linage de Mahomet: dici voluit Xariffe, aſſeruit enim ex Mahomete ſe progenitum:* & in margine expreſſe affirmat, *Xariffas* apud Æthiopes notare ex Mahomede genitos. Verbum ipſum nihil aliud ſignificat quam *Nobilem, Illuſtrem, Magnum* & ſimil. In Novo Teſtamento pro græco Εὐγενὴς, id eſt nobilis ortu vel ſangvine, Arabs legit دوى الى سب الشريف *Dui alchuſeb alsheriph* & دوى كه شريف *Dui ghenos Sheriph*, quod utrobique reddendum per *Illuſtris, amplo genere, illuſtri familia vel cognatione Oriundus*, ut etiam Syrus habet. ܒܪ ܒܝܬܐ *Bartebema Rabba* id eſt filius illuſtris familiæ: quod exacte congruit Arabicæ verſioni utplurimum in N. T. Syriacam ſecutæ. In Arabicis Proverbiis redditur *Optimas, Nobilis* & opponitur دنى *Deni* id eſt ignobilis, ceu *Nobilis* opponitur *vili*. Sicuti vero Europæi loquentes de Sangvinis Principibus, Regiam familiam innuunt, ita *Xeriph* in genere inſignem illuſtremve familiam denotans, tandem ex ſola Mahometis progenie ortos indicavit. Talis ille *Sceriph*, cum quo *Leo Africanus*, ipſo referente,

Paul. Turc. c. 3.

epiſt. 1 1. p. 89

Luc. 19. 12. 1. Cor. 1 26. Vid. Num. 1. 16. Pſalm. 149 8. arabice. Centur. 2. proverb. 5. & 45.

Descript. Africa lib. 2. Zonaras hist. p. 204. Curopalates Scylitzes Hist. p. 116.

iter fecit versus *Ilensugaghen* Urbem *Hea* in *Barbaria*; & cujus Dominus vel Rex esse voluerit Seriph iste. Qui vero existimarunt Dignitatem vel Titulum *Xeriphi* notare Hæredem probabilem, vel proximum Successorem in *Caliphatu*, atque idem esse cum *Syncelio* in Patriarchatu *Constantinopolitano*, & simil. certe errant, extra quæstionem enim est, quam tradidimus genuina vocis istius esse significatio.

Sultani, de quibus *Postellus*, iidem sunt quos vulgo in historiis nostris *Soldanos* nuncupamus. Neque tantum Asiæ hoc nomen proprium; *Caliphæ Egypti & Bagded* eo etiam usi sunt vulgo; *Ottomannica* vero linea tanquam primarium Titulum usurpat hodienum. Magnus iste Princeps communiter in Stylo suo adhibet, & nonnunquam cum additione *Olem*, ut: *Sultan Olem* id est *Dominus Mundi*. Arabice est سلطان *Sultan* quod Dominum notat à שׁלט *Salat* quod regere, gubernare tanquam *Dominus*, est Ebræis æque ac Græcis, hinc שלטוני *Siltonim* dicuntur Domini Monarchiæ Assyriacæ. In *Spandugnino* sæpe legitur *Sultam*, sed corruptè. Verum sicut Dominus, *Sire*, *Signior*, *Lord* Europæorum non solummodo potentiam dicit, sed etiam in vulgatis salutationibus homines quoscunque denominat, ceu appellativum, ita & *Mahumetanorum Sultan*, non ad excellentiam solum restringitur. Occurrit id sæpissime apud Scriptores Græcos & Latinos recentiores. Latinos vide in historiis belli Sacri, & rerum Turcicarum, quæ ævo nostro propiores, enarratione; Græcos præter vulgatas Orientis historias, in epistolis à *Selimo III.* ad Rempublicam *Venetam* circa an. clɔ DLXX. quæ Græcismo maxime Barbaro scriptæ sic nuncupant *Selimum* Ἀφεντὴν Σελτὰν τῆς Κωνσταντινοπόλης Νέας Ῥωμῆς cum larga enarratione Provinciarum & Dominiorum, ἀυθέντης καὶ βασιλεὺς ὅλου τοῦ οἰκουμένου τῶ τῶν λιών id est *Sultan Selim Princeps Constantinopolis, Novæ Romæ, &c. Dominus & Rex omnium quæ sub sole cernimus.* *Aphentes* ex ἀυθέντης tantum corrupta vox est, quam posteriores Græci auxerunt ἀυθεντόπυλος, id est Dominus: & simil. mos enim ipsis ad propria nomina, & alia addere terminationem πύλος; *Aphentes* autem ibi conjungitur cum voce *Sultan* eadem significatione; nam Græci recentiores appellant Turcam ὁ μέγας Αυθέντης i. e. *Magnum Dominum, il Grand Signior*, vel *Magnum Sultanum*. In nummis quoque adhibitum (in quibus vulgo, ut *Spandugninus* Can-

Antonin. Histor. part. 3 tit 19. c. 8. §. 4. Dan 3. 2.

Crusii Turco Græc. Lib. 4. epist. 60.

cun-

Cantacuzenus refert, Imperatoris nomen titulumque Honoris primarium, cum quodam Sancti nomine ex uno latere, & in altero pauca precum verba, ſcribunt) habetur pro ſummo titulo Poteſtatem & Eminentiam denotante. Turcæ etiam, (inquit *Cedrenus*) invaleſcentes olim per *Aſiam* occidentalem impoſuerunt nomen hoc Regi ſuo *Tangrolipax*, ſignificat enim, proutipſe vult, Παντοκράτωρ, βασιλεὺς βασιλέων *Imperatorem, Regem Regum*, quæ verba omnino eandem dicunt eminentiam quam *Grand Signior*. Errant autem tradentes *Sultan Saladinum*, ut appellatur in hiſtoriis vel *Salah Eddin*, (qui *Sultanus Ægypti* fuit coævus *Friderico Barbaroſſæ*) omnium primo hoc uſum fuiſſe titulo: multo certe antiquior eſt, ut apparet ex *Zonara, Cedreno, Vettio Valente* quem *Meurſius* in Gloſſario citat. *Compend. Hiſtor. p. 634*

Ultimus titulorum, de quibus Poſtellus, eſt *Maula*, idem cum *Sultan*, & pronunciatur vulgo *Mully*: occurrit vero in ſtylo Principum Africanorum, ut *Mully Buazon, Mully Nazar, Mully Mahumed, Mully Sedan*, ſcribitur مولى Et ſicut *Seriph* maxime proprium eſt ex Mahumete oriundis, ita *Mully* quoque: dicitque eruditiſſimus, amicus & Præceptor meus *Dn. Bodwell* (Arabicæ lingvæ peritiſſimus) obſervaſſe ſe tribui illud non niſi de Sangvine Regio ortis. Habent præterea & alium Titulum ejusdem ſignificationis سيد *Sid* vel *Cid*, ut *Cid Buazon, Cid Ali, Cid Manzor &c.* Uſus quoque eo eſt Chriſtianus Princeps Rogerius I. Siciliæ R. (qui ſubegerat quasdam Orientis regiones) CCCC LX circiter abhinc annis, in nummis ſuis, quibus inſcriptũ ex una parte *Rogerius Rex*, ex altera الحبير سيد *Alchâbir Sid*, id eſt *potens ſ. Magnus Dominus*, ſi modo *Caſaubonus*, (qui id recenſet, nummumque habuit ab Honoratiſſimo doctiſſimoque amico meo *Domino Peireſcio* Conſiliario Parlamenti Aquenſis, & diligentiſſimo rerum ad literas elegantiores quoquo modo ſpectantium aſſervatore) recte intellexit inſcriptionem ob Characterum ductum lectu valde difficilem. *The Arab. Trudgin. in Muley.* *In not. ad Gregor. Nyſſen. epiſt. ad Euſtath. Ambroſiam & Baſiliſſam. p. 58.*

Imir vel Amir quod ſic ſcribunt, امير itidem ſignificat *Principem vel Dominum*, aut ei quid ſimile, neque ſummis tantum tribuitur Principibus rerum & Provinciarum Præfectis aliisque, de quibus plura in *Secunda Parte*. Verum (ſicut aliis titulis) ita etiam hoc appellatur *Magnus Sultan* præ cæteris eminens: voce *Magnus* nonnunquam addita. *Samſates Spachanes Perſa & Mahumetanus*, prope initia imperii Ottomannici vivens omnem Turciam appellat τὴν χώραν τῶν μεγάλων Ἀμηρατίωνων. *Epiſt. ad Melet. Monachum præfix. Cantacuzeni ora.*

Ἀμιρᾶ *regionem magni* Amir. Occurrit etiam in *Alexiade Annæ, Georgio Phranze &c.* Amir solitarie. *Cedrenus* de *Abuchare* primo *Mahumedis* Successore inquit: τελευτᾷ, ἀμηρεύσας ἔτη β ἡμισυ. *Amir fuit annis II. cum dimidio, deinde mortuus.* Idem quoque nomen cum illo quod *Matheus Parisiensis*, & Monachi alii intelligunt per sua *Admirables, Adminulli, Ammiralli* & simil. quibus Scriptores belli S. pleni sunt, *de Ionville* autem appellat *Admiraulx.* Antiquissimus vero & maxime proprius titulus est *Amir vel Emir Elmumunim* quod Arabes sic scribunt امير المومنين quo nonnunquam ipse *Mahometes* appellatur. Primum eo usus est tanquam speciali *Califarum* titulo *Omar ben Alchitab* secundus à *Mahamede*, vel circa vigesimum annum *Hegiræ* id est anno Christi 640. *Benjamin Ben Iona* igitur de *Caliphis in Bagded* loquens, quos vocat *Amir Almumunin Alghabassi* sic intelligendus quod nulli hoc nomen fuerit proprium: *Amir* enim *Almumunin* eorum est titulus. *Alghabassi* vero אלעבאסי est unus de *Abassitarum* familia, inter *Caliphas* celebris. *Ariæ* quoque *Montani* interpretatio vocis *Alghabassi* inanis est vel potius contra Authoris scopum. Significat Principem, Dominum vel Imperatorem vere credentium. Sicut *Rigordus* etiam antiquus vitæ *Philippi I.* Galli scriptor dudum bene reddidit. *Hemiromomelin* (ait, hunc titulum innuens, sed corrupte pronuncians prout solent Hispani *Miramomelin* vel simile quid proferentes, ac si idem esset Africanorum Æthiopicorumque Regum nomen) *Rex Credentium.* Is ipse tamen Autor non multo post eadem in Historia fallitur dum scribit, *Rex quidem Saracenus, qui dicebatur Mumilinus, quod lingua eorum sonat Rex Regum.* *Mumilinus* ab illa de qua loquimur voce corruptum erat, ut etiam *Amiromomenius*, quod sæpius occurrit apud *Rodericum Toletanum* in Historia Hispaniæ, & Amymurlim Rex Persarum apud Sigebertum sub anno 801. & aliis Belli S. scriptoribus. *Iacobus de Vitriaco, Marinus Sanutus Forcello* & alii recte cum *Rigordo* interpretantur, quamvis in Ortographia errent. Ætatis mediæ Græci pronunciant Ἀμιρμουνὴς, atque sic proxime ad verum accedit, sæpe tamen in eodem Authore legitur Ἀμιρμουνὴς. Nuper (inquit *Theophanes* Chronologus mediæ istius ætatis) *Amir Persiæ vel Chorasan factus est Princeps absolutus ob res declives Amerumnumnorum in Bagded*, (cujus Præfectus extitit,) καὶ ἀπεκάλεσεν ἑαυτὸν Ἀμιρμουνὴν, *& nominavit semetipsum Amirmumnem.* *Cedrenus* eadem pagina effert & Μαμοὺμ & Ἀμιρμουμνὴς. Sed *Matheus*

Merban Poeta Arabicus ap. Georg. Almacin. Hist. Saracen. l. 2. c. 4. Georg. Almacin. Hist. Sarac. l. 1. c. 3. & ap. Gabriel. & Iohann. Maronitas lib. de nonnullis Orientalium, exhibit. c. 8.

Tum à Miramolino pro Amiramomuno corrupta legitur in Averroïs præfat. ad lib. 1. colliget.

Ap. Constant. Porphyrog. de admin. Rom. Imp. c. 27. Compend. Hist. p. 450.

theus Pariſienſis vocat Regem *Marocci* illasque regiones *Admiralium*. Murmelium hæſitans ad titulum iſtum Africanis Regibus uſurpatum. *Miſit ergo nuncios* (verba ejus ſunt de Iohannis Regis Legatione, & Mahumediſmum amplectentis) *ſecretiſſimos cum feſtinatione ſumma, videlicet, Thomam Herdintonum & Radulphum filium Nicolai milites, & Robertum de Londino clericum ad Adminalium Murmelium, Regem magnum Africæ, Marochiæ, & Hiſpaniæ, quem vulgus Miramomelinum vocat* (*hæc* optima ex ambabus vox erat) *ſignificans eidem quod ſe & regnum ſuum libenter redderet eidem & dederet, & deditum teneret ab ipſo, ſi placeret ei, ſub tributo. Nec non & legem Chriſtianam, quam vanam cenſuit, relinquens, legi Mahometi fideliter adhæreret.* In ſpecie Africani Principes in Hiſpania regnantes illud uſurparunt nomen quanquam ſingulis in Caliphatibus ſuis commune eſſet. *Iacobus de S. Vitriaco* (a) *& Marinus Sanutus Forſello* (b) primario Africanis tribuunt, quibus & à multo tempore datum: *Poſtellus* enim nummos vidit DCCC ante ſe annis ab *Africano* Principe cuſos, hunc titulum inſcriptum gerentes. *Erat*, inquit, *inſigne Vocabulum Principis & Africani potiſſimum, quod vel ex numiſmatis patet. Nam ita inſcribebatur, ut compertum habeo, vetuſtiſſima moneta ante DCCC. annos cuſa* (vixit autem ipſe Patrum noſtrorum ætate) *Joſephus Emir Elmuminim, filius Emir Elmuminim &c. usque ad annos.* Tandem vero ſic Mahumetanorum Principum in Africa factum eſt proprium, ut vix alibi uſurpatum fuiſſe credam. Frequenter id nomen ſcribunt in epiſtolarum Titulis, referente *Scaligero Divino* ex epiſtolis ab Imperatore *Feſſe & Marocci* ad Belgas: ego quoq; vidi in eorundem epiſtolis ad *Eliſabetham* Reginam & *Iacobum* Regem. Originem ejus quidam aſſignant *Abedrumoni*, extruenti urbem *Marocco*; & certe omnis qui *Califpha* eſſe voluit, aſſumſit: nec minus aſſumſerunt à *Califpha* titulis abſtinentes, Reges *Tunetani*. Atque ſicut *Xariffe* in ſpecie denotat ex *Mahomete* oriundos vel ex *Patheme*, ita titulus iſte indicat eſſe ipſum Succeſſorem in defendenda fide Mahometana & Religione.

(a) *Lib. 1. c. 3.*
(b) *L. 3. part. 3. c. 5. de Orbis Cõcord. lib. 2. p. 243.*

Can. Mag. l. 3.

Leunc. ep. Turcic. p. 835.

Verum *Magnus Sultanus* his temporibus uſurpavit potius Titulum ﻣﻠﻚ ﺍﻟﻤﻠﻮﻙ *Padſchah Muſulmin* id eſt *Magnus Rex, vel Imperator Muſulmannorum. Padſchah* enim Turcis & Perſis eſt *Rex Magnus vel Imperator*: unde Germanorum Imperatorem nominant *Urum Padſchah*, vel Imperatorem Romæ, *Galliæ* Regem *Fruck Padſchah*. Magnus etiam *Padſchah* dici amat, de quo mox plura cum loquemur

Bartho Georgiez. 3.

de parte istius tituli *Schah.* Neque Titulus iste alicui qui Rex summus non est traditur. Vox *Musulmin* pluralis, (sicut *Mumunin* alibi) notat *Orthodoxos, Fideles, vel qui sincere credunt, Raphalengio* interprete. Hinc singularis Musulmanus, Μασυλμάν, sæpe occurrens apud *Spachanem Persam*, nec non *Cantacuzenum* Imp. & verbum Μασυλμανίζειν Turcam fieri vel Mahumetanum. *Calipha* etiam *Bagdedi* in Geographo *Nubiensi* ceu notissimo suo nomine dicitur امير المسلمين *Amir Almusulmin*: addita voce uno in loco الحبشي *Alughabassi*: id est *Imperator Musulmanorum Abassæus*, ut *Maronitæ* vertunt. *Abassæus* vel *Alughbassi* hic solum denotat *Abassilarum* familiam, cujus mentio fit in historia *Musulmannica & Benjamine Ben Jona*; ut supra dictum. Primus hunc titulum *Amir Musulmin* nactus est *Homer Ben Chateb*, secundus à *Mahomete Calipha*, testibus duobus doctis illis *Maronitis*, qui in lingvarum orientalium ingens emolumentum Regii Professores sunt Parisiis: postmodum vero hic & alter ille titulus *Amir Almumunin* communes facti sunt. Ast maximum nomen, quod *Magnus Sultanus* inde à Capta Constantinopoli usurpavit est *Hunchar, Hunchiar, vel Hunggiar, Ita proprie*, scribit *Leunclavius, titulo nostrorum Augustorum respondere volunt, quo se Imperatores Cæsares appellant.* *Megiserus* in Lexico Turcico-Latino vertit tantum *Imperator. Hunggiar* primus dictus *Mahometes II.* Constantinopolin occupans, post ipsum *Bajazetes & Selimus.* Inde *Ismael Schah*, Persarum *Sophi*, referente *Leunclavio*, in contemptum Magni *Sultani*, ut & exprobrationem abstinentiæ à suilla Carne (iste enim Iudæorum mos adeo invaluit apud eos, ut solenni juramento pacta vel similia confirmantes, execratio talis, sin minus starent promissis, inferretur. *Que ilz fussent, disbonorez & dishontez, come le Sarazin que mange le chair de Porceau*, narrante *Sieur de Ionville* qui fuit apud ipsos cum *Ludovico S. Gallus R.*) pinguem aluit suem, appellavitque nomine Regis tum regnantis addito *Hunggiar*, ut *Hunggiar Bajazeth*, *vel Hunggiar Selim.*

Part. 2. Clim 1. & Part. 9. Clim. 6.

Herbonita & Sionita in tract. de reb. orientis p. 24.

Pandect. Turc. c. 3.

V. *Ismael* iste primus fuit cui attributum celebre *Sophi* nomen vel *Signior Sophi*, ut Itali quidam appellant eum. Origo ejus sic se habet ex historia. Præter quatuor *Mahometis* socios (*Ahubaker, Omer, Ottman & Ali*) qui mox post ipsum ejus propagarunt traditiones fuerunt & alii Doctores Ecclesiæ (*Imamlar* dicti) *Imam Malichim, Imam Schafsiæ, Imam Achmet* & alii, quorum quatuor Per-

Cantacuzeno sunt alia nomina eo.

sis

ſis vehementer exoſi ſunt, neque Doctrinam eorum admittunt: nec Traditiones *Abubakeri*, *Omeri Othmannive* recipiunt, ſed *Ali* tantum adhærent, cui credunt Angelum Gabrielem tradidiſſe Alcoranum, errore autem ad Mahomedem retulit. Hic *Ali* ſummus *Caliphа* eſſe debuit, ſed tres illi, vi aliorum adjuti eum hoc fraudarunt officio. Trium igitur iſtorum, ſi quis ſupereſt liber, ſeu doctrinæ eorum monumentum à Perſis exuritur. Secta vero *Ali* hujus in Perſiam deducta confirmata illic fuit per quendam dictum *Shach*, vel *Sophi Cheque* qui deſcendiſſe ſe ex *Ali* dixit (ideoque ob ſanctitatem & Religionem ſic dictus, id enim *Sophi* ſignificat:) & vixit circa ann. clɔ CCC LXX. Ex adverſo autem *Ali* doctrina ſic Ottomannicis exoſa eſt, ut eorum *Mufti* (Patriarchæ vel Archiepiſcopi) tradant magis meritorium eſſe ſi Mahumetanus occidat unum Perſam, quam ſi necet ſeptuaginta Chriſtianos. Ab hoc *Shach Sophi* per varios propagines prodiit quidam *Sheich Haidar* (Princeps *Enlebil*) an. clɔ D. novaque Anteceſſorum ſuorum repetiit dogmata, *Ottomannicorumque* oſtendit hæreſes. Nova doctrina, (ut ſolet) magno applauſu recepta. Doctori etiam tantam peperit exiſtimationem, ut Rex Perſiæ *Uſun Chaſan* filiam ſuam *Martham* in uxorem dederit ei, deſcendentem ex Græca familia *Commenorum Regum Trapezuntii*. Ex *Martha* ſuſcepit *Haidar* filium *Ismaelem*. *Uſun Chaſan* moriens reliquit regnum filio ſuo *Iacupbeg*, *Sultan Jacup vel Padiſcha Jacup* dictum, qui ſuſpectum habens affinem ſuum *Haidar*, ejusque filium *Ismaelem*, ob diſcipulorum multitudinem, & prævenire periculis ſatagens, ſuſtulit *Haidarem*. *Ismael* vix effugit & cum Matre pervenit ad Patris ſui Amicum, *Pricul* dictum, celebrem ad Mare *Caſpium* Dominum, ibique in Patris religione educatus fuit. *Sultan Jacup* Rex ab uxore ſua veneno perditus eſt, ac poſt paucos alios tandem in Regno illo *Alwan* (aliis *Almut Beg*) ſucceſſit. *Ismael* ergo poſtulans Patris ſui bona, & dignitatem, ſeu hæreditatem ſuam, invaſit Perſiam, *Alwanumque* vincit & occidit: fratrem ejus & ſucceſſorem *Morad*, vel *Amurad Beg* fugat, atque ſic ſibi acquirit Imperium Perſicum poſterisque ſuis. Factum hoc CXX. annis abhinc. In hunc *Shach Ismaelem*, filium *Haidari* collocatur initium vocis *Sophi*: ratio vero nominis redditur varia. Aliqui exiſtimant eſſe convitium ab *Ottomannicis* adſperſum: deridentibus Perſas ob mitram quam *Turbant* vocant, ex lana (quæ Arabibus *Sophi* ﺻﻮﻓ *Tzoph*) con-

rum, qui Mahumetis doctrinam dilatarunt, atq; uti Patres aut ſummi Doctores præfuerunt. Ont. a. & ibid. ea dere Wil. Tyr. de Bell. S. lib. 1. 4. lib. 19. 20. Iovillan. Chrō. S. Ludovici c. 30 & 57 & de hiſce ſectis vide I. Cotobic. Itiner. Hieroſol. l. 4. c. 1.

confectam, & exigui eſt pretii, cum ipſi lineam geſtent vel Sericeam: ac quoniam color ejus ruber erat, nec non plicaturæ duodecim in ea *Kiſſilbaſſalar*, id eſt rubra capita quoque appellarunt, & *Enaſſerlev* id eſt duodecies placitos quod *Leunclavius* his teſtatur. *Ab Osmanidis Sophi cognomentum, & Kiſelu Baſſe per ignominiam fuit inditum à Sophi Arabica voce, quæ lanam ſignificat. Quippe cum Mahometani & præſertim Osmanici, more veteri, Tulipanto lineo ſubtiliſſimi operis caput involvant, nova iſthæc Sophilariorum religio præcipit inter alia; ne caput faſtu quodam lineis ejusmodi ſpiris ornetur: ſed ut tegumenta capitum e Lana, non magni re pretii, conficiantur. Et quia laneum hoc tegumentum capitis, quo præter aliorum Mahumetanorum morem, hi nunc utuntur, plicas habet duodecim, & Arabica vox Enaſſer duodecim ſignificat, etiam aliud nomen Enaſſerlariorum conſecuti ſunt, ac ſigraco vocabulo dicas Dodecapiychos, aut Latino Duodecimpliçes. Quod denique tegmen ejusmodi rubro duntaxat colore tinctum geſtare ſoleant, Kiſſilbaſſilarii quoque dicti ſunt, veluti capita rubra*; Perſæ antehac à Turcis dicti ſunt *Azemlar*, eorumque regio *Azem*. Juxta hanc vero opinionem, (quam plures aſſumunt) *Iſmael* ſucceſſoresque ejus *Sophi* dicti ſunt, & *Keſſel Baſſe*: quod poſterius nomen etiam Subditis illuſtrioribus conceſſum, quo præcepto ejus rubras quoque geſtarunt mitras diſtinctionis cauſa. Verum *Sophi* à lana dici rejicit eruditiſſimus *Scaliger*, ceu ridiculum, nec meliori id aſſerit niti fundamento *Leunclavius*, in hiſtoria ſua *Muſulmannica*. *Quod quidam*, (inquit *Scaliger*) *Sophi à flocco lanæ dictum volunt, hoc leviùs eſt ipſo flocco lanæ*: manifeſtum enim eſt, & *Iſmaelis* Anteceſſores dictos *Sophi* vel *Sophilar* (Turcarum more in plurali) ceu verbo ſectam eorum denotante; quæ omnem notitiam habuit *per infuſionem ab intelligentiis, non per acquiſitionem Doctrinæ*, referente *Alpag* & recenſente quasdam eorum opiniones, tum Philoſophicas tum Theologicas, e.g. cœlos conſiſtere ex elementari forma & materia, nec tamen corruptibiles eſſe, aut minimum difficulter corrumpi, cum ſint puriſſimæ conſtitutionis & temperamenti veluti aurum: quod *Intellectus primus* aſſumſerit corpus *Adami*, deinde *Moſis*, poſt *Servatoris noſtri*, & *Mahumedis* denique, atque id factum credunt ea ratione qua nos Chriſtiani aſſerimus Divinam naturam carnem aſſumſiſſe. &c. Hæ & aliæ opiniones plures à *Mahometanis* eos diſcriminantes in cauſa ſunt, cur *Sophi* vel *Tophi* dicti, ſignificat enim ea vox *Arabibus* Purum, electum, ſeu hominem reli-

Pandect. Turc. cap. 81. & 188. circa an. 1520. nec tamen Pandectis acquieſcas niſi optimi viri etiam hiſtoriam Muſulmanicam inſpicias.

de emendat. temp. lib. 5.

In Avicen. Aphor. de anima, 9. & lib. de definit. & quæ ſit p. 124. & Venetiis 156.

religionis reformatæ, quam profitentur, contra *Mahumetanos* eodem Zelo quo *Samaritani* erga Judæos, vel Puritani erga ſobrios beneq; doctos Chriſtianos acti. In ſpecie Imperatoris Perſici Titulis inſeritur, ſicut *Catholicus* appellatur *Hiſpaniæ* Rex vel *Chriſtianiſſimus* Rex G. licet ambo iſta nomina & quibuscunque Chriſtianis probis attribui poſſunt in utroque regno, prout etiam *Sophi* nuncupatur unusquisque qui huic Sectæ *Sophianorum* addictus eſt; & ex qua *Ismaël* primus exiſtens Imperator tranſtulit nomen hoc ad poſteros ſuos, usque in hunc diem deſcendentes ex *Ali* prout *Xariffa* in *Africa* ex *Mohamete*. Variè tamen & ipſa *Ismaëlis* hiſtoria, iſtiusque ſectæ traditur. *Leunclavius* diſſentit in hiſtoria *Muſulmannica* ab eo quod ſcripſerat in Pandectis, *Minadoi* diſſentit à *Jovio*, & omnes iſti à *Mirkindio*: hic autem eos reconciliandi locus non eſt, neque examinandi. Dicitur præterea Regem Perſis non dici *Sophi* ſed vulgo *Shah*, quod notat Regem vel magnum Dominum. Et poteſt id eſſe; nam revera omnis ibi homo *Sophi* eſt, vel *Mahumetanus* hæreticus, qui ſe addixit Sectæ *Sheich Sophi*, prout decet, vel Ottomannicæ religioni. Errant verò dicentes, abſtinere voce illâ Perſas, ceu ignominiæ vocabulo, quoniam, ut ajunt, mendicum indicat: quod aſſerunt falſum eſt & ratio ejus. Tribuitur enim Imperatori quandoque in epiſtolis ex Europa ad eum ſcriptis, ut in illa *Elizabetha* R. Latina, Ebraica & Italica, cujus latinus titulus ad *Shah Tamas* proximum *Iſmaëlis* ſucceſſorem ſic legitur. *Potentiſſimo & Invictiſſimo Principi magno Sophi Perſarum, Medorum, Partborum, Hircanorum* &c. & aliis pluribus, quanquam & verum ſit, in nonnullis omitti.

Ap. Hackluit Narig. Part. 1. fol. 397.

An. Chriſt. cIↃ D. LXI. 3. Eliſabetha.

VI. *Shah* verò Orientalium Titulus (aliquando ſcribitur *Xa, Sa, San, Saba, Chah, Sehaeh*, Perſice שאה vel שהא prout ſcribitur apud *Abrahamum Zacuth*, id eſt *Shah* vel *Xah*. Sed male latinè redditur *Scechus*, in *Leunclavio*, & Σάχ in *Theodoro Zygomala*) præter alios Regi Perſarum in ſpecie tribuitur, ut *Shah Tamas*, *Shah Mahumed*, *Shah Abas* & ſim. *Leunclavius & Joſeph Scaliger* exiſtimant eſſe appellationem Excellentiæ, idem denotantem quod Hiſpanorum *Don* & Gallorum *Monſieur*. Aſt ſic eſſet tantùm Synonymum ⁊ũ *Sheich Cheque*, vel *Xeque* id eſt شيخ quod ſicuti noſtrum *Lord* communicabile, eſt & frequenter denotat illos Dominos *quorum anguſtæ di-*

Hiſt. l. 26. *tiones Regni titulo dignæ non habentur*, ut *Thuanus* loquitur: quanquam, *Our Lord* ſummorum etiam Principum nomen, de quo ſuprà. Manifeſtum verò eſt *Shah* majorem multò Titulum eſſe, & magis propriè denotare Regem vel Magnum Dominum & ſimil. Communicari quidem aliis, non tamen æque frequenter ac *Xeque*. Nam *Iſmael Sophi* Parens nunc in *Perſia* Imperantium ejusque Anteceſſores nuncupati *Sheich* vel *Cheque* poſt adeptum Imperium *Iſmael*

della Gherra di Perſia l. 2. & Lirſchot l. 2. c. 27. &c. *Sprezzato il nome* (quæ *Minadoi* verba ſunt, & alii conſentiunt) *des heic, fu chiamato Saba, Cioè Re; aſpernatus titulum Seic, voluit Shah appellari, quod Regem ſignificat.* Iſtiusque Iſmaëlis ſucceſſores retinuerant *il ſolo titolo di Saba*. Unde unusquisque Sophianæ familiæ dicitur *Sha vel Cha* ut *Sha Iſmael, Sha Tamas, Sha Mahumed, Sha Abas*. His Priores Reges illarum partium vulgo *Chan* dicti vel *Beg* ſeu *Mirzah* مرزا vulgatiſſimum in *Mogolis* regione nomen, & ſignificans *Magnum Dominum* vel ſimil. ut *Mirzah Abuzaid, Mirzah Sultan Hamed, Mirzah Aluba ker* &c. haud tamen tunc temporis primo Perſiæ Imperatoribus attributum. *Achmed* vetuſtus Scriptor loquitur de quodam

Onicroit. c. 3. Σαὰ Νισαὶ Βασιλεῖ τῶν Περσῶν. id eſt *Saa Niſan Rege Perſia*; *ubi etiam,*

Canon Iſagog. lib. 3. pag. 309. Scaligero recenſente, *præter Scha eſt aliud nomen multis Principibus Perſarum commune, Niſan*: id *eorum lingua eſt Haſta*. Ab hoc Titulo *Shah* orientalium nomen *Padiſchah* factum, quod ſcribunt پادشاه vel پادسا id eſt, ſummus Rex vel Imperator & *Magnus Mogor* in ſuis uſurpat titulis, ut apparet in Sigillo ejus cujus apographum cum aliis nonnullis probæ fidei inſtrumentis illorum locorum accepi ex favore *Thomæ Roe Equ.* S. R. M. nunc Legati ad Magnum Sultanum, & nuper ad *Magnum Mogor*. Sed *Shah* ſolum, ſicut *Padiſchah*, minime Principibus ſummis proprium eſt, communicatur enim ſæpe Regulis & Provinciarum Præfectis, prout ſolet *Chan* & ſimil.

Leunel. Muſulm. Hiſt. lib. 16. & in Onomaſt. & l. 14. ap. Scalig. Can. Iſag. 3. pag. 309. Hiſtor. Afric. lib. 3. Perſiæ Papam *Runſcha* vocant, id eſt Dominum vel Regem Romæ. Turcæ nominant *Rumbeg* eodem ſenſu. Præterea vox *Shah* occurrit in aliquibus Autoribus vetuſtis juncta vocibus aliis ut Κερμασαὰ & Σεγασαὰ in *Agathia* pro Κερμαὰ Σαὰ, & Σεγαὰ Σαὰ. Illa notat Regem *Kerma*, hæc Regem *Segancs, vel Segeſtanes*. Sic in *Chryſococce* Μελιξᾶ eſt pro *Melic Sa* (& *Melic Sach* in *Leone Afro*) quod idem eſt cum *Sultan Melic Sa* in *Abrahamo Zacuth*, qui etiam habet *Salman Scha, Sule Scha* etſimil. Magnos in oriente Dominos indigitans.

tans. Sic *Cossoraffath* est apud *Haithonem Armenium* pro *Cosrhoes Shah* & simil. apud Scriptores mediæ ætatis.

VII. Ab isto *Scha* fit titulus alius شاهبانو *Shabana*, ipsis Reginam nominans, prout *Scha* Regem. Inde Domina *Pasa Kyritze*, uxor *Jacup Beg Sehabana* nuncupatur ab *Amirade II.* Sic سيدة *Sida* vel *Saida*, à سيد *Said Dominus*, ipsis *Dominam* quoque dicit. *Leunel. Hist Musulm. l.14* Sic in Europa Fœminæ jure nativitatis hæredes & successores earum qui summis istis usi sunt Titulis, multo tempore eadem assumserunt Honorum nomina, quoad Genus tantum variata. Sic Βασιλὶς, Βασίλισσα, מלכה, *Malcha, Royne, vel Reyno, Queen*, Königin. *Imperatrix, Lady* &c. Fuerunt etiam Angliæ Reginæ (prout jam dictum de *Maria, Elizabetha*, præter *Johannam* Reginis) *Defensores Fidei* dictæ. *Cap.5. §.4* Nec hæredes tantum fœminæ, verum & Uxores Summorum Principum, & omnium tales titulos usurpantium, assumunt eosdem, sic mutato genere, tum viventibus, tum mortuis earum maritis. Id innotescit per nomina *Imperatricis*, *Regina & Lady*, (de quo, etiam inferioribus fœminis attributo, plura in *secunda Parte*). Imperatoris Uxor *Augusta* etiam dicitur, & sic dici possunt *Regina* aliæ, prout Reges *Augusti*. Imò & sic nuncupatæ Aviæ, Matres, Sorores, Filiæ, & nonnunquam Neptes, Imperatorum. Neque exempla desunt, & Concubinis id honoris vocabulum esse tributum. Imperatricem denotans, ipso imperio minime recentior vox est. *Livia Augusta & Julia Augusta* legitur apud *Tacitum*. Livia, ait, *in familiam nomenque Augustæ assumebatur & Julia Augusta mortem obiit*. *Annal.1.& 5.* Quidam istius ætatis nummi habent, JULIA AUGUSTA & DIVA AUGUSTA & ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ, & LIVIA AUGUSTA. *Sveconio* est *Avia Augusta*, dum loquitur de ea intuitu *Claudii* Nepotis ejus, & Augusta *Proavia* respectu *Caligulæ*. Posterioribus temporibus *Augustæ* sunt ordinarie dictæ Imperatrices, ut apparet ex Inscriptionibus nummorum: *Juliæ*, uxoris *Tiberii*. *Messatinæ*, *Agrippinæ*, *Octaviæ*, *Poppææ*, *Statiliæ Sabinæ*, *Domitillæ*, *Domitiæ*, *Faustinæ* &c. ubi addita Augustæ vox vel Σεβαστὴ. Eadem vox ipsis tribuitur in Legibus. *Augusta licet Legibus*, (ait *Ulpianus ff. de Legib. L. 31. Princeps.*) *soluta non est*, *Principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quæ ipsi habent*: & *ff. de Jure Fisci l. 6. Quodcunque privilegii Fisco competit, hoc idem & Cæsaris ratio & Augustæ habere solet.* Et in Constit. *in Claudio Cap 3. & Caligul. 11.14.* *Gruter. Inscript. p.260. seq.* *C. ubi Senator vel Clarissi. L.3 quoties C.*

3 Cubicularios l. fi Augusta 57 ff. de Legat. 2. De usucap. § editt. D. Marci. C. de quadrien. prescript. l. 3. & de D nat. l. 34. & c. C. de donat. inter virum & uxor. l. 26. Donationes. C. de præpos. S. Cub. l. 3. Cubicularios. Vide & Minsing. ad instit. de usucap. § editt. D. Mar.

...ρους, Ἀουγούστα, & ἐπ' ἀοίτου Αὐγούστα, eademque habet cum Imperatore Privilegia, ceu immunitatem ab omnibus actionibus, dare vel accipere absque insinuatione vel instrumento coram Magistro census. Donationem mutuam inter ipsam & Imperatorem constante matimonio calidam esse, quæ specialis Imperatricis est prærogativa, ejusque *Donationes* appellantur *Imperiales* Cubicularii etiam Imperatricis eadem cum Imperatoris habentes Privilegia, non alibi quam coram Officiorum Magistro in litem vocari potuerunt. Ut taceamus alias dignitates imperiales, vi vocis *Augusta*, apud veteres aliunde reperienda autores. Sed sicuti Rex nonnunquam & recte notat Imperatorem, ita & Regina Imperatricem. *Donationes*, inquit Justinianus C. de donatione inter virum & Uxorem l. 26.) *quas Divus Imperator in piissimam Reginam suam conjugem vel illa in Serenissimum Maritum contulerit, illico valere sancimus.* Verum *Augustæ* dictæ non sunt, quam primum Imperatorum fierent uxores. Sicut enim Imperatores non statim summos assecuti sunt Titulos ad Imperium evecti, sed per acclamationes demum solennes, ita uxores eorum Augustæ non ante dictæ sunt donec in specie hoc nomine ipsas honoraret Imperator, vel publica appellatione, vel quod recentius est, coronatione. Sic illud *Pauli Diaconi* intelligendum, de *Domitiano* scribentis. *Uxorem suam Augustam jussit nuncupari.* Sic illud de *Flavia Titiana* uxore *Pertinacis* Imp. in Julio Capitolino. *Eadem die, qua Augustus est appellatus, & Flaviana Titiana uxor ejus Augusta est appellata.* *Lampridius* de *Mallia Scantilla*, uxore *Didii Juliani*: *Uxor*, inquit, *Mallia Scantilla & Filia ejus Didia clara Augustæ sunt appellatæ.* *Theodorus Anagnostes* refert, *Basiliscum* cum in campo dictus esset Imperator, creasse filium suum *Marcum Cæsarem, & Zenonem uxorem Augustam*: Ποιεῖ, ait, Αὐγοῦστον Ζηνωνίδα τὴν γαμέτην ἑαυτοῦ. Sic etiam scribit quod *Justinus* Antecessor *Justiniani*, ad imperium evectus uxoris sub nomen, *Lupicia*, mutaverit, dixeritque *Euphemiam*, postquam *Augusta* renunciata esset, γενομένην Αὐγοῦστα. *Zonaras* de *Zoe* locutus filia *Zauzis*, quæ nupsit Imper. *Leoni Philosopho* ait quod Imperator Αὐγοῦστα ἀνηγόρευσε id est *nominaverit, vel donaverit titulo Augustæ.* *Cedrenus* autem habet στέφει ὁ βασιλεὺς Ζωὴν *coronavit Imperator* Zoen, vel *Augustalem coronam imposuit*, prout

Collectan. 1. & 2.

prout *Xylander* rectè interpretatur: additque *Cedrenus*, vixisse eam annum & VIII. menses μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν, id est, post acceptum Augustæ titulum. Idem verò Imperator, inquit *Zonaras*, quartam uxorem ducens, (undecima autem proxima fuit post *Zoen*, quæ secunda erat) dictam *Zoe Carbonopsina*, ἣν εὐθὺς αὐτῇ τῆς βασιλείας μετέδωκεν ἀξιώματος, *non illico eam Augustæ titulo donavit*, sed demum postquam ei peperisset filium. Observari autem meretur in illorum temporum historiis, Αὐγοῦσταν ἀναγορεύειν, *dicere Augustam* in *Zonara* idem esse cum στέφειν coronare, in *Cedreno*: illud etiam *Zonare* de *Zoe Carbonopsina* Augustæ appellationem non accipiente, *Cedrenus* esse, ἐβίω χρόνον συχνὸν μετ' αὐτοῦ ἀστέφης *diu cum ipso vixit non coronata*. Quæ omnia docent Imperatorum Conjuges non fuisse appellatas Augustas sine coronatione vel alia solenni nominis Impositione. Nunc autem dici Augustas non memini, sed Imperatrices solummodo, & Imperatoris titulo in illius sexus genus sic transformato: *Romanorum Imperatrix ac Hungariæ & Bohemiæ, &c. Regina, natæ Regina Hispaniæ*, &c. *Archiducissa Austriæ, Ducissa Burgundiæ & Brabantiæ* &c. *Comitissa Habspurgi & Flandriæ:* quomodo nominavit se ipsam *Maria*, quæ *Maximiliani* II. fuit uxor, addita voce, *Vidua*, in epistola gratias referente *Elisabethæ* R. nostræ per *Philippum Sidny* Equ. & Legatum dolorem super obitum Imperatoris contestandi causa ad eam missum. Sigilli verò inscriptio erat, *Maria D. G. Imperatrix ac Germaniæ, Hungariæ & Bohemiæ Regina.*

Int. Pragæ 18. April. 1577. extat in Biblioth. Cottoni.

Avias & Matres Imperatorum hoc gessisse nomen, (non aliter quam si *Margaretha* Comitissa *Richmondiæ Henrici VII.* Mater Regina fuisset appellata, nam de illis quæ etiam Uxores Imperatorum fuere, jam dictum) probat *Antoniæ* Caligulæ avia, cui *quidquid unquam Livia Augusta honorum cepisset, uno Senatus Consulto congessit Claudius* etiam, *decernendum curavit Matri*, teste *Svetonio*, cap. 11. *nomen Augustæ ab viva recusatum*, prout vera est lectio, *non ab avia*, quod contra veritatem historiæ ait, *Liviam* illud recusasse. Monetam etiam cudi fecit & inscribi *Antoniæ Augustæ*. Sic *Heliogabali* Numismata cum inscriptione *Juliæ Mæsæ Augustæ* in honorem aviæ ejus, facta sunt, Matris etiam cum inscriptione: *Juliæ Soæmis Augustæ. Mammææ* quoq; *Alexandri Severi* Mater appellatur *Augusta* in nummis ejus. De *Helena* Constantini Matre refert *Sozomenus* quod & in viduitate sua

Dio. Hist. 59. Sveton. in Calig. 15.

Lipsius ad Tac. Annal. lib. 1. §. 44.

Hist. Eccles. l. 1. cap. 1.

post crucis inventionem Σεβαστὴ ἀνευημένη. *Augusta* dicta fuerit; in nummis etiam & inscriptionibus id nomen gerens, quod videtur non habuit *Constantio* adhuc vivente. Inscriptio ejusmodi cum Titulo isto in Memoriam ejus Neapoli, cum aliis pluribus posita.

ap. Gruter. p. 1086. & 284.

PIISSIMÆ ET CLEMENTISSIMÆ
DOMINÆ NOSTRÆ AUGUSTÆ
HELENÆ MATRI.
DOMINI NOSTRI VICTORIS
SEMPER AUG. CONSTAN-
TINI ET AVIÆ.
DOMINORUM NOSTRORUM
CÆSARUM BEATORUM
UXORI DIVI CONSTANTII
ORDO NEAPOLITANORUM
ET POPULUS

C. Theodos. l. 8. tit. 1. L. 21. nemo mercator. Sorores Imperatorum etiam sic appellatæ, ut in edicto *Honorii* & *Theodosii* quo nemo liber statuitur ab auro lustrali *nec si ad Domum Dominæ ac Venerabilis Augustæ Pulcheriæ Germanæ nostræ seu Nobilissimarum Sororum pietatis nostræ pertineat.* Numismata quædam Trajani habent *Divæ Marcianæ Augustæ*, & in inscriptione quadam legitur *Divæ Marcianæ Aug. Sorori Augusti.*

NOTA.

Quod dicit Autor Imperatrices nunc *Augustas* non dici, aut certa cum limitatione accipiendum, aut erroneum est. *Eleonora Friderici III* conjux in epistola commendatoria ad Moniales *Buchavienses* in *Constantiensi Episcopatu* pro *Conrado Sacb* (primarias preces vocant) & epistola denunciante se *Maximilianum* filium peperisse, ad *Augustæ Vindelicorum* Senatum ita scribit: *Leonora* von GOttes Gnaden Römische Käyserin / zu allen Zeiten Mehrerin des Reichs / zu Hungarn &c.

&c. quod quid aliud significat quàm *Augustam*? Dignum verò labore esset inquirere, Utrum Imperatrici *Viduæ* eadem competat appellatio, & ante *coronationem* Imperatoris Conjugi (hanc coronationem enim duobus seculis, decimo quinto sc. & decimo Sexto, omissam esse, tradit *Tuchelius D.*, Coronationem nunc viventis Augustissimæ Imperatricis *Eleonoræ Magdalenæ Theresiæ Neoburgicæ* Uxoris *Leopoldi I.* describens, atque in *Matthiæ* Imper. Conjuge *Annæ* M. DC. XII. renovatam asserens, hocque carmine à *Bernhardo Prætorio* Syndico Norinbergense celebratam.

Aureolis Augusta novum Diadema Capellis,
Nodosum Eois gemmis Sceptrumque superbum
Numinis Æterni fert adspirante favore:
Altisono Summa Summus gratantur & Imus
Adplausu Pompæ; qualem tot Secula retrò
Vix meminit ductam latis Francofordia muris;
Gaudiaque hæc Annæ & Matthiæ *propria poscunt.*
Vitamque & Pacem, Sobolemque omnemque Salutem.
Sint ratæ Vota, precor: stent fulti prole Penates
Ter-triná-triplici Illustres: Germenque im vernet
Annæ Tuum latè, terris fatale regendis!

Certe Reginas viduas, aliis & infra dignitatem regiam nubentes retinere Reginarum nomen docet nos *Eleonoræ Mariæ Austriacæ* Exemplum, quæ olim Conjux *Michaëlis Regis Poloniæ*, post hujus obitum in thorum devenit *Caroli Lotharingiæ Ducis*, Regina appellatur in dedicatione *Orbis Symbolici à Picinello* scripti, & ab *Eratb* latine versi. Nam titulus *Imperatoris* infra Part. 2. cap. 1. §. 64. tributus Lotharingiæ Duci hic non attenditur.

Deinde non raro *Imperatrices* dictas esse *Reginas* tradit *Mabillon. de re diplomaticâ lib. 2. cap. 4. §. 2.* & *Spanheim de usu & præstantia Numismatum dissert. 8. pag. 686.* quod indicâsse sufficit, & illustrat superius ab Autore dicta, de Imperatorum & Regum vocabulis.

Hic tantum addimus, quæ *Spanheimius* illustris habet de *Ægyptiorum* Reginis *dissert. 5. p. 406. Non ignoro Reges Ægypti dici Romanis scriptoribus, de regnante utroque Conjuge, ut apud Livium Lib. 37. Cap. 3.* Legati

gati ab Ptolomæo & Cleopatra Regibus Ægypti. *& mox de iisdem*, gratiæ Regibus actæ. *Solemne nempe in Ægypto, ut Reginæ tanquam consortes supremi fastigii, in publicis Solemnibus ac monumentis una cum maritis compellarentur exprimerenturve. Ita* Ptolomæi Philometoris *& Sororis etiam ejusdem ac* Conjugis *Cleopatræ junctæ simul nomina in literis ad* Oniam *Judæum apud Josephum lib.* 13. *Antiquitatum* Cap. 6. *Talia apud Mabill. videbis passim.*

Deæ quoque appellatas Imperatrices supra diximus ad Cap. 4. §. 3. Hic addimus ex *Spanheimio c. I. p. 408. Deorum Nomenclationem utrique mortuo* (Regis sc. & Reginæ) *demum tributam liceret ex Diodoro colligere, qui alicubi observat Reges adhuc superstites, Deorum quidem honoribus cultos ab Ægyptiis, non tamen sub Dei appellatione, excepto Dario Xerxis patre, cui soli id fuerit concessum.* Τηλικαύτης τυχεῖν τιμῆς ὡς θεὸν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ζῶντα μὲν θεὸν προσεγορεύθη, μόνον τὸν ἄλλων βασιλέων lib. 1. His subjicit post pauca interjecta: *ipsam Arsinoëm Dei appellatione, cum conjuge insignitam in nummis, cultam quoque post mortem nomine Veneris* Zephyritidis *ex Callimacho apud Athenæum, Catullo, Hygino, ac Stephano de urbibus annotarunt jam Viri* Magni.

Regis titulus non *Reginæ*, concessus ab *Hungaris Mariæ Ludovici* Regis primogenitæ, antequam *Sigismundo* Luxumburgico nuberet, observat *Carisinus*, in Regem coronatam esse ait *Paulus de Paulo in memoriali. Rex fœmineus*, dicitur *Thwroczio*, apud *du Fresne in glossario*, qui addit quod postquam *Sigismundo* Conjugi titulum regium impertita esset *Regina* non *Rex* adpellari cœperit. Apud eundem *Edel--fleda Mercia* Domina ob ingentem potentiam non solum *Domina vel Regina* sed etiam *Rex* vocata fuit versu *Henrici Huntindonensis lib.5 Hist.*

O Elfleda potens, o terror Virgo Virorum
Victrix naturæ, nomine digna Viri.

Et paulò post.

Te mutare decet, sed solam, nomina Sexus,
Tu Regina potens, Rexque Trophæa parans.

Vide eundem du Fresne ex Grammaticis, voce Rex, docentem Regis vocabulum genere communi dici. Ut & Tyranni juxta *Theodosii Gramm.*

Regu-

Regulam, quod nomina professionem aut Dignitatem significantia sunt communis generis, *ut hic & hæc Dux, hic & hæc Philosophus.*

Regum filias non solum *Reginas* vocari, sed & coronas gestâsse observat idem *du Fresne Gloss.* ex his Anonymi de *Caroli M.* filiabus, ubi de *Rotrude*,

Namque corona caput pretiosis aurea gemmis
Implicat,

de *Berta*,

Caput aurato diademate cingitur almum,

de *Gisala*,

Crines radienti luce corruscant,

Denique de *Rhodaid.*

Inseritur capiti nitido gemmata Corona.

Filiæ; In *Titi* nummis reperitur *Julia Sabina Augusta*, *Titi Aug. Filia* & IOTA. ΣΑΒΕΙΝ. ΣΕΒΑΣΤΗ. Τ. ΚΟΡΗ. idem denotans. Sed *Didia Clara* filia Imp. *Didii Juliani* una cum Matre *Mallia Scantilla* hoc nomen in specie sibi impositum vidit. Testimonium ex *Lampridio* vide supra; in nonnullis etiam *Juliani* hujus numismatibus appellatur *Didia Clara Augusta.* In aliis legitur *Herennia Etruscilla Augusta.* & *Cn. Scia Sall. Barbia Ordiana Aug.* in græco & latino *Etruscilla* sunt & *Sallustia* Tituli, ceu filiarum Imperatoris *Decii*: *Matidia Trajani* ex *Marciana* filia neptis appellatur *Augusta* & Σεβαστὴ in nummis & antiquis inscriptionibus: harum una talis est. *MATIDIÆ Aug. fil. Divæ Martianæ Aug. Nepti Divæ Sabinæ Aug. Pii P. P. Matertera.* In nummis legitur *Diva Augusta Matidia*, *Matidia Augusta* & simil. Neque hic oblivioni tradendum Porphyrogenitam & Βασίλισσαν dictam esse *Annam Comnenam*, ut & supra observatum ut ostendamus quantum indulserint sexui huic summos ei tribuendo Antecessorum Titulos, quos nec fratribus nec posteris aliis masculis concessere. Concubinam denique isto decoratam titulo vide apud *Zonaram* narrantem quod post mortem *Zoes*, quæ fuit uxor *Constantini Monomachi*, deperierit filiam cujusdam *Alanorum* Principis, quæ in obsidem Imperatori data fuerat; hanc εἰσαγαγεῖν τοῖς Βασιλείοις, καὶ αὐτὴν Σεβαστὴν ἀναδεῖξαι, Βασίλειον αὐτῇ τὴν θεραπείαν ἀπένειμε, *in aulam adduxit*, *Augustam nuncupavit*, *ac ministerium Regium ei addixit*: ac nisi metuisset *Theodoram* (*Zoes* sororem,

Ita Golzius in Thesauro p. 68. atque & uxori Decii ejusmodi inscriptionem dicatam, & ex numismatis & ex Vett. saxis constat, & præter eam fide sis Grut. Inscript. pag. 274.

quæ ambæ Imperatrices fuerunt antequam *Constantinus* duceret *Zoen*, *Theodora* adhuc dum Titulum continuante) Καὶ βασίλισσαν, inquit, αὐτὴν ἐφωτίνην πάσης αὐτῆς, καὶ διάδημα κατεκόσμησε δὲ *etiam concubinam hanc Imperatricem appellasset, atque coronasset.* Et hæc sufficiant de *Augusta* titulo, Imperatricibus, Matribus, Sororibus, Filiabus, Neptibus & Concubinis Imperatorum tributo.

Quemadmodum autem Imperatores vocantur *Sanctissimi*, *Piissimi*, & simil. (de quibus plura cap. proximo) ita & Imperatrices. Sanctissima nominatur Imperatrix *Furia Sabina* in inscriptione quæ talis est.

FURIÆ SABINÆ TRANQVILLINÆ
SANCTISSIMÆ AUG.
CONJUGI DOMINI N.
M. ANTONII GORDIANI
PII, FELICIS, &c.

Piissima autem & *Venerabilis Domina*, *Clementissima* etiam, & *Charissima* nomina sunt in cippis Imperatricibus tributa. *Domina nostra* itidem, ut apparet ex inscriptione *Helenæ*, *Constantii* viduæ & *Constantini M. Matris.* In S. *Petri* Ecclesia *Romæ*, inter pretiosa alia, cum fundamentum columnarum poneretur, inventum est in scrinio quodam Calamistrum, cui ex uno latere inscriptum *DOMINA NOSTRA MARIA*, innuens *Mariam Honorii* Uxorem. Eundem fert titulum *Cornelia Salonina* Imperatrix & uxor *Gallieni*, in vetusto quodam lapide *Cordubensi.*

Nota: Neapoli Helenæ Aug. *statua subscriptum*: Θεοδώρᾳ, καὶ Εὐσεβεστάτῃ, Σεβαστῇ Rainesi. inscript. Class. 3. num. 54.

Sicut Imperatrices magna ab Imperatoribus acceperunt nomina, ita & Regum uxores in Europæ regnis: appellantur *Regine & Domine*, sicut earum mariti *Rex & Dominus.* *Majestatis* vocabulum iis quoque tribuitur cum additione *Dei gratia*, in suorum titulorum scriptione. Sed de illo, prout ad Reges pertinet, proximo capite. Regum Uxores in *Anglia* posterioribus seculis præfigere solitæ sunt (sicut Reges) nomina sua privilegiis, Epistolis & aliis publicis diplomatibus, vel mandatis; quanquam moris esset, ut *Henrici VIII.* tempo-

tempore Reginæ ſcriberent nomen ſuum in ſiniſtrum latus primæ lineæ, ejusmodi diplomatum, non verò in ſuperiorem partem Regum inſtar. Cernitur id in ſcriptis illius temporis nunc adhuc extantibus. Obiter tamen hic, nec intempeſtive, videtur obſervandum (in gratiam minimùm eorum qui derivationes vocabulorum amant) vocem noſtram *Queen*, utut *Royne*, *Reyna*, *Regina* & Königin mutato genere deſcendant a *Roy*, *Rey*, *Rex*, König: & quanquam idem ſignificet, hunc etiam uſu ſolo fœminis in imperio ſummis tribuatur, ab alia derivari, & natura ſua denotare potiùs relationem inter maritum & uxorem, quam eminentiam poteſtatis vel Loci. Nam ſi *Anglicana* vox facta eſt à Saxonum vocabulo *Cyninng* vel *Cyng*, unde vox noſtra *King*, ſequitur Saxones dixiſſe (propria Germanis derivatione) *Cyningine*, vel ſimile quiddam loco *Queen*. Saxones verò à quibus *Angli* noſtri orti, *Queen* nominarunt, vetuſtiſſimis temporibus *Cwen* vel *Cven*, quod idem cum *Queen* verbum eſt, duplicata ſaltem vocali, quod apud recentiores fieri ſvevit. *Reginam* denotat apud *Alfricum* in Grammatica Saxonica. In antiqua S. *Lucæ* verſione Saxonica legimus, *Suider dales Cven arise on dome: Regina Austri surget in judicio.* In lingua *Saxonum* vel *Germanorum* antiqua *Quen*, vel *Queen* ſignificat uxorem, prout legitur in collectione quorundam Tentaminum de lingvis Germanicis ſeptentrionalibus editis, & ſicut exiſtimo, compoſitis ab eruditiſſimo illo Bonaventura Vulcanio. *Cæsares* *Cwen* legitur de Imperatricibus, in quadam veteri homilia *Saxonica* de *Helena* Imperatrice & uxore *Conſtantii*. *Cven pugel* eſt avis fœmina, obſervante Domino Joſcelino, lingvæ *Saxonicæ* peritiſſimo, ut & hiſtoriæ Anglicanæ. *Cven hyrd* eſt famulus fœminæ inſerviens, e. g. Eunuchus, obſervante *Novello* in Dictionario ſuo ejusdem linguæ. Sicut enim *Comes* & *Dux* olim nonniſi ſocium & ductorem ſignificarunt, poſtmodum verò dignitatem innuendo, *Comites* Regis vel Imperatoris denominarunt, vel *Duces* à Rege ſeu Imperatore conſtitutos, prout Knecht vel *Knight* non niſi ſervum ſeu miniſtrum (hodienum apud Germanos & olim apud *Saxones* noſtros) denotat, nunc autem apud nos illos denominat, qui in miniſterium Principis vel Reipub adſciti ſunt, ceu magis idonei, vel quoad opinionem ſaltem, bellicæ virtutis. Sic *Quen* vi originis ſuæ notans

Ms. in Bibliothec. Cotton.

De literis & lingua Getarum p. 66.

Dictionar. Ms. in bibl. Cottonian.

uxorem, vel fœminam conjugem, id eſt, *hanc conſortem*; potuit poſtmodum (prout apud nos, & olim factum eſt) denotare ſolummodo Regis uxorem, atque hac tandem in ſignificatione voce illa ſtatuminata, atque cum Regina reciprocata, translata tandem eſt ad denotandas fœminas illas quæ ſolæ regimen tenuerunt, eminueruntque citra relationem ad Regem vel Maritum. Iſtud eo fit verosimilius, quoniam *Cven, Quens & Cuenz*, quæ eadem ſunt, frequenter occurrunt in vetuſta Gallorum lingua (admodum cum Germanorum veterum lingva mixta) pro voce *Comes*, Dignitatem, ſocium & *Conſortem* denotante: obvia enim ſunt *Conſors Auguſti* & *Conſors noſtra*, pro Imperatrice & *la Compagne de noſtre Seigneur le Roy* in legibus noſtris pro Regis uxore vel Regina. Ac ſi *Quen, conſors & Compagne* (qua voce etiam hodie Galli Reginam appellant,) ſemper hunc in finem fuiſſent Synonyma. *Cven* pro *Comes* eſt in carmine quodam ſi eſt peris de Vineaux.

Vid. regiſt. fol. 1. Britan. fol. 279. b. 25. Edw. 3. ſtat. de Proditoribus &c. Cod. Hen. 3 lib. 18. tit. 3.

Chez Claude Fauchet en l' origin. des dignites. lib. 2. cap. 3.

Le Comte de Lancaſter, qui eit a nom Henry,
Met a Conſeil le Conte que on dit de Warnie
Sire Quens, dites moy par Dieu vous en prie &c.

Sic vetuſta illa Hiſtoria *Godofredi de Villebardovin, Mareſchallo Campania*, CD circiter abhinc annis ſcripta, habet *Thiebaut Cuens de Champagne & de Brie* & *li Cuens Leys de Blois & de Chartein* & *li Cuens Huc de San Pol* & *Baudovin li Cuens de Flanders*, & ſimil. pro *Comte* id eſt *Comite*, quanquam & ſæpe ipſa voce *Comte* ut & in eadem ſignificatione. Poſſideo Hiſtoriam Ms. inde à *Bruto* usque ad *Edwardum III.* ſermone Gallico antiquo, cujus Autor in recenſione Comitum trans mare venientium ad feſtivitatem *Arthuri* Regis in *Cheſter* celebratam, loquitur de *Ligiero Quens de Bollyne, Holdin Quens de de Flanders, Gezin Quens de Chartres* &c. Intelligens *Comites* illarum regionum. Vocem *Comte* verò etiam tanquam Synonymam adhibet. Sic in Volumine in Turri Londinenſi ſervato, diſſidia *Ludovici IX Galliæ R. & Henrici III.* noſtri anno MCC LIX *Simon Montfortenſis* appellatur *Quens of Leyceſter*; & *Richard Clavenſis, Quens of Gloceſter*; *Humfridus Bobunenſis Quens of Hereford*, *Royer le Bigod Quens of Norfolk. Wilhelmus de Forze Quens of Albemarle*, ubi tamen *Comte* & *Quens*

& *Quens* etiam indifferenter uſurpantur: plura vide in priſcis ſcriptoribus *Galliæ* & Romanenſibus hiſtoriis. *Quen* ergo Generis communis fuit, æque denotans uxorem *vitæ conſortem* ac *Comitem Regu, ſeu Aulæ Regiæ:* neque diſtinguit ea ultimæ literæ additamentum: nam *Quen* & *Quens* eadem eſſe poſſunt ſicut ſunt *Roy & Roys, Dieu & Dieus* quæ indifferenter apud Gallos antiquos in numero ſingulari.

In Anglia porro obſervandum, quod Saxonum tempore Regum uxores apud *Weſt-Saxones* poſt *Eadburghim* Filiam *Offæ* Regis in *Mercland* & Reginam Beorthrici vel Brithrici *Weſt-Saxonum* Regis, non fuerint dictæ *Queens* id eſt Reginæ, ſed tantum Regum uxores, neque licitum ipſis cum Rege ſedere in ſolio. Factum id ob inſolentiam *Eadburghis* (nupſerat autem *Beorthrico* Regi an. DCC LXXXVII. imperanti usque ad an. DCCC) quæ profitens velle ſe contrariam eſſe iis quæ Rex amaret: & frequentiſſime non modo accuſavit ſubditos ejus, inque eorum vitas & bona machinata eſt plurima, ſed tandem & Regem ipſum veneno ſuſtulit; & tantum concitavit odium in vocabulum *Queen*, ut ab eo tempore Lex ſanciretur, Regum uxores in *Weſt-Saxonia* titulo & Dignitate Reginæ ſeu *Queen* privans. Teſtatur hoc *Aſſerius Menevenſis* coætaneus & familiaris Regi *Alfredi*, de quo ſic. *Gens occidentalium Saxonum, Reginam juxta Regem ſedere non patitur; nec etiam Reginam appellari, ſed Regis conjugem permittit; quam controverſiam imo infamiam, de quadam pertinaci & malevola ejuſdem gentis Regina ortam fuiſſe, majores illius terræ perhibent. Quæ omnia contraria Seniori ſuo & omni populo ita peregit ut non ſolum ſuum proprium odium mereretur, ut à reginali ſolio projiceretur; ſed etiam omnibus ſuis ſubſequatricibus eundem peſtiferam tædam* poſt ſe ſubmitteret. Idem *Wilhelmus Monachus Malmesburienſis* confirmat: *Non enim Weſt-Saxones Reginam vel juxta Regem ſedere vel Reginæ appellatione inſignire patiuntur propter malitiam Eadburgæ filiæ Offæ Regis Merciorum.* Vide etiam *Matthæum Weſtmonaſterienſem* nec non *Florencium Wigornienſem.* Mos iſte duravit ab ætate *Brithrici* per *Egberti* regnum quod circiter XXXVII. annorum; ceſſavit verò in filio ejus & ſucceſſore *Ethelrolph.* Nam in uxorem ducens *Juditham Caroli Calvi*, G. R. filiam vulgo ipſam juxta ſe collocavit in ſolium tanquam Reginam: neque ea de cauſa reprehenſus eſt; manſvetudi-

Annal. Saxon. Ms. in Bibliotb. Cott.

de geſtis Alfredi R.

de geſtis Reg. Angl. lib 2. c. 2.

Sub an 854. & Choppin. de Doman. Franc. lib 3. tit 5. §. 5.

ne enim ſua ſubditorum ceperat animos. Nec alias multum valuit lex iſta ut ut *Ethelrolphi* Succeſſores eo nonnunquam reſpicerent. In monumentis quibusdam Regis *Edgari* (regnare cepit an. DCCCCLIX. Regina tantum ejus dicitur uxor, vel *Legitima Regis Conjux* & *Cynninges Gemaca.* In ſubſcriptione Regis *Edgari* ad Privilegium *Abbatiæ Hidenſi* prope Wigorniam adhuc extante in bibliotheca inæſtimabili eruditiſſimi *Roberti Cottoni* Equ., & ſcripta literis aureis Uxor ejus *Ælfthrith* ita ſubſcripſit. † *Ego Elfthrith legitima præfati Regis Conjux, mea legatione Monachos eodem loco, Rege annuente, conſtituens crucem impreſſi:* & ſic: † *Ego Edgifa prædicti regis ava, hoc opus egregium crucis ſumate confolidari:* & his ſimil. Hæc *Elfthrith* illa eſt quam hiſtoriæ noſtræ vulgo *Elfridam* & *Elfthridam* nominant, fuitque filia *Orgari* Comitis vel Ducis (iſti enim tituli tum diſtincti non fuerunt.) *Devoniæ & Cornwalliæ.* Et quanquam *Edgifa* fuit tertia eaque ultima uxor Regis *Edwardi*, filii Alfredi R. avi verò *Edgari*, attamen, certe ob legem illam, non alio uſa eſt titulo, quam quod Regis avia diceretur. Nam *Ava* illo tempore idem denotavit, quod *Avia.* In eadem Bibliotheca extat reformatio vitæ Monaſticæ utriusque Sexus *Edgari* tempore ſcripta, ſub titulo: *Regularis Concordia Anglicæ Nationis Monachorum Sanctimonialiumque.* Hic ipſe Rex Monachorum curam gerit, uxor ejus monialium id eſt *hic Gemæccean Ælfthride.* Inde fortaſſis factum, ut Magnorum Ducum Comitumve uxores illo tempore Regni *Weſt-Saxonici*, quod poſt *Egbertum* cito abſorpſit reliqua, ſubſcripſerint tantummodo vocem *Conjux* non alio honorum titulo, quaſi vellent abſtinere à maritorum ſuorum titulis æque ac Reginæ à Regiis. Anno DCCC LXXX *Ethelred* vel *Ethered* Dux S. Comes *Mercia* ſub *Alfredo* R. per diploma donans agros Eccleſiæ Wigornienſi ſubſcripſit nomina bina *Dux & Patricius*, uxor verò ejus exiſtens Principiſſa & Filia R. *Alfredi* ſic tantum ſcribit. † *Ego Athelfled conjux ſubſcribens confirmavi*, & in privilegiis aliis † *Ego Æthelfled conſenſi*, ambo autem ſimul nominantur *Ætbred Alderman* vel Dux & *Æthelfled Merena blapordae* id eſt *Domini Mercia* in inſtrumento quodam Werfridi Epiſcopi Wigornienſis anno DCCCC IV. eidem Eccleſiæ tradito. Veruntamen licet in Regiarum Uxorum titulis (nonnunquam poſt *Ethelulphum*) lex illa obſervaretur antiqua, nihilominùs apparet ſub ipſo

Regiſt. Ms. & Veteriſſ. Eccl. Wigorn. fol. 7. 29. 31. 111. &c. in bibl. Cotton.

ipso *Edgaro* R. uxorem *Reginam* seu *Queen* appellatam esse: cujus testimonia collata aliis, docent legem istam tunc in desvetudinem abiviſſe, quanquam & aliquando obſervata fuerit. Nam eadem *Elfsbrith* subscribit in privilegio Eccleſiæ *Wigornienſis* † *Ego Elfgred Regina conſenſi & ſigno crucis confirmavi*: id scriptum an. DCCCC LXIV. In privilegio Eccleſiæ *Elienſis* legitur *Alfsbrith Regina*; ex utraque subscriptione apparet illud *Regina* vel *legitima Conjux* absque illo, hoc tempore promiſcue apud *Weſt-Saxones* in usu fuiſſe. *In Pat. 3. Edw. 4. part. 6. membr. 23.* *Cart. Antiq. in Arce Lond. B. num. 11.*

In aliis regnis tempore Heptarchiæ, Regum uxores Reginæ dictæ sunt. † *Ego Ælfsbrith Regina* una cum *Kenulpho* R. *Merciorum* legitur in subscriptione Privilegiorum Eccleſiæ *Wigornienſis*. *Sæbrith Regina* sæpius subscripsit cum *Berthulpho R.* in privilegiis ejusdem Eccleſiæ. † *Ego Cynethrith Dei gratia Regina Merciorum* in aliis legitur juxta *Offam* R. & inter nummos istius ætatis in *Roberti Cotoni Equ.* inæstimabili Thesauro est quidam cum Inscriptione CENET. REGIN. ex una parte, ex altera verò EOBA. Hæc *Cenet.* notat *Cenethrithem*; Frequenter etiam *Ethelswith* subscripsit: *Ethelswith Regina* cum *Burghredo* Rege *Merciæ* vel *Merclandii*; in vetusto Regestro *Wigorniæ*. Hæc *Ethelswith* fuit filia Regis *Ethelwulphi*, & connubio suo, teste *Matheo Weſtmonaſterienſi Reginæ nomen promeruit*. Singulare est in Chartulario Abbatiæ *Abingdonienſis*, quod ipsa sola *Cuthwulpho* servo suo agros in *Lanciga* dederit, & his confirmaverit verbis. † *Ego Ethelswith Regina, Deo largiente, Merciorum cum conſenſu meorum Seniorum concedens donabo Cuthwulpho* &c. quod non inepte adducitur à quibusdam ut probent Leges Anglicanas tum conceſſiſſe Reginæ, ſicut & hodie, ut fœminæ solæ, donare vel contractus facere posset. Post Regem *Edgarum*, West Saxonum legem evanuiſſe penitus, veriſimile est, ideoque Saxonicorum Regum uxores *Queens vel Reginæ* appellatæ. In diplomate probante *Agelwinum* Decanum *Wigornienſis* Eccleſiæ, (iste ejus tum fuit titulus, sed *Prior* & *Conventus* tum supplebant, quod nunc Decanus & Capitulum faciunt) & Fratrem ejus *Ordrique* dediſſe tres Cassatas in Cundicotan Monachis ibidem, cui subscripsit *Edwardus* Confeſſor ad *confirmationem Sermonum iſtorum*, uxor vero ejus sic. *Ego Edgith Regina conſentio*. In Privilegio Regis *Canuti* conceſſo Abbatiæ *S. Edmonsburg* uxor ejus *Ælfgifa* appellat seipsam, *Ego Ælfgifa Regina*, & in *Reg. Wigorn. Ms. in Bibl. Cott. & alia ejusm. sunt in Worn. de Ant. Sanct. Angl. ad Calcem adjecta ibid. sub an. 852.* *Bibl. Cott. fol. 4. & in Colleg. Ædis Christ. Oxon.* *V. C. Ed. Coke in præf. ad l. 4.* *Reg. Wigorn. Eccleſ. Setuſt. fol. 166. Ms. in Bibl. Cotton.* Nota. *Caſſata sel Caſſatum habitaculum eſt, cum certa terra quantitate idonea ad unam familiam alendam.* du Fresne in Gloſſario. *Cart. 4. Ed. 3. num. 58.*

Saxoni-

Saxonico privilegio ejusdem Ecclesiæ ipse nominat eam *myne Queen Alfgif*. *Regina mea Alfgifa*, loquens de ipsius donatione, qua SUM. *Eeles* redituum in *Lakinghith* largita est. Manifestum quoque est Reginas illis temporibus recentioribus fuisse coronatas, unctas, & in throno collocatas cum Regibus, prout Regina alia, adeòque legem illam occasione *Ethelburgis* latam, iterum abrogatam. Solennia Coronationis adhuc extant, Titulus itaque Regius, Coronatio item & unctio (ceu dignitates à Regibus derivatæ) continuatæ sunt usque hunc in diem, sicut in Regnis aliis.

Variæ quoque Prærogativæ legibus nostris Reginis sunt concessæ, ut, donare vel pacisci, lites in foro prosequi absque Rege, donationem à marito accipere (quod non alii licet fœminæ quam *femme covert* vocant) habere aulam suam & ministros ac si Persona esset solitaria; si Rex vel ipsa causam agant, citatio ut fiat intra XV. dies necesse non est: quod etiam extenditur ad earum liberos, Fratres, Sorores, & *ses Parens* (prout verba sonant gallica, in libro cui titulus *Breton*) vel *eorum Parentibus & propinquis* ut *Bracton* loquitur, & simil. Crimen quoque læsæ Majestatis est in earum conspirare vitam. Habebat olim Reditus Regios *Queen Gold*, id est *Aurum Reginæ*, ut annales nominant, id est decimam partem *Oblatorum*, quæ ad Regem pertinebant.

20. Edward. 3. non abilitie p. & c. Cokerib. 4. fol. 23. b. Bract. lib. de except. fol. 444. Breton. fol. 279. b. Statut. 27. Edw. 3. de proditoribus Gervasius Tilbur. Ms. in Retept. Scacc. & alia publica de ea re sapius.

In *Gallia* Regum uxores sunt sicut in *Anglia* instar Personarum solitariarum, atque Regis participant prærogativas. *Voulons que nostre Compagne* (verba sunt edicti, quod ascribitur tum Henrico II. tum Carolo IX.) *la Roine*, ait, *jouysse, & use de pareils & semblables privileges que nous, & soit receve a plaider en nostre Cour de Parlament par son Procureur come nous par le nostre.* Et sicut apud nos Reginæ Attornatus nec non sollicitator locum habent intra Bancum penes Regis Consilium, ita illic Reginæ Procurator generalis sedet juxta Regis Bailiffios & Senexchalcos. Gallicæ quoque Reginæ ministri de familia seu Domo, eadem cum Regis habent privilegia: Illis quoque fruuntur eorum uxores & viduæ quousque vivunt. *Legibus* quoque *solutæ* (teste *Servino* Regis Advocato Generali) sicut & Rex. Et alia multa privilegia Gallorum Leges ipsis impertiunt. Neque existimo, quoad Personas earum & conditionem aliter se res habet in regnis aliis.

Cod. Henr. 3. lib. 18. tit. 3.

Playdoyez Vol. 2 p. 316. Choppin. de Dom. Franc. lib. 3. tit. 3. §. 3.

Pluri-

Plurima ex istis dignitatibus & Privilegiis manent etiam apud *Reginas Dotarias*. Gallis olim dictæ sunt *Roines Blanches*, in memoriam (inquit *Ragueau*) tum *Blanchæ*, *Catellæ* Reginæ, uxoris *Ludovici VIII.* & Matris *Ludorici IX.* tum *Blanchæ de Eureux* Reginæ dotariæ *Philippi de Valoix* fœminæ Gallis laudatissimæ, ideoque nominibus istic inter Reginas dotarias famigeratissimæ. Si verò quispiam asserere velit non ultra vitam maritorum, à quibus accepere, extendi earum titulos, contra omnem id esse consvetudinem sciat, ac passim à doctoribus redargui.

Charondas ad Cod. Henr. 3. lib. 18. Des droicts Royaux p. 510. & pasquier en les recherches de la France lib. 2. chap. 5. & lib. 6. chap. 33.

Hactenus de Attributis nominibusque Imperatricum & Reginarum: quod eadem ratione ad alias illustres pertinet fœminas sequitur in parte secunda. Atque hactenus Essentiales titulos seu nomina attributa Principibus summis, & ab ipsis communicata aliis. Methodus supra proposita jam nos dirigit ad magis speciales sermonum formulas, quibus ipsi loqvuntur, vel alii ad ipsos.

Vid. glos. in c. scripsit. quæst. 27. & citatos apud Burgensem. Marcum ad leg. Taurinens. proœm. num. 10. & 11.

CAP. VII.

I. *Pluralis numerus etiam uni personæ tribuitur in signum Eminentiæ quomodo inferioribus communicetur. Superiores vel inferiores suis vocare nominibus propriis.*

II. *Dei Gratia, in Stylo summorum Principum, etiam communicatur iis qui sunt dignitatis subordinatæ.*

III. *Majestas in Titulis Summorum Principum, quomodo in Romanum Imperium devenerit. Mos appellandi personas in abstracto. Majestas, quid sit apud orientales. Sacra Majestas. Majestas & Græce id est Gratia Angliæ Regum titulus, Germanorum* Ihr Gnaden.

IV. *Nomina Celsissimus & Potentissimus, Excellentissimus, Illustris, super Illustris &c. Ambitiosi tituli Græci & Mahumetani Imperatorum.*

EX sermonum formulis propius ad Summos Principes pertinentibus (quanquam & illis olim & nunc inferiores utantur)

quales ſunt *Pluralis numerus*, additamentum *Dei Gratia*, *Majeſtas*, & ſimil. prima, quam hic contemplabimur eſto *Plurális* numerus cum uſu *Tertiæ perſonæ* cum ad *ſecundam* fit ſermo, nec non more illo vetuſto non nominare Superiores dum compellantur. Formulæ verò iſtæ à ſe invicem non dependentes alia non indigent methodo, quam ut, prout obviæ fiunt, enumerentur.

I. Loqui in *Plurali numero* frequens eſt: ut *Nos præcipimus, Ordinamus, nobis placet* (tum in ſecunda tum in prima perſona) unus dicit Monarcha. Non juxta aliquam figuram Grammaticam, permittentem conjungi pluralis numeri adjectivum vel participium cum nomine ſingularis numeri, ut *inſperanti nobis* in *Catullo*, & *Tibullo* de Amaſia ſua.

Perfida nec merito nobis inimica merenti.

Neque juxta promiſcuum uſum vulgi ſæpe utentis verbis pronominibusque pluralis numeri in prima perſona, ſed juxta ſingularem ſeu ſpecialem formam Excellentiæ. *Perſæ* quidem *Græcique* Imperatores in libris *Eſthera*, *Ezræ*, *Maccabæorum*, *Hippocratis* epiſtolis &c. æque ſæpe in ſingulari loqvuntur ac in plurali, prout & Imperatores Regesque alii priſcis temporibus. Verum recentioribus his ſeculis aliter ſe res habet, neque vulgatius quicquam, quam *Favor noſter Regius*, *Cura noſtra* & in ſecunda perſona *Vobis*, *Veſter* &c. in ſermonibus de vel ad Summos Principes; atque ab his, ſicut aliæ honorum materiæ, mos iſte ad inferiores quoque derivatus. Hic verò Judæos obſervare juvat dicentes, in lingua ſua ob multitudinem virtutum & Potentiæ (radicibus dignitatis genuinis) quæ in Principe ſupponuntur ſe multitudinis uti numero ad unam, vel de uno loquentes. Illorum *Adonim* plurale eſt, ſæpe tamen quoad ſignificationem ſingulare. *Quævis lingua* (ait *Abenezra*) *ſuos habet idiotismos. Honoris ergo loqvuntur Europæi inferiores ad Superiores in multitudinis numero. Arabum Principes* (Iſmaelitas nominat) *tanquam Reges etiam in plurali loqvuntur honoris ergo.* Ad tertiam quoque perſonam idem transfert: *Sic in ſacra lingua* (pergens) *glorioſum eſt de Principe in plurali loqui ut Adonim, Baalim. Dicunt enim* אדוני קשה *Adonim Kaſcha, Domini durus, &* לקח בעלים *Lakach Baalim, id eſt Accepit Domini ejus.* Hoc ſenſu pervertunt pluralem *Elohim*, qui nobis Chriſtianis Trinitatis myſterium indicat;

ad Gen. 1. 2.

Gram-

Grammatici enim illorum volunt esse Enallagen numeri ad innuendam personæ, de qua fit sermo, excellentiam. Usus pluralis hujus numeri primæ personæ conjuncti solennis est in Epistolis, Diplomatibus &, legibus Magnorum Principum: &, sicut volunt aliqui, Regi tantum proprius mos est vel ejus vice-Regibus. *Nos Don Philippe por la gracia di Dios &c. Nos Don Inigo de Ribem Virey de Naples.* In *Anglia* sic loqvuntur etiam qui non summi sunt Principes; recordor enim vidisse me diplomata *Margaretæ Comitissæ de Richmond* matris *Henrici VII.* pluralem habentia: *Nos Margaretha Comitissa Richmondiæ mater Excellentissimi Principis Domini Henrici Regis Angliæ & Franciæ, Domini Hiberniæ &c. inspeximus* &c. Idem videre est de Comitibus & viris aliis Illustribus, imo etiam inferioribus olim & nunc in Commissionibus & instrumentis Episcoporum, Archi-Diaconorum, & his etiam minoribus. In secunda quoque persona frequenter usurpant. De *Germaniæ* Principibus, JCtus quidam Germanus de Imperatorum ad eos literis loquens, ait: *Duces & Principes, Consiliarios, & Doctores non appellant, nisi numero plurativo* (Ihr/ Euch) *quo tamen numero nobilem non honorant, sed in singulari* (du/ dir) *allocuti.* Id præsertim apparet in Citationibus Parlamenti Anglicani ad Magnates (Lords) vel illos qui permittuntur cum Rege & Magnatibus sedere, ut Consiliarii vel Jurisconsulti in Parlamento (qui sunt Judices utriusque Banci, Barones Ærarii, Regis servientes ad legem, vel alii ex Consilio ejus erudito) prout etiam apparet in diplomatibus servientium ad legem. His tamen inferiores illa formula non fruuntur legitime vel stylo Cancellario in literis ad ipsos missis; in annalibus enim nostris reperimus, pro nulla fuisse habitam cum sic appellaretur Vice-Comes (*Scheriff.*) alicujus territorii. Casus fuit iste. Actio *quare impedit* à Rege facta est ob præbendam *in Oxgate* Diœceseos *Londinensis* & mandatum deinde ad *Sheriffum* scriptum, *Præcipite Michaëli de Northumbergam*; contra quod *Servientes* exceperunt tanquam Priscianissimum, seu vitiosam Latinitatem. Respondet *Thorp*, *vitiosam Latinitatem minime esse, nam esse verbum pluralis numeri, ideoque majoris reverentiæ; morem verò Regis esse scribere viro* Vobis. Verum reposuit Consilium: *nemo vidit unquam tantam Sheriffo reverentiam exhibitam.* Postmodum inspicientes Judices mandatum, & invenientes *Præcipite* conclude-

Sanford in rudimentis linguæ Hispan. p. 57. & Cæsar Oudin. in Gramm. Hisp. p. 38. Nos non accipitur aliter fere quam in ratione Celsitudinis aut dignitatis in Casu nominandi.

Rot. Claus. 21. Henr. 7. part. 21. & 2. Dors.

Josias Nolden de statu Nobilitatis Civilis, cap. 5. § 2.

29. Edward. 3. fol. 44.

cludere cum *Habeatis ibi nomina Summonitorum* &c. ſtatuerunt Scriptum Mandatum ſubducendum eſſe. Verum illo ipſo tempore, imò antehac, nec non hodie, ſtylo Cancellariæ quæ vis citatio Parlamentaria Magnatum Spiritualium & Temporalium, qui locum habent in ſuperiori domo eſt: *Vobis ſub fide & ligeantia quibus nobis tenemini firmiter injungendo mandamus quod, &c. dictis die & loco perſonaliter interitis*, in plurali numero. Talisque fuit & vulgò eſt in mandatis ad Judices aliosque in ſuperiori domo, qui ceu Conſiliarii ſedent: plura etiam vide in literis aliisque ſcriptis Regiis ad Perſonas ejusdem Conditionis. Diploma ſervientis ad legem eſt: Quia *de adviſamento conſilii noſtri ordinavimus Vos ad ſtatum & gradum ſervientis ad legem in, &c.* *Suſcipiendi Vobis mandamus, firmiter injungentes quod Vos ad ſtatum & gradum prædictum ad diem illum in forma prædicta ſuſcipiendum ordinetis & preparetis.* Non tamen in omnibus linguis ſecunda uſurpari poteſt perſona: nam in *Anglicana, Gallica, Italica & Hiſpanica* ſingularis & pluralis ſæpe eodem efferuntur modo. *Hiſpani & Itali* civilitatis ergo declinant uſum ſecundæ perſonæ & loco ejus utuntur tertia. *Si el quiere hazer lo*, quod verbatim eſt: ſi *ipſe vult facere*, pro *ſi vis facere.* Sic *ſua Signiom* pro *Dominatio Tua* & *el ſuyo ejus*, potiùs quam *Vueſtro*, *Hiſpani* dicunt ad inferiores, & quoque vel *he* potius dicunt quam *vos* quod ipſis plurale eſt, nobis verò idem quod *thou*. tu.

6. Edw. 6. Dyer fol. 72.

Gramm. Hiſp. ap. Sanford. in rudim. Hiſpan. ling. p. 17. & Cæſar Oudin Gramm. Hiſpan. pag. 46.

Quomodo Superiores Inferiores alloquantur vel iſti illos aut de illis loqvuntur antiqua extat formula *Servio Honorato* memorata: *Inferiores honorantur à Superioribus*, inquit, *cum hi nominantur ab iſtis, dum affantur eos.* Dedecus autem eſt cum Superiorem proprio ſuo nomine appellat inferior. Obſervat id in illud *Junonis Æneæ* fortunam invidentis.

Mene incepto deſiſtere victam?
Nec poſſe Italia Teucrorum avertere Regem?

Junonem noluiſſe *Æneam* nominare, ſolummodo Regem appellaſſe, licet *ſe inferior* fuerit. *Honorantur enim Minores*, inquit, *à Majoribus ſi ſuo nomine fuerint nominati*: *ut* Æole namque Tibi, &c. *contra contumelia eſt, ſi Majores à minoribus ſuo nomine nominantur, ut*: Junonis gravis ira & pacem Te poſcimus omnes Turne &c. Iſtaque omiſſio propriorum nominum in alloquio vel epiſtolis ad Superiores Illuſtres

ſtres in ſecunda perſona ſat frequens eſt in Sacra hiſtoria, & alibi uſu quoque adhuc durante.

NOTA.

De *plurali numero Francorum Regibus* uſurpato, contra *Papebrochium* multa diſputat *Mabillon de re diplomatica lib. 2. cap. 6. §. 1. 2. 3.* quorum hæc Summa eſt: *Oſtro-Gothorum* Reges poſt alios & Reges & Imperatores hunc loquendi modum affectaſſe *Caſſiodoro* teſte. *Clodoveum magnum* poſt bellum *Gothicum* Epiſcopis ſcribentem illo loqui numero: *ingrederemur, præcepimus, in pace noſtra, populus noſter*, in fine tamen habere, *orate pro me.* Sic alibi poſt verba pluralis numeri, *concedimus, tradimus, præbemus*, concluſiſſe in Singulari. *Ita fiat, ut ego Chlodoveus volui*; Sic & alii fecerunt, nec *Carolomanno* & Fratre ejus *Carolo M.* exceptis; quorum ille in Diplomate pro *S. Dionyſio* cum plurali modo de ſe ſemper loquatur, habet etiam, *bonæ memoriæ genitore meo*: hic in literis quibusdam: *Circa genitorem meum & circa me*, ſc. miſcuerunt ex Singulari & plurali numero etiam in eodem commate, formulas non ſolum Reges, verum & privati: ut ex *Goldaſto Tom. 2. rer. Alem. p. 48. & Tom. 3. p. 65.* probat: *Nos verò Cauſoinus conſtat me dare* &c. tum infra: *Et ſi quis (quod non credimus) aliquis aliquando heredis mei* &c. His iſta ſubjicit verba Mabillon: *pertinet hæc charta ad ſeculum octavum: Sed ejus formula tanto mihi viſa eſt dignior obſervatu, quanto inuſitatior. Mitto alium morem inducendi numerum pluralem pro Singulari ſecunda perſonæ: qui mos etſi à ſeculo V. receptus eſt, ut patet ex Ennodii aliorumque ſubſequentium epiſtolis puta Aviti ad Chlodoveum Magnum, Aureliani ad Theodebertum & Caſſiodori formulis; nuſquam tamen in diplomatibus Veteribusque Chartis (ſi tamen unquam) adhibitus eſt.*

II. Dicuntur etiam magni Principes *Dei Gratia* von GOttes Gnaden ut videre eſt in Titulis Regum *Galliæ, Angliæ, Hiſpaniæ, Daniæ* & Europæorum aliorum. Idque ſummis tantùm Principibus proprium eſſe volunt. *Chaſſanæus* ideo *Duci Burgundiæ* tanquam *Duci* abjudicat: aſſentit *Rebuffus* magnus *Galliæ* JCtus; *Ludovicus quoque XI.* prohibuit titulo illo *Franciſcum Britanniæ Ducem*, ceu iſtis Principibus proprium, qui ſuperiorem non agnoſcunt. Verum

In Conſuet. Burgund. ad Conſtit. reg. tom. 2. & Benefic. ante Soc. art. 2.

Bodinus de rep. l. 1. cap. 10.

rum enim verò omnes ejusmodi res ex usu solo legitimæ factæ & perpetuæ, nec non ex consensu personarum temporumque pro lubitu statuentium, amplificantium & restringentium illas, docent neque hunc titulum solis Summis Principibus tributum, sed ab ipsis etiam communicatum subditis suis illustribus, imo & iis, qui omninò Principes non fuerunt. Communicatio tamen ista, justa non acquisita titulo, usurpatio etiam esse potest, iniqua illi, cui usurpans subest, summo Principi. Videtur enim innuere dependentiam non nisi à solo Deo. Tantùm quod prærogativæ quædam mere Imperiales vel Regiæ, privilegiis & præscriptione ad inferiores transferri soleant, ita horum verborum usus alterutra ratione ad subditos derivari potest. Id eruditè tradit Illustris Hispanorum JCtus, *Marcus Sabon de Pace.* *Eam Bartholomæi Chassanæi opinionem, non veram constanter ipse censeo, & tantùm superiorem non recognoscentem dictis verbis uti posse, falsum esse existimo, si quidem hoc minimè autumo esse de præeminentiis Regum superiori in temporalibus non subditorum. Et quidem Opinio Bartholomæi Chassanæi aliquo Jure non probatur; & plerumque contrarium fieri vidimus, & etiam non Principes, in suis titulis, prædictis exordiri verbis quibus & inveterata immemorialisque consuetudo consentit: quæ etiam Regalia quæri non ambigitur — quo fit arctio & æquo juriusque tramite Bartholomæum Chassinæum recedisse cum arbitratus est, Ducem Burgundiæ dictis verbis uti non posse quia superiorem ipse recognoscit: & quidem Regina nostra respectu Ducatus Burgundiæ prædicta etiam subjicit verba. Fortassis tamen si aliquis ex hujus Regni Magnatibus dictis uteretur verbis ab hoc de facto inhiberetur, quia ea ponere minime consueverunt, ut propter Regiam præeminentiam.* Ratio ejus Hispaniam respiciens etiam *Angliam Galliamque* attinet, ubi verba *Dei Gratia* Magnatibus inferioris ordinis tributa iniqua forent, nam priscis temporibus caruerunt illis, ceu ad Regem solum pertinentibus. In eo tamen *Salonio* consentire necesse non est, cum dicit *Johannam Castellæ Reginam* (de ipsâ enim loquitur) usurpare titulum *Por la gracia de Dios* æque intuitu *Ducatus Burgundiæ*, quam intuitu Regnorum *Castellæ, Legionis, Arragoniæ* &c. non magis id veritati congruum, quam si dicerem veterem *Angliæ* Regum titulum (cum scriberentur juxta provincias acquisitas: *Dei Gratia Reges Angliæ, Galliæ, Hiberniæ Domini, Duces Normanniæ & Aquilaniæ, Comites Andegavenses*)

Præam. Relect. in lege Taurin 36.

ſes) velle, ipſos eſſe *Dei Gratia Duces Aquilaniæ* &c. Potuiſſet *Galliæ* Rex iſtud æque male ferre, ac *Ducis Britanniæ* titulum: quoniam omnes iſti Ducatus & Comitatus *Galliæ* fuerunt feuda. Verba autem illa bene reſtringi poſſunt ad ſummos tantùm titulos non verò ad ſubordinatos, prout in titulis *Wilhelmi Epiſcopi Elienſis* ſub *Richardo I.* ubi *Dei Gratia* refertur ſaltem ad Epiſcopatum ejus, non ad Cancellarii munus vel Summi per *Angliam Juſtitiarii*, vel Legati Pontificii: nam iſta habuit officia *Regis aut Pontificis gratia.* Sic verò ſonat titulus *Willielmus D. G. Elienſis Epiſcopus, Domini Regis Cancellarius, totius Angliæ Juſtitiarius & Apoſtolicæ ſedis Legatus.* Idem ſtatuendum de *Johanne Gandavenſi*, cujus fuit titulus *Dei Gratia Rex Caſtellæ, Legionis, Dux Aquilaniæ, Lancaſtriæ* verbis illis *Dei Gratia* ad Regios non ducales titulos relatis. Si verò *Johannæ* Reginæ titulus etiam ad *Burgundiæ Ducatum* extendendus eſt, dicendum, Ducatum hunc tum ceu feudum Imperii Germanici reſpiciendum: ibi enim mos fuit olim & nunc eſt, ut etiam Principes ſubordinati ſcribantur *Dei gratiâ*, æque ac Imperator. Vide id in titulis *Archiducum Auſtriæ, Ducum Saxoniæ, Bavariæ, Comitum Palatinorum Rheni, Marchionum Brandenburgicorum* &c. e. g. *Dei gratia Nos Albertus Archi Dux Auſtriæ, Dei Gratia Fridericus Comes Palatinus Rheni ſuperioriſque Bavariæ Dux. Haſſiæ Landgravio* idem familiare eſt in epiſtolis ejus Aſtronomicis ad nobiliſſimum Aſtronomiæ reſtauratorem Danum, *Tychonem Brahe.* Wilhelm von GOttes Gnaden Landgrave zu Heſſen. &c. Huc pertinet quod *Andreas Knichen* Ducis *Saxoniæ* Cancellarius de Domino ſuo ait, omnibus Germaniæ Principibus magnis applicandum. *Cum illud non fiat in deſpectum Domini concedentis, ſed ad amplificandum Majeſtatem ejus & dignitatis conceſſæ tuitionem, rectè immemoriabili interſtitio Principes noſtri ſæpe dicta locutione* (illam innuit, *Dei gratia*) *uſi ſunt & etiamnum utuntur.* Adeò à vero abludit quod de *Flandriæ Comite* quidam affirmant, titulum illum ipſi inter Comites ſoli proprium eſſe. Memini præterea me legiſſe in Turcica hiſtoria etiam *Baſſas* dici *Dei Gratia. Duces Venetorum* quoque à Republ. ſuam recipientem poteſtatem nominantur tamen æque in Sigillis ac inſcriptionibus: *Dei Gratia Dux Venetiarum.*

Math. Pariſ. pag. 216.

Comm. Juris Saxon. Duc. Saxon. cap. 1.

Meyer de Reb. Flandricis & Ortelius in Theatro.

Hoc verò & prioribus ſeculis frequens eſt in ſtylo Dominorum Spiritualium. Epiſtolæ *Johannis Sariburienſis* Epiſc. *Fulberti* Carnu-

Carnutenſis, Gilberti Vendomenſis, Anſelmi &c. id aliunde probant. *B. de Blancesfort,* Templi Magiſter utitur illo in epiſtola ad *Ludovicum* S. *Galliæ* R. Neque quidquam vulgatius eſt in Inſtrumentis & Diplomatibus Epiſcoporum Abbatumque apud Monaſteria hinc inde ſervatis præprimis in antiquis Regeſtis Archiep. *Cantuarienſis,* Epiſcopi *Wittonienſis* &c. Hodie ſtylo Cancellariæ in convocatione Parlamenti, aliisque ſcriptis ad convocandam vel differendam Synodum, Rex Archiepiſcopo ſic ſcribit. *Jacobus Dei Gratia &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri prædi lectoque & fideli conſiliario noſtro Georgio eadem gratia Archi epiſcopo Cantuarienſi* &c. In Fidejuſſionibus autem (*Warrants & Comiſſions*) & mandatis ad eum aliis illud *eadem gratia* omittitur vulgò. Sic & aliis verbis juxta mutatis ad Epiſcopos ſcribitur. In ſcriptis quibusdam aliis (*Vide Regiſt. orig. fol. 3. a. & b. 42. b. & Fitzherbertum Nat. & fol. 132. & 2. E. &c.*. Eadem forma eſt, ſed non ſemper ad Epiſcopos. Et quanquam voces illas ſibi additas haberent in literis Regiis, & olim eas ſuis quoque inſererent epiſtolis nunc tamen in prima perſona iis non utuntur, ſed ſcribunt: *Dei Clementia,* vel *Providentia Divina.*

Epiſt. Reg. & Princip. edit. in tom. 2. Geſt. Dei per Franc. p. 1176.

Hunc antiqvum Epiſcoporum morem quod attinet, referri meretur venuſta fabula ex *Walteri* Mapez ſexta diſtinctione, *Dennis Curialium* Ms. *Biblioth. Oxonienſ. Joſcelinus Ep. Salúburienſis* ſub *Henric. II.* (cujus ætate ſcripſit autor) filio ſuo *Rainoldo* (perverſis mediis in Epiſcopum *Bathenſem & Wellenſem* electo) querenti, Archiepiſc. *Cantuarienſem* nolle ſe conſecrare, ſvaſit: *Stulte velox ad Papam evola ſecurus, nihil haſitando; ipſique burſa grandi para bonam alapam, & vacillabit quocunque volueris: vivit ergo: percuſſit hic, vacillavit ille; cecidit Papa; ſurrexit Pontifex; ſcripſitque ſtatim in Dominum mentiens, in omnium Brevium ſuorum Principiis. Nam ubi Debuiſſet ſcribi Burſa gratia; Dei gratia dixit: Quodcunque voluit, fecit. Sit tamen domina materque noſtra Roma Baculus in aqua fractus & abſit credere quod videmus.* Anglicè verba latina reddere nolo, ne quispiam ſimilis Simoniæ ſibi conſcius me illi convitium ſcribere dicat. Libet potius adſcribere regulas huc pertinentes, quas inveni in libro CCC. abhinc annis ſcripto, cujus titulus *Roſula Novella,* autor, *Petrus de Boateriis,* JCtus, in præfatione ſe appellans: *artis Notarii miniſtrorum minimum, ac etiam Judicem.* Deſcribam eas hic ex apographo meo,

meo, collectas, ut videtur, à diligenti temporum illorum, perſonarum, dignitatum, ſecularium, civilium, obſervatore.

Primo, verba ſunt, ſi ſcribat Prælatus Poſito nomine ſuo, debet dicere Dei Gratia; licet Dominus Papa, ſervus Dei, cauſa excellentioris humilitatis, voluerit appellari. *Roſula noſella MS. c. III. à ita MS. ſed lego. Serborum Dei*

Secundo notandum quod nullus Prælatus quantuncunq; magnus, cum Apoſtolico vel Imperatori vel Regi ſcribat, debet dicere Dei Gratia de ſe ipſo, ſed hoc modo, Talis licet indignus vel immerens Bononiæ Epiſcopus, &c.

Tertio, nota quod non debet aliquis cuicuncunq; ſcribat, ſi modica prælatione fungatur vel honore, de ſe dicere Dei Gratia, quia iſtud verbum Dei Gratia quandam excellentiorem innuit dignitatem.

Quarto, Nota quod nullus poteſt propriè uti iſto verbo DEI GRATIA, qui in laicali poſitus eſt dignitate niſi ſit Imperator vel Rex vel alter qui ſui capitis receperit unctionem. Nam tales unguntur oleo ſanctio; & in Rege poteſt dici evidentiſſimè per exemplum; licet quidam ſervent contrarium in Ducibus, Marchionibus, Comitibus, ſed hoc eſt ex defectu potius diſtantium ipſas literas, quam ipſorum Marchionum, Comitum, ſive Ducum.

Quinto, nota quod ex parte mandantis Epiſtolam in clericis, poſito hoc verbo Dei Gratia, debent adhuc in ejus ſalutatione iſta tria poni, ſcilicet Titulus, Ordo & Devotio. Titulus eſt ponendus, id eſt nomen Eccleſiæ in qua noſcitur eſſe intitulatus. Ordo exigit ut dicatur ſi ſit Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, vel ſi in alia noſcitur dignitate. Devotio dici poſtulatur, quod per hoc verbum Dei Gratia dicitur, licet inutilis & indignus & maxime à majoribus; licet ab Imperatore vel à Rege non ponatur. Poſſunt etiam hæc omnia Laicis dignioribus adaptari, poſito in hoc loco Eccleſiæ, dignitatis laicalis nomine, id eſt, poſito nomine laici mittentis Epiſtolam, ponatur ejus dignitas, ſic, Marchio Hoſtienſis, Dux Britanniæ, Comes Arundelia & ſic de cæteris dignitatibus laicalibus. Unde patet, quod etſi priſcis temporibus illud *Dei gratia* fuerit in titulis Principum ſecularium, Subordinatorum & Prælatorum, Autor tamen dicat id potius ex ignorantia Secretariorum illorum Principum proveniſſe, quam juſſu eorum. *Robertus vero Guicciardinus Dux Apuliæ & Calabriæ,* poſtmodum vero *Siciliæ Rex* qui agnovit ſe eſſe feudatarium *Nicolai II. P. R.* eo titulo uſus eſt non abſolute ſed cum agnitione Gratiæ Sedis Romanæ. Sic enim ſcripſiſſe cernitur. *Ego Robertus Dei & S. Petri Gratia, Dux Apuliæ & Calabriæ, & utroque ſubveniente, futurus Siciliæ, &c.* *Edwardus Dux Sommerſet. Protector Edwardi VI. in epiſtolis ſuis adhibuit Vid. Holinſke p. 1237.* *Scipio Mazzella Nelle deſcrittione dell Regno di Napoli p. 420. &c.*

Titulus hic primo adhibitus est, quantum memini *Caroli M.* temporibus; insertus enim legitur quibusdam diplomatibus ejus. Romani Græcique ante ipsum Imperatores, ut existimo, non usurparunt: Neque successores ejus perpetuo usi sunt eo, usque his temporibus novissimis. *Otto III.* subscripsit *Servus Apostolorum*, in diplomate Ecclesiæ Hamburgensis & alibi *Servus Apostolorum & secundum voluntatem Dei Salvatoris Romanorum Imperator Augustus.* Sic etiam in epistola ad Papam *Sylvestrum II.* Extant & alii Imperatorum Germanorum tituli ab hoc diversi post ipsum, absque istis *Dei gratia* verbis. Græcos Imperatores illis usos esse non memini; fortassis loco eorum usurparunt vocem Θεοστεφὴς *à Deo coronatus*, quæ innuit *Dei Gratiam*, raro autem adhibita fuit: ordinario & recentiore titulo existente ἐν χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς Βασιλεὺς id est *confidens in Christo Deo, vel* ἐν Θεῷ Βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων, sicuti legi in nummis *Leonis VI.* & aliorum Orientis Imperatorum. Verum sicuti occidentales id habuere post imperii translationem, non tamen ceu essentiale quid, usque ad hanc ætatem postremam (per annos abhinc circiter CCCC.) ita quoque & alii Christiani Reges olim usurparunt, vel ab ipso Christianissimi apud ipsos exordio: quanquam fixus & familiaris Cancellariæ stylus haud fuerit usque ad annum MCC. post Salvatoris nativitatem. In *Anglia West Saxonum* Rex *Ina*, multis ante Carolum M. annis vivens sic scripsit, *Ic Ine mid Godes gipbe west seaxna Cyninus. Ego Inagratia Dei West Saxoniæ Rex* in præfatione ad leges suas. Sic quoque scripserunt nonnulli ejus Successores. Verum usque ad *Henricum nostrum III.* perpetui usus non fuerunt, ita ut in Regum titulis necessario requirerentur. Eorum loco quandoque scriptum *Divina favente Clementia*, vel simile quidpiam, prout apparet ex diligentissima utilissimaque instrumentorum Collectione de nuperis in Bohemia urbis auctore *Caspare Lundorpio.* Tantum de stylo Principum Summorum & subordinatorum, *Dei Gratia*

apud Anonym. in Comment. ad Diplom. Ottonis 3. Vid. Baron. Annal. Eccl. ann.

Videsis Reflaurat. Carlstad. de Imp. quæst. 60. & aureamBullam Carolst. 4. init. & Dei Gratia Camill. Borell. de Præst. regis Catholici. c. 2.

NOTA.

Jam *Caroli M.* Patrem *Pipinum* usurpasse formulam *Dei Gratia* vult *Mabill. de re diplom. lib. 2. cap. 3. §. 6. Pipinus*, verba sunt, *etsi veterem præcedentium regum inscriptionem utplurimum retinuerit, quandoque tamen addidit* Gratia Dei, *propterea quod extraordinario modo pervenerat*

ad

ad Regnum. Constans tamen ea non fuit, sed mutabilis forma. In *Caroli M.* titulis etiam varia leguntur verba, ut ibidem videbis; Hic tantum describimus illam, ipsi tanquam Imperatori Romanorum, usurpatam, *in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Carolus Serenissimus Augustus, à Deo coronatus; Magnus & pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum.* Quæ formula, eodem tradente *Mabillonio, Originem sumpsit ex Solenni acclamatione quæ eidem ipso coronationis die facta est in hunc modum,* Carolo Augusto à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum, Vita & Victoria; *ut habent Francorum annales Eginhardo Autore, qui & addunt* post quas laudes à Pontifice more majorum Principum adoratus est, ac deinde omisso Patricii nomine (*quod hactenus usurpavent*) Imperator & Augustus appellatus est. Alii Imperatores invocato Dei Triunius, Servatorisve nomine scripserunt *misericordia Dei Divina præordinante, providente, favente, annuente, Disponente clementia vel gratia,* ut apud eundem Mabillonium videre est.

III. Summi quoque Principes in secunda & tertia Persona dicuntur abstracte ad innuendam eorum excellentiam *Majestas vestra, sua,* ut *Catholica Majestas* pro Hispaniarum Rege, *Imperialis Majestas* pro Imperatore Keyserliche Majestet. Id nomen ad Reges Christianos venit à Romano Imperio, ubi eo usi sunt æque in prima ac secunda & tertia personis. Verbum ipsum notat omne genus specialis dignitatis (ac si Anglicè diceremus à *Greaterneff* Germanicè eine Größerheit oder Größerkeit) æque apud privatos ac summos principes & Deitates, quod eleganter proponit *Ovidius* asse- *Fastorum l. 5.*
rentem inducens Polyhymniam, quod vetustissimis temporibus *parent omnis honor,* nec ullam ejusmodi fuisse inter Deos distinctionem, sed unumquemque sedisse pro lubitu.

Sæpè aliquis Solio, quod tu, Saturne tenebas
Ausus de media plebe sedere Deus.

Idque fuisse perpetuum morem donec *Honor* junxerit sibi reverentiam, ideoque mutationem fecerit.

Donec Honor placidoque decens Reverentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.

Ex his duobus, ait, *Majestas* progenita, eaque in summam Deorum

Thronum collocata, *timor & Reverentia* juxta eos posita sunt. Neque Deum fuisse qui eam non coluerit: indeque facta distinctio atque variorum Deorum admiratio inter ipsos.

Hinc sata Majestas, qua mundum temperat omnem.
Quáque die partu est edita, Magna fuit,
Nec mora; consedit medio sublimis Olympo
Aurea purpureo conspicienda sinu.
Consedère simul Pudor & Metus; omne videres
Numen ad hanc vultus composuisse suos.
Protinùs intravit mentes suspectus Honorum.
Fit pretium dignis; nec sibi quisque placet.

Sic, pergit, *Majestas* perseverabit inter Deos usque ad rebellionem *Gigantum* adversus *Iovem*, ubi sic percutit illos, ut postmodum proxima post *Iovem* collocaretur, cujus regnum etiam inermis tuetur sola præsentiæ suæ magnitudine: descendit deinde ad homines, ac summis subordinatisque Principibus, aliis quoque hominibus, insignem contulit dignitatem quibus præsens adfuit: Inde *Majestas pueri, Majestas Matrona, Majestas virginis* &c. denotarunt singularem excellentiam vel qualitatem pueri, Matronæ, virginis.

Fulmina de Cœli jaculatus Iupiter arce
Vertit in auctores pondera vasta suos.
Hîc bene Majestas armis defensa Deorum
Restat & ex illo tempore culta manet.
Assidet inde Iovi; Iovis est fidissima custos
Et præstat sine vi sceptra tenenda Iovi
Venit & in terras; coluerunt Romulus illam
Et Numa; morum alii, tempore quisque suo.
Illa Patres in honore suo, Matresque tuetur
Illa comes Pueris Virginibusque venit.
Illa datos fasces commendat, eburque curule,
Illa coronatis alta triumphat equis.

Ista Ovidius de *Majestate* in genere notante singularem excellentiam vel eminentiam inter alios magni æstimatos: *inter magna ingenia, majoribus verè inest hæc Majestas; & inter Magnanimos, eorum, qui majori animo res gerunt, Majestas lucet, &c.* Eodem sensu loquitur *Valerius Maximus* de *Catone* exeunte e *Theatro*, ne nudos videret mimos

mos, & ſpectatoribus exclamantibus: *Eſt & illa*, inquit, *quaſi privatæ cenſum Majeſtas clarorum virorum ſine tribunalium faſtigio ſine apparitorum miniſterio, potens in ſua amplitudine retinenda. Grato enim & jucundo introitu animis hominum illabitur, admirationis prætexta velata, quam recte quis dixerit longum & beatum honorem eſſe ſine honore*: plura vide in ipſo hoc *valer. Max.* de Majeſtate capite, eandem explicantia.

Verum ſicut aliis verbis accidit, ut reſtringerentur ad aliquas tantum perſonas, generalia cum olim fuerint, ita & *Majeſtati* evenit. Romanæ enim Reipubl. quaſi proprium factum eſt, ſummamque indigitavit ejus dignitatem. *Majeſtas Populi Romani* frequens eſt apud *Ciceronem, Quintilianum* &c. ſignificatque τὴν Ἀρχὴν καὶ Δυναςείαν ἅπασι τῶν Ῥωμαίων *Imperium & potentiam Populi Romani* explicante *Polybio*. Poſtea hæc Populi Majeſtas vel Reip. totius ad Imperatores tranſiit, fuitque *Majeſtas Imperatorum*: hinc mox ab initio Imperii inſcriptiones factæ, quarum concluſio frequens, NUMINI MAJESTATIQVE EJUS DEVOTISS. vel DICATISSIMUS, ſæpe etiam ſolis literis poſitis ſic N. M. Q. E. D. Antiquiſſima, quam vidi, eſt *Septimii Acyndini Tmjano* Imperatori ſcripta, adhuc extans in Eccleſia *S. Barbara Tarmconenſi*. Imperatoribus cum ſequentibus factæ inſcriptiones paſſim quoque obviæ. Hinc *Auguſtalis Majeſtas* Juſtiniano eſt perſona Imperatoris, & *Imperialis Majeſtas*. In prima perſona loquuntur *Honorius & Theodoſius* aliique, *Noſtra Majeſtas*, ut *Noſtra Majeſtate dignitatem conſequi* Cod. de Silentiariis l. 1. decuriones, & *indultum noſtræ Majeſtatis oraculum* C. de Cohortalib. l. ult. ſi quis ex grege.

In legatione in fæd. Ætolorum.

Gruter. Inſcript. pag. 246. n. 3. Nota. *Vide & Reineſii inſcriptiones, ubi* Gordiano *has voces tributas leges. C. ubi & apud quem l. eam ſcimus. 3. Cod. de quadriennii præſcript. l bene à Zenone. Vide ſi placet Iul. Cæſ. Bulſinger. de Imperat. Rom. l. 1. c. 34.*

Circa uſum tamen vocis hujus ſcrupulum movit illud *Trebellii Pollionis* in *Gallieni* vita de *Valeriano* loquentis: *Quis alius potuit eſſe Valerianus niſi Gallieni frater? Conſtat de genere, non ſatis conſtat de Dignitate, velut cœperunt alii loqui de Majeſtate*, ſcil. dubitatum, an *Valerianus* fuerit Imperator, vel ſucceſſor deſignatus, acſi *Majeſtas*, vocabulum tum recens, Imperatoriam æque ac alias denotaſſet dignitatem. Sed manifeſtum eſt, vocem hanc diu ante illud tempus in devotiſſimis ad Cæſarem ſermonibus uſurpatam fuiſſe, ut teſtantur inſcriptiones jam adductæ. Neque ſequitur & aliis dignitatibus hoc tributum eſſe nomen, ſicut eruditi quidam volunt; dicendum

potius *Trebellii* ætate, Majestatis vocem æque Cæsari ac Imperatori fuisse additum, cum antea soli Imperatori propria fuerit: ac si dixisset: *Non constat utrum dignitas vel, ut cœperunt alii loqui, Majestas ejus Cæsariana fuerit duntaxat, an Augustalis seu Imperialis.* Vide *Claudium Salmasium* ad *Trebellium*, qui tamen (quantum judico) hujus loci sufficientem explicationem non dedit.

Vox *Majestatis* sic usurpata originem dedit *Crimina Majestatis* id est offensa qua læsa fuit vel Respubl. Romana, vel Imperator *Majestatis crimen*, inquit *Ulpianus, illud est, quod adversus Pop. Rom. vel adversus securitatem ejus committitur*: & Cicero. *Intentio est Majestatem minuisti quod Tribunum plebis de Templo deduxisti*, adversus Imperatorem etiam & Rempubl. junctim. *Lex Iulia Majestatis* (ait *Iustinianus*) *in eos qui contra Imperatorem vel Remp. aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit.* Et in denominatione criminis hujus *Majestas Plinio* tantum usurpatur in *Panegyrico ad Trajanum. Hujus tamen metum*, (puta criminis Majestatis metum, aut timorem nimis frequentis quæstionis in hoc crimen) *penitus sustulisti, contentus Magnitudine, qua nulli magis caruere, quam qui sibi Majestatem vindicabant.*

Instit. tit. de public. Iudic. §. 3.

Nota. *Crimen læsæ Majestatis etiam in Augustam, ejus liberos, Regem Romanorum & Electores committi posse docet Coccej. in jure publico, cap. 8 § 30, 37. & 12. §. 10. hi enim dicuntur in Aur. Bulla bases Imperii & immobiles columnæ. V. Juret. miscell ad Symmach. Li. ep. 89. Lam. Epist. l. 3. ep. 7.*

Hæc Imperatorem abstracta nominatio, *Majestas* (cui sæpe *Numen* junctum habent inscriptiones) aliis quoque postmodum abstractis eorum nominibus in prima, secunda, & tertia persona adhibitis, occasionem dedit, sc. *Perennitas, Æternitas, Tranquillitas nostra, Serenitas*, & simil. obvia in veterum Imperatorum Rescriptis quæ extant in duobus Codicibus *Theodosii, & Iustiniani. Novellis* etiam & ultimo libro Epistolarum *Symmachi.* Nam antequam uni subesset imperium, moris non fuit, sive honoris gratia, sive aliter per abstractum appellare quenquam, sed per concretum tantum; nisi quod pauca probent exempla id olim factum esse. Ἰς Τελεμάχοιο est apud *Homerum* pro *Telemacho forte.* id est *Vis Telemachi*, & Ἡρακλῆος βίη, *robur Herculis* pro *Hercule robusto* sic

Virtus Scipiada & mitis Sapientia Lali

pro virtuoso *Scipione & Sapiente Lælio* apud *Horatium*; quæ sic descripserunt eos in abstracto, quemadmodum *Appietas & Lentulitas, Appium & Lentulum* apud *Ciceronem*; vel sicut stupor stolidum dicit hominem indignum fœmina, apud *Catullum*:

Talis iste meus stupor nil videt nil audit.

Verum ista loquendi ratio rara admodum nec omnino recepta fuit

fuit, antequam *Numen & Majestas* in consvetudinem venirent: postmodum vero & alios per abstractum allocuti sunt, ut Præfectos Prætorios Proconsules &c. *Sublimitas Tua, Excellentia Tua, Celsitudo* &c. quæ vide in *Codice utroque, Novellis, Cassiodori Formulari*, & alibi. Sic *Beatitudo Tua, Sanctitas Tua egregia, Dignatio Tua, Præstantia Tua, Serenitas Tua* tituli fuerunt in epistolis hominum Clarissimorum, in Ecclesia & Republica, ut cernere est in epistolis quibusdam *S. Augustini, S. Hieronymi, Cassiodori Formulari, Symmacho* &c. pristinorum & recentiorum temporum. Unde & *Philippus Pulcher* G.R. ad *Bonifacium* VIII. loco illius *Sanctitas Tua*, scripsit: *Sciat Tua maxima fatuitas, nos in temporalibus alicui non subesse.* Sic *Gratia nostra, Nostra Pontificalis Dignitas* in prima persona Episcoporum mos fuit, à *Cuntzio* reprehensus, qui de *Leuderico Bremensi Episcopo* narrans (circa annum DCCCXL) male habitum, quod *Custodem & Pastorem Bremensis Ecclesiæ* semetipsum nominaverit: ait, *Vide temporum simplicitatem, quod non paterentur Pastoris vocabulum. Quid facerent si ritum nostra ætatis ambitiosum cernerent, ubi ex ore Episcopi insonare audirent,* Nostra Gratia, nostra Pontificalis dignitas, *& reliqua his etiam gloriosiora.* Sed de hoc abstractorum usu apud inferiores dignitates plura in secunda Parte.

Adam Bremens. Hist. Eccl. c. 20. Metropol. Saxon. l. 1. cap. 32.

Majestatis vox Græcis fuit Βασιλεία, cum adjectivo ἁγία sic ἁγία Βασιλεία *Sacra Majestas*, & aliquando παγγάλη Βασιλεία *Serenissima Majestas.* Communicabatur etiam tribus illis Constantinopolitanis dignitatibus, *Despotæ, Sebastocratori & Cæsari* (de quibus in principio secundæ partis) ita tamen ut omissione vocis *Sacra* ab Imperatoribus distingverentur: quam vocem & ipse Imperator non nisi in secunda & tertia usurpavit persona, in prima sic loquens: ἡ Βασιλεία μου i.e. *Majestas mea.* Cæterum *Sacra Majestas* hodienum in usu est Imperatoribus, & Regibus Europæis. Latina vero *Codini* versio, ex quo usus τῆς Βασιλείας observatur semper habet *Regnum*, eodem sensu, ut & *Pauli Diaconi* Historia nonnunquam, ex Græco translata, Imperium pro Βασιλεία de orientis imperio. Verum id interpretum errore factum. qui scientes Βασιλείαν propriè Regnum dicere vel imperium, non aliam quæsiverunt vocem latinam, quæ ex Rege vel Imperatore formaretur, sicut ex *Domino* fit *Dominatio, Lordshie, Vostra Signoria,* Eure Herrlikeit, & ex *Deo Deitas,* Θεότης, quam

Vid. Codin. de Offic. & Meursium in gloss. Græcobarb. verb. Βασιλεία.

quam olim *Numen* appellarunt. Græci vero, post imperium suum etiam Turcis subditum, usi sunt voce ista in epistolis ad Europæ Reges, sicuti legi in epistola *Germani* Patriarchæ Hierosolymitani ad *Henricum* VIII. nostrum, auxilia pro Christianis illis afflictis poscente: ὐκ ἐκλείψωμεν ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι ὑπὲρ τε τῆς σῆς Φιλοχρίστου καὶ Ὀρθῆς Βασιλείας, *haud desinemus unquam orare pro Christianissima & pia Majestate Tua*: aliud enim non habent Græci vocabulum quod Latino, *Majestas*, respondeat: latini autem (à quibus & aliæ assumserunt linguæ) formant à Comparativo *Major* acsi ab Anglico *Greater* dicendum foret *Greaterneſſ.* & Germanico Größer/ Größerkeit. Propius tamen accedit Græcorum μεγαλειότης, quod tamen proprie *Majestas* non est, sed *Magnitudo* solum, quanquam in quibusdam Glossariis antiquis per utrumque reddatur, & 1. Pet. 2. v. 16. alii legant *Magnitudini*, alii *Majestati*. Alias ut Latini sic & Græci in Abstracto dixerunt γαληνότης ἡμετέρα, *Serenitas nostra* & simil. prout ante dictum est, & obvium in Constitutionibus Imperatorum Græcorum: in sermonibus etiam ad ipsos, nec non novissime à Græcis ad Summos Principes alios.

Majestas hæc hodie agnita tanquam abstractum, & Regibus, Imperatoribus, eorumque Uxoribus propria, dicitur *Cæsarea* Keyserlich/ quoad Imperatorem, *Catholica* vero quoad *Hispaniæ* R. erronee vero ponitur in titulis epistolarum ad Sultanum, sicuti aliquoties vidi. *Dux venetiarum* non utitur voce illa, quanquam superiorem non agnoscat, sed tantum vocibus Hoheit/ *Altezza*, *Celsitudo*. Quando cœperit usurpari in Regnis aliis minime novi: neque assentire possum doctis illis viris, qui tradunt in Angliam venisse titulum illum ætate *Henrici VIII.* nisi forte voluerint, magis tum receptum fuisse *Majestas ejus* vel *Regia Majestas* in Rege denominando. Nam revera usitatissimum fuit (ut apparet ex Rotulis Parlamenti) *Our Lord the King*, *Dominus noster Rex*, in testia persona pro Rege. Reges tamen nostros in epistolis ad ipsos olim salutatos esse *Majestas Tua*, vidi non solum in epistolis ad *Henricum IV. Edvardum I.* & alios, verum etiam in Epistolis Johannis Salisburiensis ad *Henricum II.* & similibus fide dignissimis scriptis. In epistola etiam *Iohannis XXII. P. M.* ad *Edvardum II. vel III.* res *Hiberniæ* attinentem *Magnitudo Tua* illius loco est. Neque desunt exempla abstractorum in prima per-

Videsis I. Fiefacum in Ecc. Gallicana querela pag. 11.

Regist. Peckham (in Archiep. Cant. Eccles. fol. 15. &c.

Bullar. tom. 1. pag. 159.

Cart. 23. Henr 6. membr. 32. num. 33.

perſona Regis apud nos ſicut apud Imperatores. In Diplomate quo *Humfridus Comes Bukinghamiæ* in *Ducem Bukinghamiæ* elevatur, Legimus: *Conſidenavit noſtra Celſitudo regalis* (inquit *Henricus VI.*) *inter Cæteros nobiles & principes noſtræ Serenitati ſubjectos &c.* & Rex *Edvardus IV. Thomam Grey* creans *Comitem Huntingdoniæ*, (poſt *Marchionem Dorcetenſem*) incipit *Sciatis, quod cum* noſtra Majeſtas Regia *ab immortali Deo poſt maximas de inimicis noſtris partas victorias ad regni culmen & ſolium hereditarium ſublimata exiſtat.* Illud verò *Sacra Majeſtas* cœpit tantùm noſtra memoria, vel patrum noſtrorum in *Anglia.* Uſurpatio tamen non eſt, ſicut aliqui volunt, Majeſtatem ſoli Deo propriam eſſe. Potuiſſent enim æque ſapientiam, Potentiam & Clementiam denegare hominibus vel aliam quam cunque virtutem, quoniam omnes, quoad maximæ ſunt & optimæ, ipſi inhærent primario. Idem fortaſſis ſufficientem præberet reſponſionem indignantibus ad illa, *Noſtra Divinitas, Noſtrum Numen, Cæleſte Oraculum Sacrum Oraculum, adorandum reſcriptum.* &c. attributa priſcis Imperatoribus *Theodoſio* etiam & *Valentiniano* Chriſtianis, in prima & tertia perſona, juxta ſubſtratam materiam. Plurima ejus ſunt exempla in utroque *Codice:* & cur *Divinitas* non æque ac *Divi* vel *Dii* de iis predicanda ſit, minime intelligo. Hac de re aliqua ſuperius dicta ſunt. His tantùm addo *Lacedæmonios* virum admirantes vulgò dixiſſe Θεῖος ἐστὶν ἀνὴρ *vir Divinus eſt.* Proverbium quoque ipſorum fuiſſe (teſte *Ariſtotele*) ἐξ ἀνθρώπων γίνεσθαι θεοὶ διὰ ἀρετὴν (ἡρωικὴν) ὑπερβολὴν *ob excellentiam heroicarum virtutum pro Diis habiti ſunt.* Iſtæ etiam virtutes & ipſi homines Divinitatis, ut ait, aſſecuti ſunt nomen per ſimilitudinem quandam, vel participationem cum Deitate, qua ipſiſſima *Bonitas* eſt & *Excellentia*, ſicut è regione inhumanitas omnis & Barbaries θηριότης *Feritas* dicta eſt, ceu feris ſimillima. Et ſicuti homo Barbarus ſeu inhumanus θηριώδης, ferus eſt, ſeu feræ ſimillimus non autem fera ipſa, ita ex altera parte *Divinus* vel *Divinitas* &c. dicit ſolummodo admirationem excellentiæ, quæ primum perfectiſſimumque exemplar in Deo reperit, ac per ſimilitudinem vel participationem ad homines deſcendit, quibus iſtud tribuitur nomen. Eodem ſenſu ait *Aquinas: Antiquitus Rectores Reip. Divini vocabantur, quaſi divine provi-*

Cart. 23. Henric. 6. membr. 32. num. 33.

Cart. 11. Ed. 4. membr. 5. num. 12.

Marcus Antonius Surgens Neapoli illuſtrat. lib. 1. cap 19. §. 10.

Jo Fileſac. de Idololatria politica c. 1.

Cap. 4. §. 3.

Ethic. 7. Cap. 1.

Secund. 2. qu. 99. art. 1.

providentiæ ministri. Abstracta alia olim Regibus usurpata, nunc vero inferioribus etiam, ad secundam remitto partem.

NOTA.

Ob Unctionem & Coronationem Imperatores & Reges Christianorum *Sanctos & unctos Domini* vocari tradit illustris *Ludolphus comment. ad Histor. Æthiop. Lib. 2. n. 48.* Benè, vix tamen generaliter accipienda verba, quoniam nec omnes Judæorum Reges unctos esse tradit *Sebickardus de Jure Regio Judæorum*, *Seldenus de Imperatoribus* id statuit cap. sequenti, & *Ludolphus* ipse Sanctitatem hanc certis limitibus esse circumscriptam ex *Ambrosio* docet l. c. *lib. 3. n. 51.* Quanquam & asserat *Ambrosii* factum (*Theodosium* in Sanctuarium non admittentis, quoniam *Purpura Imperatores faciat non Sacerdotes*) Suggillasse Græcos & Orthodoxis Imperatoribus in adyta sua non solum ingredi, sed etiam ibi manere permisisse.

Præterea testatur *Mabillon de re diplomaticâ lib. 2. cap. 6. §. 7.* Sanctissimos dictos ab Episcopis etiam Catholicis, Principes tum prophanos tum Hæreticos.

Majestatis verò compellationem, Romano Pontifici Archiepiscopis, Regibus ac Principibus imò Comitibus & Episcopis communem fuisse, rarius tamen ante sæculum undecimum tradit, idem *Mabillon loco citato §. 6.*

IV. Solenne fuit præterea Imperatores Romanos nominare *Pios Felices* (qui fuerunt tituli usitatissimi) & *Clementes*, *Tranquillos*, *Sanctissimos* &c. innuendo quales sint vel esse debeant, addita honestissima sed arbitraria nuncupatione illa; *Patres Patriæ* etiam dicti titulo optimo. His temporibus Imperatores & Reges (etiam inferiores Principes, de quibus postea plura) in secunda & tertia persona appellantur *Clementissimi, Excellentissimi, Invictissimi, Illustrissimi, Serenissimi, Gloriosissimi, Potentissimi, Sacratissimi*, Celsissimi & hic simil. prout cernimus in epistolis, inscriptionibus & historiis de ipsis. *Paulo inusitatior*, inquit *Adam Contzen*) *fuit titulus* ἅγιος & ὑψηλότητος seu Celsitudinis. *Nunc verò inter Christianos Principes usitatissimus. Sumptus verò est ex Apostolo ad Rom. XIII. v. 1. ubi vocantur* ἐξουσίαι ὑπερέχουσαι *Potestates supereminentes: hoc enim Celsitudinis vocabulo*

Polit. l. 7. c. 3.

cabalo indicatur. Ex his tamen frequentius nihil eſt quam *Moſt high & mighty, Tres-haut & treſpuiſſant, Muy alto & poderoſo, Sereniſſimus & Potentiſſimus.* Et variam eorum ſi quis inquireret uſurpationem, grande conficeret volumen, labore indignum. Evolvat qui vult Epiſtolas *S. Gregorii, S. Leonis, S. Ambroſii, Symmachi,* &c. illius temporis, videbitque attributa iſta variè Imperatoribus addita. Ad mediam Chriſtianiſmi ætatem pertinent epiſtolæ Pontificum ad Reges, extantes in editione Conciliorum extrema, epiſtolæ quædam *Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini,* (& aliorum in Volumine epiſtolarum ejus) ſcriptæ ad Reges nonnullos priſcos, in ſpecie Anglicanos; *Hincmari* etiam, *Petri Bleſenſis, Anſelmi,* & ſat exemplorum præbentes de titulis illorum temporum. Horum temporum eſt & illud *Servus Apoſtolorum Ottoni III.* Imperatori uſurpatum. Inuſitatum verò illud *Alfonſi II. Hiſp.* in privilegio Eccleſiæ Bragenſis A. Chr. DCCCXXX. *Ego ſervus omnium ſervorum Dei Adefonſus Rex Froylani Regis filius,* ſicut ex annalibus Eccleſiæ iſtius deſcribit *Prudentius de Sandoval:* nunc autem Pontifices ſic ſemel appellant, & *Auguſtinus* aliquoties. Verum media iſta ætate tituli hi ſummorum Principum in ſecunda & tertia Perſona magis fuerunt arbitrarii (pro lubitu Secretariorum) quam nunc, ut apparet ex Variarum Rerumpubl. ſtylo.

Vid ſup. c. 5. § 4 & hol ep. Geretberti Rhemenſ. p. 73. ep. 107 &c.

De *Curia Romana* primo: mediis ſeculis & quod anteceſſit ea tempora, Curia illa, juxta & alii, aſſumſerunt indifferenter *Excellentiſſimus, Glorioſus Glorioſiſſimus, Religioſiſſimus* &c. ut ex epiſtolis apparet illius ætatis. Sed inde à CCCC annis uſitatius Romæ fuit, ut Imperatores vocarentur *ſemper Auguſti.* Reges alios ſummos (ſæpe autem & ipſi æſtimabantur quaſi Imperio ſubordinati) Pontifex in epiſtolis nominavit *Illuſtres*: poſtquam verò *Chriſtianiſſimi* & *Catholici* dicerentur Reges Galliæ, omiſerunt vocem *Illuſtris*: ſic etiam cum *Fidei Defenſor* cognominaretur *Angliæ* Rex, ut vides in bulla ſuperius allegata. Ideo, inquit *Marcus Antonius Surgens* in *Brevium Romana Secretaria Tituli iſti leguntur, à ſido amico transmiſſi. Chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Carolo, Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto. Chariſſimo in Chriſto filio Noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi catholico; Chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Philippo Regi & Mariæ: Reginæ Angliæ illuſtribus* ubi obſerva omiſſionem Tituli, *Defenſor Fidei,*

Videſis Marian. de reb. Hiſpan. lib. 26. c. 12. de Rege Caſtellæ. Cap. 5. §. 4. De Neapoli illuſtrata l. 1. cap. 19. §. 12.

quem *Mariæ R.* negavit Pontifex, fortassis existimans, *Bulla Pauli III. in Henricum VIII.* donante, ob Monasteriorum dissolutionem, eundem abrogatum esse.

Laert. Cheminus Bull. tom. 1. p. 619. seq.

Charissimo in Christo Filio nostro Henrico, Francorum Regi Christianissimo.

Charissimæ in Christo Filiæ nostræ Catharinæ Francorum Reginæ Christianissimæ.

Frustra ergo sunt quicunque ex verbo *Illustris* aliquam Regibus suis asserunt prærogativam; nam Reges Romæ sic nuncupati sunt, antequam isti ipsis affigerentur tituli.

Illustris verò titulum minime sufficere Angliæ Regibus eorum existimarunt subditi. Vulgò enim (sicut apparet undiquaque ex literis *Significavit, of Proxies, Certificate*, & aliis ejusmodi legitime scriptis ab Episcopis) inscriptio legitur *Excellentissimo Principi*, vel *Regi*, vel *Serenissimo ac Excellentissimo*, voce *Illustris* ad finem rejecta. Neque AngliæReges *Illustres* tantummodo appellarunt Reges summos alios, quanquam juxta stylum Romanæ Curiæ id sæpius factum, ut testantur epistolæ ejus inter Rotulas adhuc asservatæ. Recentior Anglicanæ curiæ stylus est juxta *Jacobi Regis* Inscriptionem *Admonitionis suæ ad omnes Principes Christianos & Resp.* (ceu optimum hac in re exemplar) ad Imperatorem talis *Sacratissimo atque Invictissimo Principi ac Domino, Rudolpho secundo, Romanorum Imperatori semper augusto.* Aliis Regibus & Principibus rebusque publicis nemini subjectis. Sic scribitur, *Serenissimis atque potentissimis christiani orbis Monarchis, ac Regibus illustrissimis celsissimisque Principibus, rebus publicis atque ordinibus fratribus, consanguineis affinibus atque amicis charissimis.* Illud autem *Sacratissimus*, præ reliquis aliàs, inusitatum antiqvum est attributum Imperatoris, sicuti *Sanctissimus.* Legitur in nonnullis Inscriptionibus florentissima Imperii ætate, & subscriptio *Authenticarum* est *Finis Novellarum Domini Justiniani Sacratissimi Principis.* Titulus etiam præfixus unicuique libro *Codicis, Institutionibus, & Digestorum fronti.*

Titulos his similes summis tribuerunt Principibus *Neapolitani* Reges, ut videre est in collectione monumentorum illius Regni à *Scipione Mazella* facta: crediderunt autem quidam *Illustris* vocem summum & Dignissimum Regi præbere titulum, *Super illustris* verò

Nella descritione di Regno di Napoli p. 488.

(quod

(quod finxerunt) Imperatori. *Cum in jure noſtro* (ait *Alciatus*) *ex recentiorum traditione quatuor ſunt dignitatum gradus ſuperilluſtres, illuſtres, ſpectabiles, Clariſſimi, in his ita Diſtingui ſolet. Ut Romanus Pontifex, itemque auguſtus ipſe Imperator ſuper illuſtres habeantur; quo in numero & Francorum Regem collocandum cenſeo, cum imperatoriꝰ faſtigium æquet, eique in Regno ſuo obſervantiam nullam præſtet. Cæteri vero Reges illuſtres ſint, quo in gradu & eos Duces conſtituendos arbitror, qui Regali poteſtate præfulgent & legibus ſoluti ſunt nec ex facto Cæſaris potentiam reformidant ut Mediolanenſis, Auſtriacus, Burgundus, Britannus, qui & Britto, eſt.* *De ſingulari certamine c. 32. ſide DD. ad l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt Iuriſd. ſide Lancellot. Cõmodum de Duello 77.*

Verum (omiſſis quod de Comitibus affert, & ad ſecundam pertinet partem) hoc *Alciati* ſenſu omnes nunc Reges ſuperiorem non agnoſcentes quales æque ſunt *Angliæ & Hiſpaniæ* Reges ac *Galliæ* dici poſſunt *Superilluſtres*: Summi enim ſunt in Regno ſuo ſicut Imperator eſt vel fuit unquam. Et eadem de cauſa vult *M. Antonius Surgens* vocem illam tribui *Neapolitanis* Regibus. Verum *Alciatus* magis ingenuet fatetur, revera non exiſtere *Superilluſtris* titulum, niſi in cerebro quorundam ICtorum barbarorum. *Neapol. Illuſtr. l. 1. c. 19. §. 10. Diſpunct. lib. 3. c. 4.*

De *Gallia*. Antiquum hic extat Formulare, *On Protocolle pour les Notaires & Secretaires du Roy*, vel *Guidon des Secretaires*, ſæpius excuſum in *Gallia*, ſcriptum autem ſub *Carolo VII.* circiter CC abhinc an. ubi Imperatori ſcribendum eſſe traditur. *Sanctiſſimo & Excellentiſſimo Principi Sigismundo, Dei gratia Regi ſemper Auguſto, Hungariæ, Dalmatiæ Regi, fratri noſtro Karolus eadem Gratia Francorum Rex Hiſpaniæ* Regi: *A haut & puiſſant Prince Jean, par la grace de Dieu Roy de Eſpagne, noſtre treſchier & trerame, Charles &c.* Pari ſcribuntur ad *Arragoniæ R.* & *Scotiæ*, addita voce, *Avunculi* de qua notæ adduntur in formulari ſequentes, Nota *que le Roy parle par Nous a toutes gents & met les Roys, a qui il eſt eſcrit en teſt, & titre devant luy. Et ſemet le dernier pour le Courteſie.* In quibusdam editionibus poſt verba *toutes gents Papa* excipitur per *fors au Pape*, alia *Nota* (idẽ ait) *que le Roy ne ſalut point au commecement les Roys Deſon ſangve comme il faict les autres Roys. Mais vient apres ſon titre a ſa narration*; Cujus exemplum præbet *Rex leroſalyme & Sicilie* ſic *Charles &c. Treſcher & treſame frere.* &c. Sed videtur intelligere illum per fratres Reges conſangvineos, arcte junc- *Meslanges Hiſtoriques au Troyes, 1619. p. 48. b.*

ctos; nam *Aragoniæ* & *Scotiæ* Reges salutat *Avunculos*. Alia Styli hujus curiæ directio legitur in libro huic formulari addito, cujus titulus *Meslanges Historiques* paucis abhinc annis impresso *Trees* (Toyes) in *Campania*. Hic docetur, quomodo Regis nomen scribendum sit in epistolis ad Papam, Cardinales, Episcopos &c. Imperatorem & Principes summos: *Imperatori vero & cæteris Regibus Rex non ponit se nec supra nec subtus, sed in prima linea primo scilicet nominando Imperatorem, vel alium Regem, cui scribit, ut sic, Illustrissimo Principi Carolo Dei Gratia Romanorum Impemtori semper Augusto, Carolus eadem gratia Francorum Rex, salutem & successuum fœlicium incrementa: vel uni alii Regi Serenissimo Principi Henrico Dei gratia Castellæ & Legionum Regi, Carolus eadem gratia Francorum Rex, salutem & votivis successionibus prosperari. Et sic scribitur Imperatori & omnibus Regibus. In hoc tamen non comprehenditur Rex Navarræ, quia est subditus Regis & ei scribitur scilicet in clausula cum cauda, dicendo infra literam supra in margine, De par le Roy & postea incipiendo literam dicitur tres-cher & tres-ame Frere nous avons entendue & &c. extra in cauda, à nostre treschet & tres-ame Frere le Roy de Navarre.* Hodie pares cum Anglicana Curia usurpat Gallicana, ut & aliæ Christianorum Regum. In libro Germanico Neu und Vollkommen Canzeley und Titul Buch id est *novo & perfecto libro Cancellariæ & Titulorum*, excuso *Francofordiæ*, id est formulari Titulorum in Imperio anno. 1590. Imperatori sic scribunt. Dem aller Durchlauchtigsten / Großmächtigsten / unüberwindlichsten Fürsten und Herrn / Herrn Rudolph / Römischen Keyser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien &c. König / &c. Ertzherzog &c. meinem vel unserm aller gnädigsten Herrn id est *Illustrissimo, Potentissimo, Invictissimo Principi & Domino, Domino Rudolpho, Romanorum Imperatori, Semper Augusto, Germaniæ, &c. Regi &c. Archi Duci &c. Domino meo vel nostro gratiosissimo.* Verbum *Invictissimus* nonnunquam omittitur. Imperatrici scribunt. Der Durchlauchtigsten Fürstin und Frauen / N. Römischen Keyserin / Mehrerin des Reichs &c. Meiner Allergnädigsten Keyserin und Frauen. *Illustrissimæ Principi & Dominæ N. Romanorum Imperatrici, Semper Augustæ, Gratiosissimæ Dominæ & Imperatrici meæ.* Reges *Hispaniæ, Galliæ, Poloniæ, Daniæ, Sveciæ* &c. dicuntur *Illustrissimi & Potentissimi Principes ac Domini*, cum clausula, Gnädigste Herrn, *Gratiosissimi Domini.*

De *Hispaniæ* Titulis, quos Rex a Subditis assumit. Anno MDXLIX

MDXLIX. liber editus cujus inſcriptio: *Eſtilo de Eſcrivir cartas menſengeras corteſanamente à diverſos fines y conceptos con los titulos y corteſias que ſe uſan.* Autor eſt *Gaspar de Texeda.* Hic docetur Regi (qui tum fuit *Carolus V.* Imp.) ſcribendum eſſe *A la Sacra Cæſarea, Catholica Mageſtad, El Empendor, Rey muſtro Sennor.* Regi vero *Portugalliæ Muy alto & Muy poderoſo Prencepe Rey y Sennor* ſitque Epiſtolæ inſcriptio: *Et Sereniſſimo Rey de Portugal* Similia ibi traduntur in titulis Reginarum *Portugalliæ & Galliæ,* cum ſpecialibus ſubſcriptionum formulis. Illorum vero *Corteſias* titulorumve augmentatio ad eam tandem (ambitioſo in Principes affectu) intolerabilem formam pervenit, ut limites ei poneret, *Pragmatica de los titolos y Corteſias* edita VIII. *Octobris an. Chr.* MDLXXXVI. *Philippo III. R.* Hic edicitur in fronte Epiſtolarum ad Regem non aliter ſcribendum eſſe quam *Sennor*, id eſt *Dominus*, neque in fine aliter quam *Guarde Dios la Catholica perſona de vueſtra Mageſtad* addito ſolo ſcriptoris nomine. Inſcriptio eſſe debuit *Al Rey Nueſtro Sennor.* Sic quoque ad Reginam ſcribendum. Secretarii cum ſignant literas loco illius *Su Mageſtad*, ponant *El Rey Nueſtro Sennor.* Hæc in ſpecie ad Regem Reginamque pertinent. Sunt & alia ad Principes Sangvinis, *Infantem*, Duces hisque inferiores de quibus in ſecunda Parte. Editus præterea & alius liber à *Iuan Vicent Peliger* 1607. *Caragoſa*, docens quomodo juxta hanc Pragmaticam ſcribendum ſit.

Antonio de Herrera part 3. de la Hiſtoria general. l. 2. c. 9. Vide & Generalem Hiſtoriam Hiſpaniæ Anglice ſcriptam. l. 31. p. 1234. ubi habes Pragmaticam hanc anglice redditam, habes & infrà part. 2. cap. 4 §. 10. Vid etiam illam anno 1593. impreſſam Madriti, nec non aliâ an. 1600. Philippi III. quæ eadem eſt, & inſeritur Quaderno de lo Anadido à la nueva Recopilaciõ impreſſa Madriti 1610. fol. 53. b.

Hactenus de Attributis illis quæ breviter, at plene, exprimunt Poteſtatem vel dignitatem, & annectuntur aliis Regum Chriſtianorum titulis in ſecunda & tertia perſonâ, cum exemplis quibusdam vetuſtiſſimis, nunc vero omiſſis. Nec ab inſtituto noſtro alienum fore puto, addere inſolentes Mahumedanorum Principum (illorum præprimis in oriente, aliorumque) titulos, quibus & ſe & alios onerant quandoque. *Achmetes* nuper Turcarum Imperator ad *Henricum IV. G. R.* ſcribens confirmaturus fœdera inter ipſos anno MDCIV. hunc gerit Titulum, Gallicè redditum ex lingua Turcica, in qua etiam impreſſus eſt *Pariſiis* MDCXV. *Moy qui ſuis par les infinites graces du juſte grande & tout puiſſant Createur & par labondance des Miracles du chef de ſes prophetes, Empereur des victoriaux Empereurs, Diſtributeur des coronnes aux plus grand Princes de la terre, Serviteur de deux tres ſacres & tres Auguſte Villes Meque & Medine, Protecteur*

teſteur & Gouverneur de la ſainct Ieruſalem, ſeigneur de Europe, *Aſie & Afrique, Conquiſes avec noſtre victorieuſe, Eſpee, & eſpouvantable lance; aſcavoir de Pays & Royaumes de la Grece, de Themiſuar, de Boſſena, de ſegvetuar, des Pays & Royaumes de Aſie de la Natolie, de Caramannie, d' Imadic, d' Egypte, & de tout le Pays des Parthes, de Cars, des Georgiens, de la Port de Ferr, de Tiflis de ſirvan & de Pays du Prince des Tartars nommez Cerim, & de la Compagne nommee Deſt, Cipe hac, de Chipre, de Zeulcaderie, de Chereſeul de Diarbequier, d' Alep, de Rom, de Babylone de meure des Princes, de Cioufe, de Baſena, d' Egypte, de l' Arabie pareuſe, d' Abs, d' Aden, de Thunis, la Goulette, Tripoli de Barbarie, de pluſieurs autres Pays, Villes e ſeigneuries Conquiſes aves noſtre puiſſance imperial, Seigneur des Mers Blanche & Noire, & de inexpugnabile fortreſſe Aigria de tant d' autres divers Pays, Isles, Deſtroicts, Paſſages, Peuples, Familles, Generations, & de tant de cent Milliers de victórieux gens de gverre, qui repoſent ſoubz l'obeyſſance & juſtice de Moy qui ſuis l' Empereur idem eſt cum Achmete Amatfilz de l' Empereur Mehemet, de l' Empereur Amorat, de l' Empereur ſelim, de l' Empereur, ſolimann, de l' Empereur ſelim, de l' Empereur Bejaret, de l' Empereur mehemet, de l' Empereur Amorat, &c. par la grace de Dieu recours des grands Princes dumonde & Refuge des honorables Empereurs. Auplus glorieux magnanime & grand ſigneur de la Creance de Ieſus, eſſeu entre les Prinses de la Nation de Meſſie Mediateur des differentque ſurviennent entre le peuple Chreſtien, ſeigneur de Grandeur Majeſte, & Richeſſes, glorieuſe gvide de plus grands Henria4 Empereur de France, que laſinde ſes Iours ſoit, heureuſe.* Attributa illa tum ipſi tum Galliæ regis aſſerta, vulgo ſic uſurpantur, vel ad minimum his ſimillima ſunt, quæ olim aſſumſerunt ejus Anteceſſores, ut memoriæ proditum, & hodienum ſibi vindicant ſucceſſores. Priorum temporum ſuppeditat exemplum illud *Sulæni Babyloniæ* ad *Innocentium* IV. P. M. quod latine fecit ex *Ambico* Cardinalis quispiam apud *Matheum Pariſienſem*. *Præſentiæ Papæ ſubſcriptio*; *Nobilis Magni ſpirituali, affectuoſi, ſanctiſſimi tertii decimi Apoſtolorum, univerſalis loquelæ Chriſtianorum, manutenentis adoratores Crucis, Iudicis Populi Chriſtiani, doctoris filiorum Babtismatis, ſummi Pontificis Chriſtianorum (confirmet eum Deus & det ſibi felicitatem) a ſoldano Potentiſſimo regnante ſuper colla Nationum continente duas virtutes Gladii & Calami, poſſidente duo præcellentia, ſcil: Doctrinam & Iudicium, Rege duorum marium dominatore Auſtri & ſeptentrionis, Rege Re-*

Idem titulus ſcriptus Clementi VIII. à Gabriele Patriarcha Alexandrino, in epiſtola ad illum, addito: quinto Evangeliſtarum. *Vid. Baron. tom. 6 fol. 962. edim. Antverp.*

Regionis Ægypti & Syriæ. &c. Recentiora exempla reperies plurima in relationibus Turcicis & epistolis de Fœderibus. Ad evitandos autem istos titulos tædiosos, consenserunt paciscentes Anni MDCVI. *Rudophus II.* Imperator & *Achmetes Magnus Sultanus* ne in literis instrumentisque aliis vocarentur aliter quam *Patris Filiique* nominibus: scil. Imperator vocavit Sultanum *Filium suum*, Sultanus verò Imperatorem (intuitu senectutis ejus) nominavit *Patrem suum*: In fronte verò epistolarum unicuique liceret Imperatoris usurpare vocem.

Sim. Majol. Canic. dies. tom. 5. colloq. 5. pag. 1161. de Fœder. inter Hungarum & Turcam. Mercur. Gallobelgic. Tom. 5. lib. 4. Historiæ Mauric. l. 4. c. 3.

Verum & ante Mahumetismum ejusmodi usitatos fuisse titulos apud Orientis Principes manifestum est ex *Theophylacto Symocatta* & *Menandri excerptis de Legationibus p. 283.* recensentibus arrogantes voces, quibus usi Persiæ Reges in literis ad Romanos Imperatores mille abhinc annis. Tales sunt etiam tituli Regis *Æthiopiæ* vel *Abyssinorum* (quem *Presbyterum Johannis* nuncupamus) teste *Damiano a Goes*. Imperatores Græci, etsi labasceret Imperium, eandem amarunt vanitatem in titulorum Niceph. suorum scriptione, ut videre est in fronte Edicti *Iustinianei de Trinitate* in exemplo superius allegato, & illo *Emanuelis ad Fridericum Barbarossam Manuel, in Christo Deo fidelis Imperator, Porphyrogenoretus, divinitus coronatus, Regnator Potens, excelsus & semper Augustus & Moderator Romanorum Magnificus, Nobilissimo & Gloriosissimo Regi Alemannorum & Imperatori ac dilecto fratri imperii nostri salutem.* Nonnunquam Dici voluit (præter ordinarios illos titulos & à regionibus cognomina, more Imperii vetusto) Θεοκυβέρνητος, κληρονόμος ἅ στέμματος ἅ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ νεμόμενος πάντα τὰ τούτου δίκαια, i. e. *à Deo gubernatus, Hæres coronæ magni Constantini & observans omnia ejus præcepta.*

Eutrop. l. 5. c. 4. Call. l. 17. c. 35. supra c. 2. §. 2. Albertus Stidens. in Chronic. an 1179. Ex Camerario apud Henric. Meibomium, ad aureum Andronici Bullam p. 9.

Reges *Mauri* olim quidem & hodie iisdem fere utuntur titulis, non tamen ita frequenter, nec tanto apparatu, quanto *Sultanus Magnus* vel *Presbyter Johannis*. In Privilegio quodam *Alboacen Iben Mahumet Regis Coimbræ* Christianis concesso an Chr. DCCXXXIV. in regione sua habitantibus, nominat se ipsum. *Alboacen Iben Mahumet Alhamar Iben Tarif Bellator fortis vinciter, Hispaniarum, dominator Cantabriæ Gothorum, & magnæ litis Roderici.* Recentius exemplum præbet *Mully Hamel* Hispanicè redditum, & in Anglicanis peregrinationibus publicatum. In *Roberti Cottoni* Eq. Thesauro in-

Prudent. de Sandoval. in notis de Rege Fabila, p. 87. Hackluit tom. 2 part. 2. p. 118.

æstimabili invenio etiam scriptum *Abdelmelechi Iben Mahomet* ad *Elisabetham* R., cujus literæ superscriptæ aureæ, atque arabicæ illud Mahumetanorum solenne exhibeat *In nomine misericordis Miseratoris Dei &c.* præter nonnulla de *Mahomete:* verba epistolæ ipsa sunt: del Siervo de Dios que tiene su confianca ij en todo se remite a su divin Voluntad, El Mir Almumminin Abdelmelech, il ijo de Mahamet, Xeq de buena memoria, Xarif El Haçeni, Emperador de Maruccos, Rey de Fesse, de Sus, &c. A la muo alta y muy poderosa sennora donna Elizabeth Reyna de Inglaterra, de Francia, de Irlanda, de Scotia, &c. Salud ij Ensalcamiento de vuestro muy poderosa y. Real Estado &c. Plura de Christianis æque ac Mahumetanis Principibus Testimonia plura de Christianis æque ac Mahumetanis Principibus testimonia reperies in Archivis-*White-hall*, seu *alba aule* ubi & curiosissimus suo satisfacere poterit desiderio. Voces Principibus istis Mahumetanis & aliis à Christianis tributæ sunt *Augustissime, Potentissime, Invictissime* & simil.

Nota: *possemus hic addere multa ex Ludolphi Historia Æthiopica, ejusque Commentario. Sed quia plura illic habet, quam quæ transcribere decet, ipsum adeat Lector curiosus.*

Cap. VIII.

I. *De Regum Imperatorumque unctione, ejusque in regnis diversis usu.*

II. *Coronæ, Regiæ Dignitatis Insignia. Diademata priscorum temporum; & quomodo coronæ aureæ cœperint à Regibus Christianis geri.*

III. *Sceptrum & Globus cui crux infixa.*

IV. *Inauguratio quorundam Principum Summorum, qui coronas non gestant.*

V. *Aliquæ Coronationum formæ.*

VI. *Corollarium de Principum summorum Præcedentia.*

Juxta ordinem in prima hac parte assumtum, restat solummodo mos summos Principes inaugurandi, cum recensione insignium ad eorum dignitates pertinentium. Inaugurationis ceremoniæ sunt apud Principes Christianos summos ut plurimum *Unctio, corona impositio, traditio sceptri & Globi, cui crux imposita.* Quomodo

modo id fiat & quibus cum ſolenniis, facilius pleniusque diſcitur ex Ceremonialibus Coronationum (quorum aliquot ex penù meo & ſuperiorum Conceſſione hic transcripſi) quam ſcriptione alia. Eſſentiales igitur cum prædictæ ſint partes, obſervamus hic initium & progreſſum *olei, coronæ, Sceptri & Globi*, tanquam inſignium dignitatis Regiæ, una cum inauguratione regiorumque inſignium illorum Principum, qui coronis non utuntur. Iſtisque ceremoniis recenſitis concludemus Corollario de *Præcedentia Summorum Principum.*

I. Unctio vel oleum in Coronatione, Ut omittamus, etiam res inanimatas conſecrari per effuſionem olei in illas apud gentiles & Judæos, ut teſtantur Sacræ & Prophanæ Hiſtoriæ, manifeſtum eſt Regum unctionem adeò uſu receptam fuiſſe temporibus vetuſtiſſimis, ut ſolenniter *declarare Regem*, & *ungere Regem* fuerint Synonyma apud Orientales. *Jothami* id probat ſermo ad *ſichemitas*, dudum ante alia unctionis exempla. *Abimelecho* enim in Regem electo, *Jotham* (ut S. recenſet hiſtoria) in Apologo narrat הלוך חלכו העצים למשח עליהם מלך *Iverunt ligna ut ungerent ſuper ſe regem: dixeruntq; oliva impera nobis*, & ad rhamnum: *veni & impera ſuper nos*, *quæ reſpondit eis* אם למלך עליכם באמת אתם משחים אותו *ſi vere me regem vobis ungitis, venite & ſub umbra mea quieſcite.* In Græcis quibusdam codicibus verba illa וילכו וימליכו את אבימלך למלך reddunt *abiverunt & conſtituerunt Abimelechum regem*, ἐπορεύθησαν τὸ χρίσαι τὸν Ἀβιμελὲχ εἰς βασιλέα *iverunt ut ungerent Abimelechum in Regem.* Idque factum CC ante *Saulem* annis. qui cum Succeſſoribus ſuis unctus fuit, ut & Rex *Syriæ Hazaël. Cyrus Rex Perſiæ* in Scriptura dicitur *Chriſtus Domini* i. e. Unctus, quod & de aliis Regibus frequens initi. Quali oleo Judæorum Reges, in regno conſtituto fuerint uncti, diſputant eruditi. Exiſtimant aliqui oleo ſancto, quo Sacerdotes ungi debuerunt, unctos fuiſſe, alii oleo communi. Prior tamen ſententia firmiori videtur inniti fundamento: quanquam enim lex videatur præcipere neminem præter Sacerdotes ungi poſſe oleo Sancto, attamen veriſimile legem diſpenſationem tuliſſe, Prophe-

V. Caſaubon. ad Baronii annal exerc. 14. ann. 32. n. 26.

Judicum 9.

Eſa. 45. comate 1.

tis manifestantibus eam, atque sic *Davidi* ejusque posteris concessam. Rabbinorum constans traditio est, innixa unctioni, qua *Zadok* Sacerdos sumto cornu olei de tabernaculo unxit *Salomonem*. Aiunt etiam (referente *Genebrardo*) *unctionem factam forma* X *Graecorum sive crucis Burgundiae & decussatae. Soly Rab. Selomo*, inquit, *excipit Reges. Nam eos tradit inauguratos non χυυρεγεδῶς sed in modum coronae.* In eum porro finem asserunt, Sanctum oleum à *Mose* confectum inque ista unctione adhibitum per miraculum fuisse conservatum integrum & absque diminutione usque ad captivitatem, quod est spatium annorum DCCCC. vide autem de unctione Regum omninò *Pinedam de reb. Salom. l. 2. cap. 6. Serrarium ad Judic. 9. & 1. Reg. 10. Salianum Annal. Eccl. tom. 3. an. Mund. 1962. § 79. 80. Genebrardum l. c. Fortunatum Scacchum Sacrorum Eleo-christant. Myrothecij lib. 2. c. 53. & pra omnibus* Schikardi *Jus Regium Ebraeorum. cap. 1. theor. 4. Quoad illud verò Genebrardi soly* R. *Selomo excipit Reges* &c. acsi R. *Salomo Jarchi*, (hunc enim innuit) opinatus fuisset, Reges Judæorum in forma coronæ seu circuli fuisse unctos: verum est receptam esse istam Rabinorum, (nec *Jarchi* solius) opinionem, eorum Reges (cum ungerentur) fuisse unctos במין נזיר סביב על ראשן *in forma coronæ circa caput:* Summos verò Sacerdotes (nam ex Sacerdotibus iste tantum & משיח המלחמה Sacerdos belli juxta *Deuter. XX. 2.* uncti fuerunt) formam literæ Græcæ χ vel כי יונית ut vocant, acceperunt, i. e. ipsissimæ crucis formam, una enim linea ex frontis summo vertice deducta est, altera transversim בין ריסי *juxta supercilia*, quæ rectangularem crucem constituunt: quanquam Græcorum χ (prout nunc scribitur) illi S. Andreæ cruci similior, angulis decussatis. Vide de utraque unctione *Talmud Babylon. tit. 9. Cerithoth. S. de poena excidii. cap. 1.* R. *Mosem ben Maimon ad tit. Kebi hamikdosch. S. vasis Templi cap. 1.* R. *Simeonem Kejaramin Halacoth gedaloth fol. 136. col. 4.* R. *Obadiam Mebartenoram ad titulum Cerithoth cap. 1. &c.* Neque qui de Sacerdotum unctione dicunt, quod similis fuerit Græcorum κ aliter intellectum volunt, quam de χ. Utraque enim litera id exhibet, quod describunt. Ideo *Kimchi* dicit כמין כף יונית *instar Graecorum Caph vel Cappa*; error verò

Aben Ezra ad Exod. 30. 1. Reg. 1. 39. Comment. ad Psal. 88. 21.

Seder Kodaschim tr. Keriios. Lyr. ad 3. Reg. 1.

Nota.

Quoniam Seldeno hisum non est ex Shickardi jure Regio hic quadam describere, negnos id facturum, cum librum eruditissimum, natis etiam eruditissimis auctum iterum dederit Carpzobius literatura Ebraea & Theologica dectissimum.

vero non eſt prout correctum voluit *Schikardus.* Ipſe R. *Moſes Ben Maimon in Iad chadzaka* aſſimilat formam illam *Chi* literæ in *Peruſch.* vero *Munajoth ad titulum Ceritboth cap. 1.* literæ *Cappa* ſimilem fuiſſe affirmat, utrobique crucem indigitans, quam ut veriſimile eſt, Rabbini maluerunt circumſcribere, quam pronunciare. *ad Pſal. 138. Vid. nunt reſtaurat. Caſtald. de Imperatore quæſt. 23.*

Ab his S. Hiſtoriæ exemplis didicerunt Chriſtiani Regum ſuorum unctionem, de cujus ſignificatione generali *Thomas Becket* Archiepiſcopus Cantrarienſis ait: *Inunguntur Reges in capite, etiam pectore & brachiis, quod ſignificat Gloriam, Sanctitatem & Forticudinem.* *In epiſt. ad Henr. 2. apud Math. Pariſ.*

Et *Henricus III.* Rex *Angl.* cupiens ſcire quid unctio perficiat in Rege, per Epiſtolam interrogavit eruditiſſimum tum temporis *Robertum Groſſeteſt Epiſcopum Lincolnienſem*; qui reſpondit de unctione, ejusque ceremonia, acſi uſitatam in Eccleſia Romana Confirmationem ſolum intendiſſet. *Quod autem in fine litera veſtra, nobis mandaſtis, videlicet quo intimaremus, quid unctionis ſacramentum videatur adjicere Regiæ dignitati, cum multi ſint Reges qui nullatenus unctionis munere decorentur, non eſt noſtræ modicitatis complere hoc. Tamen non ignoramus quod Regalis inunctio ſignum eſt prærogativæ ſuſceptionis ſeptiformis doni ſacratiſſimi pneumatis quo ſepti formi munere tenetur Rex inunctus præeminentius non unctis Regibus, omnes Regias & Regiminis ſui actiones dirigere, ut videlicet non communiter ſed eminentèr & heoricè dono Timoris ſe primo & deinceps quantum in ipſo eſt, ſuo regimini ſubjectos ab omni cohibeat illicito; dono Pietatis defendat ſubveniat & ſubvenire faciat Viduæ, Pupillo & generaliter omni oppreſſo; dono ſcientiæ leges fuſtat ad regnum juſte regendum ponat, poſitas obſervet & obſervari faciat, erroneas deſtruat; dono Fortitudinis omnia regno adverſantia repellat, & pro ſalute Reipublicæ mortem non timeat. Ad prædicta autem præcellenter agenda dono Conſilii decoretur quo artificialiter & ſcientificè ordo hujus mundi ſenſibilis edocetur; Deinde dono intellectus quo cœtus Angelici ordo dinoſcitur. Tandem vero dono ſapientiæ quo ad dilucidam cognitionem Dei pertingitur, ut ad exemplar Ordinis Mundi & Ordinis Angelici Secundum leges æternas in æterna Dei ratione deſcriptas, quibus regit univerſitatem creaturæ, Remp. ſibi ſubjectam ordinabiliter Regat tandem & ipſe. Adjuit igitur Regiæ Dignitati unctionis ſacramentum quod Rex unctus præcæteris in ſuo genere debet, ut prætactum eſt, ex ſeptiformi ſpiritus munere in omnibus ſuis Regiminis actibus virtutibus divinis & heroicis pollere.* *Videſis extr. de Sacra unct. c. 1. §. unde & D. Thom. de Regim. Principum l. 2. c. 12. Robertus Lincoln. ep. 127. MS.*

Alii existimarunt, quod sicut Baptismus abluit peccata omnia sic quoque unctio, ut sensisse videtur *Polyevctus Patriarcha Constantinop.* minime dubitans *Iohannem Tzimiscen* etiam jure Poli absolutum fuisse à cæde *Phocæ* cum unctus fuisset in Cæsarem, ut legitur in quibusdam exemplaribus *Balsamonis ad Concilium Ancyranum.* Quid alii, Theologi præcipue, de unctione disputent hic omitto. Illud vero *Grossetestis, Cum multi sint Reges qui nullatenus unctionis munere decorentur*; adeo verum est, ut olim non nisi quatuor Reges præter Imperatorem unctos esse dicant Jurisconsulti: vid. Reges *Hierosolymitanos, Gallos, Anglos & Siculos.* Habent id ex vetusto *Provinciali Romano*, cujus tamen Mss. in regum horum enumeratione variant, (quædam enim & *Hibernia* Regulum adjiciunt, *Angliæ* regibus parentem) constantissima tamen traditio istos quatuor servat. In meo exemplari sic lego.

Vid. supplem. ad Balsam. pag 1185. ed. Paris. 1620. & Filesac. de Idolatria Politic. cap. 9. pag. 73. Alberici ad tit. de statu Hom. lib. 1. Rer. Thaurus Castaldus de Imp. quæst. 18. & 19. Anton. Corset. de potest. Regia part. 4. §. 16. Albarot. ed. feud. c. quis dicatur Dux. Lancellot. Cõrad. Templ. Iudic. lib. 1. c. 2. §. 3. num. 7. M. Anton. Surgens. in Neapoli illustr. l. 1. c. 21. Vide Hostiens. Summ. tit. de Sacra unctione. & Azor. Moral. instit. part. 2. lib. 10. cap. 5. Mirabil. Divin. & human. Vol. 4. pag. 24. edit. Lugdun. 1517.

De Regibus Catholicorum & Christianorum.

Et sunt quidam coronandi & quidam non, Tamen illi qui coronantur debent inungi, & tales habent privilegium ab antiquo & de consvetudine; alio modo debent coronari nec inungi sine istis; & si faciunt ipsi abutuntur indebitè. Et sic incipiunt nomina Regum Christianorum Fidelium hoc modo.

Rex Hierosolymitanus *coronatur & inungitur.*

Rex Francorum *Christianissimus coronatur & inungitur.*

Rex Anglorum *coronatur & inungitur.*

Rex Siciliæ *coronatur & inungitur.*

Post sequitur Catalogus Regum aliorum addita negativa vocula *non* in fine cujusque nominis. Est vero & alia hujus *Provincialis* editio, quæ non nisi *Gallie & Anglie* Reges inungi dicit, citante *Symphoriano Champerio.* Apud Rebuffum in praxi beneficiorum p. 441. Christiani Reges (ordine tamen diverso) recensentur nulla unctionis vel coronationis mentione facta: ejusmodi Provinciale editum est in fine *Cosmi Gvimieri Glossæ ad Pragmaticam. Sanctionem Galliæ Paris. 1621.* Regem *Siciliæ* ungendis Regibus minime annumerans, neque aliis omnino, quorum tamen sat ingens ibi legitur numerus. *De Regibus etiam Christianis* (verba sunt post Patriarchas & Episcopos) *pauca dicenda sunt. Horum enim quidam coronandi, & quidam non. Illi autem qui sunt coronandi prius sunt inungendi, & habent privilegium ab Antiquo.* *Rex* Hierosolymitanus *coronatur & inungitur.*

tur. Rex Franciæ *coronatur & inungitur. Rex* Angliæ *coronatur & inungitur. Omnes autem alii nec coronantur, nec inunguntur.* Alii enumerant ſolummodo Regem *Hieroſolymæ* (quem eundem faciunt cum Rege *Cypri*) *Galliæ & Siciliæ*, alios omnes ab unctione ſejungentes, ſine dubio corruptas quasdam Provincialis editiones conſulentes. In formulari antiquo. Formular und Teutſche Rhetorik *Argentomi* impreſſo 1519. Summorum Principum diviſio eſt quadripartita, in *Imperatorem, Regem Romanum, quatuor Reges unctos, & Reges communes* vier geſalbte Könige, und gemeine Könige; aeſi iſti quatuor ſolummodo uncti fuiſſent, iſtoque nomine inſigniti, ſatis ſaperque Lectori eſſent cogniti. Verum quicquid olim factum ſit, Unctio nunc omnibus Chriſtianis Regibus communis eſt, & dudum aliis quoque præter iſtos, ut fides Provincialis Romani, non ulterius valeat, quam uniuscujusque regni teſtimonia domeſtica permittunt.

Felix Malleolus Dialog. de Nobilit. & Ruſticitate, cap. 14.

In *Imperio* (dicunt quidam) unctio primum cœpit *Conſtantinopoli*, tempore *Juſtiniani* vel ſucceſſoris ejus *Juſtini*. Sic eruditiſſimus *Onuphrius. Conſtantinop.* inquit, *vel ſub Juſtiniano vel poſt ejus ſtatim obitum, electioni Imperatoris additum, ut quum primum Imperator renunciatus eſſet, à Patriarcha Conſtantinopolitano in magna Byzantii Baſilica oleo unctus diademate aureo redimeretur.* Moriſque fuit ut crux fieret per oleum in Imperatoris capite & Patriarcha exclamando Ἅγιος i. e. Sanctus. Populo præiret voce eadem acclamante. Iſta fuit recentior illic unctio: neque exiſtimo vetuſtam admodum alias fuiſſe, ſicut nec ſatis argumentorum reperio pro *Juſtini* tempore. Qui huc collocant unctionem, traducunt eam ad Imperium Occidentale ætate *Caroli M.* quanquam & ante ipſum Occidentis Reges uncti fuerint. *Leo III.* Papa unxit eum cum Imperator creatus eſſet, dicunt *Siffridus, Anaſtaſius, Manaſſes* &c. aliis tamen de unctione tacentibus, quando coronationem recenſent. *Manaſſis* verba qui author ex Orientis Imperio fuit, merentur obſervari. *Leo*, inquit, coronavit *Carolum M.*

De Comitiis Imperatoriis cap. 2.

Cantacuzen. hiſtor. lib. 1. c. 41. & Georg. Codinus περὶ ὀφφικ. p. 185. Vid. Onuphr. loc. cap 5.

——— ὡς οἱ Ῥωμαίων νόμοι
ἐμὴν ἀλλὰ, χρησάμενος καὶ νόμοις Ἰουδαίων,
ἐκ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει.
οὐκ οἶδα ποῖ λογισμοῖς ἢ ποίᾳς ἐπινοίαις

Sic etiam Landulphus Sagax. Historiar. lib. 23.

ut Romæ moris erat, etiam more Iudæorum à capite ad calcem eum inungens: qua ejus fuerit ratio non novi. Loquitur hic de unctione, quasi alias ad coronationem insolita vel suo ævo, quod erat sub *Emmanuele Comneno* vel ann. Chr. MCLX. dedicat enim annales suos *Irenæ* uxori *Andronici*, qui frater fuit *Emmanuelis*. Neque fortassis probari poterit ante ipsum usitatam fuisse unctionem Constantinopoli: si vero fuit, cur loquitur de ea tanquam sibi ignota, & à Iudæis arcessit: probe alias gnarus moris Græcorum, aulicus existens? Meminerunt quidem, illa ætate *Manasses*, unctionem Imperatorum Orientis: ante ipsum vero non legi. Nullius momenti est illud *Nicephori Gregoræ* de prærogativa unctorum Imperatorum in Oriente, cum narrat *Theodorum Angelum* (circa ann. M. CXCV.) unctum fuisse ab *Archiepiscopo Bulgariæ*: & Imperatorem *Iustinianum*, M. fere abhinc annis, Provinciam hanc, patria enim ejus fuit, nominasse *Iustinianam primam*, & perpetuo Suprematus titulo dotasse, seu immunitatis à Patriarchatu *Constantinopolitano*, πλὴν ὡς ὥσε καὶ βασιλίας χρίειν Ῥωμαίων τῶν γὸ ἄλλοις ὁρῶντας παρὰ τῶν νόμων, *excepta unctione Imperatorum, ceu prærogativa legibus aliis definita*: id est, *Patriarchis Constantinopolitanis* demandata. Sed nulla ejusmodi exceptio legitur in privilegiis istius Ecclesiæ, vel aliarum illa ætate. Neque inconsiderata ista *Necephori* (Græculi recentioris) observatio probare aliquid potest pro antiquo unctionis usu in illo Imperio. In Occidente vero continuata fuit à *Carolo M.* ad hunc usque diem: mentionemque ejus fecit *Ludovicus II.* Imperator in Epistola ad *Basilium* Orientis Imp. in defensionem Imperatoni nominis de quo ipsi cum *Basilio* lis intercedebat.

Nicetas Choniates in Manuele & Alexio.

Lib. 2. Hist. p. 18.

Videsis Anth. 531. c. 3. per tempus.

Rempert. ap. Baron. Annal. to. ann. 871.

Choppin de Domanio lib. 3. tit. 8. §. 1. Hieron. Bignõ de l'excellences des Roys lib. 4. Walter Chron. sec. 5. p. 369. Carolus Grassalius, Frehaut, Genebrardus, &c.

Apud *Gallos* Traditio est Sanctum eorum oleum cum phiala e cœlo per columbam allatum ad ungendum *Clodovæum I.* eorum Regem circa an. Chr. D. unctumque ipsum fuisse oleo illo à *Remigio Rhemensi* Archiepiscopo: nec defecisse, ajunt, sed adhuc superesse *Rhemis*, eoque inde omnes Galliæ Reges unctos fuisse & ungi. Quoad indeficientiam olei, afferunt Traditionem Iudæorum de oleo suo seu quod sine imminutione asservatum volunt ab *Aaronis* ætate usque ad captivitatem Babylonicam. Sed revera neque sufficienter probare queunt oleum ex cœlo allatum, *Clodovæi* causa, neque si allatum fuisset inde, adhibitum fuisse ad unctionem ejus

ejus in Regem. Autores ex veteribus optimi perhibent baptizatum eum fuiſſe, à *Remigio*, olei nulla mentione facta. *Aimoinus, Hincmarus*, & alii de ampulla *Rhemenſi* loquentes, ejus ad baptiſmum ſolummodo referunt, (in quo tum temporis adhiberi ſolebat) non verò ad Coronationem ejus. Ex Gallis tamen plurimi (iique curioſiſſimi) hic Regum ſuorum incipiunt unctionem: neque aliud volunt nummi *Ludovici XIII.* in quibus cernitur manus è cœlo protenſa, ampullam tenens, cum inſcriptione *Francis data munere cœli.* *Baronius* ipſe, *Ampullam chriſmatis columba ore cœlitus advenientis allatam eſſe, qua tum fons ipſe more ſolito, tum etiam Rex Clodoveus ſacratus eſt, cujus exemplo & reliqui omnes ſucceſſores Francorum Reges confoveverunt inungi.* Similiter ante ipſam *Thomas Aquinas de regim. Princip. l. 2. c. 16. Antoninus Hiſt. part. 2. c. 2. tit. 11. §. 7.* & alii non Galli. Recentior verò ætas illud finxit. Verum autem hiſtoria ſi fuiſſet, præbuiſſet argumentum optimum tempore *Ludovici Craſſi* ante D. annos regnantis, in Controverſia Eccleſiarum *Rhemenſis & Senonenſis* circa Coronationem: recenſet eam *Aimoinus de geſt. Reg. Franc. lib. 5. cap. 50. & Ivo Epiſcopus Carnutenſis Suffraganeus Provinciæ* aſſiſtens *Dainberto Archiepiſcopo Senonenſi* in Coronatione, nec Syllaba occurrit inter argumenta utriusque partis de miſſione S. cujusdam olei ad *Remigium* cum S. *Clodoveum* ungere deberet. Imò inſuper eam habitam tum temporis docet nos *Gvillermus Brito*, paulo ante *Ludovici Craſſi* coronationem ſcribens & de coronatione *Philippi I.* ſic loquens.

de geſtis Francorum. lib. 5. cap. 16.

Vita S. Remigii ap. Surium. 13. Januar. tom. 1. p. 195

Annal. tom. 6. ann. 499.

Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 10. cap. 5. Contzen. Polit. l. 7 c. 3.

epiſt. 70. edit. 1610.

Phillipidos lib. 1.

——— Sceptrifero fulſit redimitus honore
Magnanimus Sacro Rex delibutus Olivo
Quo Deus Angelicis manibus virtute parato
Divinâ, noſtris conceſſit Regibus uti.
Ut ſacrentur eo ſoli ſpecialiter illi
Qui ſucceſſivè Francorum Sceptra capeſſunt.
Quo major noſtri patet excellentia Regni.
Dignior ut verè Rex noſter Rege ſit omni
Quem ſacrare ſuis Remorum Metropolites
Cum Compreſulibus habet illo Chriſmate ſacro
Hoc ad opus ſolum quod Cœlica fudit Oliva.

Hic ait quidem oleum de cœlo miſſum, ſed quomodo inde venerit, nar-

narrat Diabolùm fregiſſe ampullam, quam S. *Remigius* manu ſua tenuit ad Baptizandum *Clodoveum* paratus; oleo itaque effuſo aliud è cœlo obtinuiſſe precibus *Remigium.*

Quo Rex Sacratus fuit idem primus & omnes
Poſt ipſum Reges Francorum ad ſceptra vocati,
Quando coronantur, Deo ſacrantur eodem.

Et paulo pòſt.

Sic Regem noſtrum ſibi Rex cœleſtis amicat;
Sic ſuperexaltat terra præ Regibus illum,
Quem facit ut ſolum Sacra *conſecret* unctio cœli
Unguine cum reliqui ſacrentur materiali.

Du Haillan des affairs de la France lib. 1. Till. de reb. Gallic. lib 2. p. 100. Valdeſ. de dignit. Reg. Hiſp. c. 14. §. 22 epiſt. Steph. 2. ap. Reginonem ſub an. 753. in Aimoin. lib. 4. c. 62. & ep. Ludov. ap. Baron. tom. 9. ann. 754. ap. Flodoard. Hiſt. Eccl. Rhemenſ. lib. 1. c. 18. & Barnab. Briſſon. Formular. lib. 7.

Sed & eruditiſſimi inter ipſos (nec ſine ratione) minime credunt. Primum teſtimonium fide dignum pro Regum ſuorum unctione eſt illud *Pipini.* Hic circa ann. DCCL. in Regem unctus eſt *Sueſſione*, à *Bonifacio* Archiep. *Moguntino*: teſtibus *Regino, Sigeberto, Siffrido*, & plur. aliis veterum: annis tribus circiter elapſis ipſe ejusque filii *Carolus & Carolomannus* uncti ſunt *Romæ* à *Stephano III.* P. in Reges *Francorum*: teſtibus epiſtolis Papæ ipſius & Imp. *Ludovici I.* adhuc extantibus. Adeòque nemo ex primis ſeu *Merovingorum* linea Regibus unctus fuit (ut videtur) ſed *Carolina* tantùm familia, à qua ad hodiernum usque diem perdurat. In teſtamento quidem *S. Remigii Remenſ. Archiep. Clodoveum* baptizantis locus eſt, qui fortaſſis evincere poſſet uſurpatum oleum æque fuiſſe in coronatione, ac in baptiſmo, vel ut Chriſma in confirmatione: Poſt diverſa enim legata & Canones illi Eccleſiæ præſcriptos, denunciationem etiam pœnarum in prævaricantes *Generi tantummodo Regio*, inquit, *quod ad honorem S. Eccleſiæ & defenſionem pauperum una cum Fratribus meis & coëpiſcopis omnibus Germaniæ, Galliæ atque Neuſtriæ in Regia Majeſtatis Culmen perpetuo regnaturum ſtatuens elegi, baptizari, à fonte ſacro ſuſcepi, donoque ſeptiformis Spiritus conſignavi, & per ejuſdem S. Chriſmatis unctionem ordinato in Regem parcens ſtatuo, ut ſi aliquando Genus illud Regium per benedictionem meam totiens Domino conſecratum, mala pro bonis reddens opponat ſe Eccleſiæ, quod Princeps ille quicunque fuerit* moneatur, id ſepties, & adhuc inobediens excommunicetur. *Si verò*

Do-

Dominus meus Jesus Christus, pergit, *vocem orationis meæ, quam quotidie pro genere illo in conspectu divinæ Majestatis specialiter fundo, audire dignatus fuerit, ut sicut à me accepit, ita in dispositione regni & ordinatione sanctæ Dei Ecclesiæ perseveret, benedictionibus, quas Spir. S. per manum meam peccatricem super caput ejus infudit, plurimæ super caput illius per eundem Spiritum superaddantur, & ex ipso Reges & imperatores procedant.* &c. Verùm quid significant verba ista; *& per ejusdem S. Chrismatis unctionem ordinato in Regem*? si connexio est, *Generi Regio quod &c. dono septiformis Spiritus consignavi, & per ejusdem S. Chrismatis unctionem ordinato in Regem parcens statuo*; aut *ordinatio* illa sumonda de confirmatione in Regem, aut de confirmatione in Christianismum, ut *ordinatus* sit pro *consecratus*, sicut ait *Flodoardus de Clodoveo*: *dico consecratur insignitus unguine*: *Hist. Rhemens. Eccl. lib. 1. cap. 13.* Certè hunc sensum ultimum videtur intendisse *Aubertus Miræus* pag. 11. taliter ea verba interstincta tradens: *& per ejusdem S. Chrismatis unctionem ordinato in Regem, parcens statuo*: ac si nollet legere; *ordinato in Regem*, vel an non ista verba *Et per ejusdem, sacri Chrismatis unctionem ordinato in Regem* sunt recentioris ævi, & (sicut fieri solet sæpius) in Textum assumta ab amanuensi, cum prius in margine legerentur: certe ita sensum pervertunt, ut merito suspicionem ingerant: Autographum enim non amplius extat, apographa verò in Ecclesia *Remensi* asservata imperfecte exhibent, nam dicunt scriptum esse *die & Consule supradicto*: Cum neque dies neque annus exteralicubi. Et revera primum sensum quanquam Grammatica constructio ferre possit, attamen istius ævi historia & res gestæ respuunt. Rex certe hic sigillatim intelligi nequit, sed collective potius sumenda verba *in Regem* i. e. adversus Principes vel Reges, vel Rex in genere intelligendus, omnium minime tamen *Clodoveus*. Nam *Clodoveus* succedens Patri *Childerico* anno 485. circiter, non nisi post quadraginta annorum regnum, quo tempore gentilismo addictus fuit, vel postquam rediit. Victor ex Germania, baptizatus est: ideoque tam diu antehac Rex existens, ad baptismum dici nequivit *ordinatus in Regem*. Ultra annum Chr. verò 514 non vixit, *Remigius* autem 30 juxta aliquos, superstes fuit annis, ad minimum 10, quod nemo id inficias. Testamentum ergo suum fecit vel recognovit paulo ante obitum suum, recognovitq; illa

* *legitur* illustris, *sed male apud Aubertum Miræum, in Cod. Donat. piarum cap. 1. pag. 22.*

Chronic. Paulo Æmilio subnexum. V. Hadr. Saravian. tit. 3.

de imperandi autoritate cap.10. *Aubertus Miraeus ad Cod. Donat. piarum. p. 14. & Syrmondi Concilia Gallic. Eccl. tom. 1 p.204.*

la imprimis, quæ regni tum attinuerunt ſtatum: regnarunt autem tum *Clodovæi* filii *Theodoricus, Childebertus,* & *Clotharius* Reges ſuntque iſti citra dubium *Genus Regium.* *Ordinatio* itaque illa, (ſi Textus verba ſunt authentica) refertur ad iſtos tres, & *caput ejus* collectivè ſumitur pro ipſis in baptiſmo & confirmatione unctis. Illa itaque verba, *in Regem parcens ſtatuo* indicabunt, molliter vel parcè ipſum adverſus Regem decernere. Hanc tamen explicationem meliori ſubmitto judicio.

Eadem ipſa vocabula citantur ex Gilda à Galfredo Monumeth. lib. 9. c. 3.

Magna hæc *Britanniæ* antiquiora unctionis Regiæ ſuppeditat exempla quam *Imperium* vel *Galliæ* regnum. *Gildas* in Epiſtola ſua de excidio *Britanniæ* loquitur de erroribus infide & impietate veterum *Britonum* hæcque interſerit verba: *Ungebantur Reges non per Deum, ſed qui cæteris crudeliores extarent, & paulo poſt ab unctoribus, non pro veri examinatione, trucidabantur, aliis electis trucioribus.* Vixit M. circiter abhinc annis, ideoque fallere nos nequit, uſurpando vocem priſcis uſitatam, qualis fortaſſis etiam eſt illa Monachi *Malmesburienſis* in hiſtoria *Egferti* Filii & Succeſſoris *Offæ* in *Alercia* circa annum DCCXC. *Dulci*, ait, *vitam conſumſit otio, & Egfertum filium, ante mortem ſuam, in Regem inunctum, ſucceſſorem dimiſit.* Vulgò tamen creditur *Aluredum* primum in *Anglia* fuiſſe Regem unctum. Regnare is cœpit ann. Chr. DCCCLXXII. unctus verò eſt patre adhuc vivo *Ecelulpho*, qui miſit hunc filium ſuum *Aluredum*, quinque annos natum *Romam* an. DCCCLIV. ut à *Leone IV. P.* in Regem ungeretur: teſtatur id *Aſſerius*, in aula ipſius tanquam Tutor ejus degens, his verbis: *Infantem Alfrepum oppido ordinans unxit in Regem, & in filium adoptionis ſibimet accipiens confirmavit*: conſentiunt *Ethelwerdus, Malmesburienſ. Florentius Wigornienſis & Rogerius ab Horeden &c.* in Rhitmis *Roberti Glo. Ms.* ſic legitur.

De geſt. Reg. Angliæ l. 2. c. 5.

Alfred *this Noblemon, as in the yer of Grace be nom,*
Eyg the hundred & ſixty & twelve, the Kingdom,
arſt he adde at Rome yve, & for is great Wiſedome
The Pope Leo him bleſſede, tho he thuder com
And the King † is croune of this lond, that in this lond gut is:
*And elede * him to be King of Engelond, of oll that there come,*
That verſt thue Geld was of the Pope of Rome,

† *Kings croßn. Regis corona.*
* *Oiled, unxit*

And

And sut the other after him of the Erchebiscop. echon,
Sa bat bivore him, thur King was ther non.

Difficile vero creditu est, cur *Etelulphus* tres habens filios. *Ethelbaldum, Ethelberdum, & Ethelredum*, annis superiores *Aburedo*, hunc tam tenera ætate & se vivo voluerit in Regem ungi. *Polydorus* ait ipsum *Romæ* coronatum esse ab *Hadriano II.* & confidenter affirmat, *Quadnire non potest, ut à Leone VI. id decoris susceperit, sicut quidam, rationi temporis alte indormientes, falso prodiderunt.* Sit vero ita, quoniam plurimi ea viventes ætate sic volunt: *Harpsfield* existimat *Leonem P.* id hariolando fecisse, quoniam putaverat ipsum fore aliquando Regem, etsi tum credibile minus visum fuerit. *Regia unctione*, ait, *ut olim Davidem Samuel, delibutum honestavit, quasi provida & præsaga mente, quod futurum erat longe post, licet eo tempore parum credibile divinans.* Ego, si conjecturæ locus est, existimo quod sicut unctio baptismatis *Clodovæi* à *Gallis* celebratur tanquam Regia; ita hic Chrisma confirmationis (verisimile enim est *Leonem P.* tum confirmasse *Aburedum*) pro Regia quoque unctione habitum esse. Quis enim ignorat in confirmatione frontem oleo Sancto unctam fuisse more pervetusto. Incertum tamen utut sit tempus, quo cœpit unctio Regum in *Anglia*, antiquissima tamen ejus habemus testimonia, vel à *Saxonum* ævo; ut docemur ex imperfecto Pontificali illius temporis circiter ante an. DC. scripto, ubi Ceremoniæ quædam Coronationis Regis & Reginæ apud *Anglos* vel potius Anglo Saxones enarrantur & post preces varias, benedictionesque ista leguntur de unctione.

Omnipotens Sempiterne Deus, Creator ac Gubernator Cœli & Terræ, Conditor & Dispositor Angelorum & hominum, Rex Regum & Dominus dominantium, qui Habrahamfidelem famulum tuum de hostibus triumphare fecisti; Moysi & Josuæ, Populo tuo Prælatis multiplicem victoriam tribuisti; humilem quoque David puerum tuum regni fastigio sublimasti, eumque de ore Leonis & de manu Bestiæ atque Goliæ, sed & de gladio maligno Saul & omnium inimicorum ejus liberasti, & Salomonem sapientiæ pacisque ineffabili munere ditasti; Respice propitius ad preces nostræ humilitatis, & super hunc famulum tuum illum, quem supplici devotione in Regem Anglorum vel Saxonum pariter eligimus, Benedictionum tuarum dona multiplica. Hunc dextræ tuæ potentia semper ubique circunda, quatenus præditi Abrahæ fidelitate firma-

firmatus, Moysi mansuetudine fretus, Josua fortitudine munitus, David humilitate exaltatus, Salomonis sapientia decoratus, tibi in omnibus complaceat & per tramitem justitiæ inoffenso gressu semper incedat. Hic totius Regni Anglo-Saxonum Ecclesiam deinceps cum plebibus sibi annexis ita enutriat ac doceat, muniat & instruat, contraque omnes visibiles & invisibiles hostes idem potenter regaliterque tua virtutis regimen administret, ut regale solium, videlicet Anglorum vel Saxonum Sceptro non desernt, *sed ad pristinæ fidei pacisque concordiam eorum animos, te apitulante, reformet, ut populorum debita subjectione fultus condigno amore glorificatus per longum vitæ spatium, paternæ apicem gloriæ, tua miseratione auctus, stabilire & gubernare mereatur. Tua quoque protectionis galea munitus & scuto insuperabili jugiter protectus, armisque cœlestibus circundatus, optabilis victoriæ triumphum de hostibus feliciter capiat, terroremque suæ potentiæ infidelibus inferat, & pacem tibi militantibus lætanter reportet. Virtutibus, Christe, hunc quibus præfatos fideles tuos decorasti, multiplici honoris benedictione condecora, & in regimine regni sublimiter colloca, & oleo gratiæ Spiritus Sancti perunge, per Dominum, in unitate ejusdem.*

* Sceptrum.

Rubrica harum precum est: *Consecratio Regis ab Episcopo, qui arcem tenuerit, super eum dicenda*; quod ego intelligo de Archiepiscopo. Post preces hæc sequitur Rubrica. *Hic ungvatur oleo, & hæc cantetur Antiphona*, quæ talis est.

Unxerunt Salomonem, Sadoch Sacerdos & Nathan Propheta Regem in Gion, & accedentes dixerunt, vivat Rex in æternum.

Quam sequitur Oratio.

Christe perunge hunc Regem in regimen, unde unxisti Sacerdotes, Reges & Prophetas ac Martyres, qui per fidem vicerunt regna & operati sunt Justitiam, atque adepti sunt repromissiones. Tua sacratissima unctio super caput ejus defluat, atque ad interiora descendat, & cordis illius intima penetret, & promissionibus, quas adepti sunt sunt victoriosissimi Reges, gratia tua dignus efficiatur, quatenus & in præsenti sæculo feliciter regnet, & ad eorum consortium in cœlesti regno perveniat per Dominum.

Alia.

Deus electorum fortitudo & humilium Celsitudo, qui in primordio per effusionem diluvii, crimina mundi castigare voluisti, & per columbam ramum olivæ portantem pacem terris redditam demonstrasti, iterumque Aaron fa-

famulum tuum per unctionem Olei Sacerdotem sanxisti, & postea per hujus unguenti infusionem ad regendum populum Israeliticum Sacerdotes at Reges & Prophetas profecisti vultumque Ecclesiæ &c.

Hic deficit MS. neque quicquam de unctione Regum amplius addit. Post istas vero ceremonias omnes recensitas sequitur modus coronandi Reginas, quæ tum etiam ungi solebant.

Sequitur consecratio Reginæ, quæ propter honorificentiam (sic verba sonant Rubricæ) *ab Episcopo sacri unguinis oleo super verticem perfundenda est, & in Ecclesia coram optimatibus cum condigno honore & Regia Celsitudine in Regalis thori consortium benedicenda & consecranda est, quæ etiam Annulo pro integritate fidei & corona pro æternitatis gloria decoranda est.*

Verba, cum ungitur, talia proferunt.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, prosit tibi hæc Unctio Olei in honorem & confirmationem æternam in secula seculorum. Amen.

Ista sunt eadem cum Ceremonialibus recentioribus Angliæ (in multorum manibus MSS.) coronationem describentibus precibus saltem & nonnullis ceremoniis ab hoc vetusto diversis.

Recentior quoque est traditio (ejusdem cum *Ampulla Rhemense* fidei, de Sancto vel cœlesti quodam oleo ad reges inungendos dato. Beata virgo (inquiunt: vidi autem historiam tum solitariam, tum aliis citatam.) *Thomæ Archi Episcopo Cantuariensi* dedit (sub *Henrico II.* exulanti) auream aquilam pretioso oleo plenam capsulæ lapideæ inclusam, præcepitque, ut servaret, nam prædixisse fertur, fore, *quod Reges Anglorum qui ungerentur hoc unguento, pugiles essent Ecclesiæ & Benigni, & terram amissam à parentibus pacificè recuperarent, donec aquilam cum ampulla haberent.* *Thomas* (pergit historia) ne periret, reliquit eam in monasterio *Pictaviensi*, unde accepit *Henricus primus Lancastrensis* Dux sub *Edvardo II.* in bello Gallico ab homine quodam pio, qui per revelationem invenerat illis eam. Dux dedit *Principi nigro*; hic in Turrim posuit Londinensem, & cistæ ferro multo bene munitæ inclusit. *Richardus II.* Filius *Nigri Principis* pretiosa Patris sui quærens tandem invenit, & vehementer eo inungi desideravit. Respondit vero ipsi Archiepiscopus, *sibi sufficere quod semel per manus suas sacram suscepit in coronatione pristina unctionem, quæ habere non debuit iterationem.* Rex nihilominus secum detulit

in Ms. Anonym. Bibl. Cotton. Thom. Walsingham. in init. Henr. 4. & hist. MS. insipiens sub 43. Henrici 3. in Bibliothi Bodlejana in Henr. 4.

tulit in *Hiberniam*, illic fortasſis eo ungi cupiens. Sed reverſus *Ceſtriam*. Archiepiſcopo *Curtnejo* tradidit, confeſſus, minime ſe dubitare decretum eſſe, ſe illo oleo neutiquam ungendum: atque ſic etiam factum: depoſitus enim & *Henricus IV.* ſubrogatus iſtoque oleo, dum coronaretur, unctus eſt. Veritatem hujus hiſtoriæ non examino; credat qui vult.

Idem de *Scotia* dici poteſt, ubi (ſi credimus *Adamanno* in vita *S. Columbæ*, qui vixit annis abhinc fere M. & *Adamannus* proximo poſt ipſum ævo) Ceremoniale Benedictionis ſeu inaugurationis regiæ in illa regione traditam dicunt (*S. Columba* per Angelum, qui juxta ejus præſcriptam formam conſecravit Regem *Aidanum* (*vitreus* dicitur *ordinationis Regum liber*) verum an cum oleo vel absque oleo, verba hiſtoriæ non exprimunt. Quoniam vero ad inaugurationem Regum iſtorum pertinet, & unctionis interpretationem admittere poteſt, huc tranſcripſi. *Alio in tempore*, inquit, *Adamannus* de *S. Columba, cum vir prædicabilis in Himbria commoraretur inſula, quadam nocte in extaſi mentis Angelum Domini ad ſe miſſum vidit, qui in manu vitreum ordinationis Regum habebat librum, quem vir venerandus de manu Angeli accepiſſet, & ab eo juſſus legere cœpit. Qui cum ſecundum quod ei in libro erat commendatum, Aidanum in Regem ordinare recuſaret; quia magis Jogenanum fratrem ejus diligeret; ſubitò Angelus extendens manum, ſanctum percuſſit flagello: cujus livoreſum in ejus latere veſtigium omnibus ſuæ diebus permanſit vita; hocque intulit verbum: Pro certo ſcias, inquiens, quia ad te à Deo miſſus ſum, cum vitreo libro, ut juxta verba, quæ in eo legiſti, Aidanum in regnum ordines; quod ſi obſecundare huic noluerit juſſioni, percutiam te iterato.*

D. S. Columba Scoto, Confeſſore lib. 3. c. 5.

Hic itaque Angelus Domini cum per tres continuas noctes eundem in manu vitreum habens codicem apparuiſſet, eademque Domini juſſa de Regis ejusdem, ordinatione commendaſſet; ſanctus verbe obſecutus Domini ad Iovam lege Ionam transnavigavit inſulam, ibidemque Aidanum iisdem adventantem diebus ad Regem, ſicut juſſus erat, ordinavit, & inter ordinationis verba de filiis & Nepotibus, pronepotibusque ejus futura prophetizavit: imponensque manum ſuper caput ejus ordinans benedixit. Cummeneus Albus in libro, quem de virtutibus ſancti Columba ſcripſit, ſic dixit, quod ſanctus Columba de Aidano, & de poſteris ejus, & de regno ſuo prophetare cœpit, dicens: Indubitanter credo, ô Aidane, quod nullus Adverſariorum tuo-

tuorum tibi poterit resistere; donec prius fraudulentiam agas in me, & in posteros meos. Propterea ergo tu filiis commenda, ut & ipsi filiis & Nepotibus & posteris suis commendant, ne per consilia mala eorum sceptrum Regni hujus de manibus suis perdant. In quocunque enim tempore malum adversum me, aut adversus cognatos meos, qui sunt in Hibernia, fecerint, flagellum, quod causa tui ab Angelo sustinui, per manum Dei super eos in magnum flagitium verteatur, & cor virorum auferetur ab eis, & inimici eorum vehementer super eos confortabuntur. Hoc autem vaticinium temporibus nostris completum est in Bellore orb Domnallo Brecco nepote Aidani, sine causa vastante Provinciam Domnail Nepotis Amureg. Et à die illa usque hodiè in proclivo sunt ab extraneis quod suspiria doloris pectori incutit. Alia testimonia Unctionis Regiæ in illo Regno, vide ap. *Hectorem Boethium & Buchananum in Rege Aidano Johann. Major. de gestis Scotor. lib. 4. cap. 11. Jacobum Gordon in Chronolog. tom. 2. pag. 190. Hostiensis Summa tit. de Sacra Unctione §. 8. Azor. Monl. instit. part. 2. lib. 10. cap. 5.* cum *Epistola Innocent. IV. Pontif. ad Henricum nostrum III.* concernentem unctionem Regis *Alexandri III. in Scotia*, (sic enim necesse intelligendum est in Volumine Bullarum aliorumque instrumentorum istius temporis, asservatorum in Ærarorio fol. 42. b.

In *Hispania* creditur primus Rex unctus anno Chr. DCLXXIII. videl. *Wamba vel Bamba* (ex *Visi Gothorum* linea) à *Quirico* Archiepiscopo *Toletano. Ad urbem Toleti perducunt, ibique per Quiricum Archiep. unctus & coronatus est*, inquit *Rodericus Santius*, aliique ipsum secuti. In Concilio *Toletano* XII. circa an. DCLXXX. congregato sub *Ervigio* successore *Wamba* expressa etiam fit unctionis mentio. *Etenim sub qua parte vel oraine Serenissimus Ervigius, Princeps Regni conscenderit culmen, regnandique per Sacrosanctam unctionem susceperit potestatem, ostensa nos scripturarum evidentia edocet*: & *Wamba designavit Ervigium*, (Verba sunt Concilii) *post se regnaturum, & sacerdotali benedictione ungendum.* Atque huc referunt Originem unctionis Regiæ scriptores Hispanici. De *Arragonia* verò illud Cardinalis *Hostiensis*, magni Canonistæ observari meretur: *Si quis Rex inungi nova Consuetudine velit, usus & mos obtinuit, ut id à Romano Pontifice petat, sicut fecit Rex Arragonum.* Scripsit ista circa an. MCCLX. Plura de unctione vide *in Valdesii de dignit. Reg. Hisp. cap. 14. Majoli Dieb. Canic. Tom. 5. Colloq. 5. p. 1175. Azorii instit. Moral. part. 2. lib. 10. cap. 5. prater Historicos Hispaniæ posterioris ævi.*

Vid. Rodericum Toletanum lib. 3. c. 1. Marian. de Reb. Hisp. l. 6. cap. 12. &c.

In summ. tit de S. Unctione §. 8.

Verum Hungar. Decad. 4. lib. 10.

Reges *Hungariæ* unctos esse probat exemplum *Vladislai II.* apud *Brusinium*: fuit enim is ipse *Bohemiæ* Rex eoque nomine unctus. Nam in *Aurea Bulla Caroli IV.* Imp. circa an. MCCCL. in illis de Electoribus verbis primus tribuitur locus Regi Bohemiæ *cum sit Princeps coronatus & unctus* prout verba latina habent, Germania verò Wann er ein Gesalbter und gekrönter König ist: i. e. *cum fuerit Rex coronatus & unctus.* Magni tamen nominis JCtus apud Germanos Latinum Textum cum Germanico consentire ait causaliter, verba intelligens *quoniam Rex coronatus & unctus est.* Rex etiam Poloniæ quamvis eligatur, ungitur tamen etiam. *Unctus inter scapulas* ait *Cromerus.* Nam licet antiquitus caput Regis ungeretur, (ut Israelitis in more fuit) attamen seculis posterioribus Christianis quidam eorum in aliis tantum corporis membris uncti sunt, teste *Innocentio III.* P. ad Patriarcham *Constantinopolitanum* scribente: postquam Salvator noster unctus fuit *oleo pietatis præ Consortibus suis (qui secundum Apostolum est caput Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius) Principis unctio à capite ad Brachium est translata, ut Princeps ex tunc non ungatur in capite, sed in Brachio sive humero vel armo, in quibus principatus congruè designatur; juxta illud quod legitur; Factus est Principatus super humerum ejus.* Sed de unctione ista vide diversarum gentium ceremonialia, & nonnulla hic subsequentia. Nam non obstante hac Pontificis Regula, *Angliæ & Galliæ* Regum capita uncta sunt, ut docet *Hostiensis* Cardinalis qui vixit ante CCCLX circiter annos. *Qualiter Rex inungatur*, inquit, *per librum Pontificalem seu ordinarium poterit edoceri, sed & consuetudo antiqua circa hoc observatur. Nam Regum Franciæ & Angliæ capita inunguntur.* Et de Unctione hactenus.

Aurea bulla Car 4. cap. 4. Adam Contzen Polit. lib. 7. cap. 3. Martin. Rumelin. ad auream Bullam Carol. 4. dissert. 4. §. 5.

Extra de sacra Unctione §. Unde.

Esaiæ. 9. 6. de quo loco videsis Tertull. adverf. Judæos cap. 10. Summa tit. de s. unctione §. 8.

II. De Regum Imperatorumque Coronis vel Diadematibus. Utut nomina hæc promiscue usurparint olim, differt tamen diadema à corona, qualis fuit olim vel nunc adhuc est. Mitra fuit olim ex serico, lino vel materia simili: nec alia fuit corona Regum, si *Asiæ* regnum excipias, usque ad Christianos Imperatores. Radii autem *Latini* Regis apud *Virgilium* insignia regia minime sunt, prout nonnulli volunt eruditi.

Æneid. 12.

—— *ingenti mole* Latinus
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radii *fulgentia cingunt,*
Solis avi specimen. ——

Nota

Nota erat proſapiæ ſeu familiæ, non regiæ dignitatis: nam ſicut priſcis temporibus corona radiorum, radiatumve caput, (de quo mox plura) Divinitatis character fuit, ſic Heroum ævo, denotabat originem ex aliquo Deo & in ſpecie *Phœbo*, qui optima gentilium Theologia, omnes fere repræſentavit Deos. Inde *Virgilius* hanc radiantem coronam appellat *Solis avi ſpecimen*. *Latinus* enim filius fuit *Circes*, & hæc *Phœbi* filia. Decor iſte *Phœbo* peculiaris fuit & poſteritati ejus: ut apparet ex illis Philologiæ, *Mercurio* nuptæ, verbis *Matt. Capella de nuptiis Ph. lib. 2.*

——— radiisque ſacratum
bis ſenis perhibent caput aurea lumina ferre
quod totidem menſes, totidem quod conficit horas.

radiorum numerum etiam *Artemidorus* probat; & in *Argonauticis Orpheo* adſcriptis dicitur de *Æete Colchorum* Rege *Oneirocrit. l. 4. cap. 51.*

——— Στεφάνην ἔχε θυσανίτοσσαν
Ἀκτῖσι φλογέῃσι ———

radiantem in capite geſtavit coronam vel galeam, eo enim ſenſu Græcam vocem στέφανη & Latinam *corona* indifferenter veteres explicant. Non geſtavit eam tanquam diſtinctam Regiæ Majeſtatis notam, ſed tanquam *Phœbi* filius: ſic & alia occurrunt his ſimilia. Antiquiſſima coronæ mentio fit apud Joſephum (fortaſſis ex Manchhone) narrantem, Moſen cum infans eſſet, ad Pharaonem allatum à filia ipſius *Thermuthe*, diadema quod *Pharao* ſuo impoſuerat capiti, in terram projeciſſe & calcaſſe. Ex quo confectum fuerit diadema, ſcire nequimus, cum nihil dicat amplius *Joſephus*. In ſcriptura verò antiquiſſima coronæ hiſtoria eſt illa *Amalekitæ*, *Saulis* coronam ad *Davidem* perferentis: vox hebraica eſt נזר, eadem quæ Pontificis Maximi, denotat cidarim, vel mitram. Ex Græcis quidam verterunt Βασίλειον, ac ſi dicas *inſigne regium*, alii διάδημα, *diadema* quod verbum etiam vulgata retinuit. *Joſephus* verò appellat Βασιλικὸν στέφανον & στέφανον ſimpliciter. Quid fuerit, e Textu intelligi nequit: ſi verò conjecturas ſequimur ex more *Aſiaticorum* Regum illius tractus (qui tamen *Saule* poſteriores ſunt) æque poſſumus ſtatuere fuiſſe mitram lineam vel lineam, ac è metallo confectam, utraque enim materia, ut mox oſtendemus, ibi in uſu fuit, *Archæol. l. 2. cap. 5.* *2. Sam. 1. 10.* *Exod. 29. 6.* *Archæol. l. 6. cap. ult. l. 7. cap. 1.*

& diadematis nomen assumsit. Si verò quod de *Davidis* postmodum corona sequitur argumentum præbet, nobisque persvadet *Saulis* coronam ex eadem fuisse materia, dicendum erit ex auro gemmisque confatam fuisse: ex *Ammonitarum* enim spoliis ejusmodi accepit coronam *David* verba vulgata sunt: *Et tulit Diadema Regis eorum de capite ejus (pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas) & impositum est super caput David.* Eadem narrantur 1. Paralip. 20. commate 2. nec abit ab Hebræo Textu versio. *Josephus* eadem mente, id refert, malum tamen interpretem nactus est; qui scripsit: *David capite gestare solitus est hanc coronam*, cum *Josephi* verba sint: ἐφέρει γ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, *capite gestavit, non gestare solitus fuit:* pondo enim ejus cum fuerit talentum hebræum (quod nostræ monetæ facit 4500 libras sterlingias, ponderis verò 120 libr.) impossibile fuit ut sæpe gestaret eam: idcirco quidam volunt coronæ impotionem capiti ejus fuisse nihil aliud, quam quod tenuerint eam supra caput ejus, aut prope illud, ceu minime portabilem. Sed cur *Ammonitarum* Rex ejusmodi habuit coronam, & quomodo gestavit ipsam? Nonnulli existimant, non fuisse coronam, *Hanonis* filii *Nahas* Regis *Ammonitarum* à *Davide* victi, sed Idoli *Ammonitarum Melcom seu Molcom*, (quod idem est cum *Moloch*) ex cujus statua corona hæc rapi potuit, coronamque *Davidi* impositam ex hujus auro conflatam. Verba Ebræa ויקח את עטרת מלכם מעל ראשו certe sic possunt explicari: *accepit coronam Melcom vel Malcom de capite ejus.* Nam vox alias appellativa & Regem vulgo denotans, aliquando proprium Idoli nomen est, ut aliunde constat. Græcæ quædam versiones etiam retinent *Molchom*, addunt tamen τῦ βασιλέως αὐτῶν. *Vulgata* legit etiam; *Tulit David coronam Melcom, de capite ejus & invenit in ea auro pondo talentum & pretiosissimas gemmas*: & ne probet, à Davide gestatam fuisse, sed aliam inde factam, sequitur: *fecitque sibi inde Diadema* cum in Hebræo sit, והתר על ראש דויד *& fuit super caput Davidis.* juxta *Münsterum* verò, *ordinataque est pro capite David.* Utcunque tamen sit, Corona hæc à *Davide* usurpata aurea fuit gemmisque ornata. *Clemens Alexandrinus* id vulgò de omnibus Regum Judæ & Israëlis coronis asserit; οἶδα δὲ

2. Sam. 12. 30.

Archæol. 7. cap. 7.

Jos. Salian. ann. Eccl. tom. 3. ann. 2999. n. 33. 34. Baron. tom. 3. ann. 337. pag. 407. ed. Antwerp. 1593.

1. Chron. 20.

Nota: *Non explicant, sed implicant magis quæ de coronabat ex Rabbinis affert Carpz. ad Shikardi jus Reg. docent enim illi, omnia ad regnum apto coronam pulcre congruisse. Vide tamen & lege ipsum Carpzov, nec pigebit.*

καὶ χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ τὰς παλαίας τῶν ἑβραίων ἀναδεμένας βασιλέας. Scio inquit, *veteres Iudæorum Reges habuisse diademata ex auro & gemmis.* Illa capitibus eorum impositi cum ungeret eos Summus sacerdos: gestarunt ea usque ad captivitatem, post quam ad CCCCLXXX. circiter annos nemo hac in gente usurpavit eam, usque ad *Aristobulum* qui C. ante *Christum* annis vixit ejusque revocavit usum, inde continuatum ad *Agrippam* usque circa *Vespasiani* tempora. *Iustus* vero *Tiberiensis* Chronicon Iudæorum usque ad hunc *Agrippam* scribens, ipsique coævus hoc eum ornavit titulo: Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασι *ex Regibus Iudæis coronatis oriundo*: *Photius* ejus facit mentionem, liber enim ipsius amplius non extat. *Pædag. l. 2. c. 8*

2. Reg. 11. 12.

Ioseph. Archæol. 13. c. 19.

Alia priscorum regna, quorum supersit historia, habuerunt Reges gestantes coronas aureas & mitras: alia mitras tantum. Illi sunt Reges *Persarum*, *Tiaras* gestantes quod tegumentum capitis est unicuique usurpatum, sicut apud nos pileus: nemo vero erectum gestavit, præter Regem, aut cui Rex indulsit: aliorum Tiaris antrorsum inflexis. Plura habes apud veteres de *Tiara* & *Cidari*: observa autem ipsos sæpissime loquentes de Regibus *Persarum* cum speciali nota Dignitatis regiæ verbum *Cidaris vel Citaris* absolute indicare *Regium Persarum Insigne* (sic *Curtius*, *Plutarchus*, *Arrianus*, *Agathias*, *&c.*) includentes quasi *Tiaram* Diademati, non aliter quam acsi nos per generale nomen, individuum quoddam denominemus omnibus notum, e. g. per *Coronam*, *thesaurum*, *sigillum* in genere dicta, designamus in specie Regis coronam, thesaurum vel magnum *Angliæ* sigillum. Aliquando appellatur *Tiara recta*, ἡ καλυμμένη κίδαρις ὀρθή, ut *Plutarchus* loquitur in *Artaxerxe*. Hoc ornamento regio etiam Reginæ decoratæ fuerunt, in *Persia*, si כתר מלכות *Cether Maleuth* corona vel diadema vel insigne regni in Sacra historia, (ubi *Vasthi* & *Esthera* coronatæ dicuntur) denotant *cidarim*, vel mitram. *Septuaginta Interp.* & *Vulgata* habent diadema, illi etiam uno in loco τὸ διάδημα τῆς γυναικείας vertunt, *fœminimum diadema*, voluntque quidam à voce hac כתר in *Esthera* libro factam illam *Citaris*. Diadema autem ipsum (à citari distinctum) fuit apud *Persas* ex purpura, albo colore variegato. *Purpureum diadema distinctum albo*, inquit *Curtius* de *Dario*: uno in loco, & alio, *Cærulea fascia albo distincta*; ubi tamen

Clitarchus apud Scholiasten in Aristoph. Aves & Hesychius in Τιαρα.

Seneca de Benef. l. 6. c. 31.

Drusius Observ. Lib. 12 cap. 12. Hist. 3. & 6.

Videsis Lipsium ad Taciti ann. 6. n. 87.

quidam legere malunt *coccinia fascia*. *Mardochai* ornatus (juxta Græcum Textum) quo indui eum jussit *Abasverus* fuit *ex purpura & serico diadema*: διάδημα βυσσινον καὶ πορφυροῦν. corona item aurea στέφανον ἔχων χρυσοῦν καὶ διάδημα. In Ebræo autem eadem distinctè non enumerantur. Si tamen comparemus, quæ hic leguntur, cum scriptoribus profanis, habebimus æque coronam auream, ac cidarim inter insignia regia. Hic enim in historia *Mardochai* fit mentio

Esth. 8. commate 15.

Esth. 6. 8.

וחב גדולה עטרת *magnæ coronæ aureæ*, quæ antehac, cum Rex cogitaret de eo honorando, appellatur כתר מלכות *corona Regni*: sicut in illa de *Vasthi & Esthera* narratione, quanquam de *Esthera* non nisi Diadema vel mitram dictam velit eruditissimus *Brissonius*. Utcunque vero sit S. historia cum prophana comparata docet in *Persis* coronam auream & mitram vel diadema fuisse; ut vel hæc ipsa *Mardochai* docet historia, ubi כתר מלכות (quod nonnullis est diadema) sine omni dubio coronam notat auream, utut negare non ausim verba illa posse in genere denotare quemcunque ornatum capitis solius Regium. Et fortassis in festivitatibus maxime solennibus auream gestarunt coronam, alias mitram ceu minus onerosam. Sic intelligendum puto *Marcellinum* de *Persarum* corona aurea à *Sapore* Rege in Triumpho gesta. *Insidens equo ante alios*, ait, *celsior, ipse præibat agminibus cunctis aureum capitis figmentum interstinctum lapillis pro diademate gestans, multiplice vertice, dignitatum & gentium diversarum comitatu sublimis.*

de regno Persico lib. 1.

lib. 19. §. 1.

In aliis regnis vetustioribus sive *Asia* sive alibi, non memini hujusmodi coronas usurpatas. Diadema tantum obvium est apud authores Classicos, tribuiturque Regibus *Ponti, Armeniæ, Parthiæ, Lydiæ, Phrygiæ* &c. ubi ejus ligamentum primaria fuit inaugurationis actio. *Vologeses Parthiæ* Rex fratrem suum *Teridalem* constituens *Armeniæ* Regem, *Diademate caput evinxit*, ut *Tacitus* loquitur. Nummus antiquus *Philetæri* Regis *Pergami*, cujus inscriptio ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ cum capite corona ex foliis textu circumdato, *Scaligero* memoratus, me judice, est potius Dei cujusdam quam *Philetæri*: nam antiquissimus apud Græcos mos est (ut apparet ex *Golzii* numismatibus) insculpere monetæ caput Dei cujusdam vel

Ann. 15. Sueton. lib. 6. c. 13.

Canon. Isag. lib. 3. p. 321.

Deæ

Deæ (ornatum corona ex filiis ipſis ſacræ arboris) cum nominibus Regum vel Magiſtratuum, neceſſario & ex reipublicæ inſtituto additis. *Strabo* etiam negat *Philetærum* unquam fuiſſe Regem: ait enim quod *Attalo* tertius illic poſt *Philetærum* Gubernator, primus illorum fuerit qui Reges *Pergami* nuncupati ſunt; adeoque vel ipſe nummus ſuſpectus eſt: niſi credamus *Scaligero* obſervanti *Philetærum Diadema non habere, ſed coronam frondeam, tanquam Regis nomen aſſumere vereretur.*

Geogr. lib. 13 Nota.

De Philetæro prolixe Illuſtris Spãheim in Præſt. & uſu numiſm. diſſert. 5. p. 468. quem omnino Conſule.

In *Africa* quoque ejusmodi Diadema vel mitra fuit unicum regiæ Majeſtatis inſigne.) *Syphax* Rex *Scipionem* convivam accipiens.

Induitur Chlamidem, regnique inſigne vetuſti
Geſtat læva decus; cinguntur tempora vitta
albente -----

Silius Ital. lib. 16. neque enim aureâ quâ donatus eſt Maſaniſſa corona ap. Lib. dec. 3. lib. 10. regium erat inſigne, ſed honorarium populi Romani dono tax at donum: & plane in eâ re fallitur Iacobus Boſius de cruce triumphanti lib. 1. cap. 14. uti etiam in aureâ coronâ, quæ regum nunc inſigne eſt, initiis Hieronymus Balbus de coronatione cap. 5. Hiſt. 2.

& poſt ſacrificium infauſtum.

Vittaque, majorum decoramen *fronte ſine ullo*
Delapſa attactu nudavit tempora Regis.

Idem reperimus in inſignibus quorundam antiquorum *Europæ* Regum. Nummi Regum *Siciliæ Gelonis, Hieronis, & Agathoclis* exhibent caput fronde circumdatum vel Diademate. Ecce hic *Gelonis Græciæ* Reges habebant ſua *vincula* ſeu diademata prout apud *Senecam* vocantur *Tragoedum*. Neque quod *Alexander* uſus eſt diademate tantum, id peregrinum viſum *Macedonibus*, ſed quod aſſumſit *Perſiæ* Regibus ſimillimum, & *Cauſiæ*, id eſt, *Macedonum* Pileo impoſuit, inſtar *Perſarum* cidaris. Sic intelligendus eſt *Iuſtinus*, ſcribens: *Habitum Regum Perſarum & Diadema inſolitum ante* Regibus *Macedonicis, velut in leges eorum quos vicerat, tranſiret, aſſumſit.* Diadema quod geſtavit, inſolitum fuit, quoniam purpureum fuit albo interſtinctum, cauſiæque

que impositum instar Cidaris Persarum. Est enim manifestum, non tamen in aliis *Europæ* regionibus sed & in *Macedonia*, Diadema (vulgo album) cinxisse Regum nuda capita etiam ante *Alexandrum*. Alias quod attinet regiones Europæ; illa Regum *Siciliæ* numismata satis testantur, cum *Luciano* ταινία λευκὴ περὶ τῷ μετώπῳ *Vittas albas circa frontem* regiæ Majestatis suis, se insignia, præter plurima *Brissonii Bullingeri* &c. collectanea. Quoad *Macedoniam*, nummi *Philippi* Patris *Alexandri*, idem probant. Nec revera *Alexandri* nummi, quoquot extant, aliam habent effigiem præter apertum caput diademate cinctum, absque causia, sic etiam Patrem ejus videmus & successores in *Golzio*.

in Nabigio p. 945. Briss. de regn. persico lib. 1. & Bull. de Imp. Rom. L. 2. c. 3. Bullinger.

Dialog. Alex. & Diogen. *Lucianus* introducit *Diogenem* loquentem ad *Alexandrũ*, quod sit διαδεδεμένος ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν *vinctus in capite alba fascia*. Sed *Constantinus Porphyrogenitus* narrans *Macedonum* Reges ἀντὶ ταινίας καὶ διαδήματος *loco fasciæ vel coronæ usurpasse Leoninum caput*, eumque in finem adducens *Alexandri* numismata, ejusmodi ornatum seu potius exuvias in ejus capite ostendentia, vehementer errat, si loco diadematis fuisse ait. Manifestum enim est; usurpasse illos Diadema seu Majestatis insigne; Leonis vero exuviæ familiæ tantum fuerunt character, quoniam ab Hercule se descendisse gloriati sunt. Sic & alii picti cernuntur cum exuviis simili de causa, in *Golzio*.

Themat. lib. 2. & Vid. ibid. Fred. Morellum, p. 131. qui tamen minime rem satis explicat.

Quid alii gestarint *Europæ* Reges illorum temporum non satis constat: verisimile tamen, & ipsos diadema usurpasse, quod *Plinius* æque antiquum esse credit ac Bachi imaginem pro insigni regis in genere. *Hic*, ait, *diadema regum insigne* invenit. Testimonia autem affirmantia *Dunvallum Mulmutium* Regem *Britonum* nostrorum vetustissimorum, & Priscos *Scotiæ* Reges ab ipso *Fergusio* primo auream gestasse coronam, non omnem merentut fidem: ex margaritis tantum fuisse diadema contextum docent numismata nostra, quale fuit illud *Cunobelini*.

Lib. 7. cap. 56. hist. nat.

Galfred. Monumetb. lib. 1. & Hect. Boeth. lib. 2. & 10.

In

In monumentis omnibus, quæ ſuperſunt de inſigniis regiis *Romæ* aſſumtis à *Tarquirico* priſco poſt debellatos Tuſcios, diadema minime legitur, quanquam illo tempore *omnia decora & inſignia* (ut *Florus* ait) *quibus imperii dignitas eminet*, in Rempubl. adoptarentur. Annumerat ipſis quidem *Dionyſius Halicarnaſſeus* auream coronam; aſſicut alia ejusmodi inſignia civili conceſſa ſunt Magiſtratui vel belli Imperatoribus, tanquam illuſtres inferioris dignitatis notæ, ita fuit iſta aurea corona vel *Laurus*. Triumphum denotavit Imperatoris, non Regem. *Triumphales coronæ* (ait *Feſtus*) *ſunt quæ Imperatori victori* (campi ducem intelligit) *aureæ præferuntur, quæ temporibus antiquis propter paupertatem Laureæ fuerunt*. Alia ſic quoque coronæ, *Quercea, Graminea, Myrtea, Hederacea, Roſea* &c. in uſu fuerunt, cum præmia diſtribuerent, ſacrificarent, feſta celebrarent, nuptias, funera, ſponſalia, *Græci* æque ac *Itali*: quod optime probat, (licet alia non ſuppeterent argumenta) omnes tum Coronas à diadematibus diſtinctas, minime regia fuiſſe inſignia: ideoque uſus earum in iſtis regionibus, deſcriptus ab *Athenæo*, *Agellio*, *Tertulliano*, *Clemente &c.* recentioribus etiam *Alexandro ab Alexandro*, *Paſchalio*, *Bullingero &c.* hic tanquam alienus excluditur. Obſervo tamen quod *Virgilius Evandrum* inducit loquentem

Archæol. 4.

Æneid. 8.

Ipſe oratores ad me Regnique Coronam
Cum ſceptro miſit, mandatque inſignia Tarchon.

acſi apud *Tuſcos* Corona fuerit inſigne regium: *Servius* autem *Honoratus*, rerum antiquarum curioſiſſimus doctè monet, *coronam ibi in genere denotare inſigne, non revera coronam, quam Tuſci Reges nunquam habuerunt: ergo ſpecies eſt pro genere.* Diſtingvit ut opinor Coronam à diademate, atque ſic plene congruit (ad minimum quantum *Tuſcorum* attinet Reges) negantibus coronas tum fuiſſe regiæ dignitatis inſignia. Et licet vulgaris hiſtoria non doceat Romanorum tum Reges geſtaſſe diademata, attamen aliunde id diſcimus. In nummis quibusdam, quorum inſcriptio CN. PISO PROQ. (dicunt fuiſſe Vice-Admiralium *Pompeji* in bello Piratico) *Numæ* ca-

Fulv. Urſin. Famil. Rom. in Calpurnia

p.47. & in Marcia p.152. 154.

put diademate cingitur, inque diademate legitur nomen ejus sculptum. *Ancus Martius* etiam suum habet diadema in illius ætatis nummo: quidam habent duos hos Reges conjunctos in uno nummo, cum diadematibus suis. Verum quoniam nummi Dannis post Reges illos fuerunt cusi, infallibile non possunt suppeditare testimonium: ostendunt saltem credidisse tum temporis Romanos, more aliarum gentium, illa diademata esse propria Regum insignia, ideoque non usurpasse, quoniam Regio infensi erant nomini. Minime permiserunt usum eorum, ubi aliqua esse potuit Regiæ potestatis ambitio: nam aliàs diadema album non solummodo concesserunt leges Romanæ sacerdotibus, sed etiam *Nomophylacibus*, i.e. Cancellariis & Judicibus *Athenarum*, verum apud hos corona non magis erat regium insigne, quam apud Feciales nostros quos Reges Heraldicos nominamus. Sacerdotes isti *Nomophylacesque* subordinati erant Magistratibus aliis, prout hi Regi. Romanæ quoque fœminæ, sicut & nostræ hodienum, diademata sua & vittas pro lubitu mutabant. *Roma* tamen antiqua cujus potestatem suspectam habuit, ejus etiam diadema & alia potestatem spirantia attributa male tulit. Cum quidam è turba statuæ *Cæsaris* coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset, *Tribuni* plebis *Flavius & Marullus* hominem duci in vincula jusserunt, quasi derogasset publicæ libertati, tradendo *Cæsari*, quæ Regi propria erant. Idem *Pompeio* accidit. *Ei candida fascia crus alligatum*, scribit *Valerius Max. habenti, Favonius, non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema; exigui panni cavillatione Regias ejus vires exprobrans.* Ob diadema igitur ita suspectum, & nomen regis exosum (utut in minori non viverent servitute sub *Imperatoribus* primis, quam alii sub Regibus populi) abstinuerunt Imperatores à diademate. *Caligula* quidem *insigne regni*, (ait *Aurelius Victor*) *capiti nectere tentaverat*; at prohibitus est, & *Eutropius* de ipso; *Primus diademate impositio, Dominum se appellari jussit.* Nullus postmodum etiam ad CCLXXX annos palam affectavit. *Sulpitii Severi* assertio de *Vespasiano* cum *Hierosolymam* occupasset, gestante diadema error tantummodo est, quo suæ ætatis morem cum hac confudit historia. Neque *Svetonii* de *Tito* conjectura ad Sacrificia in Ægypto diadema gestante hic attendenda. *Heliogabalus* quidem imposuit gemmis pretiosis

Poluc lib. 8. cap.22.

Sveton. Jul. Cæs. c. 79.

L.6.cap.1.§.7.

Sacr Hist. l.2.

in Tit. c.5.

sis ornatum diadema capiti, aſt domi ſolum. *Voluit*, aît *Lampridius uti & Diademate gemmato, quia pulcrior fieret, & magis ad fœminarum cultum aptus, quo & uſus eſt Domi.* Primus qui poſthac uſus eſt & fortaſſis publice fuit *Aurelianus.* Sic enim intelligo verba *Aurelii, Victoris & Pauli Diaconi. Primus Aurelianus, apud Romanos capiti ſuo Diadema innexuit.* Hactenus tamen Imperatorum mos iſte conſtans non fuit neque continuus, nec alia in capite habuerunt dignitatis ſuæ inſignia, quam *Laurum & radiantem* coronam, quæ ipſa tamen in picturis & ſtatuis potius uſurpata, raro alibi. Neutra tamen propria ipſis fuit tanquam Monarchici Imperii character, quod in veſtium genere nihil tum habuit ſingulare præter *Chlamydem purpuream*, obſervante *Eutropio & Paraphraſte* ejus *Paanio in Diocletiano. Adorari ſe juſſit* (de Diocletiano Eutropius) *cum antè eum cuncti Imperatores, ut Judices ſalutarentur. Ornamentum gemmarum veſtibus, calceamentisque indidit. Namprius Imperii* inſigne in chlamyde purpurea *tantum erat, reliquaque communia. Paanius verò* περ-τερον δὲ τὸ διαφέρον τῆς βασιλικῆς περιβολῆς ἀπὸ τῆς ἁλουργίδος ἦν μονῆς. *antehac non aliud fuit imperii inſigne quam purpurea chlamys, inde phraſis purpuram ſumere, pro capeſſere imperium*; & *purpura indui* pro Imperatorem creari. Alius tamen & antiqvus autor (puta ex ætate media) ipſeque Paraphraſtes in hunc *Eutropii* locum vel multum fallitur, vel corruptum ejus eſt exemplar, quod ſic habet: *Adorari ſe ut Deum præcepit, & gemmas veſtibus calcementoque inſeruit; Diademataque in capite ante eum omnes cum chlamyde tantùm purpurea, ut à privatis diſcernerentur habebant, & ut judices cæteri ſalutabantur.* acſi omnes ante *Diocletianum* geſtaſſent diademata; cum nullus certe uſurpaverit, ut ante dictum. Sed ad Laurum radiantemque coronam. Laurus triumphalis tantummodo fuit, & ab iſtis uſurpata qui Imperatores dicti ſunt, etiam ætate libera, vel cum relatione ad Triumphos campiducibus conceſſos. Inde factum quod frequenter nunc videantur in nummis eorum vetuſtis Lauro circumdata tempora. Radians Corona, vel *radiatum* caput quod ſæpe occurrit etiam ante *Aureliani* ætatem, ſpecialis erat adulatio, tanquam Deos venerans Imperatores: inde in variis *Julii Auguſtique* nummis (poſt apotheoſin eorum) radiantes conſpicimus coronas: quas & ſequens edidit ætas, vel ipſis Imperatoribus vivis, quoniam etiam adhuc

Vide ſi placet Jac. Greiſer. de cruce tom. 3. lib. 1. p. 1833.

Hiſt. lib. 10.

Jornandes de regnorum ſucceſſ. in Diocletiano.

Gothofredus Viterbienſis aque erronea refert initia moris inferendi gemmas coronæ Imperatoriæ ad Julium Cæſarem. Chron. part. 19. p. 534.

V. Golz. ad Numiſ. Imp. pag. 48.

adhuc ſuperſtites Deorum aſſumſerunt nomen vel dignitatem. Sæpius tamen reperitur *caput radiatum* in nummis ante Monarchici Imperii initia, eſtque ſolis vel Phœbi caput, ut diſcimus ex *Fulvii Urſini Familiis Romanis*. Vide etiam, de his radiantibus coronis erudite diſſerentem *Paſchalium*, at accuratius *Fileſacum*, utrumque ſat large.

de Corbnis l. 3. c. 13. ſelect. l. 1. cap. 5.

Mox poſt *Aurelianum* diadema Imperii primarium inſigne factum eſt. *Euſebius* diſerte de *Conſtantino Conſtantini M.* Patre (loquens de Imperatoribus qui ante ipſum fuerant, ipſius reliquerant omnia) Μόνος δὲ λοιπὸν Κωνσάντιος πρῶτος Αὐγουστος, καὶ Σεβαστὸς ἀπηγορέυετο καὶ μὲν καταρχὰς τῷ τῶν αὐτοκρατόρων Καισάρων διαδήματι λαμπρυνόμενος, καὶ τὰ τούτων ἀπειληφὼς τὰ πρῶτα &c. *Solus Conſtantius primus Auguſtus & Sebaſtus renunciatus eſt, qui initio quidem Cæſarum diademate decoratus, priorem gradum obtinuerat: de vita Conſtant. lib. 1. cap. 18.* In *Conſtantino* verò mos iſte perpetuus factus eſt: *Habitum regium gemmis & caput exornavit perpetuo diademate*, ait, *Victor* vel Epitomator ejus: ſic *Cedrenus*: Φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον πάντων τῶν βασιλέων διαδήματι χρήσασθαι καὶ μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις πεμεργότερον κοσμηθῆναι. *dicunt ipſum primum ex imperatoribus geſtaſſe diadema Margaritis aliisque gemmis eleganter illuſtratum.* Author *Chronici Alexandrini* ait: *Conſtantinus* primus uſus eſt diademate διὰ μαργαρίτων καὶ ἄλλων τιμίων λίθων ex margaritis aliisque gemmis contextum. Ab initio tamen ſui imperii lauro uſus eſt ſicut prodeceſſores, & corona radiante in nummis, nec mutavit poſtquam Chriſtianus factus eſſet, ut videre eſt in ſtatua ejus clariſſima, apud eundem autorem, quanquam exiſtiment alii ſtatuam illam exhibuiſſe *Apollinem* cum *Conſtantini* nomine, de quo non diſputamus. Diadema quo uſus eſt, videtur illud fuiſſe quod recentioris Græci è cœlo ipſi miſſum tradunt: numiſmata illud ſic exhibent. Et quanquam diademata ejus non ſemper eadem forma contexta fuerint, attamen ſemper ſic caput cingunt laminæ aureæ gemmis interſtinctæ. Mutatio verò diadematis ex Lauro triumphali in faſciam auream gemmis exornatam, ex opinione quorundam pia fuit abolitio illius quod ſacrum fuit idolis, nec non

Chron. Alex. p. 664.

Zonaras tom. 3. Fileſac. loco jam dicto & Gillius Topograph. Conſtant. l. 3. c. 3. Conſtantin. Porphyr. de adm. Rom. Imperio c. 12.

Baron. Annal. tom. 3 ann. 337. & an. 351.

inſigne

insigne Gentilissmi in Imperio id est Lauri, ea de causa etiam à *Tertulliano* reprehensæ in *Corona militis*. Neque decebat istum laurus qui *Apollinis* destruxerat templum, cui laurus sacra erat. Ideoque imitatur Iudæorum Reges (quorum aliqui Typi fuerunt Regis istius cui tandem nomen dedit *Constantinus*) ex auro & gemmis contextum diadema assumsit, primusque usurpavit. *Regiam Coronam* dixit itaque *Sylvester P.* in actis, & innuit, Imperatorem eam continuo gestasse: In fidem tamen eorum minime inquiro, uti nec in donationem *Constantini*, ubi vocatur latinis verbis, *Diadema videlicet Corona capitis nostri* conceditur que *Sylvestro P.* ejus gestatio. Græca sic sonant: διάδημα ἤγουν ἤ στέφανη ἣν παρεδώκαμεν αὐτῷ ἐκ κεφαλῆς ἡμῶν, ἐκ χρυσίου καθαροῦ, καὶ μαργαριτῶν ἀτιμήτων. *Diadema vel Coronam quam dedimus ei ex capite nostro confertam ex auro puro & margaritis inæstimabilibus.* *ap. Baron. tom. 3. ann. 324. Distinct. 96. c. 14. &c. ap. Balsam. in Photii nomocanonis l. 8. c. 1.*

Post *Constantinum* diadema communiter usurpatum, minime tamen scrupulose semper rejecta lauro, prout ipse fecerat; ad minimum in nummis eorundem non semper omittitur. Forma tamen diadematis (quantum observavi) eadem fuit quæ *Constantini* ideoque *Hieronymus* suo tempore loquitur de *ardentibus diadematum gemmis Regum*, & forma catenæ & armillarum, quam videmus sufficienter demonstrari ex signiferi torque, quo *Iulianus* coronatus fuit post victoriam à *Bodomaro* Rege ad *Rhenum* reportatam. *Cum q. corona deesset Imperialis* (ait *Paulus Aquilegiensis*) *unus signa portantium torquem, quem habebat in collo, sumens Iuliano capiti circumposuit.* Postmodum autem Imperatorium diadema auctum est sphærâ vel circulo ab una aure ad alteram pertingente, caputq; tegente ac tandem addita est galea aurea, caput cingens veluti corona in pileo posteriorum temporum. Ex galea & diademate coronam clausam Orientalis Imperii compositam fuisse postmodum, existimo. Sic *Constantinus* in nummis quibusdam apparet cum diademate galea juncto & coronæ clausæ simillimo. Frequentem tamen galeæ seu integumenti cum diademate conjunctionem non observo ante *Theodosium* juniorem. Cumque diademata simplicia in tergo necterentur, ista recentiora vel juxta utramque colligata sunt aurem, ut colligitur ex lemniscis vel ligulis ex utroque latere dependentibus, vel Galeæ lemniscos tantum habuerunt sicut Episcoporum mitræ, *epist. ad Lætam* *Hist. miscell. lib. 11.* *Vid. numism. ap. Baron. Tom. 3. ann. 312.*

pendulos. Tam sæpe vero formas videbis variantes, ut in fœminarum mundo: reperiesque eandem qua nunc in Imperio utuntur. Ejusmodi est illa *Heraclii* in magno & eleganti nummo apud *Lipsium* de *cruce*, ubi plura visuntur Imperatorum capita illius ætatis cum coronis suis vel diadematibus. Facilius curiositati suæ satisfaciet Rector si adierit illum, & *Gretherum*, *Opmerum*, *Baronium* etiam &c. in specie vero *Golzium*; quam si à me describerentur, aut directione mea sculperentur. Formam tamen aliquam Constantinopolitanis Imp. novissimis usurpatam ex *Crusii Turco græcia* exhibeo, ab illa Occidentalium Imperatorum hodie usurpata maxime diversam. De utraque apud *Marcellum Corcyrensem*, *Sacr. Caremon. lib. 1. sect. 5. & Paschalium de Coronis lib. 9. cap. 17. &c.* plura vide.

Verum utut Regiæ Coronæ vel Diademata (prout verba confunduntur) in Imperio *Constantini* attingunt tempora, & utut successores ejus gestarent, assumerentque coronas cum crearentur Imperatores, sicut nunc etiam Christiani faciunt Reges, attamen in eo est differentia, quod usque ad *Justinum* minorem (nisi velimus credere testimoniis minime fide dignis) solennis diadematis impositio factu solummodo est vel à cohorte Imperatoria, vel ab iis qui ejus suppleverunt locum in recepta Imperatorum creatione, vel denique ab Imperatore ipso cum aliquem designaret successorem, aut Coronaret uxorem. Primus quem coronavit Patriarcha Constantinopolitanus (coronatio enim ad ipsum pertinuit, veluti in *Anglia* ad *Cantuariensem Archiepiscopum*, *in Hispania* ad *Toletanum*, in *Gallia* ad *Rhemensem*, in *Svecia* ad *Ussaliensem*) fuit *Justinus* minor, successor *Justiniani*. Ideo *Iuliano* Apostatæ (XXV. circiter post *Constantinum* ann.) in Imperatorem electus & scuto elevato, etiam vi diadema capiti ejus imponunt milites ἐπέθεσαν, *Zosimi* verba sunt) οὐ βία τὸ διάδημα τῇ κεφαλῇ ac si notissimum inde à *Constantino* fuisset, sic Imperatorem creandum esse. *Marcellini* autem verba magis adhuc observari merentur. *Augustus, circumstantia jubebatur diadema*

Tom. 1. de cruce Christi lib. 2. & tom 3. l. 1. Chronol. lib. 2. ubi nonnulla Impp. Seterum effigies, sed minus accurata depicta.

Nota. adde hic ab Autore citatis Patinum, Vaillantium Spanheimiũ & alios numismatum diligentissimos editores. De coronis Heraclianeis præcipue laudat Mabillon. de re diplom. lib. 2 cap 17. §. 2. Cangium in dissert. XXIV. ad Joinvillæum; quem tamen videre non licuit.

Histor. lib 3.

lib 20. §. 4.

dema proferre, ac si non dubitassent, in promtu ipsum habere diadema, ceu necessarium nunc in creando Imperatore: ipse vero pernegans se habere ullum ex fœminæ collo rapuerunt, quod præsenti inserviret usui: & istud renuens, quasi se indignum esset, inaugurationem suam primam fieri ex mundo muliebri, *equi phalem quærebatur*, ut verba sonant, *uti congrua ornatus speciem saltem obscuram superioris prætenderet potestatis*. Sed & ista displicuit, ceu res admodum vilis & ad coronationem inepta, ideoque æthiops assistens collare suum (quod gestavit quoniam vexillum quoddam Draconis tulit) solvens *& capiti Iuliani imposuit confidenter*. Sic in creatione *Iovinniani Infulas*, inquit *Eutropius*, *Imperatoris imponunt*: idem de eodem refert *Zosimus*, & de *Maximo* quem *Gratianus* occidit. In *Chronico Alexandrino Theodosius* primus ἐστέψε εἰς βασιλέα *Imperatorem coronavit filium suum Honorium*. *Verina* quoque fratrem suum *Basiliscum* Imperatorem constituens στέψασα *coronavit* eum: ibidem dicitur *Basiliscus* coronavisse Filium suum *Marcum*, & cohortes imperatoriæ cum populo coronavisse *Iustinum* seniorem: hic, *Cedreno* teste, coronavit uxorem suam *Lupiciam*. Testimonia plura præbent sequentes ad *Iustinianum* usque, qui Imperii sui initia sic describit: *quo nutu divino Imperiales susc epimus insulas*: accepit autem diadema ab Avunculi manu, ut perhibent *Zonaras Cedrenus*, &c. Neque quisquam (quantum intelligo ex Autoribus probatis) à Patriarcha coronatus est; Scio equidem *Theodorum Anagnostem* breviter & fortassis imperfectè narrare Constantinopolitanum Patriarcham *Proclum* coronasse *Theodosium* juniorem. Scio etiam à nonnullis dici *Iohannem I. P.* cum venisset Constantinopolim ob *Arrianorum* Hæresin, coronasse *Iustinum* seniorem. *De ejus manibus*, inquit *Anastasius*, *cum gloria coronatus est Iustinus Augustus*: quod quidam pro infallibili habent argumento, & in specie *Baronius*, qui existimat *Iustinum* hunc etiam antehac à *Iohanne Patriarcha* Constantinopolitano coronatum fuisse. *Licet enim*, inquit, *simul ac electus est in Imperatorem à Iohanne ejus civitatis Episcopo fuerit diademate insignitus, tamen in illud ipsum, ab ipso Romano Pontifice, suo voluit, pietatis ergo, capiti super imponi*. Non tamen memini quenquam præter istos sive ex prima sive media ætate istud de *Theodosio* affirmare & *Iustino*. Posterior vero *Iustinus*, *Iustiniani* successor, an. DLXV, à Patriarcha Con-

C. tit. de quadrien. præscript. l. 3. bene e Zonar.

Collect. 2.

In Bit. Pontific. 54.

Bernard. Sacc. um. Ticinens. hist. lib. 5. c. 2. Annal. tom. 7. an. 525. p. 106. edit. Antverp.

De Comitiis Imperat. cap. 5. &c.

Constantinopolitano coronatus esse indubitato evincitur. Doctus etiam *Onuphrius* fatetur non potuisse se ejusmodi coronationem in primis reperire seculis. Optimus igitur hujus rei testis est *Corippus Iustino* coævus. narrans eum vetusto more clypeo impositum, & acclamationibus Imperatorem declaratum, tum coronatum à Patriarcha.

Postquam cuncta videt ritu perfecta priorum
Pontificum Summus plenaque ætate venustus,
Adstantem benedixit eum, cœlique potentem
Exorans Dominum, sacro diademate jussit
Augustum [a] *sancire caput, summoque* [b] *Coronam*
Imponens apici &c.

a *Dempsterus legit* Vincire *sed priorem lectionem libentius retineo,* Sancire *enim est sacrum facere.*

Hic Patriarcha fuit *Johannes* non *Eutychius* ut vult *Paulus Diaconus. Eutychius* enim depositus à *Iustiniano*, non restitutus est nisi post aliquos *Iustini* in imperio annos, ut diserte tradit *Cedrenus* & alii. Ab hoc *Iustini* tempore istud coronationis genus ut plurimum continuavit apud successores ejus usque ad finem Imperii Orientalis. Dicunt tamen quidam *Leonem* successorem *Martiani* anno Chr. 461. coronatum fuisse à Patriarcha Constantinopolitano; Primumque fuisse ex Imperatoribus coronatis. Sic *Rabbi David ben Salomon*, Judæus Polonus, hic verbis ליאון הקיסר הנגמלך בקוסטנטינא בשנת ארבא ונתקים עלידי החשמן אשר שם בנתנו כתר מלכות בראשו והוא הקיסר הראשין הנכתר בכתר מלכות *Leo Impemtor quinquagesimus tertius regnavit Constantinopoli anno* 4221. (*i. e. anno Christi* 461.) *ejusque dignitas confirmata fuit ibi per Patriarcham, qui imposuit Coronam regni capiti ejus. Isteque Imperator primus fuit eorum, qui coronati sunt imperiali corona.*

b *Vid. de hac re prater Cedrenum Histor. Miscell lib. 16. de Augustæ Sophiæ coronatione Zonar. tom. 3. p. 57. Zemach David part. 2 f. 49. b.*

Apud Occidentales Coronatio cœpit cum *Carolo M.* teste eodem Rabbi והוא קקיסר הראשון שקבל כתר מלכותמאפיפיו ושם אותו לחוק עד היום הזות *Hic Impemtor primus à Papa coronam accepit imperialem, ibique* (Romæ) *hodienum accipitur.* Et sicut Patriarcha Constantinopolitanus coronavit Imperatores orientis, ita Pontifex R. Occidentis ordinarie tamen Papa tertiam imposuit coronam, Romæ tradi solitam. Imperator enim post coronatio-

Ibid. fol. 53. 54.

Aquis-

Aquisgrani receptam ab Archiepiscopo *Colonienſi* in Eccleſia *S. Mariæ* (ubi Thronus ejus vel ſolium idem eſt quo *Carolus* M. uſus dicitur) etiam *Mediolani* in Eccleſia S. *Ambroſii* ab Archiepiſcopo ejus loci coronatur, vel *Modeſiæ* paucis à *Mediolano* milliaribus diſtantis in Eccleſia *S. Johannis*; & poſtmodum *Romam* tendit tertium coronandus à Papa vel Cardinale *Hoſtienſe*, iſtius vicario, ad S. *Mauritii* aram in S. *Petri* eccleſia. Prima coronatio *Aquisgranenſis* eſt ordinaria. Secunda rari eſt exempli. *Henricus VII.* Imp. obſervante ſolertiſſimo & eruditiſſimo *Onuphrio*, ann. MCCCXI. prima coronatione coronatus eſt: quidam poſt ipſum etiam ſecundam coronationem ibi acceperunt. Alii verò loco *Mediolanenſis* coronationis ſingulari alibi coronatione inaugurati ſunt, *Fridericus III.* bis *Romæ* coronatus eſt, ad ſupplendam coronationem *Mediolanenſem*. *Carolus V.* Bononiæ bis coronatus eſt, ad ſupplendam hanc *Romanam* unctionem. *Aquisgranenſis* coronatio dicit eum *Germanorum* Regem. *Mediolanenſis* Regem *Italiæ*: *Romana Imperatorem* conſtituit. Corona verò *Aquisgranenſis* cum dicatur eſſe argentea, & *Mediolanenſis* ferrea, non de metallo id intelligendum vel materia, ſed ob alias tantùm rationes (quas nondum didici) ſic nominari, cum aureæ ſint ambæ ut *Romana*. Hæc ſumma eſt illorum, quæ tanquam veriſſima, opinor traduntur ab autoribus optimis. Multa tamen & diverſiſſima invenies apud JCtos, Hiſtoricos, & alios, quæ indicare potius libet, quam huc tranſcribere aut calculo notare meo. Vide autem *Onuphrium de Comitiis Imperatoriis*, *cap. 10 & 11. quem hic reliquis prafero. Sigonium de Regno Italiæ. lib. 1. 3. 4. 7. Krantzii Saxoniam lib. 4. cap. 37. Lancelotum Conradum in Templo omnium Judicum lib. 1. c. 1. §. 1. Reſtaurum Caſtaldum de Imperatore quæſt 33, 34, 35. Hieronym. Balbum de Coronatione ad Carolum V. cap. 6. & 32. Gunther. lib. 1. & Spigelium in ipſum. Henricum Bebelium de Prærogativa Imperatoris Germanici, Barth. Chaſſan. Catal. glor. mundi part. 5. conſ. 27. &c.*

Uſus coronarum & Coronationis ſic deductus à *Conſtantino M.* exemplum præbuit reliquis *Europæ* regibus. *Galliæ* Reges coronas habuerunt cum inaugurarentur ante initia Imperii occidentalis, ut legimus in hiſtoriis *Caroli & Carolomanni* filiorum *Pipini*. ann. Ch. DCCLXVIII. *Carolus Noviomi*, (ait *Sigebertus*) *Regiam accepit coronam, Carolomannus vero in urbe Sueſſionica.* Veriſimile etiam eſt coronas

Nota. *De Coronatione Imperiali ſive tertia emiſſa ſid. Rhetii Jus Publ. l. 1. tit. 4. §. 43 ex Capitulatione Leopoldina id docentem. Ferream nominant coronam ob Laminam quãdam ferream in ſummitate juxta Rumelium vel Milorum ad A. B. part. 3. diſſ. 6. §. 7. vel ob circulum inferiorem ferreũ juxta Oldendorper in Limnæo enucleato lib. 1. c. 15. §. 13.*

ronas antiquiores illic fuisse, & coætaneas unctioni regiæ. Ex *Angliæ* Regibus, autore *Gesfrido Monmathensi Athelstanus* primus coronatus est. Sed præter *Aluredum* regem, coronatum & unctum à *Leone IV.* P. (de quo supra §. 1.) *Ethelwerdus*, Saxonum tempore scribens, de *Edvardo R.* proximo *Athelsthani* Antecessore ait; *Coronatur ipse stemmate regali à primatis electus* &c. De coronis tamen & coronationibus Regum *Anglia* mox plura. Traditio apud *Scotos* est usque ad *Achajum* R. (circa ann. Christ. DCCC.) Reges suos gestasse coronam auream vel inde à primo Rege *Fergusio*, in *forma militaris valli* seu plano laminæ circulo, *Achajum* verò addidisse *quatuor lilia aurea, quatuor cum salutifera crucis aureis signis paribus intervallis discretis, Liliis paulo eminentioribus*, ut *Boëtius* loquitur. Ex Regibus Visi-Gothorum in *Hispania* primus tanquam Regium insigne gestavit coronam *Levigildus* circa ann. Chr. DLXXX. *Nam ante eum*, ait *Isidorus, & habitus & consessu communis ut genti ita & Regibus erat.* Memini etiam legisse me apud *Sigonium*, primam in Longobardiæ regno assumtam coronam circa an. DXC à Regina *Theodelinda*, eandemque esse quæ nunc Imperatoris ferrea nuncupatur & *Mediolani* vel Modesiæ asservari dicitur. Recentiora apud Christianos, Europæos regna coronas puto & coronationes inde ab initiis suis habuerunt.

Lib. 4. c. 4.

Hect. Boet. l. 2. & 10.

Roderic. Toletl. 2. c. 14. & Marian. de reb. Hispan. lib. 5. cap. 13.

De regno Italiæ lib. 1.

Formæ

Formæ tamen Coronarum Regiarum ut plurimum (si non totaliter) sūt diversissimæ. *Hispanica* differt ab *Anglica*, hæ ambæ à *Gallica*, & istæ omnes deniq; ab *Imperiali*. Arcus Coronæ *Gallica* ex liliis tantum surgit, & arcubus summumque fastigium lilium quoque occupat. *Anglica* verò *Hispanica* & *Imperialis* globum in cacumine gestant, crucemque ei infixam; ut & coronæ *Daniæ* nec non *Svetiæ*. Hic autem opportune observandum Coronas arcu vel Sphæra desuper clausas (nunc vulgo usurpatas) vel *Imperialem* (sic enim arcuatas vel desuper in sphæram abeuntes coronas vocare solent, tanquam summis Regibus proprias) non admodum antiquas esse nisi in Imperio solum. Antiquæ Coronæ Gallicæ, in nummis apparentes in circulum coeunt & liliis stipantur. Vide numismata ipsa, nec invenies aliud diadema vel coronam usque ad *Franciscum* primum.

The Empire.

England.

France.

Spaine.

Videsis. Paschal. lib. 9. de coronis c. 17.

Sed ad Christianos Reges in *Anglia* veniamus. Videtur priscis temporibus *Saxones* (omittimus enim fabulosam *Arthuri R.* coronam, *affert. Arth. pag. 12.*

nam, quam *Letandus* ait vidisse se in ejus Sigillo communi aliarum gentium more, & fortassis ab ipsis dudum recepto, consvetam fasciam simplicem vel diadema habuisse, ut apparet in capite *Aldulphi* Regis apud *Anglos* Orientales, regnare incipientis anno DCLXIV. postmodum verò ex margaritis contexuisse, vel gemmis aliis, instar Constantini ejusque Successorum. Nam *Offa* Rex *Merciæ* sic visit in nummis ann. Chr. DCCLXIII. & pariter Successores ejus *Bertulfus*, *Burghredus*, *Kenwlf*. Sed *Egbertus* Rex qui circa an. DCCC. *Heptarchiæ* Monarcha factus est, radiantem gestavit coronam ut apparet ex nummis ejus, radiis tamen minoribus, quam qui fuerunt in coronis Imperatorum vetustiorum. *Sed Alfredi* R. caput iterum, si numisma haud fallit, unde hic descripsimus, simplici diademate cinctum est, communissima & antiquissima forma, prout & ejus successores plurimi ostenduntur, usque ad *Edvardum Confessorem*. *Edredus* tantùm & *Edmundus Ironside*, Reges nisi fallor coronas habent impositas aliquantum similes corollis Comitum nostrorum, cuspidatas & margaritis summis verticibus seu cuspidibus, altius quam in istis Comitum non verò eodem numero surgentibus, infixas. *Hardisbutus* diadema habet ex margaritis sicut alii. Reliqui vel diadema habent, in nudo capite, vel Galeas. *Edvardus* autem Confessor ordinariam habet coronam auream in lilia surgentem, quanquam in imagine ejus, quam exhibet magnum ipsius Sigillum, caput e-

jus,

jus tegatur pileo & ſuperimponatur corona iſta admodum peregrina: niſi forte ſculptor voluit repræſentare ejusmodi, qualem mox in *Wilhelmo Conqueſtore* cernes. Et revera, utut nummi *Saxonum* tempore cuſi exhibeant nobis ſaltem quæ hic depicta vides, attamen extant volumina quædam ſub *Edgaro* Rege, ejusque mandato ſcripta de Reformatione vel reſtitutione vitæ monaſticæ in *Anglia*, ubi, ut & in pictura ſui temporis pingitur cum corona ex floribus conſerta admodum rude. Coronæ etiam, undecunque mos iſte inolevit, Regibus antiquiſſimis impoſitæ, in picturis S. Hiſtoriæ *Geneſeos* tum in *Saxonicam* lingvam translatæ; in imaginibus quoque illis, quæ ſacras hiſtorias ad *Pſalmos* pertinentes exhibent, circiter M. abhinc ann. non aliæ ſunt quam Liliaceæ. Poſt *Confeſſorem* vero redit *Haroldus* in nummis ſuis ad Diadema margaritarum inque geſtat galea. Hæc autem galea opinor illa fuit, quam dixerunt *Cynchelme*, ſicuti diadema absque galea *Cynebänd* dixerunt, i. e. *Regiam Faſciam* iſtaque duo verba apud *Saxones* denotarunt inſigne capitis Regium. Rex noſter primus *Wilhelmus* in majori Sigillo ſuo ſupra pileum habet Coronam liliaceam, inſtar illius in *Confeſſoris* nummis, & cuſpidatam, cum crucibus cuſpidibus ſinglulis impoſitis. In nummis vero videtur cingi diademate ex margaritis contexto lemniſcis ad utramque aurem dependentibus, cum arcu tranſverſim caput tegente, ut frequenter apparet in illis Imperatorum Orientalium. Filius ejus & Succeſſor *Wilhelmus Rufus* non conſpicitur cum alia Corona in magno ſuo ſigillo, quam quæ Comitum noſtrorum eſt. In nummis vero eadem quæ Patris ibidem viſi-

in bibliothec. Cotton. MS. ubi etiam Archetypa ſervantur, unde jam efficta hic numiſmata ſumta. Mss. in Bibl. Pariſ. p. 163.

visitur. *Henrici I.* corona in nummis & sigillo eadem est & ex liliis contexta, minusculis tamen; nisi quod in nummis Lemnisci ex margaritis videantur dependere, vel istis aliquid simile ad utramque aurem. *Stephanus* quoque Rex utrobique cingitur corona liliacea, quæ exacte eadem cum illa quam *Mathildis* Imperatrix & *Henricus II,* in magnis suis usurparunt Sigillis. *Henricus* vero iste in nummis coronatur sicuti *Henricus I.* Filius *Henrici II.* (à nonnullis dictus *Henricus III.* unde qui vulgo nobis est *Henricus III.* aliis dicitur *Henricus IV.*) coronatus Patre suo adhuc superstite, & *Richardus I.* exacte eandem retinent formam in sigillis suis magnis. *Johannis* vero Regis corona (ut ostendit sigillum ejus magnum) brevibus tantum radiis consita est loco florum. Filius ejus *Henricus III.* in primo sigillo suo gestat coronam floridam & radiatam, seu cuspidatam; radii vero floribus immixti alti non sunt. Secundum ejus sigillum huic est simile, omissis saltem radiis, sicut etiam cernitur in statua ejus ærea in Sepulcris *Westmonasterienſibus.* In *Matthæo Parisiensi* legimus, *Henricum III.* primo coronatū fuisse *Circulo aureo. Henrici III.* coronæ huic ultimæ similis est *Edvardi I. R.* in nummis & sigillo, ut & uxoris ejus *Eleonoræ* in statua sepulcrali ærea *Westmonasterienſi.* Talis quoque fuit Filii ejus *Edvardi II.* & *Edvardi III,* tum in nummis tum in sigillo, æque in regni sui principio, ac postquam hic *Franciæ* titulum assumsisset. Forma coronarum *Richardi II. Henrici IV. & V.* non alia fuit, quanquam legi alicubi (in libro, cui titulus Institutio *Periscelidis sub Henrico VIII.* scripto) *Henricum V.* Coronam Imperialem sibi primo fabricasse. Quidam primum ejus usum asseruerunt *Edvardo III.* ad minimum dicentes supra insignia ejus primo pictam; ratioque ipsorum est, quoniam vicarius generalis constitutus est Imperii ab Imperat. *Ludovico Bavaro. Henricus VI.* in magno sigillo non differt ab *Henrico V.* nisi quod in quibusdam nummis liliacea sit & arcuata cum globo & cruce supereminentibus, similis ferè Imperiali Angliæ coronæ qualis nunc cernitur.

Fr. Thinne in Ms. diatriba de insigniis Rob. Comiti Sarisbur. olim dicata. Videsis Thom. Walsing. in Ed. 3. ann. 1338.

Simi-

Similis forma eſt *Edvardi IV.* in ſigillo magno, niſi quod radii margaritis ſtipati, ſurgant inter flores ſub arcu: nummi vero ipſius aliqui etiam tres oſtendunt coronas, quarum una alteri imminet, (non tamen capiti ejus impoſitæ) liliis & crucibus inter mixtis absque arcu. Tres autem coronæ denotant tria regna *Angliæ, Galliæ, & Hiberniæ.* *Edvardus V. & Richardus III.* in magnis ſuis ſigillis coronas habent liliaceas, & cruces interpoſitas, arcuatas etiam prout nunc cernuntur cum globo & cruce arcui impoſita, quæ forma hucusque perſeveravit. Vidi tamen varios *Ordines Coronationis* Regum & Reginarum *Angliæ* ſcriptos ante *Henricum VI.* atque in illis Reges ſedentes in Thronis ſuis coronatosque coronis floridis, non absque arcubus eisque globo vel mundo cum cruce ſuperimpoſitis. Imagines apographis videntur coævæ. Accuratiſſimam autem coronarum floridarum absque arcubus figuram, Regibus & Reginis *Angliæ* olim uſurpatam, facile & optime cognoſces in ſtatuis tum in ipſa *Weſtmonaſterienſi* Aula, tum in frontiſpicio ejus: poſitis illuc ſub *Richardo II.* Quæ regibus impoſitæ cernuntur in muris Sacelli *Weſtmonaſterienſis Henrici VII.* pro arbitrio Artificis (ut puto) una eademque forma omnes factæ ſunt, floridæ ſolummodo & cum crucibus. Et quanquam arcuatæ tum in uſu eſſent, attamen quoniam difficiles non vero neceſſariæ eſſent omiſſæ ſunt. Placuit item artifici ſibi invicem ſimiles fingere quam unicuiq; ſuam ſculpere coronam. Sicuti vero veruſta de Coronis Regum noſtrorum habemus teſtimonia, ſic etiam de ipſorum coronationis ritu ſupereſt ceremoniale (temporum quidem injuria minime perfectum) e *Saxonum* ævo, quo & ſcriptum eſt: Illud intelligo ex quo ſupra deſcripſimus quædam de unctione. Character ſeu forma ſcriptionis circiter DC abhinc annum indicat: & folia quædam perdita poſt illa de unctione Regis finis, adnotationis ſequitur ad ipſum, tum temporis fieri ſolitæ, cum gladium acciperet, ſic paginam in volumine quod ſupereſt incipientis.

Et cunctos Sanctæ Dei Eccleſiæ adverſarios regnumque tibi commiſſum tueri atque protegere caſtra Dei, per auxilium invictiſſimi Triumphatoris Domini

mini nostri Iesu Christi, qui cum Patre in Unitate Spiritus Sancti vivit & regnat.

Deinde pergit.

Oratio post datum Gladium.

Deus qui providentiâ tuâ cœlestia simul & terrena moderaris, propitiare Christianismo Regi nostro, ut omnis hostium suorum fortitudo, virtute Gladii Spiritualis, frangatur ac te pro illo pugnante penitus contemnatur per &c.

Hic coronetur Rex, eique dicatur.

Coronet Te Deus coronâ Gloriæ atque Justitiæ honore & opere fortitudinis, ut per officium benedictionis cum fide rectâ & multiplici bonorum operum fructu, ad Coronam pervenias regni perpetui, ipso largiente cujus regnum permanet in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO super Regem post quam Corona fuerit imposita super caput ejus.

Deus perpetuitatis, Dux virtutum, cunctorum hostium victor, benedic hunc famulum tuum N. tibi caput suum humiliter inclinantem & prolixâ Sanitate & prospera felicitate eum conserva, ut ubicunque vel pro quibuscunque auxilium tuum invocaverit citò adsis & protegas ac defendas. Tribue ei, quæsumus, Domine divitias gratiæ tuæ; comple in bonis desiderium ejus; corona eum in misericordia tua ut tibi Domine piâ devotione famuletur per &c.

Quæ eadem fere sunt, cum iis quæ in recentiori ceremoniali præscribuntur ad ipsum momentum quando Corona imponitur.

Iuxta idem vero ceremoniale vetustum Regina post unctionem & receptionem annuli his coronanda est verbis, quæ etiam in recentioribus habentur formulis,

Accipe coronam gloriæ & honorem jucunditatis ut splendida fulgeas & æterna exultatione coroneris per &c.

Alia

Omnium Domine fons bonorum & cunctorum dator profectuum, tribue famulæ tuæ N. adeptam bene regere dignitatem & à te sibi præstitam in eis bonis operibus corroborare gloriam, per Dominum nostrum, &c.

Alias hujus Ceremonialis Saxonici partes vide in paragrapho sequente. Recentiora vero Patriæ nostræ ceremonialia penitus hic omittam, quoniam neque inter se consentiunt, nec ullum (quantum

tum ſcio) publica autoritate receptum eſt. Aliorum vero Regnorum Ceremonialia ex fide dignis inſtrumentis hic deſcripta mox dabimus, præter ea quæ publica ſuppeditat hiſtoria de coronatione Regum *Angliæ*. Atque de diadematibus coronisque tantum.

III, Sequitur *Sceptrum & Globus* cum *Cruce* ſeu *Mundus*. Sceptrum antiquius eſſe inſigne Regium quam Corona vel Diadema facile probatur. Juſtinus (vel potius *Trogus Pompejus*) negare videtur veteres Romanorum Reges coronam geſtaſſe, illiusque loco ſceptra tenuiſſe. Sic intelligo verba illa: *Per ea adhuc tempora haſtas pro Diademate habebant, quas Graci Sceptra dixere.* De Diadematibus ſatis dictum. Sceptra vero (prout ad Regem pertinent) his antiquiora eſſe & Sacra & prophana teſtatur hiſtoria. In *Homero* habemus σκηπτοῦχοι βασιλῆες, *Cum Sceptris Reges*, nullos cum coronis. De regno ad *Agamemnonem* devoluto ait, quod ſceptrum habuerit à *Thyeſte*, *Thyeſtes* ab *Atreo*, *Atreus à* Pelope, *Pelops à Mercurio*, *Mercurius à Jove*, *Jupiter à Vulcano*, acſi antiquiſſimus & eminentiſſimus character Regis vel Regni ſceptrum fuiſſet. *Thyeſtes verò Agamemnoni* reliquit. *Hiſt. lib. 43.* *ibid. §.*

Πολλῶν νήσων καὶ Ἀργείᾳ παντὶ ἀνάσσειν

Imperiumque in inſulas multas & *Peloponneſum*. Hinc *Ægyptiorum* Hieroglyphicum *Oſiridem* per ſceptrum, cui oculus infixus erat, intelligit; *ſignificantes* (inquit *Macrobius*) *hunc Deum Solem eſſe, Regalique poteſtate ſublimem cuncta deſpicere, quia Solem Jovis oculum appellat Antiquitas.* *Fulgentius* exiſtimat *Mercurii Caduceum* eſſe ſceptrum ſerpentibus cinctum, *quod Mercatoribus*, ait, *det aliquando Regnum ut Sceptri, & vulnus ut ſerpentium.* Teſtimonia ejusmodi plura ſunt in hiſtoriis numinum ſeptra geſtantium ad denotandum Imperium ſuum, de quo in ſpecie videndus in *Ariſtophanis* Comediam de *Barde*, Scholiaſtes. Addatur etiam *Ariſtoteles* narrans Reges alios fuiſſe juratos, alios non: juramentum enim erat τὸ σκήπτρου Ἐπανασεισις *elevatio Sceptri*. Ideoque dicebatur ὅρκιον σκῆπτρον juratorium ſceptrum; Sic *Homerus de Achille* per ſceptrum jurante *Saturn. lib. 1. cap. 21.* *Vid. Jerem. in epiſt. Baruch ſubnexa, com. 13.* *Politic. lib. 3. cap. 20.*

Ναὶ μὰ τὸ δὲ σκῆπτρον *Iliad. α.*

Per hunc ſceptrum vocat illud μέγαν ὅρκον, *magnum juramentum*. Sceptrum etiam revera fuit olim *Jovis* inſigne, tanquam Regis maximi, ſi credimus *Servio Honorato* in *Virgilium*. Nam in illud *Æneæ Latini* *ad Æneid. 12. ut Sceptrum hoc &c.*

mig. fœdus juramento confirmantium, ubi *Virgilius* ait *Lainum* tenuisse in manu sceptrum; observat *Servius*, antiqvum fuisse morem in fœderum sanctione, ut in locum ubi juramentum præstandum esset Jovis statua solenniter apportaretur. Omnia etiam juramenta credebantur præsente *Jove* fieri. *Junctumque Jovi fœdus* est in *Sylio Italico.* Postmodum verò, narrante *Servio*, cum molestum id videretur, in specie, si apud gentes longe dissitas jurandum esset, ut quispiam *Pater Patratus* adstaret, sceptrum teneret, & *Jovis* referret Personam. *Sceptrum enim*, ait, *ipsius est imperium: unde nunc tenet sceptrum Latinus; non quasi Rex, sed quasi Pater patratus*: licet enim fuit Rex, non tamen quatenus Rex ibi adstitit, sed quasi Fœcialis seu *Rex Heraldicus.* Et sicut *Achilles* apud *Homerum*, ita *Alexander* dicitur jurare per sceptrum in Epigrammate quodam, quod reperi scriptum in fine cujusdam antiquæ Ms. barbaræ Historiæ de ipso: & quia non alibi extare novi, hic addo.

Magnus Alexander bellum mandarat Athenis:
Infestus populo totius urbis erat.
Ibat Aristoteles cautè temptare tyrannum
Si prece vir tantus flectere posset eum.
Quem procul intuitus, Sceptrum Capitisque salutem
Testans; non faciam, si qua rogabis, ait.
Mutat Aristoteles causam subtiliter; Urbem
Obsideas, frangas, mœnia Marte petas.
Pœnituit juravisse Ducem, Bellumque roganti
Dat pacem, lusus callidi ate Viri.

Verum, si quid judico, errat Autor in historia; *Anaximenes* isto usus est dolo ad servandos *Lampsacenos*; non *Aristoteles* pro *Athenienses.* *Pausan. in Eliac. 2.*

Cæterum satis sic evincitur ex prophanis Scriptoribus Sceptri in regno usus antiqvus & sacer. Antiquius verò his testimoniis illud Scripturæ S. *Non auferetur sceptrum de Iudah, donec Silo veniet*, inquit *Jacob*: i. e. Rex, vel summus Gubernator, ut vulgò interpretantur etiam *Rabbini* vocem שבט *Shebet* sic explicantes. Græci habent *οὐκ ἐκλείψει ἄρχων, non deficiet Princeps & Amos. cap. 1. com. 5.* תומך טבט *tenens Sceptrum*, usurpatur pro Rege. Usus sceptri apud *Persas* hic ut recenseatur necesse non est. Sacra *Esthera* histo-

hiſtoria eum abunde ſuppeditat. Et hæc ſufficiant de *ſceptro* in genere. In Imperfecto *Ceremoniali illo Saxonico*, ex quo ſupra deſcripſimus Unctionem nec non Coronationem, proxime poſt hanc, ſequentia ponit.

Hic detur Regi ſceptrum eiq; dicatur.

Accipe ſceptrum Regiæ poteſtatis inſigne, virgam ſcilicet regni rectam, virgam virtutis, quâ te ipſum bene regas, & Sanctam Eccleſiam populumque videlicet Chriſtianum tibi à DEO commiſſum Regiâ virtute ab improbis defendas. Pravos corrigas, rectos pacifices, & ut viam rectam tenere poſſint, tuô juvamine dirigas, quatenus de temporali regno ad æternum regnum pervenias. Ipſo adjuvante, cujus regnum, & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio ſuper Regem poſtquam datum fuerit ei ſceptrum.

Omnium Domine fons bonorum cunctorumque Dominus Inſtitutor profectuum, tribue quæſo famulo tuo Illi, adeptam bene regere dignitatem, & âte ſibi conceſſam honorem dignare corroborare. Honorifica eum præ cunctis Regibus Britanniæ, uberi eum benedictione dita & locupleta, & in ſolio regni firmâ ſtabilitate conſolida, viſita eum in ſobole & præſta ei prolixitatem vitæ. In diebus ejus ſuperioretur Juſtitia, ut cum jucunditate & lætitia æterno glorietur in regno; per. &c.

*Hîc Regi virga * detur eique dicatur.*

Accipe, † Virgam virtutis atque æquitatis, quâ intelligas mulcere pios & terrere reprobos. Errantes viam doce, lapſisque manum porrige, diſperdasque ſuperbos & releves humiles, ut aperiat tibi oſtium JESUS Chriſtus Dominus noſter, qui de ſe ipſo ait: Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſalvabitur, Et ipſe qui eſt clavis David & ſceptrum domus Iſraël qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Sit tibi Adjutor, qui educit vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris & umbra mortis, ut in omnibus ſequi merearis eum de quo Propheta David cecinit. Dominus in ſeculum ſeculi, virga recta eſt virga Regni tui. Imitare ipſum qui dicit: diligas juſtitiam & hodio habeas iniquitatem: propterea unxit te Dominus DEus tuus oleô lætitiæ ad exemplum illius, quem ante ſecula unxerat præ participibus ſuis. JEſum Chriſtum Dominum noſtrum.

* Hæc dabatur in ſiniſtram manum, uti ſceptrum in dextram. V. Math. Pariſ. p. 206. edit. Londin.

† eſt in antiquo rituali, quod vocant ordinem Romanum.

Benedictio ad Regem.

Extendat Omnipotens Dominus dextram suæ benedictionis & effundat super te donum suæ protectionis, Sanctæ Mariæ & Beati Petri Apostolorum Principis, Sanctique Gregorii Anglorum Apostolici atque omnium sanctorum intercedentibus meritis Amen.

Indulgeat tibi Dominus omnia mala quæ gessisti & tribuat tibi gratiam & misericordiam, quam humiliter ab eo deposcis, ut liberet te ab adversitatibus cunctis, & ab omnibus visibilium & invisibilium inimicorum insidiis. Amen.

Angelos suos bonos semper & ubique, qui te præcedant comitentur, & subquantur, ad custodiam tui ponat, & à peccato seu gladio, & ab omnium periculorum discrimine suâ te potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis caritatisque benignitatem convertat & bonis omnibus te gratiosum & amabilem faciat, pertinaces quoque in tui infectatione & odio, confusione salutari induat, super te autem sanctificatio sempiterna floreat.

Victoriosum te atque Triumphatorem de invisibilibus atque visibilibus hostibus semper efficiat, & sancti nominis sui timorem pariter & amorem continuum cordi tuo infundat & in fide recta ac bonis operibus perseverabilem reddat, &, pace in diebus tuis concessa, cum palma victoria te ad perpetuum regnum perducat. Amen.

Et qui te voluit super populum suum constituere Regem, & in præsenti seculo felicem & æterna felicitatis tribuat esse consortem. Quod ipse præstare, &c.

Alia.

Benedic Domine hunc præelectum Principem qui regna omnium Regum à seculo moderaris. Amen.

Et tali cum benedictione glorifica, ut Davidica teneat sublimitate sceptrum salutis, & sanctifica propitiationis munere reperiatur locupletatus. Amen.

Da ei à tuo Spiramine regere populum sicut Salomonem fecisti regnum obtinere pacificum. Amen. Quod ipse præstare &c.

Designatio status Regis.

Hæc eadem fere est cum illa in antiquo rituali seu ordine Romano.

Sta & retine à modo statum quem hucusque paternâ suggestione tenuisti hereditariò jure tibi delegatum per auctoritatem DEI Omnipotentis & per præsentem, traditionem nostrum omnium scilicet Episcoporum, cæterorumq;

DEI

DEI Servorum; & quanto Clerum ſacris Altaribus propinquiorem proſpicis, tanto ei potiorem in locis congruis honorem impendere memineris, quatenus Mediator DEI & hominum, Te mediatorem Cleri & plebis in hoc regni ſolio confirmet & in regno æterno ſecum regnare faciat JESUS Chriſtus Dominus noſter, Rex Regum & Dominus Dominantium; qui cum DEO Patre & Spiritu Sancto &c.

Sequitur Oratio.

Omnipotens DEus det tibi de rore Cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini & olei, ſerviant tibi populi, & adorent te tribus. Eſto Dominus fratrum tuorum & incurventur ante te filii Matris tuæ, & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur, & DEus erit Adjutor tuus. Omnipotens benedicat tibi benedictionibus cœli deſuper & in montibus, & in collibus, benedictionibus) Abyſſi jacentis deorſum, benedictionibus, uberum & vulvæ, benedictionibus uvarum pomorumque Benedictione Patrum antiquorum, Abraham Iſaac & Iacob, confortatæ ſint ſuper te, per &c.

Alia Oratio.

Benedic Domine fortitudinem hujus Principis & opera manuum illius ſuſcipe & benedictione tua terra ejus de pomis repleatur de fructu cœli & rore atque Abyſſi ſubjacentis, de fructu ſolis & lunæ, & de vertice antiquorum montium, de pomis æternorum collium & de frugibus terræ & plenitudine ejus.

Cornua Rhinocerotis cornua illius, in ipſis ventilabit gentes uſque ad terminos terræ, & Adſcenſor cœli Auxiliator ſuus in ſempiternum fuit, per Dominum &c.

Sicut ſceptrum manus dextræ ornamentum eſt, ita ſiniſtræ *Globus* vel *Mundus* cum cruce impoſita, ut docent ſtatuæ & Picturæ (quædam etiam Coronationes) Regum, ceu ſpeciale Regiæ dignitatis inſigne. Invenire autem quo tempore hic mos cœperit nec facto facile nec fortaſſis labore dignum. Sufficiat hic indicaſſe ejus initium in Imperio, unde ad reliqua omnia, vel plurima tranſivit Regna. *Globus vel Mundus*, ſicut appellamus, *Pomum* etiam vocatur & *Pila*: & obſervant eruditi in uſu jam fuiſſe in Romano Imperio, antequam Imperatores fierent Chriſtiani; habuerunt enim inter inſignia belli & in monetis Pilam vel Globum, cujus initia *Iſidorus* ad *Auguſtum* ſic refert. *Pilam in ſigna conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubjectas, ut Malus figuram orbis oſtenderet.*

Videſis Lipſium de Militia Romana lib. 4 dialog. 5. Origin. l. 18. cap. 3.

ret. Sic exemplaria quædam, non vero, *magis figurum*, ut vulgo legitur. Lipsius autem legit *malis* ex MSS. quibusdam: & *Theodorus Douza, imagine.* Hinc apparet *Pilam & Malum* esse Synonyma, & terræ figuram denotare æque in bello supra lanceam, ac in moneta, aliquando in manu *Victoriæ, Fortunæ* & alibi. Cum vero Crux Sacra in venerationem veniret & ab Imperatoribus religiose reciperetur in insignia sua, addita quoque est *Globo* illi vel *malo*, quam picturæ & statuæ modo dextra, modo sinistra tenuerunt manu. *Constantinum* primum mandasse ut Globus cum Cruce jungeretur & collocaretur in dextram statuæ suæ magnæ Constantinopoli affirmat *Nicephorus Callistus*: *In Columna statuam suam ex ære factam collocavit, quæ dextra manu ingens aureum malum continet. Atque ipsi malo venerandæ Crucis abeo infixa.* Sed fides ejus sit penes *Nicephorum*. Nam licet obvium sit, *Constantinum* habuisse inter insignia sua malum vel globum cum cruce, attamen nullum reperio firmum testimonium in historiis ejus ætatis, vel ab hac proximæ, quod sic univerit ea. Primam figuram ea exhibentem nummus quidam *Theodosii* majoris tradit: hic enim ostendit in averso victoriam sedentem cum lancea vel sceptro in sinistra manu, & globo cum infixa cruce in dextra. Alii quoque ipsius nummi visuntur cum globo absque cruce: ut & in nummis Imperatorum Succedentium. Primus cujus statua gestavit globum (si *Constantinus* is minime fuit; ad minimum de quo certa sunt testimonia) *Justinianus* fuit. In magna illa statua ejus Constantinopolitana sinistra manus tenuit: scribit enim *Procopius*; Φέρει μὲν χειρὶ τῇ λαιᾷ πόλον (non πέλιν ut in impressis legitur) *sinistra sua tenuit globum* & σταυρὸς ἐπὶ τῆς πόλεως ἐπῆξται, *crux globo infixa est.* Ait etiam *Procopius* Globum hunc denotasse, Mare & Terram, unum constituentia globum seu Orbem, ejus subesse Imperio. De eadem statua *Suidas* τὴν μὲν ἀριστερὰ χειρὶ Φέρει σφαῖραν ἐμπεπηγότος τῷ σταυρῷ ἐν αὐτῇ τοῦ σωτῆρος ὡς ἐπὶ τῆς εἰς τὸν σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς ἐγκρατῆς γέγονε. Σφαῖρα μὲν δὴ ἡ γῆ διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος. Πίστις δὲ ὁ σταυρὸς διὰτι ἐν αὐτῷ σωτὴρ πρὸ-

in not. ad Georg. Logothet. p. 70.

Histor. Eccl. lib. 7. cap. 49. Videsis præstat. ejus ad Andronic. Imp.

Lib. περὶ κτισμάτ. Κωνσταντ. λογ. α. pag. 6. depravatum puto Procopii exemplar fefellit Gillium Topograph. Constan. lib. 2 c. 17. ubi de hac statua. Voce Justinianus. Vid. G. de Badensel in Hodæporico, ubi Justiniani globi & crucis item mentio.

προσηλωθὲν τῷ θεῷ. *Lævà globum tenet, cruce in eo defixâ, quâ ſignificaret, eum ob fidem in crucem, terræ Dominum factum. Globus enim is terra eſt, ob rotundam ejus figuram. Fides autem eſt crux, ob incarnatum DEum illi affixum.* Poſt *Juſtinianum* frequentius in Orientali uſurparunt Imperio, appellaruntque τὸν βασιλικὸν σταυρὸν *crucem Imperatoriam* eademque debet eſſe cum ea quam *Caropalates* περὶ ὀφφικίων & *Cantacuzenus Hiſt. lib. 1. cap. 41.* ſimpliciter crucem dicunt & collocant portandam Imperatoris coronandi dextra manu. Ego vero exiſtimo fuiſſe eam potius haſtam cum cruce infixa absque globo vel Pila, ut apparebit ex figura coronationis iſtorum Imperatorum hic paulo poſt ſubjicienda. *Theodor. Douza ad Georg. Logoth. p. 70.*

Per hæc Orientalis Imperii exempla videtur etiam uſus ejus ad occidentales perveniſſe. Antiquius tamen hic non invenio teſtimonium, quam tempore *Henrici II.* Imperatoris quod incidit in an. Chr. MXIII. Utut quidam referre id volunt ad *Carolum M.* Apud *Glabrum Rudolphum* dicitur inveniſſe eum *Benedictus VIII.* P. M. & inſigne Imperiale feciſſe. Exemplaria autem *Glabri* impreſſa corrupta ſunt in annorum nummeris: pro *anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo decimo*, neceſſe eſt legamus *milleſimo decimo tertio*, ut ipſa probat hiſtoria, & obſervavit *Baronius.* Anno ſic reſtituto ait Autor; *Licet inſigne illud Imperiale* (affirmaverat autem prius neminem debere eſſe Imperatorem niſi cui Papa tradidiſſet *Inſigne Imperiale*) *diverſis ſpeciebus prius figuratum fuiſſet, venerabili tamen Papæ benedicto ſedis Apoſtolicæ fieri* * *juſſum eſt admodum intellectuali ſpecie Idem inſigne præcepit fabricari quaſi aureum Pomum atque circumdari perquadrum pretioſiſſimis quibusque gemmis ac deſuper auream Crucem inſeri.* Deinde nobis explicat figuram ejus. *Erat autem inſtar ſpeciei hujus mundanæ*† *molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur, ut dum ſiquidem illud reſpiceret Princeps terreni Imperii foret ei documentum, non aliter debere imperare vel militare in mundo, quàm ut dignus haberetur vivificæ Crucis tueri vexillo.* Hunc Papa Imperatori tradidit ibi obvio, miſitque Imperator poſtquam cum gratiarum actione accepiſſet ad Monachos *Cluniacenſes.* Horum deinde exemplo Imperatores Occidentales poſtea inter Imperatoria ſua inſignia aſſervarunt globum. *Gothofredus Viterbienſis* CCCC. qui abhinc vixit annis & à Sacris fuit *Conrado III. Friderico Barbaroſſæ*, nec non *Hen-*

Onuphrius de Comitiis Imp. cap. 5.

Tom. 11. ann. 1013. Glaber Radulph. Hiſt. l. 1. cap. 5.

* *Viſum*

† *ita legendum non* molisque *& inexempl. excuſis.*

Henrico VI. sic de Globo Imperatori coronando tradito in carminibus suis.

* ein ball.

Aureus ille globus Pomum *vel* * Palla *vocatur*
Unde figumtum mundum *gestare putatur.*
quando coronatur, Palla *ferenda datur,*
Significat Mundum *forma perhibere rotundum,*
Intus habet plenum terrestri pondere fundum;
quem tenet arcanum Palla *ferenda manu.*
Hac fuit ex terris Mundi collecta quaternis
Ut foret Imperii *manibus gestanda supernis.*
Hac tulit Imperium Julius arte suum.*
Taliter hunc Mundum *gestat manus una Rotundum*
Regius includit sic omnia climata pugnus
Taliter omne quod est regia pompa tenet.

* acsi Julius Cæsar gestasset hoc insigne globi.

deinde narrat nobis

quid significat Crux *posita super*
Aureum pomum.

Crux *supereſt* Pomo *Cœli super insita dono.*
Suscipe corde bono, Rex, quæ tibi mystica dono,
Teque sedente throno, prospice quid sit homo.
Crux & Palla *simul pariter connexa tenentur;*
Hæc magis illa minus † *parte reverenda videntur.*
Hæc ferit, hæc sanat, hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis, pugno concludere regna,
Significata Crucis tibi sint referenter habenda.
Servulus esto Dei qui tua sceptra regit.

† lego *per te*

Aurea Bulla Carol. 4. c. 22.

Nunc fert illum *Comes Palatinus* Rheni in solenniis Coronationis Imperatoriæ, vocaturque *Pomum Imperiale.* In Bulla *Caroli IV. Comes Palatinus Rheni Pomum Imperiale portat, à latere dextro, sicuti Dux Saxoniæ gladium gestat, & Marchio Brandenburgensis sceptrum.* Et nunc (concessione *Caroli V.*) *Comites Palatini Rheni* gestant illud in scuto, uti & *Bavarus.*

Marq. Freher. Origin. Palatin. lib. 1. c. 15.

NOTA.

Hodie pomum imperiale gestat Bavarus, Palatinus vero coronam Imperialem. Limnæus enucl. lib. 2. cap. 8. §. 5.

In *Anglia* fere omnes ab *Edvardo* Confessore inclusive Reges usque

usque ad hunc diem, illum manu ſua tenent, in Sigillis & nummis; in ſtatuis etiam & picturis Coronationem eorum vel funeris apparatum exhibentibus idem cernimus. In fine tamen vetuſti Ms. cui titulus *Ordo Coronationis* apparatum funebrem Regium habeo, ubi veſtitus Regius Coronam exhibet & ſceptrum in manum dextram, globum verò cum cruce in lævam collocat. Verba autem figuræ huic adſcripta in dextram ponunt *In dextera manu ſua ponetur Pila Rotunda deaurata, in qua virga deaurata erit fixa à manu ipſius protenſa, in cujus virgæ ſummitate erit ſignum Dominicæ crucis quod ſuper pectus ejuſdem Principis honeſtè debet collocari.* Si tamen fides adhibenda Sigillo *Arthuro* Regi adſcripto, quod *Lelandus* vidit in Eccleſia *Weſtmonaſterienſi* diceremus eſſe æque antiqvum in Regum manibus ac Imperatorum. Narrat tenuiſſe Regem *Arthurum* in Sigillo iſto manu dextra ſceptrum cum lilio cacumini infixo, læva verò *Orbem cruce inſignitum.* Credo *Lelandum* id vidiſſe. Sigillo tamen minime fidem præbeo, ceu ejus judicio penitus acquieſcens. Manum Sigillum *Edvardi* Confeſſoris oſtendit globum in læva manu absque cruce, in nummis verò cum cruce. *aſſert. Arthuri pag. 12. b.*

Daniæ Reges manu quoque ſiniſtra recipiunt dum coronantur, ſignificationem ejus dedit, qui Coronationem *Friderici II.*. carmine dedit.

Tandem etiam malum, *cui crux infixa nitebat*
Aurea læva caput Regis, præſente ſacrorum.
Præſide, quod faciem effigiabat totius orbis;
Ut diſcat quæ jam latiſſima regna capeſſat.
Eſſe ſibi geſtanda manu quaſi durior olim
Si qua premat miſeros ſors regni fortè Colonos
Imperiumque uni, quem Crux deſignat JESU.
Acceptum referat, ſolus qui temperet Orbem.
Arbitrio & nutu cœleſtem torqueat Axem.

De Globo & Cruce plura vide apud *Gretſerum tom. 1. de S. Cruce l. 2. cap. 54. & tom. 3. l. 1. c. 14.* Varia præter iſta fuerunt Regum inſignia, nunc obſoleta: quædam etiam recentiora minoris momenti in Orientis & Occidentis Imperio adhibita ſunt, in Regnis etiam, ubi Coronæ in uſu fuerunt. Olim Fortuna aurea, Ignis ante Imperatorem geſtatus, Purpurea Chlamys, calcei cum aquilis, *Labarum* ſeu

vexillum sacrum & alia &c. quæ facilius docent *Julius Cæsar Bullinger de Imperatore & Imperio Romano, Lipsius, Gretserus, Bosius, de Cruce scribentes, Baronius &c.* quam hic describuntur. Recentiora habebis in ceremonialibus hic mox adjectis, & in allegatis reperies libris.

NOTA.

Adde hic de globo & cruce autoribus Clarissimi *Begeri Thesaurum Palatinum*, videbisque illum (globum videl.) in nummis mox ad pedes projectum, mox radio seu virgula protectum, cum inscriptione *Providentia Deorum* (ac si ista regeretur orbis per Imperantes) mox manu protensa elevatum, cum victoria etiam insistente, mox de manu in manum traditum, &c. De *baculo* etiam *aureo* præter *sceptrum* Regibus tradito differt M*abill. de re diplom. lib. 2. cap. 17. §. 3.*

IV. Proximum juxta Capitis divisionem membrum est *Inauguratio* Principum coronam non usurpantium. *Sultanus* ex iis primus est, cujus Amictus cæteris pretiosior & Cidaris (*Tulipant* dicunt) pretio gemmarum nec non altitudine differt ab illis quas *Bassa* ejus *Chianz* & alii ipsi subditi gestant. *Bodinus* (falsa quidem ex causa) vere tamen scribit: *Nulli Principes Musulmanni Coronam capiti suo imponunt, tametsi antea Asiæ & Africæ Regibus id usitatum fuisset.* Sed neque ut videtur veteres *Caliphæ* coronis usi sunt vel Diadematibus regiis, sed Cydari tantùm prout & hodie solent. De Uno eorum inquit *Benjamin Benjona in itinerario* ab *Aria Montano* translatus; *vehitur ille mula (Mustetzi* is fuit, ut puto, *Calipha* circa ann. Chr. 1180) *regiis vestimentis ex auro & argento contextis indutus, caput Cydari ornatus incomparabilis pretii lapidibus splendenti. Super Cydarim verò nigrum sudarium gestat, quo gestandi hoc seculi hujus, verecundiam profitetur.* Ac de primo ex *Ottomanni* lineâ sic itidem; *Leuenclav.* refert, quod sepultus jaceat *Prusæ*, primaria *Bithyniæ* Civitate, habens in tumulo *extrinsecus super impositum Tulipantum vetus, non admodum magnum, quodque spiras subtilius & majori artificio circumvolutas habet, quam in iis Tulipantis videamus quæ Turci suis nunc gestare capitibus solent.* Cæterum de *Mahumedanis Ottomannicusque* Imperatoribus ex *Abrahamo Zacuth Josephus Scaliger Canon Isagog. lib. 2. pag. 140.* dicit fuisse

Videsis Cotovic. lib. 4. Itinerar. Hierosolym. c. 18.

de republ. l. 1. cap. 9.

Indice libitinario.

insignia

insignia Regni in principio *Ottomannorum vexillum ensem & indumenta.*

In *Ægypto* Græci *Sultani* usu sunt Tulipanto è sexaginta & pluribus ulnis lini tenuissimi complicato, ita ut sex plicæ sicut cornua inde eminerent; quarum quatuor spithamæ longitudinem exæquaverunt, duæ verò aliæ ad cubitum usque surrexerunt. Id tamen *Magno Sultano* proprium minime fuit. Primarii ejus & proximi Principes simili usi sunt. Inauguratio igitur Principum Mahumetanorum fit potiùs per solennem acclamationem & collocationem in thronum Imperialem, quam per indumenta quædam Imperatoria; quanquam divitiæ Prædecessoris & Honor loci necessario habitum præ cæteris faciant singularem. *Lewnclavius* docet quomodo *Selimus II.* inauguratus fuerit post mortem Patris sui *Solimanni*; die statuto *deductus est*, inquit, *in Sarajum, solio consedit Imperatorio illius cubiculi, quod Solis est Sultanis Osmannidarum gente prognatis occupare permissum. Inde per Urbem, proclamationes more majorum factæ, quibus, vota primum concipiebantur ut anima Solimanis in paradiso felix ævum ageret ac in perpetua gloria quiesceret; deinde multos ut annos viveret Sultanus Selmies Chan, prosperique status incremento continuò frueretur.*

Petr. Martyr. Legat. Babyl. lib. 3. & Mart. à Baumgart. Peregrin. 3. cap. 17.

Supplem. annal. Turcic. an. Chr. 1566.

Neque multum differt, quando Parens filium suum declarat *Sultanum.* Et quanquam Imperatores ibi corona careant & diademate, Imperatrices tamen vel Sultanorum uxores, videtur, diadema gestant formæ antiquæ, gemmisque onustum more vetustissimorum Regum in Asia, Africa & Europa? *Ne Sultanæ quidem*, inquit *Leunclavius, ipsorum Calyptrâ Coronare Regibus nostris usitata caput ornant; sed veratania sive fascia sive diademate variis & exquisiti pretii gemmis distincto, quod ad sinciput colligatur.*

Idem Pandect. Turcic. cap. 199.

Rex vel Imperator *Russiæ* (nam sic appellatur & vere est, licet nonnunquam *Magnus* tantummodo *Dux* appelletur) corona non utitur: Regium autem in capite ejus insigne est mitra Purpurea. Inauguratio ejus sic describitur à quodam illuc ab *Elisabetha* Regina misso: *Ceremoniæ in Russorum Imperatoris coronatione adhibitæ tales sunt: In magna Ecclesia Precheste*, (id est Dominæ nostræ virginis Mariæ) *intra Castellum Imperatoris erigitur theatrum, eique imponitur umbraculum continens Imperialem mitram vestesque alias pretiosissimas. Die*

Paul Oderborn in Vita Theodor. 1. & Sidefis Sigismund. lib. in rebus Moscoviticis Fletcher in suo de Russorū Rep. libro cap. 5.

anglicè scripto, unde ista sic latine reddantur.

Inaugurationis illucescente congregantur ibi primo Patriarcha cum Metropolitis, Archiepiscopis, Abbatibus & Prioribus, indutis vestibus suis sacris splendidissimis. Post intrant Diaconi cum choro canentium, qui quamprimum Imperator limina templi calcat, incipiunt cantare: Multis annis vivat nobilis Theodorus Juanowich &c. *respondet ipsis Patriarcha cum Metropolita, reliquoque Clero, hymnum certum preces continentem sonora voce canendo. Hoc finito Patriarcha cum Imperatore in Theatrum ascendit, ubi Sella Imperatori parata; inque eam ut consideat Imperator jubens Patriarcha, in aliam ipse considet juxta collocatam, caputque in terram deflectens sic orat*: O Domine Deus Rex Regum, & Dominus Dominantium, per Samuelem eligens servum tuum David, ungensque eum in Israelis populi tui Regem, audi nunc preces nostras atque intuere ex sanctuario tuo hunc servum tuum Theodorum, quem elegisti & exaltasti in Regem super has sanctas gentes tuas; unge ipsum oleo lætitiæ, protege ipsum potentia tua, impone capiti ejus coronam auream & pretiosarum gemmarum, da ipsi dierum longitudinem, colloca ipsum in thronum justitiæ, confirma brachia ejus, subjice ipsi omnes gentes barbaras. Timore tuo imple cor ejus totum, averte ipsum à fide perversa, omnique errore, ostende ipsi salutem Sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ tuæ, ut judicet populum tuum in justitia, protegat liberos pauperum ac tandem æternam consequatur vitam. *Orationem hanc submissa pronunciat voce, eaque finita exclamat*: Gloria omnis & potentia Deo Patri & Filio & Spiritui S. *Deinde jubet Abbates quosdam sibi afferre Imperiales vestes & mitram, quo reverenter facto, Patriarcha clare dicit*: Pax omnibus. *Aliamque incipit orationem circiter talem;* Procumbite nobiscum & orate ad illum qui regnat super omnes. Serva ipsum (Domine) sub Sancta protectione tua; serva ipsum ut efficiat quæ sancta sunt & bona. Splendeat Justitia in diebus ejus, ut quiete vivamus & pie: *istbæc tenui pronunciata voce, clamosa iterum addit Patriarcha*; Tu es Rex totius mundi, Salvatorque animarum nostrarum; Tibi Patri, Filio & Spiritui S. sit gloria in secula seculorum. Amen. *Deinde induens Imperatorem toga pileumque vel mitram imponens capiti ejus, benedicit ei per signum crucis, dicens*: in Nomine Patris, Filii & Spiritus S. *Idem faciunt Metropolita, Archiepiscopi, & Episcopi, ordine ad sellam vel thronum accedentes & benedicentes Imperatorem primis duobus digitis extensis.*

Aliam

Aliam poſthac precationem recitat Patriarcha, cujus initium: Sanctiſſima virgo Mater Dei, &c. *qua finita Diaconus pronunciat alta voce*: Multos annos Nobili Theodoro, bono, honorabili, Deo Charo, magno Duci Wolodomiriæ, Moſcoviæ, Imperatori & Monarchæ totius Ruſſiæ &c. *cui accinunt Presbyteri & Diaconi longius diſtantes ad altare vel menſam*: Multos annos, multos annos, Nobili Theodoro. *Idem repetunt Presbyteri & Diaconi collocati ad utrumque Eccleſiæ latus, donec tandem omnes concinunt applaudentes*: Multos annos, Nobili Theodoro, bono, honorabili, Deo charo, Magno Duci Wolodomiriæ, Moſcoviæ, Imperatori totius Ruſſiæ &c. *Ceremoniis ſolemniter & rite peractis, accedit primo Patriarcha cum Metropolitis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, deinde Nobiles & omnes qui adſunt, homagium præſtantes Imperatori ad terram usque flectentes capita iisdemque ipſius attingentes pedes.*

Stylus in Titulis obſervatus cum coronatur talis eſt.

Theodorus Juanowich Gratia Dei Magnus Dominus & Imperator totius Ruſſiæ, magnus Dux Wolodomiriæ, Moſcoviæ & Novogardiæ. Rex Caſani, Rex Aſtracani, Dominus Pleskoviæ, magnus Dux Smolenſcii, Tweriæ, Jugriæ, Permiæ, Viatkæ, Bulgariæ, &c. Dominus & magnus Dux Novogardiæ inferioris, Chernigi, Rezani Polocii, Roſtoviæ, Jeroslaviæ, Bielæ Ozoræ, Livoniæ, Udoriæ, Obdoriæ, & Condoræ, Dux Severiæ totius & Septentrionis & Dominus multarum aliarum Provinciarum.

Titulus hic, ait Autor citatus, *omnes Imperatoris Provincias complectitur ejusque magnitudinem ſiſtit. Ideoque multum eo delectantur, gloriantur que Moſcovitæ non ſolum ſuum adigentes populum, ſed etiam exteros (ad Imperatorem ſuum loquentes vel ſcribentes,) ad ejusdem tituli plenam repetitionem. Hinc rixæ multæ inter ipſorum, Tartarorum, & Polonorum legatos; qui nolunt ipſum appellare Czar, i. e. Imperatorem, neque alios repetere tituli longiſſimi voces. Ego ipſe*, pergit autor, *allocuturus eum ſalutari tantummodo Imperatorem totius Ruſſiæ, magnum Ducem Wolodomiriæ, Moſcoviæ & Novogardiæ, Regem Cazani, Regem Aſtracani reliqua omittens, bene gnarus quod gloriarentur ſe longitudine Tituli Eliſabetham Reginam ſuperare. Ita malè verò id acceperunt, ut Cancellarius* (Regi aſſiſtens cum nobilibus aliis) *clara voce à me poſtularet & aliarum Provinciarum recitationem. Reſpondi Imperatoris titulum tam eſſe longum, ut exteri*

ejus meminisse nequirent: recitasse me tantum, quantum sufficeret ad demonstrationem & reliqua me habere magno in honore &c. *nihil tamen excusatio perfecit, ideoque Interpretem meum integrum titulum eloqui jussi.* Antiqvus alias ritus inaugurandi Reges Septentrionales, per collocationem in lapidem & acclamationes votivas vide apud *Saxonem Grammaticum*, & alios has regione describentes.

Hist. Dan. lib. 1.

V. Insignia cætera, Ceremoniæ (scil. præter Unctionem, Coronationem, Sceptrum & Globum cum cruce) Inaugurationis summorum apud Christianos Principum coronatorum optime discuntur ex Ceremonialibus cuique regno propriis. Verum ex his pauca video extantia publica autoritate; imo non alia reperi quam quæ *ordo Romanus* vetustus & *Pontificale* nobis exhibent, & *Gallorum* Ceremoniale. Licet enim plura hic in *Anglia* habemus, eaque antiqua satis; attamen & sæpe inter se dissentiunt, neque unum reperio autoritate publica confirmatum. Defectus ejus apud nos quoad tempora quædam & res nonnullas, suppletur ex historiis. *Rogerius Hoveden* tradit ordinem Coronationis *Richardi I.* Regis, fere omnes ejus actiones referens. *fol. 374. edit. Londin. & fol. 656. edit. Frankfurt.* Idem reperitur, quamvis non adeo plene in *Matheo Parisiensi fol. 205. edit. Londin.* Exhibet is etiam ceremonias quasdam Coronationis *Henrici III.* pag. 386. ejusque uxoris *Elianoræ* fol. 563., quæ tamen perfectius narrantur in libro rubro Ærarii. Alii de secutis Regibus scribentes etiam nonnihil hac de re produnt, quibus adde *Robertum Holkot in librum Sapientiæ Lect. 75.* ubi videtur intelligere coronationem Regum *Angliæ* per illud *Accipe Armillas*, quod non legi aliàs. Omitto verò ista omnia, tum quoniam facile reperiuntur apud Autores istos, tum quoniam sufficiunt ad probandum generalem ceremoniarum, quas dicunt, usum. Idem de aliis accipe regnis nisi, quorum hic recensebimus Ceremonialia. Jungemus autem his ceremonias olim in Orientis Imperio usurpatas; nam licet inde ceremoniale nullum extet inter plurimos Ecclesiæ istius libros, publica autoritate Imperatoris vel Reipubl. editum, attamen *Georgius Codinus* & *Joannes Cantacuzenus* (qui & ipse Imperator fuit) adeo perfecte ceremonias illas tradiderunt, ut facile ceremoniali exacto carere possimus. Dicque dissentiunt isti duo inter se, quanquam nonnunquam alter altero perfectior sit. Unam igitur

igitur exscribo, brevesque ex altero notas adjicio; ut appareat in quo differunt, & perfectum sic constituatur ceremoniale. *Cantacuzenum* autem elegi, tum quia Imperator fuit, Coronationisque optime calluisse creditur ceremonias, tum quia historia ejus (unde hæc depromsi) non æque obvia est ac *Codini*. Narrans itaque *Cantacuzenus* coronationem *Andronici junioris* occasionem capit recensendi omnia quæ fieri fuerunt solita in *S. Sophiæ* templo *Constantinopoli*: sicut apud nos in *S. Petri Westmonasterienſi*. Græca non extant, sed Versio tantùm Latina ex Ms Bibliothecæ *Ducis Bavariæ*, opera *Pontani* Jesuitæ, de Orientali historia bene meriti. Exhibentur autem non solum ceremoniæ quomodo Imperator coronat successorem suum, verum & quomodo successor post mortem Imperatoris coronandus est, & Imperatrix.

Nota: *edidit nunc Cantacuzeni libros græcos Philippus Lubbeus, ideoque eos adeat, qui voluerit.*

Instante die præfinitâ, qua constitutum est sacrato unguento Imperatorem inungere, omnes qui aliqua dignitate funguntur, & Proceres & Milites, quin etiam ad Sacræ Ecclesiæ hujus novæ Romæ *gubernacula sedentes, populum insuper universum Oriente luce ad palatium convenire oportet. Sub horam porrò diei maximè secundam, Imperatore inungendo super scutum* a *elevato, Imperator* parens renunciati Imperatoris, *si supersit, &* Patriarcha *anteriora scuti apprehendentes, latera autem, & posteriora, qui dignitate antistant* b Despotæ & Sebastocratores, *si sunt, alioqui Principum nobilissimi; Ipsumque cum scuto in altum, quantum possunt, tollentes, undique circumfuso populo ostentant. Post faustam, ac lætam acclamationem eum deponunt, atque* c *in templum, in quo solemni ritu Coronandus est, deducunt: ubi parvula Domus, ad hunc usum, è ligno præparata, in quam introducitur novus Imperator. Ibi cum* d *purpura, & Diademate prius per Episcopos consecratis induunt. Capiti mos non est quidquam, nisi* e *Coronam, imponi, aut aliud quod videtur. His aliis sacrosanctis Mystagogia seu Missa habetur. Proximè domunculam iam dictam ana-bathra, id est, ascensus, seu tabulatum, seu pulpitum, æquè è ligno paratur, quod undique velis, seu tapetibus sericis rubris circundatur, & consternitur. Super illo throni collocantur Aurei, pro Imperatorum* g *numero: non quales alii eorum throni sunt, sed excelsi admodum, cum quatuor aut quinque gradibus, quos domicilio egressi Imperatores, si plures fuerint, conscendunt, & in iis considunt.*

Nota: *Cantacuz. Hist. l. 1. c. 41.*

a *Ante ista juxta* Codinũ *edit confessionem Christianæ fidei, nummosque in populum projici jubet: sicut & hic in fine Cantacuzenus narrat.*

b *De his dignitatibus in capite primo secundæ partis.*

c *S. Sophiæ Ecclesiam.*

d *Codinus utitur pro verbo purpura* Σάκκος *de quo Vid. Meurs. Gloss. Græcobarb.*

e *Codinus* Στέφανοι. f Τελεῖται ἡ λειτουργία Codinus. g *Si videlicet successores ipsis Imperatoribus adhuc vivis coronantur.*

h τὸ ἑαυτῶν ζῶμα Codinus, *seu imperialis Corona.*

i στέφανον Codinus.

k ἅγιος.

l ἄξιος.

m Versus chorum.

Σώλεα *ea pars templi quæ solem spectat. Fr. Junius in not. ad Curopal.*

n *Si imperatrix mater tum esset superstes, cum conjuge suo, coronata adstitit, sceptrũ tenens aureũ,* Βάϊον χρυσῶ, *gemmis etiam pretiosis ornatum & margaritis; Vidua vero si esset, sceptrum tenuit stans vel sedens, amicta veste lugubri. existimo enim illa Codini verba;* ἔνδυμα μέλαν καὶ πορφύραν ἐχόν, *esse chlamydem nigram & purpuream, seu rubram fuit vero corona ejus alterius formæ ab Imperatoris.* Codinus. p *de ea re Gid. Theophyl. Simocatt. Hist. Mauric. l. 3. c. 10.*

dunt. *Ascendunt tabulatum simul* Imperatrices, *& suos item thronos occupant, quæ prius coronatæ fuerant, insigne suum* h *in capite gestantes: coronanda autem aliam quampiam* i *coronam, sive sertum ferens. Jam verò, antequam divinus* Trisagii ὕμνος *decantetur, ex adytis egrediens Patriarcha, ambonem, sive sacrum suggestum adscendit, cum illustrioribus Ecclesiæ Principibus, qui & ipsi sacris stolis cooperti sunt, quos ad Imperatores accersendos mittit. Illi confestim è soliis surgentes, ad ambonem vadunt. Populus universus altum quietissimè silet. Patriarcha precationes ad Imperatorum unctionem compositas, alias submissa, alias clara voce, omnibus audientibus, ordine recitat: ac Deum, ei, qui unguendus est, propitiat. Tum novus Imperator tegmen capitis, quodcunque fuerit, deponit, & quotquot in templo adsunt, solemni more nudatis verticibus astant. Patriarcha in formam crucis verticem* Imperatoris sacro unguento *perlinit, & elata voce addit,* k SANCTUS, *quam excipientes, qui in ambone stant, ter pronunciant: quod deinde populus similiter facit. Postea Diaconi sacratis amictis stolis Coronam, quam in adytis tenent (non enim, ut quidam ajunt, super mensam sacram reponitur) ad ambonem portant. Quod si adest Imperator anteà coronatus, tum Patriarcha novo Imperatori coronam imponit, & exclamat Patriarcha:* l DIGNUS. *Idem tertium exclamant qui in ambone sunt, & post eos populus, perindè, ut post unctionem fiebat. Tum rursus Patriarcha preces recitat, discenditque ex ambone Imperator, non qua parte ascenderat, sed versus* m *Soleam. Si fortè illo tempore caruerit uxore, rectà conscenso throno, iterum sedet: si habet, omnino & illam Coronâ insignire necesse est.* n *E throno itaque surgentem duo è propinquissimis dextrâ lævaque eam prensantes, aut si illi desint, eunuchi de anabathra seu ascensu deducunt, & ante Soleam constituunt. Tum descendit de ambone Imperator, & paratam illi* o *Coronam à propinquis, aut eunuchis, eam similiter tenentibus, accipiens, uxoris capiti imponit: qua maritum Imperatorem adornans, ita se illi subjectam profitetur. Patriarcha verò ad Soleam consistens, pro Imperatore, Imperatrice, & eorum populis preces pronunciat. Hoc igitur modo Imperator conjugem suam coronat. Si anteà Corona ipse indutus fuit, inter sacra nuptiarum* p *id facit. Coronati ambo, qua dictum est ceremonia, denuò anabathram ascendentes, in thronis residents.*

o *Verba Selum. Sphyl. Simocatt.*

dent. Dum reliquum q Miſſa *abſolvitur, &* Triſagion *cantatur, aut de Apoſtolicis* r *literis, ſacrisve ſcripturis aliquid recitatur, & ipſi aſſurgunt. Ex utraque vero templi parte, ſuper ligneis anabathris, ſeu ponticulis ad hoc ipſum comparatis, ſtantes Protopſaltæ, & qui domeſtici vocantur, & ceteri Ordinis Eccleſiaſtici, qui cantare norunt (quos in talibus ſacris κράκτας, id eſt, clamatores appellari mos eſt) cantica quædam de induſtria ad hujus diei feſti celebritatem confecta modulantur. Quando autem in ſacri myſtagogia jam tempus eſt, ut inſtituatur intra templum ſupplicatio, ſive proceſſio, qua panis & vinum conſecranda in Sancta Sanctorum, ſive in tabernaculum ad Altare primarium inferantur, quæ ut μεγάλη ἔξοδος appellatur, honoratiores Eccleſiæ Diaconi accedentes, Imperatorem vocant, & is cum illis ad Propoſitionem, quæ dicitur, ubi* s *ſancta ſunt poſita, accedit. Stans autem adhuc foris,* mandyam aureum *ſupra* Diadema & Purpuram *induitur: ac dextra quidem geſtat crucem, quam geſtare ſolet, quamdiu Coronam geſtat: ſiniſtra* t *Ferulam tradunt, ut* u *ordinem ſeu locum Eccleſiaſticum teneat ejus, qui deputatus appellatur. Hæc manibus tenens, toto inceſſu, ſeu pompâ ſacra præcedit. Ad utrumque latus* x *Barangi cum ſecuribus, & claro ſanguine juvenes armati, aut etiam inermes, circiter centum compoſitè ſequuntur, rectaque poſt ipſum linea Diaconi, & Sacerdotes ordine incedunt, ſacra vaſa, & inſtrumenta cum reliquiis & omnium Sanctiſſima (Euchariſtiam) inferentes. Templo de more circuito, ubi ad Soleam veniunt, alii quidem omnes foris manent, Imperator ſolus ingreſſus, Patriarcham ad ſanctas fores ſtantem invenit. Poſtquam conſalutarunt, Patriarcha intus, Imperator foris inclinatis capitibus, ſtantes expectant. Protinus, qui pone Imperatorem alios* y *Diaconos antecedit, dextra tenens thuribulum, ſiniſtra humerale* z *Patriarchæ, quod dicitur, accedens Imperatorem, thure vaporat. Quo caput inclinante, Diaconus ſublata voce inquit:* a Memor ſit Dominus Deus Potentiæ Imperii Veſtri, in Regno ſuo ubique, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, addens, Amen. *Deinceps & reliqui Diaconi, ac Sacerdotes adeuntes, idem comprecantur. Hoc perfecto, Imperator rurſus ſalutato Patriarcha,* mandyam *ſeu pennulam deponit, (quam, pro conſuetudine, Eccleſiæ Referendarius aufert) denuoque*

q τῆς μὲν ἄλλης μυσταγωγίας γινομένης Codinus.

r τῶν ἀποστολικῶν γραφῶν, ἢ τῶν θείων Εὐαγγελίων Codinus. *i.e. vel epiſtolas quasdam, vel Evangelia.*

s τὰ ἅγια *vel Sacramentum altaris.*

t Ναάθηκα Codinus.

u ἐπέχει γῦν ποῦ τάξιν ἐκκλησιαστικὴν ἣν καλοῦσι τοῦ δεπουτᾶ, *ſic* Codinus, *& nihil de deputato hoc in loco.*

x *Imperatoris proximi ſatellitium ex gente Anglicana. Vid. Codinum p. 114. & ad eum Junium & Camden. Britan. p. 110.*

y ὁ διυπηρετῶν τῷ Διακόνων. Codinus. z ὠμοφόριον Codinus. a μνησθείη κύριος ὁ θεὸς τῆς κράτους τῆς Βασιλείας σὰς ἐν τῇ Βασιλείᾳ αὐτοῦ, πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Codinus, *ubi potius ſerto* τὴν κράτους τῆς Βασιλείας σας Dignitatis Majeſtatis veſtræ, *quam* Potentiæ imperii veſtri *ut* Pontanus *facit.*

que anabathram ascendens, in throno considit, sub symbolo fidei, oratione Dominica, & elevatione Dominici, & sacri corporis exsurgens. Facta elevatione, Imperator, si ad sacram communionem paratus non est, usque ad finem sacræ mystagogiæ in throno sedet. Si paratus, venientes Diaconi eum rursus accersunt: quibuscum statim in adyta ingreditur, traditoque sibi thuribulo, sacræ mensæ suffitum facit, primùm quidem ad b *Orientem, tum ad Septentrionem, post ad Occidentem, & tandem ad Meridiem respiciens. Dumque iterum ad Orientem thuris fumum spargit, in ipsum quoque Patriarcham id facit: qui Imperatorem salutans, deque ejus manu thuribulum capiens, illum vicissim suffitu honorat. Post hæc Coronam de capite suo auferens Imperator, Diaconis tradit: cui Patriarcha in manum dat partem corporis Dominici; factusque ejus particeps, etiam de sanguine vivifico communicat; non quomodo vulgus è vasculo, sed ipso cratere, seu calice, Sacerdotum more.*

b σταυροειδῶς *in forma crucis*, Codin.

Corona *in caput reposita, ex adytis progreditur. Mystagogia finita, distributa populo* c *sanctificationis rursum particeps effectus, & a Patriarcha, præsentibusque Episcopis benedictione impertitus, & dextras eorum apprehensas osculatus, in locum, qui* d *catechumena vocatur, ascendit, ut ab omnibus repente conspectus, faustis acclamationibus excipiatur. Hoc etiam consummato, descendit, ipseque &* Augusta *soli equis insidentes, ceteris omnibus ponè ambulantibus, in palatium portantur; ibi instructa mensa,* Magno Domestico, *aut si ille non est,* Despota *ministrante, coronati epulantur. Per dies item consequentes, plus minus decem (neque enim numerus dierum festorum lege præscribitur, sed in arbitrio Imperatoris est)* Diademate, e Corona, & Purpura *in regio vestiario depositis, pretioso nihilominus, & regali cultu splendidè ferias agunt. Prandiis sumptuosè apparatis, Proceres omnes coram Imperatoribus convivantur, ipsis quoque separatim, Præfecto Regiæ mensæ ministrante accumbentibus. Magnus Domesticus locum sibi convenientem tenens, cum iisdem init epulas.*

c *distributa vocabantur* ἀντίδωρα, *erantque panis focer finita missa traditus.* Gloss. Meursii.

d *locus ubi Catechumeni stabant; ipsique hymnus cantabatur ibidem.*

e *hæc de Corona puto solum respicere Imperatricem.*

Sed memorabile est in hac ceremonia (inquit Cantacuzenus) *quod omisimus. Die, quo Imperator unctus è templo exit, ab aliquo ejus Optimatium, quem ad hoc delegerit, in populum jactantur, quæ vocant* f *Epitombia. Sunt autem fasciculi, segmentis linteis illigata, habentes Numismata aurea imperatoria tria, totidem argentea, aut plura, & obolos æreos totidem. Spargantur hujusmodi fasciculi circiter decies mille,*

f *ibid. Meursii Glossar. hoc.* ἐπιτόμβια.

mille, in veſtibulo templi præcipuè. Sub ipſum verò diem in palatio, Populo *toto congregato, ab eodem ex Optimatibus tot, pluresve jaciuntur faſciculi. Poſtero die de populo adeſt nemo; adeſt autem quicquid eſt Militum, & famulorum, ſeu Miniſtrorum aulicorum Imperatoris. Tum in atrium palatii deſcendens, aſtante Quæſtore ſuo, gerenteque laciniam veſtis plenam imperatoria pecunia, eaque aurea, manu plena ſumens, in orbem diſpergit. Qua tota diſperſa, quæſtor laciniam iterum, & tertium, & quartum, & ſæpius implet. Cauſa hujus diſtributionis auri hæc eſt, quod Imperator de ſuo ſumptum faciens, omnes ſecum lætari, unaque feſtum diem celebrare cupit. Ritus igitur in* Coronatione Imperatorum *ſervari ſolitus talis eſt: & ſervatus eſt etiam in* Andronico, *juniore* Imperatore, *indictione octava, ineunte menſe Februario.*

Iſte eſt annus Chriſti MCCCXXX. ex quo optimum hoc eſt teſtimonium rituum coronationis in magni illius imperii vigore: *Vid. item* antiquiora his vide, ſi vis, apud *Leunclavium in Pandect. Turcicis Cantacuzen. cap. 119.* Picturam Imperatoris corona veſtibusque induti hic damus. *Hiſt. l. 4. c. 4.*

Occidentalis Imperii ritus coronationis in *Ordine Romano* (rituum Ecclesiasticorum liber est inter alios antiquos de *Divinis Officiis* tractatus reperiendo) traditur: nihil tamen hic, observatione dignum, circa solemnia, si preces excipias, & qui Episcopi primas nec non secundas recitent. Episcopus vero *Hostiensis* ungat dextrum ejo brachium & inter Scapulas, Pontifex verò coronet, nam reliqua referuntur ad præcedens ceremoniale ejusdem voluminis, in quo Regis Coronatio tradi-

tur,

tur, quæ, quoniam ubique eſt obvium (Pontificalia etiam Romana prolixiorem exhibent, hic mox ſubſequentem) transcribere nolo. Hoc tantùm obſervo ex *Sigonio*, quod Coronatio Imperatorum in Reges Italiæ *Mediolani*, vel *Modoetiæ* ab *Archiepiſcopo Mediolanenſi* peracta juxta eam fieri debuit. *Ea res*, inquit, *maxima ſieri ceremonia conſuevit, quæ in rituali antiquiſſimo continetur, qui ordo Romanus vocatur.* Et hic Ordo quoad partes multas idem eſt cum eo juxta quem Veteres Reges noſtri in eodem Pontificali coronari dicuntur, cujus etiam nonnulla ſupra dedimus. Facile poteris conferre illa. Ceremoniæ verò Coronationis Imperatoriæ in Occidente (& ſpeciatim primæ) optime diſcuntur ex narrationibus ſeu hiſtoriis recenſentibus eas, ut *Antonii Flaminii, Georgii Sabini, Hartmanni Mauri, Cornelii Agrippæ, Gasparis Ens*, præter illos qui tradiderunt Coronationes *Caroli V. Maximiliani I. & II. Matthiæ, Ferdinandi* nunc imperantis, cum aliis pluribus iſtius generis, ſeorſim editis, collectis etiam à *Melchiore Goldaſto in Politicis Imperialibus*, ubi vide; & adde *Marcelli Corcyrenſis Sacror. Cerem. lib. 1. Sect. 13.* cujus tamen præcipua etiam *Goldaſtus* tranſcripſit. Lege item *Aventini Annal. Bojorum lib. 5. de Inſignibus antiquis Noribergæ aſſervatis, Gretſeri Syntagma de S. R. Imperii Sacroſanctis reliquiis & Regalibus monimentis, atque Onuphrium de Comitiis Imperatoriis.* Præterea poſſideo brevem formulam Coronationis Imperatoriæ editam 1558 italicè, ubi dicitur quod poſt coronationem Romæ peractam Imperatori non liceat præter noctem unam in urbe manere, excedens verò teneatur aſcendere in montem cui *Monte Mauro* nomen, duobus circiter milliaribus ab urbis mœniis, ibique elatis ad cœlum manibus diſtincta altaque voce iſta proferre verba.

Tutte le coſe che vedemo ſon noſtre, & pertengono alli noſtri commandamenti.

Verum inſeramus hic ritus coronandi Regem & Reginam (in regno electitio; tantum enim ſæpe verba volunt) ex Pontificali Romano, de quo *Clemens VIII. P.M.* in Bulla ſua ei præfixa ait, tam accurate compoſitum eſſe & publicatum, *ut nihil ab antiquis Pontificalium codicibus, quæ tum in clarioribus urbis Eccleſiis, tum in noſtrâ Vaticana Bibliotheca, ac denique in quibuſdam aliis inſignibus locis aſſervantur, alienum aut diſcrepans irrepſerit.* Inſerimus autem tum ob

de regno Italiæ lib. 1.

Authoritatem ejus, & antiquitatem, tum quia Pontificale ipsum in paucorum est manibus. Sequitur deinde Galliæ Regis, (qui hæreditarius Rex est) coronatio, editionem ejus cujusdam ex Regibus istis manu comprobante.

De Benedictione & Coronatione Regis.

Cum Rex est coronandus, Episcopi *Regni ad Civitatem, ubi coronatio fieri debet, convocantur. Rex triduanum jejunium devotè peragit, per hebdomadam præcedentem, videlicet quarta, & sexta feria, & sabbato. Dominica verò proxima sequenti coronatur, qua ipse Rex se ad Communionem parat. Ecclesia verò ipsa Metropolitana, sive cathedralis, ubi solemnitas celebrabitur, paretur, & ornetur, quo melius fieri poterit. Ad altare majus parantur ea, quæ consueta sunt parari, Pontifice celebrante; & credentia juxta altare cum rebus opportunis. Super altare ponitur* Gladius, Corona, & Sceptrum *Regi danda,* & Oleum Catachumenorum, bombyx *ad ligandum, & extergendum brachium, Regis & inter scapulas post unctionem;* fascia *ad ligandum bombycem in brachio. Paratur in Ecclesia, in loco competenti* Thalamus, *sive suggestum pro Rege, in quo sit Regalis sedes ornata, & thalamus ipse sit ornatus pannis sericeis, & aulæis. Sed advertendum est, quod altitudo thalami non sit major, quam gradus supremus altaris. Paratur etiam in loco convenienti* Tentorium *sive papilio, sub quo Rex vestes Regales, pro regni consuetudine, quæ ibidem pro eo parantur, suo tempore recipit. Et si* Regina *etiam simul est coronanda, paratur pro ea alius Thalamus, non longe à regio, sed illo aliquantulum humilior; & ita sunt situandi thalami, ut inde possint videri altare, & Pontifex celebrans. Parantur etiam ante altare hinc & inde sedes, pro numero Episcoporum coronationi interessentium.*

Die autem Dominica quâ Rex benedicendus & coronandus est,

eſt, omnes Epiſcopi conveniunt manè in Eccleſia, in quâ hoc fieri debet; & Metropolitanus, ſive Pontifex, ad quem ſpectat, parat ſe ſolemniter cum Miniſtris, Miſſam celebraturus, paramentis tempori convenientibus. Epiſcopi *verò induuntur ſupra* rochetum (*vel ſupra* ſuperpelliceum, *ſi ſint religioſi*) amictu, ſtola, pluviali albo, & mitra ſimplici. *Quibus omnibus paratis,* Metropolitanus *in faldiſtorio ante medium altaris poſito ſedet cum mitra, & Epiſcopi parati hinc & inde ſuper ſedibus pro eis paratis, quaſi in modùm coronæ ſedentes, ſibi aſſiſtunt. Interim, Rex veſtibus militaribus indutus, cum ſuis Prælatis Domeſticis non paratis, ac Baronibus, Nobilibus, & aliis, venit ad Eccleſiam; & cum fuerit prope presbyterium, duo priores Epiſcopi ex paratis veniunt ei obviam, & cum nutris capita illi aliquantulum inclinantes, ipſum inter ſe medium, birreto depoſito, usque ante Metropolitanum deducunt, cui Rex caput inclinans, humilem reverentiam exhibet; qua facta, prior Epiſcoporum deducentium ſtans, detecto capite, verſus ad Metropolitanum, dicit intelligibili voce.*

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

Reverendiſſime Pater, poſtulat ſancta Mater Eccleſia Catholica, ut præſentem egregium Militem ad dignitatem Regiam ſublevetis.

Epiſcopus offert electum Regem Metropolitano.

Interrogat Metropolitanus:

Scitis illum eſſe dignum, & utilem ad hanc dignitatem?

Ille reſpondet:

Et novimus, & credimus, eum eſſe dignum & utilem Eccleſiæ Dei, & ad regimen hujus regni

Metropolitanus dicit:

Deo gratias.

Tunc ſedet Rex medius inter duos Epiſcopos deducentes, congruenti ſpatio à Metropolitano, ita, ut illi faciem vertat; ipſi etiam deducentes Epiſcopi, ſenior ad dexteram, alius ad ſiniſtram Regis ſe collocant, ut & ipſi ad alterutrum facies vertant. Quibus ſic ſeden-

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

sedentibus postquam aliquantulum quieverint, Metropolitanus coronandum Regem admonet, dicens:

Metropolitani ad Regem sermo.

Cum hodiè per manus nostras, Optime Princeps, qui Christi Salvatoris nostri vice in hac re fungimur (quamvis indigni) sacram unctionem, & regni insignia sis susceperturus; bene est, ut te prius de onere, ad quod destinaris, moneamus, Regiam hodiè susscipis dignitatem, & regendi fideles populos tibi commissos curam sumis. Præclarum sanè inter mortales locum, sed discriminis, laboris, atque anxietatis plenum: verùm, si consideraveris, quod omnis potestas à Domino Deo est, per quem Reges regnant, & Regum conditores justa decernunt, tu quoque de grege tibi commisso ipsi Deo rationem es redditurus. Primum pietatem servabis, Dominum Deum tuum tota mente ac puro corde coles. Christianam religionem, ac fidem catholicam, quam ab incunabilis professus es, ad finem usque inviolatam retinebis, eamque contra omnes adversantes pro viribus defendes. Ecclesiarum Prælatis, ac reliquis Sacerdotibus condignam reverentiam exhibebis. Ecclesiasticam libertatem non inculcabis. Justitiam, sine qua nulla societas diu consistere potest, erga omnes inconcessè administrabis, bonis præmia, noxiis debitas pœnas retribuendo. Viduas, pupillos, pauperes, ac debiles ab omni oppressione defendes. Omnibus te adeuntibus benignum, mansvetum atque affabilem, pro regia tua dignitate te præbebis. Et ita te geres, ut non ad tuam, sed totius populi utilitatem regnare, præmiumque benefactorum tuorum non in terris, sed in cœlo expectare videaris. Quod ipse præstare dignetur, qui vivit, & regnat Deus, in secula seculorum. *Resp.* Amen.

Professio & juramentum Regis coram Metropolitano.

Rex electus accedit ad Metropolitanum, & coram eo, detecto capite, genuflexus, facit hanc professionem, dicens.

Ego N. Deo annuente, futurus Rex N. profiteor, & promit-

mitto coram Deo, & Angelis Ejus, deinceps legem, Juſtitiam & Pacem Eccleſiæ Dei, populoque mihi ſubjecto pro poſſe, & noſſe facere, ac ſervare, ſalvo condigno miſericordiæ Dei reſpectu, ſicut in conſilio fidelium meorum melius potero invenire. Pontificibus quoque Eccleſiarum Dei condignum & Canonicum honorem exhibere; atque ea, quæ ab Imperatoribus, & Regibus, Eccleſiis collata, & reddita ſunt, inviolabiter obſervare. Abbatibus, comitibus, & Vaſallis meis congruum honorem, ſecundum conſilium fidelium meorum præſtare.

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

Deinde ambabus manibus tangit librum Evangeliorum, quem Metropolitanus ante ſe apertum tenet, dicens:

Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Poſteà Rex electus Metropolitani manum reverenter oſculatur.

His expeditis, illo genuflexo manente, Metropolitanus depoſita mitra, ſurgit, & ſtans verſus ad ipſum coronandum, dicit competenti voce ſequentem orationem, quam etiam dicunt omnes Pontifices parati, ſimiliter ſine mitris ſtantes; dicunt etiam omnia alia benedictionem, & coronationem ipſam concernentia, voce ſubmiſſa, Metropolitanum tamen in omnibus obſervantes & imitantes.

OREMUS.

Oratio pro electo Rege iisdem fere verbis cum ea in Ordine Romano, *cujus initium* Omnipotens æterne Deus *nec multum diverſa ab illa, quam ſupra adduximus e Sacramentali Pontificali.*

OMnipotens ſempiterne Deus, Creator omnium, Imperator Angelorum, Rex Regum, & Dominus Dominantium, qui *Abraham* fidelem ſervum tuum de hoſtibus triumphare feciſti, *Moyſi & Joſuæ*, populo tuo prælatis multiplicem victoriam tribuiſti, humilemque *David* puerum tuum regni faſtigio ſublimaſti, & *Salomonem* ſapientiæ, pacisque ineffabili munere ditaſti; Reſpice, quæſumus, Domine, ad preces humilitatis noſtræ, & ſuper hunc famulum tuum *N.* quem ſupplici devotione in

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanũ.

Regem eligimus, Bene†dictionum tuarum dona multiplica, eumque dexteræ tuæ potentia ſemper, & ubique circunda; quatenus prædicti *Abrahæ* fidelitate firmatus, *Moyſi* manſvetudine fretus, *Joſuæ* fortitudine munitus, *David* humilitate exaltatus, *Salomonis* ſapientiâ decoratus, tibi in omnibus complaceat, & per tramitem Juſtitiæ inoffenſo greſſu ſemper incedat; tuæ quoque protectionis galea munitus, & ſcuto inſuperabili jugiter protectus, armisque cœleſtibus circundatus, aptabilis de hoſtibus Sanctæ *Crucis Chriſti* victoriæ triumphum feliciter capiat, terroremque ſuæ potentiæ illis inferat, & pacem tibi militantibus lætanter reportet. Per Chriſtum Dominum noſtrum, qui virtute Sanctæ Crucis tartara deſtruxit, regnoque diaboli ſuperato, ad cœlos victor aſcendit, in quo poteſtas omnis, regnique conſiſtit victoria, qui eſt gloria humilium, & vita ſalusque populorum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Poſtbæc Metropolitanus cum mitra procumbit ſupra faldiſtorium. Rex verò ad ejus ſiniſtram in terram proſternit, aliis Prælatis paratis ante ſedes ſuas ſimiliter procumbentibus. Tunc cantores incipiunt, & proſequantur litanias, choro reſpondente. Cum *dictum fuerit:*

Ut omnibus fidelibus, &c.

Reſp. Te rogamus, audi Nos.

Metropolitanus ſurgit, & accepto baculo Paſtorali in ſiniſtram manum, ſuper electum Regem proſtratum, dicit:

Ut hunc electum in Regem coronandum bene†dicere digneris.

Reſp. Te rogamus audi Nos.

Secundo dicit:

Ut hunc electum in Regem coronandum bene†dicere & conſe†crare digneris.

Reſp.

Resp. Te rogamus audi Nos.

Producendo semper super eum signum Crucis. Idem dicunt, & faciunt Episcopi parati, genuflexi tamen permanentes. Quo dicto, Metropolitanus redit ad accubitum, Cantoribus resumentibus, & perficientibus Litanias. Quibus finitis, Metropolitanus, deposita mitra, surgit illo prostrato atque Episcopis deposita mitra genuflexis manentibus, versus ad coronandum dicit.

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

Pater noster.

Vers. Et ne nos inducas in tentationem.
Resp. Sed libera nos à malo.
Vers. Salvum fac servum tuum Domine.
Resp. Deus meus sperantem in Te.
Vers. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.
Resp. A facie inimici.
Vers. Nihil proficiat inimicus in eo.
Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Vers. Domine exaudi orationem meam
Resp. Et clamor meus ad Te veniat.
Vers. Dominus vobiscum.
Resp. Et cum Spiritu Tuo.

Oremus.

PRætende, Domine, huic famulo tuo dexteram cœlestis auxilii; ut te toto corde perquirat, & quæ dignè postulat, consequi mereatur.

Actiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere; ut cuncta nostra oratio, & operatio à Te semper incipiat, & per te cepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Post hæc Metropolitanus sedet, accipit mitram, & electus *Unctio Regis electi.*

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

Rex coram eo genuflectit, & circumastantibus Prælatis paratis, cum suis mitris in modum coronæ, Metropolitanus intingit pollicem dexteræ manus in oleum Catechumenorum, & inungit in modum Crucis, illius brachium † dexterum, inter junctura manus, & junctura cubiti, atque inter scapulas, dicens hanc orationem.

† *Videsis Innoc. 3. in extr. tit. de Sacr. unct. cap. 1. Iuxta ordin. Rom. caput inungendum est, ut supra dictum.*

Deus, Dei Filius, Jesus Christus Dominus noster, qui à Patre oleo exultationis unctus est, præ participibus suis; ipse per præsentem sanctæ unctionis infusionem *Spiritus Paracliti* super caput tuum benedictionem infundat, eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili & tractabili oleo, dona invisibilia percipere, & temporali regno justis moderationibus executo, æternaliter cum eo regnare merearis, qui solus sine peccato, Rex Regum vivit, & gloriatur cum Deo patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. *Resp.* Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui *Azabel* super *Syriam*, & *Jehu* super *Israel* per *Eliam*, *David* quoque & *Saulem* per *Samuelem* Prophetam in Reges inungi fecisti, tribue, quæsumus, manibus nostris opem tuæ benedictionis, & huic famulo tuo N. quem hodiè, licet indigni, in Regem sacra unctione delinimus, dignam delibutionis hujus efficaciam, & virtutem concede; constitue, Domine, principatum super humerum ejus, ut sit fortis, justus, fidelis, providus, & indefessus regni hujus, & populi tui gubernator, infidelium expugnator, justitiæ cultor, meritorum & demeritorum remunerator, Ecclesiæ tuæ sanctæ, & fidei Christianæ defensor, ad decus, & laudem Tui nominis glorioſi. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum,

um, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

Quo facto, Metropolitanus lavat & abſtergit manus, ſurgit cum mitra, deſcendit ante altare, ubi depoſita mitra, ſtans, cum ſuis miniſtris facit confeſſionem. Rex verò electus ad partem ſe retrahit, & genuflexus cum ſuis Prælatis Domeſticis idem facit. Similiter, & Epiſcopi parati ſine mitris ſtantes, bini & bini, confeſſionem dicunt. Finita confeſſione, Metropolitanus aſcendit ad altare, & procedit in Miſſa, more ſolito usque ad Alleluja, *ſive ultimum verſum* Tractus, *vel* ſequentiæ *excluſivè, Prælatis paratis juxta ſuas ſedes ſtantibus vel ſedentibus, prout tempus requirit. Interim, ſchola inchoat Introitum, & proſequitur in Miſſa; & Rex à ſuis ducitur in Sachriſtiam, vel ſub papilione ad hoc parato, ubi inter ſcapulas & brachium inunctum bombyce bene abſtergitur, & induitur regalibus indumentis, & more regni. Paratus itaque Rex, & ornatus, procedit cum ſuis Prælatis, Baronibus, & aliis ad eminentem & ornatum thalamum, in Eccleſia ſibi præparatum, & ibi ſuper aliquo faldiſtorio ornato genuflexus incumbens, audit Miſſam, quam Prælati ſui non parati circumaſtantes etiam genuflexi legunt usque ad* Alleluja, *ſive ultimum verſum* Tractus, *vel* ſequentiæ *excluſivè. Miſſa dicitur de die, & cum Oratione diei, dicitur pro ipſo electo Rege, ſub uno* Per Dominum, *hæc oratio:*

Rex electus induitur regiis.

Quæſumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monſtra devitare, & ad te, qui via, veritas & vita es, glorioſus valeat pervenire. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Graduali cantato, Metropolitanus ſedet ante altare cum mitra in faldiſtorio; & Rex à ſuis aſſociatus medio inter priores Prælatos paratos

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

ratos ad Metropolitanum reducitur, cui facta reverentia, ut prius, genuflectit coram eo. Tunc Metropolitanus accipit Gladium, quem unus ministrorum sibi porrigit de altari, & illum evaginatum tradit in manus Regis, dicens:

traditur Regi unctio gladius eßaginatus.

Accipe gladium de altari sumptum per nostras manus, licet indignas, vice tamen, & auctoritate sanctorum Apostolorum consecratas, tibi regaliter concessum, nostræque Benedictionis officio, in defensionem sanctæ Dei Ecclesiæ divinitus ordinatum; & memor esto ejus, de quo *Psalmista* prophetavit, dicens: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime;* ut in hoc per eundem vim æquitatis exerceas, molem iniquitatis potenter destruas, & sanctam Dei Ecclesiam, ejusque fideles propugnes ac protegas; nec minus sub fide falsos, quam Christiani nominis hostes execres ac dispergas; viduas & pupillos clementer adjuves, ac defendas; desolata restaures, restaurata conserves; ulciscaris injusta, confirmes bene disposita; quatenus hæc agendo, virtutum triumpho glorioſus, justitiæque cultor egregius, cum mundi Salvatore sine fine regnare merearis. Qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. *Resp.* Amen.

Hæc precatio fere eadem, cum illa in ordine Romano, ad gladii traditionem recitata.

Accingitur Regi gladius.

His expeditis, ensis à Ministris in vaginam reponitur, & Metropolitanus accingit ense Regem dicens:

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime; & attende, quod Sancti non in gladio, sed per fidem vicerũt regna.

Et mox Rex accinctus surgit, & eximit ensem de vagina, illumque viriliter vibrat, deinde super brachium sinistrum tergit, & in vaginam reponit; atque iterum coram Metropolitano genuflectit. Tunc ei Corona imponitur, quam omnes Prælati parati, qui adsunt, de altari per Metropolitanum sumptam manibus tenent, ipso Metropolitano illam regente, capiti illius imponente, ac dicente:

Corona imponitur.

Acci-

Accipe Coronam regni, quæ, licet ab indignis, Episcopo- *Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.*
rum tamen, manibus, capiti tuo imponitur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quam sanctitatis gloriam, & honorem, & opus fortitudinis, significare intelligas, & per hanc te participem Ministerii nostri non ignores. Ita, ut sicut Nos in interioribus pastores, rectoresque animarum intelligimur, ita & tu in exterioribus verus Dei cultor, strenuusque contra omnes adversitates Ecclesiæ Christi defensor assistas, regnique tibi à Deo dati, & per officium nostræ benedictionis, in vice Apostolorum, omniumque Sanctorum, regimini tuo commissi utilis executor, proficuusque regnator semper appareas, ut inter gloriosas Athletas, virtutum gemmis ornatus, & præmio sempiternæ felicitatis coronatus cum Redemptore ac Salvatore nostro Jesu Christo, cujus nomen, vicemque gestare crederis, sine fine glorieris. Qui vivit & imperat Deus cum Patre, & Spiritu Sancto in secula seculorum *Resp.* Amen.

Postea Metropolitanus dat ei adhuc genuflexo sceptrum dicens:

Accipe virgam virtutis ac veritatis, qua intelligas te obnoxium mulcere pios, terrere improbos, errantes viam docere, lapsis manum porrigere, disperdere superbos, & relevare humiles & aperiat tibi ostium Jesus Christus Dominus noster, qui de semetipso ait, *ego sum Ostium, per me si quis introierit, salvabitur*, qui est clavis *David*, & sceptrum *Domus Israël*, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Sitque tibi ductor, qui educit vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris & umbra mortis; & in omnibus sequi merearis eum, de quo *David* Propheta cecinit: *sedes tua, Deus, in seculum seculi: virga directionis, virga regni tui*, & imitando ipsum, diligas justitiam, & odio habeas iniquitatem, qui propterea unxit *te Deus, Deus tuus*, ad exemplum illius, quem ante secula unxerat oleo exultationis, *Sceptrum traditur, eadem fere oratio in Ordine Romano, betusto.*

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

onis, præparticipibus suis, Jesum Christum, Dominum nostrum, qui cum eo vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, *Resp.* Amen.

Tunc Regi surgenti discingitur ensis, & in vagina datur alicui, qui eum ante Regem immediate portat. Et Metropolitanus cum aliis Prælatis paratis deducit Regem Sceptrum in manu, & Coronam in capite ferentem, medium inter se à dexteris, & digniorem Prælatum paratum à sinistris Regis incedentem ad solium supra thalamum, & adjuvante eum cum digniore Prælato prædicto, intronizat Regem in solio, dicens:

extat in Ordine Romano *antiquo, pro regno hæreditario.* Sta & retine a modo locum quem hucusque paterna successione tenuisti, hæreditario jure tibi delegatum per autoritatem &c. *sicuti hic verba sequuntur. Sic in antiquo* Saxonum Pontificali *supra.*

Sta, & retine à modò locum tibi à Deò delegatum, per auctoritatem Omnipotentis Dei, & per præsentem traditionem nostram, omnium scilicet Episcoporum, ceterorumque servorum; Et quanto Clerum sacris altaribus propinquiorem perspicis, tanto ei potiorem in locis congruis honorem impendere memineris; quatenus mediator Dei & hominum, te mediatorem Cleri, & plebis permanere faciat.

Deinde Metropolitanus deposita mitra, stans versus ad altare inchoat, schola prosequente, hymnum:

Te Deum laudamus,

Qui totus dicitur: quo incepto, Metropolitanus accedit ad dexteram Regis, ibi continuò manens, usque ad finem hymni; & eo finito, Metropolitanus stans, ut prius, ad dexteram Regis sine mitra, dicit super illum versus:

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.

Resp. Justitia & Judicium præparatio sedis tuæ.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et Clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus Vobiscum.

Resp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

Oremus.

DEus, qui victrices *Moyſi* manus in oratione firmaſti, qui quamvis ætate langveſceret, infatigabili ſanctitate pugnabat, ut dum *Amalech* iniquus vincitur, dum prophanus nationum populus ſubjugatur, exterminatis alienigenis, hæreditati tuæ poſſeſſio copioſa ſerviret; Opus manuum tuarum pia noſtræ orationis exauditione confirma; Habemus & Nos apud Te, ſancte Pater, Dominum Salvatorem, qui pro nobis manus ſuas extendit in cruce, per quem etiam precamur, altiſſime, ut, tua potentia ſuffragante, univerſorum hoſtium frangatur impietas, populusque tuus, ceſſante formidine, te ſolum timere condiſcat, Per eundem Chriſtum, Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

DEus, inenarrabilis auctor mundi, Conditor generis humani, Confirmator regni, qui ex utero fidelis amici tui Patriarchæ noſtri *Abrahæ* præelegiſti Regem ſeculis profuturum, tu præſentem inſignem Regem hunc, cum exercitu ſuo per interceſſionem beatæ *Mariæ* ſemper Virginis, & omnium Sanctorum uberi benedictione locupleta; Et in ſolium regni firma ſtabilitate connecte: Viſita eum ſicut viſitaſti *Moyſen* in rubo, *Joſue* in prælio, *Gedeonem* in agro, *Samuelem* in templo, & illa eum ſiderea benedictione, ac ſapientiæ tuæ rore perfunde, quam beatus *David* in Pſalterio, *Salomon* filius ejus, Te remunerante, percepit de cœlo. Sis ei contra acies inimicorum lorica, id adverſis galea, in proſperis ſapientia, in protectione clypeus ſempiternus. Et præſta, ut gentes illi teneant fidem, Proceres ſui habeant pacem, diligant charitatem, abſtineant ſe à cupiditate loquantur juſtitiam, cuſtodiant veritatem, & ita populus iſte ſub

Coronatio Regis electi juxta Pontificale Romanum.

ejus imperio pullulet, coalitus benedictione æternitatis, ut ſemper tripudiantes maneant in pace, ac victores. Quod ipſe præſtare dignetur, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen!

Quibus finitis, Metropolitanus cum Prælatis paratis redit ad ſedem ſuam, vel faldiſtorium prope altare, & (niſi ſit coronanda Regina) dicitur Alleluja, ſive ultimus verſus Tractatus, vel ſequentia, Evangelium, & alia usque ad Offertorium inclusivè. Quo dicto, Metropolitanus reſidet in Faldiſtorio ſuo ante medium altaris cum mitra, & Rex à ſuis Prælatis & Baronibus aſſociatus venit ante Metropolitanum, coram genuflexus detectò capite, offert ei aurum, quantum ſibi placet, & manum Metropolitani, recipientis oſculatur.

Regis oblatio poſt coronationem.

Deinde ad ſolium ſuum revertitur. Metropolitanus lavat manus, ſurgensque accedit ad altare, & proſequitur Miſſam usque ad communionem. Cum ſecreta diei dicitur pro Rege, *ſub uno,* Per Dominum noſtrum.

Secreta.

MUnera, quæſumus, Domine, oblata ſanctifica, ut, & nobis unigeniti tui corpus & ſangvis fiant; Et Regi noſtro ad obtinendam animæ corporisque ſalutem, & ad peragendum injunctum officium, te largiente, usque quaque proficiant. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Pax datur Regi *per primum ex Prælatis paratis, cum inſtrumento ad hoc ordinato. Poſtquam Metropolitanus ſe de corpore & ſangvine, quem totum ſumere debet, communicaverit,* Rex, *detecto capite, de thalamo ſuo accedit ad altare, coram quo, in ſupre-*

mo

mo gradu genuflectit, & Metropolitanus converſus ad Regem, *ipſum communicat.* Rex, *priusquam communionem ſumat, oſculatur manum dexteram Metropolitani, & ſumpta communione, ex calice de manu Metropolitani ſe purificat, & purificatus ad thalamum ſuum revertitur.* Metropolitanus *verò ablutionem ſumit, & acceptâ mitra, lavat manus, & perficit* Miſſam. *Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman. Rex coronatus Sacram cœnam ſumit.*

Cum Poſtcommunione dici dicitur pro Rege, *ſub uno,* Per Dominum *&c.*

Poſt Communio.

HÆc, Domine, oblatio ſalutaris famulum tuum N. Regem noſtrum ab omnibus tueatur adverſis, quatenus Eccleſiaſticæ pacis obtineat tranquillitatem, & poſt iſtius temporis decurſum ad æternam perveniat hæreditatem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

In fine Metropolitanus *dat benedictionem ſolemnem, ut ſupra; qua datâ, ſinguli ad ſua revertuntur.*

De Benedictione & Coronatione REGINÆ.

Coronatio Reginæ unâ cum Rege.

SI verò tunc Regina *benedicenda ſit, & coronanda, quampriſmum ipſo* Rege *introniſato, & orationibus expletis,* Metropolitanus *cum Prælatis paratis ad altare reverſus in faldiſtorio ſedet.*

Rex *de ſolio ſuo ſurgens, cum comitiva ſua, coronam in capite, & ſceptrum in manu geſtans ante altare ad* Metropolitanum *proficiſcitur, & facta ei reverentia, ſtans, detecto capite, petit* Reginam *benedici & Coronari, ſub his verbis:*

Reverendiſſime Pater, poſtulamus, ut Conſortem noſtram nobis à Deo conjunctam benedicere, & corona reginali

Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.

decorare dignemini, ad laudem & gloriam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Deinde ad ſolium ſuum revertitur.

Tunc Regina, *quæ in aliquo loco ad partem in Eccleſia à principio ſteterat, à duobus Epiſcopis paratis, non his, qui* Regem *deduxerunt, ſed primis poſt eos, crine ſoluto, & capite velato, in veſtibus ſuis communibus ad* Metropolitanum *ante altare deducitur, & facta* Metropolitano *reverentia, coram illo genuflectit, & ejus manum oſculatur.*

Tunc ſurgit Metropolitanus *cum mitra, & in faldiſtorio procumbit.* Regina *verò ad ejus ſiniſtram in terram ſe proſternit; & inchoantur, ac perficiuntur Litaniæ, ut ſupra: quibus finitis,* Metropolitanus, *depoſita mitra, ſurgit, & ſtans verſus ad illam ante ſe genuflexam, dicit ſequentem orationem intelligibili voce; quam etiam, & alia ſequentia aſtantes Prælati parati ſubmiſſa voce dicunt.*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, hanc famulam tuam N. cœleſti benedictione ſanctifica, quam in adjutorium Regni Reginam eligimus, tua ubique ſapientia doceat, & confortet, atque Eccleſia tua fidelem famulam ſemper agnoſcat. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

Omnia iſta usque ad verba Sempiterno ſine fine æternis, *leguntur in Pontificali canenda.*

Deinde, extenſis manibus ante pectus, dicit:

Verſ. Per omnia ſecula ſeculorum.

Reſp. Amen.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Verſ. Surſum corda.

Reſp. Habemus ad Dominum.

Verſ.

Coronatio reginæ juxta Pontificale Roman.

Verſ. Gratias agimus Domino Deo noſtro.
Reſp. Dignum & juſtum eſt.

Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, Nos tibi ſemper, & ubique gratias agere Domine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus, honorum cunctorum auctor, ac diſtributor, benedictionumque omnium largus infuſor, tribue *ſuper* hanc famulam tuam *Reginam* benedictionis tuæ copiam, & quam humana electio ſibi præeſſe gaudet, tua ſupernæ electionis & benedictionis infuſio accumulet. Concede ei, Domine, auctoritatem Regiminis, conſilii magnitudinem, ſapientiæ, prudentiæ, & intellectus abundantiam, religionis, ac pietatis cuſtodiam; quatenus mereatur benedici, & augmentari in nomine, ut *Sara*; viſitari & fœcundari, *ut Rebecca*; contra omnium muniri vitiorum monſtra, ut *Judith*; in regimine regni, eligi, ut *Eſther*; ut, quam humana nititur fragilitas benedicere, cœleſtis potius intimi roris repleat infuſio. Et quæ à nobis eligitur, & benedicitur in *Reginam*, à te mereatur obtinere præmium æternitatis perpetuæ. Et ſicut ab hominibus ſublimatur in nomine, ita à te ſublimetur fide, & operatione. Illo etiam ſapientiæ tuæ eam rore perfunde, quem beatus *David in* repromiſſione, & filius ejus *Salomon* percepit in locupletatione. Sis ei Domine, contra cunctorum ictus inimicorum lorica, in adverſis galea; in proſperis ſapientia; in protectione clypeus ſempiternus. Sequatur pacem, diligat caritatem, abſtineat ſe ab omni impietate; loquatur juſtitiam, cuſtodiat veritatem, ſit cultrix juſtitiæ, & pietatis, amatrix religionis, vigeatque præſenti benedictione in hoc ævo annis plurimis, & in ſempiterno ſine fine æternis.

Quod ſequitur, dicit planè legendo, ita tamen, quod à circumſtantibus audiatur.

Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui

Coronatio reginæ juxta Pontificale Roman.

tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Ungitur Regina.

Qua præfatione expleta, ſedet Metropolitanus, & accepta mitra, inungit in modum crucis cum oleo cathecumenorum illius brachium dexterum, inter juncturam manus, & juncturam cubiti, atque inter ſcapulas, dicens.

Deus Pater æternæ gloriæ ſit tibi adjutor, & Omnipotens benedicat tibi, preces tuas exaudiat; vitam tuam longitudine dierum adimpleat; benedictionem tuam jugiter confirmet; te cum omni populo in æternum conſervet; inimicos tuos confuſione induat; & ſuper te Chriſti ſanctificatio, atque hujus olei infuſio floreat; ut, qui tibi in terris tribuit benedictionem, ipſe in cœlis conferat meritum Angelorum; ac benedicat te, & cuſtodiat in vitam æternam Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui vivit & regnat Deus, in ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Quo facto, ſurgit Regina, *& á ſuis ducitur ad Sacriſtiam, ſeu papilionem, ubi* Rex *regales veſtes indutus eſt, ibi & ipſa induitur veſtibus reginalibus, quibus induta reducitur ad Metropolitanum adhuc cum mitra in faldiſtorio ſedentem, qui imponit illi ar-*

Regina imponitur corona.

te ſe genuflexæ coronam dicens:

Accipe coronam gloriæ, ut ſcias, te eſſe conſortem regni, populoque Dei ſemper proſperè conſulas, & quanto plus exaltaris, tanto amplius humilitatem diligas, & cuſtodias, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

Et mox dat ei ſceptrum dicens:

traditur ei Sceptrum.

Accipe virgam virtutis ac veritatis, & eſto pauperibus miſericors, & affabilis; viduis, pupillis, & orphanis, diligentiſſimam curam exhibeas; Ut Omnipotens Deus augeat tibi gratiam ſuam, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Quo facto ſurgit Regina, *& Epiſcopi parati, qui ipſam ad altare deduxerunt, eam aſſociant usque ad ſuum thalamum, ubi ſedet*

ſedet in ſolio ſuo, matronis ejus ipſam comitantibus ; Deinde dicitur Alleluja. *ſive ultimus verſus* Tractus, *vel* ſequentiæ, Evangelium, & Offertorium. *Quo dicto* Regina *cum* Rege *â ſuis tantum aſſociati, vadunt ad offerendum Metropolitano in faldiſtorio ante medium altaris ſedenti, de auro, quantum volunt, & manum Metropolitani recipientis oſculantur; Deinde revertũtur ambo ad thalamum ſuum, & proceditur in Miſſa usque ad Communionem. Data pace* Regi *&* Reginæ *per primum ex Prælatis paratis, cum inſtrumento ad hoc ordinato.* *Coronatio regina juxta Pontificale Roman.*

Rex, *&* Regina *â ſuis tantum aſſociati deſcendunt de thalamis, & veniunt ad altare, ubi in ſupremo gradu genuflectunt, & percepta communione,* Metropolitanus *ponit ambas hoſtias conſecratas ſuper patenam, & converſus ad* Regem, *&* Reginam, *eos communicat.*

Rex, *priusquam Communionem ſumat, oſculatur manum dexteram Metropolitani, tum ſimili modo communicat* Reginam, *quæ ſimiliter ejus manum oſculatur, & ſucceſſivè ambos ex calice ſuo purificat, qui purificati ad thalamos revertuntur, eo ordine, quo venerunt.* Metropolitanus *verò ablationem ſumit; & accepta mitra lavat manus, perficitq; Miſſam, & fine dat benedictionem ſolennem. Quâ data,* Rex *&* Regina *vadunt ad palatium ſuum, &* Metropolitanus *atque alii Prælati omnes deponunt veſtes ſacras, & ad propria quisque revertitur.* *Regina oblatio.*

De Benedictione & Coronatione Reginæ ſolius.

Si Rege *jam pridem coronato,* Regina *ſola, ut conjux illius, coronanda ſit, parantur duo thalami, & alius locus, in quo* Regina *á principio officii usque ad tempus coronationis expectat. Vocantur omnes Prælati regni, atque omnia alia fiunt, quæ ſupra pro Coronatione* Regis *ordinata ſunt. Die autem ſtatuto,* Metropolitano, *& Prælatis in Eccleſia conſtitutis, & ſe veſtientibus,* Rex *veſtibus rega-* *Coronatio Reginæ ſolius.*

Coronatio regina juxta Pontificale Roman.

regalibus indutus cum Corona in capite, & ſceptro in manu, enſe præcedente, á ſuis aſſociatus, venit ad Eccleſiam, & aſcendit thalamum ſuum; & Metropolitano, ac Prælatis omnibus paratis, incipitur Miſſa, more ſolito, & continuatur usque ad Alleluja, ſive ultimum verſum Tractus, vel ſequentiæ excluſivè. Tum Rex Coronam, & Sceptrum ferens deſcendit de thalamo ſuo, & Metropolitano in faldiſtorio ante altare cum mitra ſedente, ſtans detecto capite, petit ab eo Reginam benedici, & coronari, ſub his verbis:

Reverendiſſime Pater, poſtulamus, ut conſortem noſtram nobis à Deo conjunctam benedicere, & Corona reginali decorare dignemini, ad laudem & gloriam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Deinde ad thalamum ſuum revertitur; & Regina, quæ usque tunc in aliquo loco ad partem in Eccleſia ſteterat, á duobus prioribus Prælatis paratis, crine ſoluto, & capite velato, ducitur ad Metropolitanum ante altare ſedentem; & facta ei reverentia, coram eo genuflectit, & ejus manum oſculatur. Tunc ſurgit Metropolitanus, & cum mitra procumbit ſupra faldiſtorium. Regina verò ad ejus ſiniſtram ſe in terram proſternit, & inchoãtur litaniæ, & perficiuntur, atque omnia alia fiunt, quæ ſupra in Coronatione Reginæ dictæ ſunt, usque ad Offertorium, ad quod poterit Rex cum Regina procedere, vel Regina ſola, prout Regi placebit. Facta communione per Metropolitanum, communicatur Regina. Deinde perficitur Miſſa, & in fine Metropolitanus dat benedictionem ſolemnem, &c.

Coronatio Reginæ electæ ac Regni Dominæ, unicæ, juxta Romanum Pontificale ſex diverſum ab illo Regis, niſi ubi ſexus differt.

De Benedictione & Coronatione Reginæ, ut Regni Domina.

Si verò Regina coronanda eſt ut Regni Domina, & absque Rege, tunc paratur thalamus unus in Eccleſia; vocantur Prælati regni, & omnia alia ſimiliter fiunt, quæ ſupra pro Coronatione Regis ordinata ſunt. Die ſtatuto, conveniunt in Eccleſia, in qua coronatio

fieri

ſicri debet; Ubi Metropolitanus, aut alius, ad quem ſpectat, cum Epiſcopis aliis parat ſe, & ſedent ante altare, ut ſupra dictum eſt. Interim Regina conſvetis veſtibus induta, cum ſuis Prælatis, Baronibus & Matronis, atque aliis domeſticis venit ad Eccleſiam; Et cum fuerit prope Presbyterium, duo priores Epiſcopi parati veniunt ei obviam, & cum mitris capita illi aliquantulum inclinantes, ipſam inter ſe mediam usque ad Metropolitanum deducunt, Cui Regina caput inclinans, humilem reverentiam exhibet; qua facta, prior ipſorum deducentium, detecto capite, verſus ad Metropolitanum, dicit: *Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.*

Reverendiſſime Pater, poſtulat ſancta Mater, Eccleſia Catholica, ut præſentem circumſpectam mulierem ad dignitatem Reginalem ſublevetis.

Tunc interrogat Metropolitanus:

Scitis illam eſſe dignam, & utilem ad hanc dignitatem?

Ille reſpondet:

Et novimus, & credimus, eam eſſe dignam & utilem Eccleſiæ Dei, & ad regimen hujus regni.

Metropolitanus dicit:

Deo gratias.

Tunc ſedet Regina medios inter ipſos Epiſcopos deducentes, congruenti ſpatio à Metropolitano, ita, ut illi faciem vertat; ipſi etiam deducentes Epiſcopi, ſenior ad dexteram alius ad ſiniſtram Reginæ ſe collocant, ut & ipſi ad alterutrum facies vertant. Ipſis ſic ſedentibus, poſtquam aliquantulum quieverint, Metropolitanus coronandam Reginam admonet dicens:

Cum hodiè per manus noſtras, circumſpecta mulier, qui Chriſti Salvatoris noſtri vice in hac re fungimur (quamvis indigni) ſacram unctionem, & regni inſignia ſis ſuſceptura; bene eſt, ut te prius de onere, ad quod deſtinaris, moneamus, Regi-

Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.

am hodiè ſuſcipis dignitatem, & regendi fideles populos tibi commiſſos curam ſumis. Præclarum ſanè inter mortales locum, ſed diſcriminis, laboris, atque anxietatis plenum. Verum, ſi conſideraveris, quod omnis poteſtas à Domino Deo eſt, per quem Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt, tu quoque de grege tibi commiſſo ipſi Deo rationem es reddiſura, Primum pietatem ſervabis, Dominum Deum tuum tota mente, ac puro corde colas. Chriſtianam religionem, ac fidem Catholicam, quam ab incunabulis profeſſa es, ad finem usque inviolatam retinebis, eamque contra omnes adverſantes pro viribus defendes. Eccleſiarum Prælatis, ac reliquis Sacerdotibus condignam reverentiam exhibebis. Eccleſiaſticam libertatem non conculcabis. Juſtitiam, ſine qua nulla ſocietas diu poteſt conſiſtere, erga omnes inconcuſsè adminiſtrabis, bonis præmia, noxiis debitas pœnas retribuendo. Viduas, pupillos, pauperes, ac debiles ab omni oppreſſione defendes. Omnibus te adeuntibus benignam, manſvetam, atque affabilem pro regia tua dignitate te præbebis. Et ita te geres, ut non ad tuam, ſed totius populi utilitatem regnare, præmiumque benefactorum tuorum, non in terris, ſed in cœlo expectare videaris. Quod ipſe præſtare dignetur, qui vivit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Regina electa accedit ad Metropolitanum, & genuflexa facit hanc profeſſionem, dicens:

Profeſſio & juramentum Reginæ electæ.

Ego N. Deo annuente, futura Regina N. profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis ejus deinceps legem, juſtitiam, & pacem Eccleſiæ Dei, populoque mihi ſubjecto, pro poſſe & noſſe, facere ac ſervare, ſalvo condigno miſericordiæ Dei reſpectu, ſicut in conſilio fidelium meorum melius protero invenire. Pontificibus quoque Eccleſiarum Dei condignum, & Canonicum

cum honorem exhibere; atque ea, quæ ab Imperatoribus & Regibus Eccleſiis collata, & reddita ſunt, inviolabiliter obſervare. Abbatibus, Comitibus, & Vaſallis meis congruum honorem, ſecundum conſilium fidelium meorum præſtare. *Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.*

Deinde ambabus manibus tangit librum Evangeliorum, quem Metropolitanus coram ea ſuper genibus apertum tenet, inferiori parte libri Reginæ verſa, dicens:

Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Et poſt Regina electa Metropolitani manum reverenter oſculatur. Quo facto, Metropolitanus ſurgit, & cum mitra procumbit in faldiſtorio. Regina verò ad ejus ſiniſtram in terram ſe proſternit.

Et Cantores intipiunt, ſchola proſequente, Litanias; *in quibus cum dictum fuerit:*

Ut omnibus fidelibus, *&c.*

Reſp. Te rogamus, audi Nos.

Metropolitanus *ſurgit, & accepto baculo Paſtorali in ſiniſtra, ſuper illam dicit:*

Ut hanc electam in Reginam Coronandam bene✝dicere digneris.

Reſp. Te rogamus, audi Nos.

Secundò dicit:

Ut hanc electam in Reginam Coronandam bene✝dicere & conſe✝crare digneris.

Reſp. Te rogamus, audi Nos.

Producendo ſemper ſuper Reginam ſignum crucis. Idem dicunt, & faciunt Epiſcopi parati, genuflexi tamen permanentes. Quo dicto, Metropolitanus redit ad accubitum, Cantoribus Litanias reſumentibus, & perficientibus. Quibus finitis, Metropolitanus *depoſita mitra, ſurgit, Regina proſtrata manente, & dicit*

Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.

ſuper eam intelligibili voce orationem ſequentem; quam aſtantes Epiſcopi, etiam ſine mitris in locis ſuis ſtantes, ſubmiſſa voce pronunciant.

Oremus.

OMnipotens, ſempiterne Deus, hanc famulam tuam cœleſti bene†dictione ſanctifica, quam in gubernationem Regni Reginam eligimus, tua ubique ſapientia doceat, & confortet, atque Eccleſia tua fidelem famulam ſemper agnoſcat. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

Omnia iſta reperiuntur in Pontificali *ad illa usque* In ſempiterno ſine fine æternis *& cantari jubentur.*

Tunc ſurgit Regina, & coram Pontifice genuflectit. Deinde Pontifex mediocri voce, extenſis manibus ante pectus, dicit:

Verſ. Per omnia ſecula ſeculorum.

Reſp. Amen.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Verſ. Surſum corda.

Reſp. Habemus ad Dominum.

Verſ. Gratias agamus Domino *D*eo noſtro.

*Reſp. D*ignum & juſtum eſt.

Verè dignum & juſtum eſt, æquum, & ſalutare Nos tibi ſemper, & ubique gratias agere Domine, ſancte Pater Omnipotens, æterne Deus, honorum cunctorum auctor, ac diſtributor, benedictionumque omnium largus infuſor, tribue ſuper hanc famulam tuam Reginam bene†dictionis tuæ copiam; & quam humana electio ſibi præeſſe gaudet, tua ſupernæ electionis, & benedictionis infuſio accumulet. Concede ei, Domine, auctoritatem regiminis, conſilii magnitudinem, ſapientiæ, prudentiæ, & intellectus abundantiam, religionis ac pietatis cuſto-

cuſtodiam ; quatenus mereatur benedici, & augmentari in nomine, ut *Sara*, viſitari, & fœcundari, ut *Rebecca*; Contra omnium muniri vitiorum monſtra, ut *Judith*; in regimine regni eligi, ut *Eſther*; ut, quam humana nititur fragilitas benedicere, cœleſtis potius intimi roris repleat infuſio. Et quæ à nobis eligitur, & benedicitur in Reginam, à te mereatur obtinere præmium æternitatis perpetuæ. Et ſicut ab hominibus ſublimatur in nomine, ita à te ſublimetur fide & operatione. Illo etiam ſapientiæ tuæ eam rore perfunde, quam beatus *David* in repromiſſione, & filius ejus *Salomon* percepit in locupletatione. Sis ei Domine, contra cunctorum ictus inimicorum lorica; in adverſis galea; in proſperſis ſapientia; in protectione clypeus ſempiternus. Sequatur pacem, diligat caritatem, abſtineat ſe ab omni impietate; loquatur juſtitiam, cuſtodiat veritatem, ſit cultrix juſtitiæ & pietatis amatrix religionis, vigeatque præſenti benedictione in hoc ævo annis plurimis, & in ſempiterno ſine fine æternis. *Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.*

Deinde dicit plane legendo, ita tamen, quod à circumſtantibus audiatur.

Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Reſp. Amen.

Quibus dictis, ſedet Metropolitanus, & accepta mitra, intingit pollicem dexteræ manus in oleum cathecumenorum; & inungit in modum crucis, brachium dexterum Reginæ inter junctturam cubiti, atque inter ſcapulas, dicens: *Unctio Reginæ abſolutæ imperantis.*

Deus Pater æternæ gloriæ ſit tibi adjutor, & Omnipotens benedicat tibi, preces tuas exaudiat; vitam tuam longitudine dierum adimpleat; benedictionem tuam jugiter confirmet; te cum omni populo in æternum conſervet; inimicos tuos confu-

Coronatio regina juxta Pontificale Roman.

sione induat; & super te Christi sanctificatio, atque hujus olei infusio floreat; ut, qui tibi in terris tribuit benedictionem, ipse in cœlis conferat meritum Angelorum; ac benedicat te, & custodiat in vitam æternam Jesus Christus Dominus noster, qui vivit & regnat Deus, in secula seculorum. *Resp.* Amen.

Quo facto, surgit Regina, & ad partem se retrahit, ubi Prælati sui Domestici ei assistunt. Metropolitanus verò lavat & abstergit manus, deinde accedit ante altare, & deposita mitra, cum suis ministris facit confessionem. Idem faciunt Episcopi parati juxta sedes suas sine mitris stantes. Facta confessione Metropolitanus ascendit ad altare, osculatur, incensat, & procedit in Missa usque ad Alleluja exclusivè, sive ultimum versum Tractus, vel Sequentiæ, si dicitur, more consueto. Regina verò ducitur â suis ad sacristiam, vel papilionem, ubi accipit vestes reginales. Deinde redit cum illis ad thalamum, ubi manet usque ad dictum graduale: non tamen sedet in solio, sed super aliquod scabellum sibi paratum genuflexa procumbit audiens Missam. Missa dicitur de die, & cum oratione diei, dicitur pro ipsa electa Regina sub uno, Per Dominum.

Oremus.

Quæsumus, Omnipotens Deus, ut famula tua *N.* Regina nostra, quæ tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornata, & vitiorum monstra devitare, & ad te, quia via, veritas & vita es, gratiosa valeat pervenire. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum *Resp.* Amen.

Graduali cantato, Metropolitanus sedet ante altare in faldistorio cum mitra, & Regina â suis associata, media inter priores duos Prælatos paratos ad Metropolitanum reducitur, cui facta reverentia,

Corona Regi- ne imponitur

ut

ut prius, genuflectit coram eo. Tunc imponitur ei corona, quam omnes Episcopi parati, qui adsunt, de altari per Metropolitanum sumptam manibus tenent, ipso Metropolitano illam regente, & capiti illius imponente ac dicente:

Coronatio regina juxta Pontificale Roman.

Accipe coronam regni, quæ, licet ab indignis, Episcoporum tamen, manibus, capiti tuo imponitur. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quam sanctitatis gloriam, & honorem, & opus fortitudinis, significare intelligas, & per hanc te participem Ministerii nostri non ignores. Ita, ut sicut Nos in interioribus Pastores, rectoresque animarum intelligimur, ita & tu in exterioribus vera Dei cultrix, strenuaque contra omnes adversitates Ecclesiæ Christi defensatrix assistas, regnique tibi à Deo dati, & per officium nostræ benedictionis in vice Apostolorum, omniumque Sanctorum, regimini tuo commissi utilis executrix, proficuaque regnatrix semper appareas; ut inter glorioſos Athletas, virtutum gemmis ornata, & præmio sempiternæ felicitatis coronata cum Redemptore, ac Salvatore nostro Jesu Christo, cujus nomen, vicemque gestare crederis, sine fine glorieris. Qui vivit & imperat Deus cum Patre & Spiritu Sancto in secula seculorum, Resp. Amen.

Et mox dat ei Sceptrum *in manum, dicens:*

Dat ei Sceptrum.

Accipe virgam virtutis, ac veritatis, & esto pauperibus misericors & affabilis; Viduis, pupillis, & orphanis, diligentissimam curam exhibeas; Ut Omnipotens Deus augeat tibi gratiam suam, qui vivit & regnat in secula seculorum *Resp.* Amen.

Tum surgunt omnes, & Metropolitanus cum omnibus Episcopis paratis deducit Reginam, Coronam in Capite, & Sceptrum in manu ferentem, mediam inter se, & digniorem Episcopum paratum supra solium, ubi stans cum mitra, una cum eodem digniore Episcopo intronizat eam in solio, dicens:

Sta, & retine à modò locum tibi à Deo delegatum, per auc-

to-

Coronatio reginæ juxta Pontificale Roman.

ctoritatem Omnipotentis Dei, & per præſentem traditionem noſtram, omnium ſcilicet Epiſcoporum, cæterorumque Dei ſervorum, Et quanto Clerum ſacris altaribus propinquiorem perſpicis, tanto ei potiorem in locis congruis honorem impendere memineris; quatenus mediator Dei & hominum, te mediatricem Cleri & plebis permanere faciat.

Deinde Metropolitanus, depoſita mitra, inchoat, ſchola ſequente, hymnum.

Te Deum laudamus.

Qui totus dicitur; quo incepto, Metropolitanus accedit ad dexteram Reginæ, ibi continuo manens, usque ad finem hymni. Finito hymno Metropolitanus ſtans, ut prius, juxta Reginam ſine mitra, dicit ſuper illam.

Verſ. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.
Reſp. Juſtitia & Judicium præparatio ſedis tuæ.
Verſ. Domine exaudi orationem meam.
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiſcum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui victrices *Moyſi* manus in oratione firmaſti, qui quamvis ætate langveſceret, infatigabili lanctitate pugnabat, ut dum Amalech iniquus vincitur, dum prophanus nationum populus ſubjugatur, exterminatis alienigenis, hæreditati tuæ poſſeſſio copioſa ſerviret; Opus manuum tuarum pia noſtræ orationis exauditione confirma; habemus & nos apud te, ſancte Pater, Dominum Salvatorem, qui pro nobis manus ſuas extendit in cruce, per quem etiam precamur, altiſſime, ut, tua potentia ſuffragante, univerſorum hoſtium frangatur impietas, popu-

puluſusq; tuo, ceſſante formidine, te ſolum timere condiſcat. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen. *Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.*

Quibus finitis Metropolitanus cum Epiſcopis paratis revertitur ad ſedem ſuam, vel ad faldiſtorium prope altare; & dicitur alleluja, ſive ultimus verſus Tractus vel Sequentiæ, Evangelium, & alia usque ad Offertorium incluſivè. Quo dicto, Metropolitanus ſedet in faldiſtorio ante medium altaris cum mitra, & Regina à ſuis Prælatis, Magnatibus & aliis aſſociata venit ante Metropolitanum, coram quo genuflexa offert ei aurum, quantum ſibi placet, & manum Metropolitani recipientis oſculatur. *Oblatio.*

Deinde ad ſolium ſuum revertitur. Metropolitanus lavat manus, ſurgit, & accedit ad altare, & proſequitur Miſſam usque ad Communionem.

Cum ſecreta diei dicitur pro Regina, ſub uno, Per Dominum.

Secreta.

MUnera, quæſumus, Domine, oblata ſanctifica; ut & Nobis unigeniti tui corpus & ſangvis fiant, & Reginæ noſtræ ad obtinendam animæ, cõporisque ſalutem, & ad peragendum injunctum officium, te largiente, usque quaque proficiant. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

Pax datur Reginæ per primum ex Prælatis paratis cum inſtrumento ad hoc ordinato.

Poſtquam Metropolitanus ſe communicaverit de Corpore & ſangvine; Regina ſine Corona & ſine Sceptro, de thalamo ſuo à ſuis duntaxat aſſociata, accedit ad altare; genuflectit in ſupremo gradu altaris, & Metropolitanus converſus ad Reginam, eam *Communio.*

Coronatio Regina juxta Pontificale Roman.

communicat. Regina, antequam ſumat Sacramentum, oſculatur manum dexteram Metropolitani, & ſumpta Communione, ex calice de manu Metropolitani ſe purificat, & purificata, ad thalamum ſuum revertitur cum ſuis, ut venit. Metropolitanus verò ablutionem ſumit, & accepta mitra, lavat manus, & perficit Miſſam.

Cum poſt communione dici, dicitur pro Regina ſub uno, Per Dominum.

Poſt Communio.

HÆc, Domine, oblatio ſalutaris famulam tuam *N.* Reginam noſtram ab omnibus tueatur adverſis, quatenus Eccleſiaſticæ pacis obtineat tranquillitatem, & poſt iſtius temporis decurſum ad æternam perveniat hæreditatem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. *Reſp.* Amen.

In fine Metropolitanus dat benedictionem ſolemnem; qua data, omnes vadunt in pace.

Coronatio Regis, cui Regina abſolute imperans atque jam coronata, nubit.

De Benedictione & Coronatione Regis in Conſortem electi.

CUm autem *Regina jam pridem, ut Regni Domina, benedicta, & Coronata, deinde Conſortem ſibi elegerit, quem poſtea ſtatuerit coronari, ad diem ordinatam vocantur omnes Prælati Regni; parantur duo thalami, atque omnia alia ordinantur, prout ſupra in Coronatione Regis poſita ſunt. Die autem ſtatuto, Metropolitano, & Prælatis in Eccleſia conſtitutis, & ſe veſtientibus, Regina Reginalibus veſtibus induta cum corona in capite,*

& Sce-

& Sceptro in manu, â ſuis aſſociata venit ad Eccleſiam, & aſcendit thalamum ſuum. Illis autem paratis, & ſuo ordine ſedentibus, ut ſupra in Coronatione Regis ordinatum eſt, Regina de thalamo ſuo deſcendens cum Corona in Capite, & Sceptro in manu venit coram Metropolitano, â quô, facta ei reverentia, petit Regem Conſortem ſuum benedici, & coronari, ſub his verbis:

Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.

Reverendiſſime Pater, poſtulamus, ut Conſortem noſtrum â Deo nobis conjunctum benedicere, & corona regali decorare dignemini, ad laudem & gloriam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Deinde ad thalamum ſuum revertitur. Interim Rex veſtibus militaribus indutus venit ad Eccleſiam â ſuis Prælatis domeſticis non paratis, & Comitibus, Magnatibus regni, & aliis aſſociatus. Qui cum venerit prope Presbyterium, duo priores Epiſcopi ex paratis, ei obviam veniunt, & cum mitris capita illi aliquantulum inclinantes, ipſum, birreto depoſito, usque ante Metropolitanum deducunt; Coram quo Rex Caput inclinans, humilem ei reverentiam exhibet. Qua facta prior Epiſcoporum deducentium ſtans, detecto capite verſus ad Metropolitanum, voce intelligibili dicit:

Reverendiſſime Pater, poſtulat ſancta Mater Eccleſia Catholica, ut præſentem egregium Militem ad dignitatem Regiam ſubleveris.

Deinde ſequitur, reliquas Ceremonias non differre ab illis, quæ uſurpantur in Regis Coronatione; Verum nullum hic *annulum* cernimus nec *virgam* aliam quam *ſceptrum* (quæ ambo tamen ſunt in Mss. Ritualibus Anglicis & Gallicis) neque *globum & crucem* qui cernitur in Coronatione Imperatoris & nonnullorum Regum aliorum. Neque, ut ut Imperium ſit electivum, ſolennia coronandi Imperatoris (ceu Regis *Germaniæ*) fiunt juxta præſcriptum hujus Pontificalis, ut præſertim videre eſt in Coronationibus (peractis in *Germania*) *Caroli V. Maximilianorum & Mathiæ.* Sic &

Coronatio Reginæ juxta Pontificale Roman.

aliæ Imperatorum Coronationes diverſæ fuerunt. Vide illas in Coronatione *Friderici III.* Romana apud *Marcell. Corcyr. Sacr. Ceremon. lib 1. cap. 13.* & *Caroli V. Bononienſi*, quæ ſupplevit locum coronationis *Romanæ & Modæſianæ.* apud *Goldaſt. Polit. Imp. part. 4. p. 317.*

Eſt præterea Rituale ſeu *Ordo ad Conſecrandum & Coronandum Regem Franciæ* editus à *Laurentio Bochello JCto Gallico* in *Decret. Eccleſ. Gallican. lib. 5. tit. 2.* quem, niſi haberem exẽplar magis authenticum, ex ipſo huc deſcriberem, tum quoniam liber ipſius non adeo eſt obvius, tum quoniam, hic locus proprius eſt omni Ceremonialium generi, quæ mihi videntur fide digna tradere de Coronationum ritibus. Inveni autem in locuplete bibliotheca Nobiliſſimi *Roberti Cottoni* Equitis exemplar hujus ritualis Gallici, ſub titulo *Ordo ad inungendum & Coronandum Regem* (comprehenduntur hic etiam ritus coronandi Reginam) eleganter ſcriptum autoritate publica & correctum anno MCCCLXV. ſeu anno primo *Caroli V. Galliæ* Regis ejusque ſpeciali mandato, nec non ſubſcriptione munitum.

Ce liore du ſacre des Roys de France eſt a nous Charles le V. de noſtre nom Roy de France; & le fimes corriger, ordeiner eſcrier, & iſtorier, l' an MCCCLXV.

Huic potius hunc Deleri locum quam *Bochello*, quoniam autoritas ejus adeo ſingularis eſt judicavi. In quibus autem differt (non multum enim differt à *Bochello*) diligenter in margine notabitur. Quomodocunque autem factum ſit, precatio unctionem proxime præcedens, non ſolum citra quæſtionem è ceremoniali Saxonico deſumta eſt, ac eadem fere eſt cum illa è Pontificali Saxonico nuper depromta, verum & retinet hic ipſas Syllabas innuentes *Anglo Saxonicos* Reges nominando eorundem territoria, ut *Merciam Northumbriam & Saxones.* Negligentia vel oblivio, has hic relinquens voces incredibiles fere ſunt, niſi vidiſſemus illas ipſas.

Ordo ad inungendum & Coronandum Regem.

Ceremoniale Coronandum Galliæ Regũ.

PRimo paratur ſolium in modum Eſchafaudi aliquantulum eminens contiguum exterius choro Eccleſiæ inter utrumque chorum poſitum in medio, in quo per gradus aſcenditur. Et in quo poſſint

Pares

Pares regni, & aliqui, ſi neceſſe fuerit, cum eo conſiſtere. Rex autem die, quoad Coronandum venerit, debet proceſſionaliter recipi, tam à Canonicis, quam à ceteris Eccleſiis conventualibꝰ. Sabbato præcedente diem dominicam in qua Rex eſt conſecrandus, & coronandus, poſt Completorium expletum, committitur Eccleſiæ cuſtodia cuſtodibus [a] *Rege deputatis, cum propriis Cuſtodibus Eccleſiæ. Et debet Rex intempeſtæ noctis ſilentio venire in Eccleſiam Orationem facturus, &* ibidem [a] *in Oratione aliquantulum, ſi voluerit, vigilaturus. Cum pulſatur autem ad* matutinas, *debent eſſe parati cuſtodes Regis introitum Eccleſiæ obſervantes, qui aliis hoſtiis Eccleſiæ firmius obſervatis & munitis, Canonicos & Clericos Eccleſiæ debent honorificè intromittere ac diligenter quotieſcunque opus fuerit eis.* Matutinæ *more ſolito decantentur. Quibus expletis pulſatur ad* Primam, *quæ cantari debet in aurora diei, Poſt* primam *cantatam debet Rex cum Archiepiſcopis & Epiſcopis, & Baronibus, & aliis, quos intromittere voluerit in Eccleſiam venire, antequam fiat aqua benedicta, & debent eſſe ſedes diſpoſitæ circa altare, hinc & inde, ubi Archiepiſcopi & Epiſcopi honorificè ſedeant. Epiſcopis* [b] *paribus, videlicet, primò* Landunenſi, *poſtea* Beluacenſi, *deinde* Lingonenſi, *poſtea* Cathalanenſi, *ultimum,* Noviomenſi *cum aliis Epiſcopis* [c] *Archiepiſcopatus Remenſis ſedentibus ſeorſim inter altare & Regem ab oppoſitis altaris non longè à Rege, nec multis indecenter interpoſitis. Et debent Canonici Eccleſiæ Remenſis proceſſionaliter cum duabus crucibus cereis, & thuribulo cum incenſo ire ad Palatium Archiepiſcopale. Et Epiſcopi Landunenſis & Beluacenſis, qui ſunt primi Pares de Epiſcopis, debent eſſe in prædicta proceſſione habentes ſanctorum reliquias colle pendentes. Et in camera magna debent reperire Principem in* Regem *conſecrandum ſedentem, & quaſi jacentem ſupra thalamum decenter ornatum. Et cum addicti Principis præſentiam applicaverint, Dicat Landunenſis Epiſcopus hanc orationem:* Omni-

Coronatio Galliæ Regis.

Coronabantur autem Reges iſti ordinarie Remis, *pro ſubitu ſero ſuo etiam alibi in Eccleſiis.*

a *ibidem* non habet Bochellus.

b *Sunt Domini Spirituales, quos Galli vocant* Pares. *Epiſcopi ſidel. Beauvais, Laon, Langres, Chaalons ſur Marne, Noyõ. iſtius Archiep.* legit Bochell.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui famulum tuum *N.* faſtigio dignatus es ſublimare, tribue, quæſumus, ei, ut ita in hujus ſeculi curſu multorum in commune ſalutem diſponat, quatenus à veritatis tuæ tramite non recedat. Per Dominum d.

Qua oratione dicta, ſtatim ſuſcipiant eum duo prædicti Epiſcopi dextera lævaque honorificè; Et ipſum reverenter ducant ad Eccleſiam canentes hoc c Reſp. *cum canonicis prædictis.*

Ecce mitto Angelum meum, qui præcedat te & cuſtodiat ſemper. Obſerva & audi vocem meam, & inimicus ero inimicis tuis, & affligentes te affligam, & præcedet te Angelus meus.

Finito Reſp. *cantetur* f verſ.

Iſraël ſi me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum, ego enim Dominus. *Obſerva* g,

Cunctoque eum populo ſequente ad hoſtium Eccleſiæ Clerus ſubſiſtat. Et alter Epiſcopus ſcilicet Beluacenſis, *ſi præſens fuerit, dicat hanc orationem, quæ ſequitur.*

Deus, qui ſcis, humanum genus nulla virtute poſſe ſubſiſtere, concede propitius, ut famulus tuus *N.* quem populo tuo voluiſti præferri, ita tuo fulciatur adjutorio h quatenus, quibus potuit, præeſſe valeat, & prodeſſe. Per Dominum.

Introeuntes autem Eccleſiam præcedentes Canonici dicant usque ad introitum chori hanc Antiphonam:

Domine in virtute tua lætabitur Rex:

Finita antiphona *Metropolitanus, cui in Eccleſia expectanti ante altare per prædictos Epiſcopos, Rex conſecrandus præſentabitur,* i *dicat hanc orationem ſequentem* k.

l Omnipotens Deus, cœleſtium Moderator, qui famulum tuum N. ad regni faſtigium dignatus es provehere, concede, quæſumus, ut à cunctis adverſitatibus liberatus, & Eccleſiaſticæ pa-

Coronatio Gallia Regis.

d *i. e. per Dominum noſtrum I. C. Filium tuum, qui Tecum vivit & regnat in unitate SS. Deus per omnia ſecula ſeculorum.* Iſta enim verba vulgo ſubintelliguntur ad illa *per Dominum.*

c *Reſponſorium.*

f *Verſus.*

g *& audi vocem meam, & inimicus ero inimicis &c.*

h *quanto quibus* Bochellus.

i *reverenter dicat* Bochellus.

k *Metropolitanus ſuper regem orat ante altare.* Bochellus.

l ad marginem hujus loci in iſto rituali *Caroli* regis ſubſcriptione munito, hæc additur oratio. *Deus humilium viſitator, qui noſtræ tribulationis conſolatio, pretende ſuper hunc famulum tuum N. Gratiam tuam ut pereuntium, tuum nobis adeſſe ſentiamus adventum.*

pacis dono muniatur, & ad æternæ pacis gaudia, te donante, pervenire mereatur. Per Dominum.

Qua oratione dicta ducant prædicti Epiſcopi Regem conſecrandum ad ſedendum in cathedra ſibi præparata in conſpectu Cathedræ Archiepiſcopi, & ibi ſedebit, donec Archiepiſcopus veniat cum ſancta ampulla, *cui venienti aſſurget Rex reverenter.*

Quando [m] *ſacra ampulla* debeat venire.

Inter primam & tertiam debent venire Monachi beati Remigii proceſſionaliter cum crucibus & cereis cum ſacroſancta ampulla, quam debet Abbas reverentiſſimè deferre ſub cortina ſerica, quatuor particis à quatuor Monachis albis indutis ſublevata. Rex autem debet mittere de Baronibus, qui eam ſecurè conducant, & cum venerit ad Eccleſiam beati Dionyſii vel usque ad majorem juxtam Eccleſiæ, propter turbam comprimentem, debet Archiepiſcopus ſuper pilitio ſtola & capa ſollempni indutus cum mitra & baculo paſtorali ſua cruce præcedente, cum ceteris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Baronibus, nec non, & Canonicis, ſi fieri poteſt, occurrere ſanctæ ampullæ, *& eam de manu Abbatis recipere, cum pollicitatione de reddendo bona fide* [n], *& ſic ad altare cum magna populi reverentia deferre, Abbate & aliquibus de Monachis pariter cum* [o] *comitantibus. Cæteri verò Monachi debeant expectare in Eccleſia beati* Dionyſii, *vel in capella beati* Nicholai, *donec omnia peracta fuerint, & quousque ſacra ampulla fuerit reportata.*

Quid ſuſcepta ampulla agendum ſit.

[p] *Archiepiſcopus ad* Miſſam *ſe præparat cum Diaconibus, & Subdiaconibus veſtimentis inſignioribus, & pallio* [q] *induendus, & in hunc modum indutus venit* [r] *proceſſionaliter ad altare more ſolito, cui venienti,* Rex *debet aſſurgere reverenter. Cum autem venerit Archiepiſcopus ad altare, debet pro omnibus Eccleſiis ſibi ſubditis à Rege hæc petere.*

Coronatio Galliæ Regis

m *Sancta.* Bochellus.

n in *Bochello* hæc inſeruntur verba diverſo charactere ſcripta; (*Abbas S.* Dionyſii *ſtat ad dextrum altaris ſervans ampullam*)

o Sic fortaſſis legendum in MS. *concomitantibus, vel cum comitantibus* in *Bochello* a. legitur *deferre Abbati, & aliquibus de Monachis pariter committendo.*

p *In* Bochello *poſt illa* quid ſuſcepta ampulla agendum ſit *ſequitur.*

q *& rationali induendus* Bochellus.

r *e duobus ſuis ſuffraganeis aſſociatus proceſſ.* Bochellus.

In

In ſuſceptione Ampullæ Sacræ, ad portam Eccleſiæ majoris cantatur antiphona. O pretioſum munus, o pretioſa gemma, quæ pro unctione Francorum Regum miniſterio Angelico cœlitus eſt emiſſa. Verſus *inveni David ſervum meum* Reſp. *Oleo Sancto meo unxi eum.* Oremus. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui pietatis tuæ dono genus regum Francorum oleo perungi decreviſti, præſta quæſumus, ut famulus tuus Rex noſter perunctus hac ſacra & præſenti unctione ſancto. Pontifice* (ſic in expreſſis legimus exemplaribus) *Remigio emiſſa divinitus & in tuo ſervitio ſemper dirigatur, & ab omni infirmitate miſericorditer liberetur, Per Dominum Noſtrum. Dum cantatur tertia, facta aqua benedicta Archiepiſcopus ad miſſam ſe præparat cum Diacono & ſubdiacono, in ſacriſtia.* Hæc veluti titulus ſunt, quæ ſequitur *Archiepiſcopus dum cantatur tertia facta aqua benedicta ad miſſam* &c. ut in hoc MS.

Coronatio Galliæ Regis.

Ammonitio ad Regem dicendo ita:

A vobis perdonari petimus, ut unicuique de Nobis, & Eccleſiis Nobis commiſſis, Canonicum privilegium, ac debitam legem atque Juſtitiam conſervetis, & defenſionem exhibeatis, ſicut Rex in regno ſuo debet unicuique Epiſcopo, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ.

Reſponſio Regis ad Epiſcopos.

[s] *quod* Bochellus. [t] *ſervabo*, Bochellus.

Promitto vobis & perdono [s], quia unicuique de vobis, & Eccleſiis vobis commiſſis, Canonicum privilegium, & debitam legem atque Juſtitiam [t] conſervata, & defenſionem, quantum potuero, exhibebo Domino adjuvante, ſicut Rex in ſuo regno unicuique Epiſcopo, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere debet.

Item hæc dicit Rex, & promittit & firmat Juramento.

[u] *Galliæ Regis juramentum vid. Bodin. de Rep. lib. 2. cap. 5.*

Hæc populo Chriſtiano & mihi ſubdito, in Chriſti nomine, promitto, *Imprimis*, ut Eccleſiæ Dei omnis populus Chriſtianus veram pacem noſtro arbitrio in omni tempore ſet (& ſuperioritatem [u], jura, & nobilitates Coronæ *Franciæ* inviolabiliter cuſtodi-

diam, & illa nec transportabo nec alienabo.) *Item*, ut omnes rapacitates & omnes iniquitates omnibus gradibus interdicam. *Item*, ut in omnibus Judiciis æquitatem & miſericordiam præcipiam, ut mihi & vobis indulgeat per ſuam miſericordiam Clemens, & miſericors Dominus. *Item*, de terra mea ac Jurisdictione mihi ſubdita univerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos pro viribus bona fide exterminare ſtudebo. Hæc omnia prædicta firmo juramento. *Coronatis Galliæ Regis.*

Tunc manum apponat libro, & librum oſculetur. His factis w *proceſſionibus, ſtatim incipiatur:* Te Deum laudamus. w *promiſſionibus.* Bochellus

Sed ſecundum uſum Romanum, *& aliquorum regnorum non dicitur*: Te Deum, *usque poſt intronizationem, quæ eſt* x *poſt orationem.* Sta, & retine, *& videtur melius ibi dici, quam hic. Et duo prædicti Epiſcopi ducunt Regem per manus ante, altare qui proſternit ſe ante altare usq; in finem,* Te Deum. x *Vide ſupra.*

y *Poſtmodum ſurgit jam anteà præparatis, & poſitis ſuper altare,* Corona *Regia,* gladio *in vagina incluſo,* calcaribus *aureis,* ſceptro *deaurato, &* virga *ad menſuram unius cubiti vel amplius habente deſuper* manum eburneam. *Item* caligis *ſericis & jacinctinis per totum intextis* Liliis *aureis, & tunica ejusdem coloris & operis in modum tunicalis, quo induuntur ſubdiaconi ad Miſſam, nec non & ſocco* [a] *prorſus ejusdem coloris & operis, qui eſt factus ferè in modum cappæ ſericæ absque caperone, quæ omnia Abbas beati* Dionyſii *in* Francia *de Monaſterio ſuo debet* Remis *afferre, & ſtans ad altare cuſtodire. Tunc primo Rex ſtans ante altare deponit veſtes ſuas præter tunicam ſericam & camiſiam apertas profundius ante & retro in pectore videlicet & inter ſcapulas* [b] *aperturis, tunicæ ſibi invicem connexis anſulis argenteis, & tunc in primis dicatur ab Archiepiſcopo oratio ſequens*: y Hic Bochellus apponit titulum *præparatio inſignium & ornamentorum regalium.* z *ſacmi hinis.* Bochellus. a *Sacco.* Bochellus. b *apturis.* Bochellus.

Deus inenarrabilis Auctor mundi, Conditor generis humani, Gubernator Imperii, Confirmator regni, qui ex utero fi-

Coronatio Galliæ Regis.

delis amici tui. Patriarchæ noſtri *Abrahæ* prælegiſti Regem ſeculis profuturum. Tu præſentem Regem hunc *N.* cum exercitu ſuo per interceſſionem omnium Sanctorum, uberi bene†dictione locupleta, & in ſolium regni firma ſtabilitate connecta c. Viſita eum ſicut Moyſem in rubo, *Jeſum Nave* in prælio, *Gedeon* in agro, *Samuelem* in templo. Et illa eum benedictione ſiderea ac ſapientiæ tuæ rore perfunde, quam beatus *David* in Pſalterio, *Salomon* Filius ejus, te remunerante, percepit è cœlo,

c *connecte.* Bochellus.

Sis ei contra acies inimicorum lorica, in adverſis galea, in proſperis patientia, in protectione clypeus ſempiternus. Et præſta, ut gentes illi teneant fidem, proceres ſui habeant pacem, diligant caritatem, abſtineant ſe à cupiditate, loquantur juſtitiam, cuſtodiant veritatem. Et ita populus iſte pullulet coalitus benedictione æternitatis, ut ſemper maneant tripudiantes in pace victores. Quod ipſe præſtare d &c.

d *præſtare dignetur, qui tecum & cum S. S. ſine fine permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.* Bochellus.

Qua oratione dicta ſtatim ibi à magno Camerario Franciæ, Regi dictæ caligæ calciantur. Et poſtmodum à Duce Burgundiæ *calcaria ejus pedibus aſtringuntur & ſtatim tolluntur.*

Benedictio ſuper Gladium.

EXaudi Domine quæſumus preces noſtras, & hunc gladium, quo famulus tuus N. ſe accingi deſiderat, Majeſtatis tuæ dextera e benedicere † dignare, quatenus defenſio atque protectio poſſit eſſe Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, omniumque Deo ſervientium contra ſævitiam Paganorum, aliisque inſidiantibus ſit pavor, terror, & formido. f

e *Bene†dicere.* Bochellus

f *Per Chriſtum.* Bochellus.

Poſtmodum Rex, à ſolo Archiepiſcopo, Gladio *accingitur, quo accincto, ſtatim idem* Gladius *diſcingitur, & è vagina ab Archiepiſcopo extrahitur, vagina ſuper altare repoſita, & datur ei ab Archiepiſcopo in manibus cum iſta oratione* g *dicendo quem Rex in manu ſua*

Gladius traditur Gall. Regi.

g *Sic in* Bochello.

ſuateneat cuſpide elevato, donec h *A.* Confortare *&c. fuerit cantata & oratio ſequens dicta per Archiepiſcopum.*

i Accipe hunc gladium cum Dei k benedictione tibi collatum, in quo per virtutem Sancti Spiritus reſiſtere, & ejicere omnes inimicos tuos valeas, & cunctos ſanctæ Dei Eccleſiæ adverſarios, regnumque tibi commiſſum tutari atque protegere caſtra Dei per auxilium invictiſſimi Triumphatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Accipe, inquam, hunc, gladium per manus noſtras vice & auctoritate ſanctorum Apoſtolorum conſecratas tibi regaliter impoſitum, noſtræque benedictionis officio in defenſione ſanctæ Dei Eccleſiæ ordinatum divinitus. Et eſto memor, de quo Pſalmiſta prophetavit, dicens: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime*, ut in hoc per eundem vim æquitatis exerceas, l molam iniquitatis potentes deſtruas, & ſanctam Dei Eccleſiam, ejusque fideles propugnes & protegas, nec minus ſub fide falſos, quam Chriſtiani nominis hoſtes execreris ac deſtruas, viduas, & pupillos clementer adjuves ac defendas, deſolata reſtaures, reſtaurata conſerves, ulciſcaris injuſta, confirmes benè diſpoſita, quatenus hæc in agendo, virtutum triumpho glorioſus, juſtitiæque cultor egregius cum mundi Salvatore, cujus typum geris in nomine, ſine fine merearis regnare, qui cum m Patre, &c.

Coronatio Gallia Regis.

h *Antiphona*, Bochellus.

i hic legitur in Bochello titulus iſte: *Traditio gladii, quem Rex tenet erectũ & nudum usque ad finem Orationis ſequentis Antiphonam.*

k *benedictione* Bochellus.

l Sic & *Bochellus*, ſed legendum, *molem*. Hæc & alia nonnulla ſunt in Pontificali Romano.

m *Patre & S. S. ſibi & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.* Bochellus.

Hic cantatur iſta Antiphona.

CConfortare, & eſto vir, & obſerva cuſtodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus & cuſtodias ceremonias ejus & præcepta ejus, & teſtimonia & judicia n quocunque te verteris, confirmet te Deus.

n *judicia & quocunque* Bochellus.

Coronatio Gallia Regis.

Cantata iſta Antiphona dicitur iſta Oratio poſt dationem Gladii.

DEus, qui providentia tua cœleſtia ſimul & terrena moderaris, propitiare Chriſtianiſſimo Regi noſtro, ut omnis hoſtium ſuorum fortitudo virtute gladii ſpiritualis frangatur, â o te pro illo pugnante penitus conteratur, per Dominum.

o *ac te pro illo.* Bochel.

Gladium *debet* Rex *humiliter recipere de manu Archiepiſcopi, & devotè flexis genibus afferre ad altare, & ſtatim genibus* Regis *in terram poſitis reſumere de manu Archiepiſcopi, &* p *in continenti dare Seneſchallo Franciæ, ſi Seneſchallum habuerit, ſin autem, cui voluerit de Baronibus ad portandum ante ſe & in Eccleſia usque in finem* Miſſæ, *& poſt Miſſam usque ad Palatium. Tradito per* Regem Gladio, *ut dictum eſt, dicat Archiepiſcopus hanc orationem*:

p *ſtatim dare.* Bochell.

q Proſpice Omnipotens Deus ſerenis obtutibus hunc glorioſum Regem N. Et ſicuti benedixiſti *Abraham, Iſaac & Jacob,* r & ſic illum largis benedictionibus ſpiritualis gratiæ, cum omni plenitudine potentiæ irrigare atque perfundere dignare. Tribue ei de rore cœli, & de pingvedine terræ, habundantiam frumenti, vini & olei, & omnium frugum opulentiam, ex largitate divini muneris longa per tempora, ut illo regnante ſit ſanitas corporum in patria, & pax inviolata ſit in regno, & dignitas glorioſa regalis palatii maximo ſplendore regiæ poteſtatis oculis omnium fulgeat, luce clariſſima s choruſcare atque ſplendere, quaſi ſplendidiſſima fulgura maximo perfuſa lumine videatur. Tribue ei Omnipotens Deus, ut ſit fortiſſimus protector Patriæ, & Conſolator Eccleſiarum atque Cœnobiorum Sanctorum maxima cum pietate regalis munificentiæ, atque ut ſit fortiſſimus regum, Triumphator hoſtium ad opprimendas rebelles & paganas t nationes. Sitque ſuis inimicis ſatis terribilis

q hic præfigit titulum Bochellus, *ſuper regem genuflexum* una cum *Oremus.*

r *Jacob, ſic,* Bochellus.

s *coruſcante atq;* Bochell.

t *paganorũ* Bochellus.

præ

præ maxima fortitudine regalis potentiæ, optimatibus quoque atque præcelsis Proceribus ac fidelibus sui regni sit munificus, & amabilis & pius, ut ab omnibus timeatur atque diligatur. Reges quoque de lumbis ejus per successiones temporum futurorum egrediantur, Regnum hoc regere totum. Et post glorioſa tempora atque felicia præsentis vitæ gaudia sempiterna in perpetua beatitudine habere mereatur. Quod ipse præstare dignetur [u], &c.

Coronatio Galliæ Regis.

[u] *digneris, qui cum unigenito filio tuo &c.* Bochellus.

Alia Benedictio.

BEne†dic Domine, quæsumus, hunc Principem nostrum ad salutem populi Nobis à te credimus esse concessum, fac eum esse annis multiplicem, vigenti atque salubri corporis robore vigentem, & ad senectutem optatam, atque devium ad finem pervenire felicem. Sit nobis fiducia eam obtinere gratiam pro populo, quam Aaron in tabernaculo, *Helyseus* in fluvio, *Ezechias* in lectulo, *Zacharias* vetulus impetravit in templo; sit illi regendi virtus atque auctoritas, qualem *Josue* susceptit in castris, *Gedeon* sumpsit in præliis, *Petrus* accepit in clave, *Paulus* est usus in dogmate. Et ita Pastorum cura tuum proficiat in ovile, sicut *Isaac* profecit in fruge & *Jacob* dilatatus est in grege. Quod ipse [x] &c.

[x] *præstet, &c. ut supra.*

Oratio.

DEus Pater æternæ gloriæ sit Adjutor tuus & Protector, & Omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cunctis exaudiat, & vitam tuam longitudine dierum adimpleat, thronum regni tui jugiter firmet, & gentem populumque tuum in æternum conservet, & inimicos tuos confusione induat, & super te sanctificatio Christi floreat, ut qui tibi tribuit in terris imperium, ipse in cœlis conferat præmium, qui vivit &c.

Coronatio Galliæ Regis. y Bochellus hic habet iſtã notam. *Hic debet fieri miſtio de Chriſmate & oleo cœlitus miſſo* z *Privilegio ut Chriſmate juxta cum oleo cælitus miſſo, modo alio quam cæteri reges ſingulariter inunguntur. Alii enim reges inunguntur ſolum in humero; iſte vero in capite & in aliis membris, ſicut inferius diſtinguetur. Paruta.* Sic apud Bochellum. Aſt quisquis hanc addidit gloſſam deceptus eſt. In Anglia enim æque ac in Gallia iſtemos fuit antiquus; imo per ordinem Romanum, ubi unctio

Hucusq; de Gladio. *Poſthæc præparatur* Unctio *in hunc modum. Sed quamdiu ab Archiepiſcopo paratur, incipit Cantor:*

Reſp. Gentem *Francorum* inclytam,
Simul cum Rege nobili,
Beatus *Remigius* ſumpto,
Cœlitus Criſmate, ſacro,
Sanctificavit gurgite,
Atque Spiritus Sancti,
Plenè ditavit munere,

Verſ. Qui dono ſingularis gratiæ in Columba apparuit, & Divinum criſma Cœlitus Pontifici miniſtravit.

Verſ. Ora pro Nobis beate *Remigi.*

Reſp. Ut digni efficiantur promiſſionibus Chriſti.

Oratio.

Oremus

Deus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatum *Remigium* miniſtrum tribuiſti, præſta, quæſumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cœlis per Chriſtum y.

Chrisma in altari ponitur ſuper patenam conſecratam, & Archiepiſcopus ſacroſanctam ampullam, quam Abbas beati Remigii attulit ſuper altare, debet aperire, & inde cum acu aurea, aliquantulum de oleo cœlitus miſſo attrahere, & crismati parato in patena diligentius cum digito immiſcere ad inungendum Regem, *qui ſolus inter univerſos* Reges *terræ hoc glorioſo præfulget privilegio* z; *ut oleo cœlitus miſſo ſingulariter inungatur. Parata unctione, quâ* Rex *debet inungi ab Archiepiſcopo, debent diſſolvi anſulæ aperturarum veſtimentorum* Regis *ante & retrò, & genibus* Regis *in terram*

permiſſa, caput unxerunt; non obſervato quod alias reperimus in Pontificum ſtatutis; iis enim Principes obediverunt pro lubitu. Vide etiam ſupra de unctione §.

ram poſitis, proſtrato ſuper faldiſtorium; Archiepiſcopo etiam conſimiliter proſtrato. Duo Archiepiſcopi vel Epiſcopi incipiunt Letaniam. Coronatio Galliæ Regis.

In MS. proxime ſequentia verba: *Quære Letaniam in fine hujus libri*; ubi & reperitur; quoniam vero hic ſequi debet, eam huc translocavi.

Kyrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon.
Chriſte audi Nos.
Sancta *Maria* ora pro nobis.
Sancte *Michael* ora &c.
Sancte *Gabriel* ora.
Sancte *Raphael* ora.
Sancte chorus Angelorum ora.
Sancte *Johannes Baptiſta* ora.
Sancte *Petre* ora.
Sancte *Petre* ora.
Sancte *Paule* ora.
Sancte *Andrea* ora.
Sancte *Jacobe* ora.
Sancte *Joannes* ora.
Sancte *Thoma* ora.
Sancte *Philippe* ora.
Sancte *Jacobe* ora.
Sancte *Bartholomæe* ora.
Sancte *Matthæe* ora.
Sancte *Simon* ora.
Sancte *Thadæe* ora.
Sancte *Matthia* ora.

Sancte *Barnaba* ora.
Sancte Chorus Apoſtolorum ora.
Sancte *Stephane* ora.
Sancte *Clemens* ora.
Sancte *Calixte* ora.
Sancte *Marcelle* ora.
Sancte *Nichaſi* cum ſociis[a] ſuis, ora.
Sancte *Laurenti* ora.
Sancte *Dionyſi* cum ſociis[b] ſuis, ora.
Sancte, *Maurici* cum ſociis[c] ſuis, ora.
Sancte *Gervaſi* ora.
Sancte *Protbaſi* ora.

[a] *tuis.* Bochel.
[b] *tuis*
[c] *tuis*, idem.

Sancte

Coronatio Gallia Regis.

Sancte *Timothee* ora.
Sancte *Apollinaris*, ora.
Sancte Chorus Martyrum ora.
Sancte *Sylveſter* ora.
Sancte *Remigi* ora.

Bis & altiori voce cantetur.

Sancte *Auguſtine* ora.
Sancte *Jeronyme* ora.
Sancte *Ambroſi* ora.
Sancte *Gregori* ora,
Sancte *Sixte* ora,
Sancte [d] *Sinici* ora.
Sancte *Rigoberte* ora.
Sancte *Martine* ora.
Sancte *Maurili* ora.
Sancte *Nicolae* ora,
Sancte chorus confeſſorũ ora.
S. *Maria Magdelena* ora
S. *Maria Ægyptiaca* ora,
Sancta *Felicitas* ora.
Sancta *Perpetua* ora.
Sancta *Agatha* ora,
Sancta *Agnes* ora,
Sancta *Cecilia* ora.
Sancta *Cutropia* ora.
Sancta *Genovefa* ora,
Sancta *Columba* ora,
Sancta *Scholaſtica* ora.
Sancta *Petronilla* ora.
Sancta *Katherina* ora.

Sancte chorus virginum ora,
Omnes Sancti orate.
Propitius eſto. Parce nobis, Domine.
Propitius eſto.
Libera Nos Domine.
Ab inſidiis Diaboli libera.
A damnatione perpetua libera.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, libera.
Per paſſionem & crucem tuam, libera.
Per gratiam Sancti Spiritus Paracliti, libera,
In die Judicii libera,
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones te rogamus,
Ut miſericordia & pietas tua nos cuſtodiat, te rogamus.
Ut gratiam ſancti Spiritus cordibus noſtris Clementer infundere dignere, te rogamus.

[d] *Funci Bochel.*

Ut

Ut Eccleſiam tuam regere & defendere dignere, te rogamus.
Ut dompnum apoſtolicum & omnes gradus Eccleſiæ in ſancta religione conſervare digneris, te rogamus.
Ut Archiepiſcopum noſtrum N. cum omni grege ſibi commiſſo in tuo ſancto ſervitio confortare, & conſervare digneris, te rogamus.

Et dicitur bis.

Ut obſequium ſervitutis noſtræ rationabile facias, te rogamus.

Tunc Archiepiſcopus ab accubitu ſurgens, & ad Regem conſecrandum ſe volvens, baculum Paſtoralem cum ſiniſtra tenens dicat hos verſus, chora poſt eum quemlibet integrè repetente.

Ut hunc præſentem famulum tuum N. in Regem coronandum benetdicere digneris. Te rogamus audi nos.

Secundò dicit:

Benetdicere & ſubtlimare digneris, te rogamus.

Tertio dicit:

Benetdicere, ſubtlimare, & conſecrare digneris, te rogamus.

Quo dicto, & â choro reſponſo redit ad accubitum, Epiſcopis reſumentibus & proſequentibus Letaniam.

Ut Regibus & Principibus Chriſtianis pacem & concordiam donare digneris, te rogamus.
Ut cunctum populum Chriſtianum precioſo ſangvine tuo redemptum conſervare digneris, te rogamus.
Ut cunctis fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
Fili Dei, te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Kyrie eleyſon.

Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Letania finita, Metropolitanus surgens, Rege & Episcopis prostratis manentibus, annunciat.
Pater noster. Et ne nos.
Salvum fac servum tuum.
Deus meus, sperantem in te.
Esto ei, Domine, turris fortitudinis.
A facie inimici.
Nihil proficiat inimicus in eo.
Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
Domine exaudi. Et clamor Dominus vobiscum, Et cum Spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

PRætende quæsumus Domine huic famulo tuo N. dexteram cœlestis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ dignè postulat, assequi mereatur. Per Dom. *Resp.* Amen.

In hac Letania, *Te rogamus, libera nos* & *Ora* sic in Ms. leguntur, intelligendum verò *Te rogamus audi nos Domine, Libera nos Domine* & *Ora pro nobis.*

Alia Oratio.

ACtiones nostras, quæsumus, Domine aspirando præveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio & oratio, à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Dom.

Item Archiepiscopus debet super Regem dicere has Orationes, antequam eum inungat, & debet sedere, sicut sedet, quando consecrat Episcopos.

TE invocamus Domine, sancte Pater Omnipotens, æterne Deus, ut hunc famulum tuum N. quem tuæ divinæ dispensationis providentia in primordio plasmatum usque in hunc præsentem diem, juvenili flore lætantem crescere concessisti: eum

eum tuæ pietatis dono ditatum, plerumque gratia veritatis de die in diem coram Deo & hominibus ad meliora ſemper proficere facias, ut ſummi regiminis ſolium, gratiæ ſupernæ largitate gaudens ſuſcipiat, & miſericordiæ tuæ muro ab hoſtium adverſitate undique munitus, & plebem ſibi commiſſam cum pace propitiationis, & virtute victoriæ regere mereatur, Per Dominum. *Coronatio Gallia Regis.*

Alia Oratio.

DEus, qui populis tuis virtute conſulis, & amore dominaris, da huic famulo tuo ſpiritum ſapientiæ tuæ cum regimine diſciplinæ, ut tibi toto corde devotus, in regni regimine ſemper maneat idoneus, tuoque munere ipſius temporibus ſecuritas Eccleſiæ dirigatur, & in tranquillitate devotio Eccleſiaſtica permaneat, ut in bonis operibus perſeverans, ad æternum regnum te duce valeat pervenire. Per &c,

Alia Oratio.

IN diebus ejus oriatur omnibus æquitas & juſtitia amicis adjutorium, inimicis obſtaculum, humilibus ſolatium, elatis correctio, divitibus doctrina, pauperibus pietas, peregrinis pacificatio, propriis in patria pax & ſecuritas, unumquemque ſecundum ſuam menſuram moderatè gubernans, ſe ipſum ſedulus diſcat, ut tua irrigatus compunctione toto populo tibi placita præbere vitæ poſſit exempla, & per viam veritatis cum grege gradiens ſibi ſubdito opes frugales habundantes acquirat, ſimulque ad ſalutem non ſolum corporum, ſed etiam cordium â te conceſſam, cuncta accipiat, Sicque in te cogitatum animi conſiliumque omne componens, plebis gubernacula cum pace ſi-

Coronatio Gallia Regis.

mul & ſapientia ſemper invenire videatur. Teque auxiliante præſentis vitæ proſperitatem & prolixitatem percipiat, & per tempora bona usque ad ſummam ſenectutem perveniat, hujusque fragilitatis finem perfectum ab omnibus vitiorum vinculis tuæ pietatis largitate liberatus, & infinitæ proſperitatis præmia perpetua Angelorumque æterna commercia conſequatur. Per Dom.

Conſecratio Regis.

OMnipotens ſempiterne Deus, Creator ac Gubernator Cœli & terræ, Conditor & Diſpoſitor Angelorum & hominum, Rex Regum, & Dominus dominorum, qui *Abraham* fidelem famulum tuum de hoſtibus triumphare feciſti, *Moyſi & Joſue* populo tuo prælatis multiplicem victoriam tribuiſti, humilem quoque puerum tuum *David* regni faſtigio ſublimaſti, eumque de ore Leonis, & de manu beſtiæ atque *Goliæ*, ſed & de gladio maligno *Saul* & omnium inimicorum ejus liberaſti, & *Salomonem* ſapientiæ pacisque ineffabili munere ditaſti; reſpice propitius ad preces noſtræ humilitatis, & ſuper hunc famulum tuum N. quem ſupplici devoti devotione in hujus regni Regem pariter eligimus, benedictionum tuarum dona multiplica, eumque dextera potentiæ tuæ ubique circunda, quatenus prædicti *Abrahæ* fidelitate firmatus, *Moyſi* manſvetudine fretus, *Joſue* fortitudine munitus, *David* humilitate exaltatus, *Salomonis* ſapientia decoratus, tibi in omnibus complaceat, & per tramitem Juſtitiæ in offenſo gradu ſemper incedat, & totius regni Eccleſiam deinceps cum plebibus ſibi annexis ita enutriat ac doceat, muniat & inſtruat, contraque omnes viſibiles & inviſibiles hoſtes idem potenter regaliterque tuæ virtutis regimen

Coronatio Galliæ Regis.

men administret, ut regale solium videlicet [c] *Saxonum, Merciorum, Nordanchimbrorum* sceptra non deserat, sed ad pristinæ fidei pacisque concordiam eorum animos te opitulante reformet, ut utrorumque horum populorum debita subjectione fultus cum digno amore glorificatus per longum vitæ spatium paternæ apicem gloriæ tua miseratione unitum stabilire & gubernare mereatur, tuæ quoque protectionis galea munitus, & scuto insuperabili jugiter protectus, armisque cœlestibus circundatus; optabilis victoriæ triumphum de hostibus feliciter capiat, terroremque suæ potentiæ infidelibus inferat, & pacem militantibus lætanter reportet, virtutibus, nec non quibus præfatos fideles tuos decorasti, multiplici honoris benedictione condecora, & in regimine regni sublimiter colloca, & oleo gratiæ Spiritus Sancti perunge. Per Dominum nostrum, qui virtute crucis tartara destruxit, regnoque diaboli superato, ad cœlos victor adscendit. In quo potestas omnis regnumque consistit & victoria, qui est gloria humilium & vita, salusque populorum, Qui tecum, &c.

Hic inungatur, inunctione Crismatis *& Olei de cœlo missi prius ab Archiepiscopo confecti in patena sicut in superius dictum est. Inungat autem Archiepiscopus eum primò in summitate capitis de dicta unctione, secundò in pectore, Tertiò inter scapulas, Quarto in Compagine brachiorum, & dicat cuilibet unctioni;*

Ungo te in Regem *de oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti.*

Dicant omnes. Amen.

Dum hæc unctio agitur, cantent assistantes hanc Antiphonam.

Unxerunt *Salomonem Sadoch* Sacerdos, *& Nathan* Propheta Regem in *Gyon*, & accedentes læti dixerunt, vivat Rex in æternũ.

Facta unctione & cantata Antiphona dicat Archiepiscopus hanc Orationem.

c Certe ista oratio facta primum pro Regibus *Anglo Saxonicis* quid enim *Galliæ* Regi cum istis gentibus unquã? Mirum igitur quod ista verba orationis, (quæ unicuique aptari potuit regi) hic relicta fuerint. *Bochellus* pro *Nordanchimbrorum* legit *Nordam, cimbrorum*, quod sine dubio legendũ erat *Nordhambumbrorum i. e. ultra Humbriam habitantium.* Cæterum ipsas Syllabas *Saxonici* Ceremonialis hic legi postmodum quis est, qui non videt?

Regis Galliæ unctio.

Coronatio Galliæ Regis.

Chriſte, perunge hunc Regem in regimen unde unxiſti Sacerdotes, Reges ac Prophetas, ac Martyres, qui per fidem viceruntregna, operati ſunt juſtitiam, atque adepti ſunt promiſſiones. Tua ſacratiſſima unctio ſuper caput ejus defluat, atque ad interiora deſcendat, & cordis illius intima penetret, & promiſſionibus, quas adepti ſunt victorioſiſſimi Reges, tuâ gratia dignus efficiatur, quatenus & in præſenti ſeculo feliciter regnet, & ad eorum conſortium in cœleſti regno perveniat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui unctus eſt oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis; & virtute crucis poteſtates aërias debellavit, tartara deſtruxit, regnumque diaboli ſuperavit, & ad cœlos victor aſcendit, in cujus victoria [f] manu omnis gloria & poteſtas conſiſtunt; & tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

[f] *manu victoria omnis gloria.* Bochellus.

Alia Oratio.

DEus electorum fortitudo & humilium celſitudo, qui in primordio per effuſionem diluvii mundi crimina caſtigare voluiſti, & per columbam ramum olivæ portantem pacem terris redditam demonſtraſti, iterumque Sacerdotem *Aaron* famulum tuum per unctionem olei Sacerdotem ſanxiſti, & poſtea per hujus ungventi infuſionem ad regendum populum *Iſraëliticum* Sacerdotes, Reges, ac Prophetas perfeciſti, vultumque Eccleſiæ in oleo exhilarandum per propheticam famuli tui vocem *Davïd*, eſſe prædixiſti: ita quæſumus, Omnipotens Deus Pater, ut per hujus creaturæ pingvedinem hunc ſervum tuum ſanctificare bene†dictione digneris, eumque in ſimilitudinem Columbæ pacem ſimplicitatis populo ſibi commiſſo præſtare, & exempla *Aaron* in Dei ſervitio diligenter imitari, regnique faſtigia in conſiliis ſcientiæ, & æquitate Judicii ſemper aſſequi, vultumque hilaritatis per hanc olei unctionem, tuamque bene†dictionem

nem te adjuvante toti plebi paratum habere facias. Per Dominum. *Coronatio Gallia Regis.*

Alia Oratio.

DEus Dei Filius, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui à Patre oleo exaltationis unctus eſt præ participibus ſuis, ipſe per præſentem ſacri ungvinis infuſionem ſpiritus Paracliti ſuper caput tuum infundat bene†dictionem eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc viſibili & tractabili dono inviſibilia percipere, & temporali regno juſtis moderaminibus executo, æternaliter cum eo regnare mereari. Qui ſolus ſine peccato Rex Regum vivit, & gloriatur cum Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, Per &c.

His dictis orationibus connectuntur Anſulæ aperturarum veſtimenti Regis ab Archiepiſcopo vel Sacerdotibus vel Diaconibus propter unctionem.

℟ *Benedictio cujuscunque regalis Ornamenti.*

g hæc inſcriptio ut & oratio ſequens in Bochello deſunt.

Deus Rex Regum, & Dominus Dominantium, per quem Reges regnant, & legum Conditores jura decernunt, dignare propitius bene†dicere hoc regale ornamentum, & præſta, ut famulus tuus, Rex noſter , qui illud portaturus eſt ornamento bonorum morum & ſanctarum actionum in conſpectu tuo fulgeat, & poſt temporalem vitam æternam gloriam, quæ tempus non habet, ſine fine poſſideat, &c.

Et tunc à Camerario Franciæ *induitur tunica jacinctina* [h], *& deſuper ſocco ita quod dexteram manum habet liberam in* [i] *apertura ſocci, & ſuper ſoccum elevatum, ſicut elevatur caſula Sacerdoti. Tunc ab Archiepiſcopo ungantur ſibi manus de prædicto oleo cœlitus miſſo ut ſupra, & dicat Archiepiſcopus:*

h *hyacinthina* i *copertura.* Bochel.

Regis Gallia manus ungantur.

Ungantur manus iſtæ de oleo ſanctificato, unde uncti fuerunt Reges, & prophetæ, & ſicut unxit *Samuel David* in Regem, ut

Coronatio Gallia Regis.

ut sis benedictus, & constitutus Rex in regno isto, quem Dominus Deus tuus dedit tibi ad regendum & gubernandum. Quod ipse præstare &c.

Deinde dicat Archiepiscopus hanc orationem.

Deus, qui es Justorum gloria, & misericordia peccatorum, qui misisti filium tuum pretiosissimo sangvine suo genus humanum redimere, qui conteris bella, pugnator es in te sperantium, & sub cujus arbitrio omnium regnorum continetur potestas, te humiliter deprecamur, ut præsentem famulum tuum N. in tua misericordia confidentem in præsenti sede regali benedicas, eique propitius adesse digneris; ut qui tua expetit protectione defendi, omnibus hostibus sit fortior. Fac eum, Domine beatum esse, & victorem de inimicis suis. Corona eum coronâ justitiæ & pietatis, ut ex toto corde, & tota mente in te credens tibi deserviat, sanctam Ecclesiam tuam defendat, & sublimet, populumque à te sibi commissum justè regat & nullis insidiantibus malis eum injustitia convertat. Accende, Domine, cor ejus ad amorem gratiæ tuæ, per hoc unctionis oleum, unde unxisti sacerdotes, Reges & Prophetas, quatenus justitiam diligens per tramitem similiter incedens justitiæ, post peracta à te disposita, in regali excellentia annorum curricula pervenire ad æterna gaudia mereatur. Per eundem &c.

Facta autem manuum unctione, jungat Rex ante pectus, Postea si voluerit Rex Cyrotecas *subtiles induere, sicut faciunt. Episcopi, dum consecrantur, ob reverentiam sanctæ unctionis ne manibus nudis aliquid tangant; primò ab Archiepiscopo benedicentur cyrotecæ in hæc verba sequentia:*

Oratio:

Benedictio Chyrotecarum.

Omnipotens Creator, qui homini ad imaginem tuam creato manus digitis discretionis insignitas tanquam organum intelli-

telligentem ad rectè operandum dediſti, quas ſervari mundas præcepiſti, ut in eis anima digna portaretur, & tua in eis dignè contrectarentur myſteria bene†dicere, & ſanctifi†ficare digneris hæc manuum tegumenta, ut quicunque Reges hiis cum humilitate manus ſuas velare voluerint, tam cordis quam operis munditiam tua miſericordia ſubminiſtret. Per Chriſtum. *Coronatio Gallia Regis.*

Et aſpergantur cyrotecæ *benedicta, deinde imponantur manibus Regis per Archiepiſcopum dicentem.*

Circunda, Domine, manus hujus famuli tui *N.* munditia novi hominis, qui de cœlo deſcendit, ut, quemadmodum *Jacob* dilectus tuus pelliculis edorum i opertis manibus paternam benedictionem oblato Patri cibo potuque gratiſſimo impetravit, ſic & iſte gratiæ tuæ benedicti†onem impetrare mereatur. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui in ſimilitudinem carnis peccati tibi obtulit ſemetipſum *Amen.* *indutio Cyrotecarum.* *i hædorum.*

Vel ſi Rex maluerit cyrotecas *non habere, tunc facta manuum unctione dictisque orationibus ad eam ſpectantibus Epiſcopi adſiſtentes cum cotone manus Regis abſtergant, & mica panis vel cum ſale fricent, deinde lavent ſibi manus, quibus lotis & manibus etiam Archiepiſcopi, benedicat Archiepiſcopus* Annulum *ſic dicens:* *abſterguntur Regi Galliæ uncto manus ſi chyrothecæ recuſet.*

Oremus.

Oratio.

DEus totius Creaturæ Principium & Finis, Creator & Conſervator humani generis, Dator gratiæ ſpiritualis, Largitor æternæ ſalutis, in quo clauſa ſunt omnia, tu Domine, tuam emitte benedicti†onem ſuper hunc annulum, ipſumque benedi†cere & ſanctifi†care dignare, ut, qui per eum famulo tuo honoris inſignia concedis, virtutum præmia Largiaris, quo diſcretio- *Benedictio annuli.*

Coronatio Gallia Regis.

nis habitum ſemper retineat, & veræ fidei fulgore præfulgeat, ſanctæquoque Trinitatis armatus munimine miles inexpugnabilis acies Diaboli conſtanter evincat, & ſibi veram ſalutem mentis & corporis proficiat. Per Chriſtum.

Hæc cum duabus precibus ſbenedictionibus ſequentibus deeſt in Bochello, *ſcribitur tertio in margine Ms.* Carolini, *jubeturque hic inſeri*

Benedictio Annuli.

DEus, cœleſtium terreſtriumque conditor creaturarum, atque humani generis benigniſſimus reparator, dator ſpiritualis gratiæ, omniumque benedictionum largitor, qui juſtitiam tuæ legis in cordibus credentium digito tuo, id eſt, unigenito tuo ſcribis. Tui magi in Egipti reſiſtere non valentes continuabant dicentes, Digitus *Dei hic eſt*, immitte Spiritum Sanctum tuum paraclitum de cœlis ſuper hunc Annulum arte fabrili decoratum, & ſublimitatis tuæ potentia ita eum emundare digneris, ac omni nequitia lividi venenoſique ſerpentis procul expulſa metallum â te bono Conditore creatum [k] munimine â cunctis ſordibus inimici maneat. Amen.

[k] *l. immune*

Alia Oratio.

BEne†dic Domine & ſanctiſfica Annulum iſtum, & mitte ſuper eum ſeptiformem ſpiritum tuum, quo famulus tuus eo fruens annulo fidei ſubarratus, virtute altiſſimi ſine peccato cuſtodiatur, & omnes benedictiones, quæ in ſcripturis Divinis reperiuntur, ſuper eum copioſè deſcendant, ut, quæcunque ſanctificaverit ſanctificata permaneant, & quæcunque benedixerit, ſpirituali benedictione benedicantur. Per &c.

Deinde datur ei ab Archiepiſcopo Sceptrum *in manu dextera*, *&* virga *in ſiniſtra*, *& in datione* Sceptri & Virgæ *dicentur iſtæ orationes. Sed notandum, antequam dantur* Sceptrum *&* Virga, *datur* Annulus, *& in datione* Annuli *dicitur hæc Oratio. Hic detur* Annulus, *& dicatur:* *Acci-*

Coronatio Gallia Regis.

Accipe Annulum ſignaculum videlicet fidei ſanctæ, ſolidi- *Traditio annuli.*
tatem Regni, augmentum potentiæ, per quæ ſcias triumphali potentia hoſtes repellere, hæreſes deſtruere, ſubditos coaduna-re, & Catholicæ fidei perſeverabilitati connecti.

Oratio poſt Annulum.

DEus, cujus eſt omnis poteſtas & dignitas da famulo proſpe-rum ſuæ dignitatis effectum, in qua te remunerante perma-neat, ſemperque timeat, tibique jugiter placere contendat. Per Dominum.

Dato Annulo, ſi tatim poſt detur Sceptrum in manu dextera, & dicatur hæc Oratio.

ACccipe Sceptrum Regiæ poteſtatis inſigne, virgam ſcilicet *Traditio Sceptri.*
regni, rectam virgam virtutis, quâ te ipſum benè regas, ſan-ctam Eccleſiam populumque videlicet Chriſtianum tibi â Deo commiſſum regia virtute ab improbis defendas, pravos corri-gas, rectos pacifices, & ut viam rectam tenere poſſint, tuo juva-mine dirigas, quatenus de temporali regno ad æternum regnum pervenias, ipſo adjuvante, cujus regnum, imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum.

Oratio poſt Sceptrum datum.

OMnium Domine fons bonorum, cunctorum Deus inſtitu-tor profectuum, tribue quæſumus famulo tuo N. adeptam benè regere dignitatem, & â te ſibi præſtitum honorem digna-re corroborare, honorifica eum præ cunctis Regibus terræ, uberi eum benedictione[l] locupleta, & in ſolio regni firma ſtabi- [l] *benedictio-ne* Bochell.
litate conſolida, viſita eum in ſobole, præſta ei prolixitatem vi-

Coronatio Gallia Regis.

tæ, in diebus ejus oriatur juſtitia, ut cum jocunditate & lætitia æterno glorietur in regno. Per D.

Poſt ſtatim ei datur Virga in manu ſiniſtra, & dicitur:

Traditio Virgæ, quam nunc, ni fallor, appellant la maine de Juſtice

ACcipe Virgam Virtutis atque æquitatis, quâ intelligas mulcere pios, & terrere reprobos, errantibus viam dare, lapſisque manum porrigere, diſperdasque ſuperbos, & releves humiles ut aperiat tibi hoſtium Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui de ipſo ait: Ego *ſum hoſtium per me, ſi quis introierit, ſalvabitur.* Et qui eſt clavis *David*, & Sceptrum domus *Iſrael*, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Sit tibi adjutor, qui adduxit vinctum de domo carceris ſedentem in tenebris, & umbra mortis, ut in omnibus ſequi merearis eum, de quo Propheta David cecinit: *Sedes tua, Deus, in ſeculum ſeculi, virga æquitatis, virga regni tui*, & imiteris eum, qui dixit: *diligas juſtitiam, & odio habeas iniquitatem, propterea unxit te* Deus, *Deus tuus oleo lætitiæ* ad exemplum illius, quem ante ſecula unxerat præ participibus ſuis Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

m *eſt in margine Ms.* Carolini *atque hic inferenda, non vero in* Bochello.

Benedictio Coronæ.

n *ex nomine a Cancellario ſi &c.* Bochellus.

DEus, tuorum corona fidelium, qui in capitibus eorum ponis coronam de lapide pretioſo bene†dic, & ſanctifica coronam iſtam, quatenus ſicut ipſa diverſis pretioſisque lapidibus adornatur, ſic famula tua largiente gratia repleatur. Per D.

o *& vocantur primo Laici, poſtea Clerici; & Clerici vocantur eo ordine quo dictum eſt ſuperius de ſedendo quibus &c.* Bochellus.

Poſt iſtam Orationem convocantur Pares n *nomine ſuo à* Cancellario *ſuo, ſi præſens eſt. Sin autem ab Archiepiſcopo: primò* o *Laici, poſteà Clerici, quibus vocatis & circumſtantibus Archiepiſcopus accipit de altari Coronam Regiam, & ſolus*

lus imponit eam capiti Regis. Qua poſita, omnes Pares *tam Clerici, quam Laici manum apponunt* p *coronam, & eam undique ſuſtentant, & ſoli Pares. Tunc Archiepiſcopus dicit iſtam orationem antequam coronam ſi tuet in capite, ſed eam* q *tenet ſatis altè ante caput Regis.*

Coronatio Galliæ Regis.

p *corona* Bochellus.

q *tenet* Bochellus moxque ſequuntur iſta verba. *Teneat metropolitanus Coronam alte primo duabus manibus, poſtea ſiniſtra tantum, quãdo benedixit.*

Oratio

Coronet te Deus corona gloriæ atque juſtitiæ honore, & opere fortitudinis, ut per officium noſtræ benedictionis, cum fide recta & multiplici bonorum operum fructu ad coronam pervenias regni perpetui, ipſo largiente, cujus regnum & imperium permanet in ſecula ſeculorum.

Qua Oratione dicta ponendo Coronam in capite r*, dicat Archiepiſcopus.*

r *quam ſemper tenet manu ſiniſtra* Bochellus.

ACcipe Coronam regni in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, s ut ſpreto antiquo hoſte, ſpretisque contagiis vitiorum omnium ſic juſtitiam, miſericordiam & judicium diligas, & ita juſtè & miſericorditer & piè vivas, ut ab ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto in conſortio Sanctorum æterni regni coronam percipias. Accipe, inquam, Coronam quam ſanctitatis gloriam & honorem, & opus fortitudinis intelligas ſignare, & per hanc te participem Miniſterii noſtri non ignores, ita ut, ſicut Nos in interioribus Paſtores, Rectoresque animarum intelligimur, ita t ut contra omnes adverſitates Eccleſiæ Chriſti defenſor aſſiſtas, regnique tibi à Deo dati, & per officium noſtræ benedictionis u in vice Apoſtolorum, omniumque Sanctorum regimini tuo commiſſi utilis executor, perſpicuusque Regnator ſemper appareas, ut inter glorioſos Athletas virtutum gemmis ornatus, & præmio ſempiternæ felicitatis coronatus, cum Re-

s *Sancti ut,* Bochellus.

t *ita tu contra* Bochellus.

u *benedictionis* Bochellus

Coronatio Gallia Regis.

demptore ac Salvatore noſtro, Chriſto, cujus nomen vicemque geſtare crederis, ſine fine glorieris; Qui vivit & imperat Deus cum Deo Patre in ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio poſt Coronam.

DEus perpetuitatis, Dux virtutum, cunctorum hoſtium victor, benedic [x] hunc famulum tuum tibi caput ſuum inclinantem, & prolixa ſanitate, & proſpera felicitate eum conſerva; & ubicunque pro quibus auxilium tuum invocaverit, cito aſſis & protegas ac defendas, tribue ei quæſumꝰ Domine divitias gloriæ tuæ, comple in bonis deſiderium ejus, corona eum in miſeratione & miſericordia, tibique Deo pia devotione jugiter famuletur. Per D.

[x] *benedic.* Bochellus.

Statim poſt iſtam Orationem dicatur iſta Benedictio.

EXtendat Omnipotens Deus dexteram ſuæ [y] benedictionis, & circundet te muro felicitatis, ac cuſtodia tua protectionis ſanctæ *Mariæ* ac beati *Petri* Apoſtolorum Principis, ſanctique *Dionyſii* atque [z] omnium Sanctorum intercedentibus meritis. Amen.

[y] *benedictionis* Bochellus.

[z] *Dionyſii atque beati Remigii atque* Bochellus.

Alia Benedictio.

INdulgeat tibi Dominus omnia peccata, quæ geſſiſti, & tribuat tibi gratiam & miſericordiam, & tribuat tibi gratiam & miſericordiam, quam humiliter ab eo depoſcis, & liberet te ab adverſitatibus cunctis, & ab omnibus inimicorum omnium viſibilium & inviſibilium inſidiis. Amen.

Alia Benedictio.

ANgelos ſuos bonos, qui te ſemper & ubique præcedant, comitentur, & ſubſequantur, ad cuſtodiam tui ponat, & à peccato,

cato, ſive gladio, & ab omnium periculorum diſcrimine ſua potentia liberet. Amen. *Coronatio Gallia Regis.*

Alia Benedictio.

INimicos tuos, ad pacis, caritatisque benignitatem convertat, & [a] bonis omnibus te gratioſum & amabilem faciat, pertinaces quoque in tui inſectatione & odio infuſione ſalutari induat, ſuper te autem participatio & ſanctificatio ſempiterna floreat. *Amen.*

[a] *bonis omnibus*, Boch.

Alia Benedictio. ¶

VIctorioſum te atque triumphatorem de inviſibilibus atque viſibilibus hoſtibus ſemper efficiat, & ſancti nominis ſui timorem, pariter & amorem continuum cordi tuo infundat, & in fide recta ac bonis operibus perſeverabilem reddat, & pace in diebus tuis conceſſa cum palma victoriæ, te ad perpetuum regnum perducat. Amen.

Alia Benedictio.

ET qui te voluit ſuper populum ſuum conſtituere Regem, & in præſenti ſeculo felicem æternæ felicitatis tribuat eſſe Conſortem. Amen. Quod *ipſe præſtare &c.*

Alia Benedictio dicenda ſuper eum [b].

[b] *Statim fiat iſta ſecunda benedictio.* Bochellus.

BEne†dic, Domine hunc Regem noſtrum, qui regna omnium Regum à ſeculo moderaris. Amen.

Alia Benedictio.

ET tali eum benedictio†ne [c] glorifica, ut Davidica teneat ſublimitate Sceptrum ſalutis, & ſanctificæ propitiationis munere reperiatur locupletatus. Amen.

[c] *benedictione* Bochellus.

Alia

Coronatio Gallia Regis.

Alia Benedictio.

DA ei tuo ſpiramine cum manſvetudine ita regere populum ſicut Solomonem feciſti regnum obtinere pacificum Amen.

Alia Benedictio.

TIbi cum timore ſit ſubditus, tibique militet cum quiete, ſit tuo clypeo protectus, cum proceribus, & ubique gratia tua victor exiſtat, Amen.

Alia Benedictio.

HOnorifica eum præ cunctis Regibus gentium, felix populis dominetur, & feliciter eum nationes adornent, vivat inter gentium nationes magnanimus, Amen.

Alia Benedictio.

SIt in judiciis æquitatis ſingularis, locupletet eum tua prædives dextera, frugiferam obtineat patriam, & ejus liberis tribuas profutura, Amen.

Alia Benedictio.

PRæſta ei prolixitatem vitæ per tempora, ut in diebus ejus oriatur juſtitia, à te robuſtum teneat regiminis ſolium, & cum jucunditate & judicio æterno glorietur regno. Quod ipſe præſtare dignetur, &c.

Alia Oratio.

OMnipotens Deus det tibi de rore cœli, & de pingvedine terræ habundantiam frumenti, vini, & olei, & ſerviant tibi populi, & adorent Te tribus, eſto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuæ, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur, & Deus erit adjutor tuus.

Alia

Alia Oratio.

Coronatio Gallia Regis.

OMnipotens benedicat tibi benedictionibus cœli desuper in montibus, & collibus benedictionibus abyssi jacentis deorsum benedictionibus uberum, & uvarum pomorumque, benedictiones Patrum antiquorum *Abraham, Isaac, & Jacob*, confortatæ sint super te per Dominum.

Alia Oratio.

BEnedic Domine fortitudinem Principis, opera manuum illius susci pe, & benedictione tua terra ejus de pomis repleatur de fructu cœli & rore, atque abyssi subjacentis, de fructu Solis & Lunæ, & de vertice antiquorum montium, de pomis æternorum collium, & de frugibus terræ, & de plenitudine ejus; benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput ejus, & plena sit benedictio Domini in filiis ejus, & tingat in oleo pedem suum, cornua Rinoceruntis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terræ, quia ascensor cœli auxiliator suus in sempiternum fiat. Per D.

Deinde coronatus Rex, *& ducatur per manum ab Archiepiscopo, concomitantibus paribus, tam prælatis quam laicis, de altari per chorum usque ad solium jam antea præparatum. Et dum Rex ad solium venerit, Archiepiscopus ipsum collocet in sede. Et hic Regis status designatur, & dicat Archiepiscopus.*

Sta, & retine à modo statum, quem huc paterna successione tenuisti, hæreditario jure tibi delegatum per auctoritatem Dei Omnipotentis, & per præsentem traditionem nostram, omnium scilicet Episcoporum, ceterorumque servorum Dei. Et quanto Clerum propinquiorem sacris altaribus prospicis; tanto ei potiorem in locis congruentibus honorem impendere

Coronatio Galliæ Regis.

memineris, quatenus mediator Dei & hominum te mediatorem cleri & plebis.

Hic faciat eum sedere Archiepiscopus tenendo eum per manum.

In hoc regni solio confirmet & in regno æterno secum regnare faciat, Jesus Christus Dominus noster, Rex Regum & Dominus dominantium. Qui cum Deo Patre &c.

Secundum usum aliquorum, maximè secundum usum Romanorum *post intronizationem & non ante, Metropolitanus inchoat, Canonicis prosequentibus.* Te Deum laudamus[d], *Quo finito dicit super Regem*:

[d] Laudamus *non dicitur nisi post Coronationem sequentem. Deo &c.* Bochellus.

Vers. Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua.

Resp. Justitia & Judicium præparatio sedis tuæ. Domine exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

DEus, qui victrices *Moysi* manus in oratione firmasti, qui quamvis ætate lateſceret infatigabili sanctitate pugnabat, ut dum *Amalech* iniqvus vincitur, dum prophanus Nationum populus subjugatur, exterminatis alienigenis hæreditati tuæ possessio copiosa serviret, opus manuum nostrarum pia mater orationis exauditione confirma. Habemus & Nos apud te, sancte Pater, Dominum Salvatorem, qui pro nobis manus suas tetendit in cruce, per quem etiam precamur altissime, ut ejus potentia suffragante, universorum hostium frangatur impietas, populusque tuus cessante formidine te solum timere [e] consistat. Per eundem [f] &c.

[e] *confidat.* Bochellus.

[f] sequitur in Bochello. *in ordinario* S. Dionysii *post intronizationem Regis ponitur* Professio *ejus ante osculum* Parium.

His

His expletis Archiepiscopus cum paribus coronam sustentantibus Regem taliter insignitum & deductum in solium sibi præparatum sericis stratum & ornatum, ubi collocavit eum in sede eminenti, unde ab omnibus possit videri. Quem in sede sua taliter residentem, mox Archiepiscopus mitra depositâ osculatur eum dicens, Coronatio Caliæ Regis.

Vivat Rex in æternum.

Et post eum Episcopi & Laici Pares, qui ejus coronam sustentant, hoc idem dicentes, g

His expletis manebit Rex sedens in suo solio, donec Regina fuerit consecrata, qua consecrata, & ad suam sedem reducta missa à Cantore primo & Succentore chorum servantibus inchoetur, & suo ordine decantetur.

g In Bochello sequitur *Hic incipiet Archiepiscopus* Te Deum, *quo incepto recedat.*

Oratio pro Rege.

QUæsumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus Rex noster N., qui tua miseratione Regni suscepit gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra devitare, & hostes superare, & ad te, qui via, veritas & vita es, gratiosus valeat pervenire. Per Dominum.

Secreta.

MUnera quæsumus Domine oblata sanctifica, & ut nobis unigeniti tui corpus & sangvis fiant, & N. Regi nostro ad obtinendam animæ corporisque salutem, & ad peragendum injunctum officium te largiente usquequaque proficiant. Per &c. h

Post communio.

HÆc Domine Oratio salutaris famulum tuum N. Regem nostrum

h Hic Bochelli exemplar istam habet notam. *Notandum autem quam* Pax Domini sit semper Vobiscum *dicatur, Archiepiscopus debet dicere hanc benedictionem super regem & super populum.* Deinde sequitur ista benedictio, & benedictio vexilli seu *auriflambii*, quæ hic etiam in fine adduntur.

Coronatio Gallia Regis.

ſtrum ab omnibus tueatur adverſis; quatenus & Eccleſiaſticæ, pacis obtineat tranquillitatem, & poſt illius temporis decurſum ad æternam proveniat hæreditatem. Per Dominum &c.

Quando legitur Evangelium, Rex & Regina debeat deponere Coronas ſuas. Notandum, quod lecto Evangelio, major inter Archiepiſcopos & Epiſcopos accipit librum Evangelii, & defert Domino Regi ad deoſculandum, & poſtea Regina & poſtea Domino Archiepiſcopo Miſſam celebranti. Poſt offertorium Pares deducunt Regem ad altare, Coronam ejus ſuſtinentes. Rex autem debet offerre panem unum. Vinum in urceo argenteo. Tresdecem Biſantos aureos, & Regina ſimiliter. In eundo autem & redeundo Gladius nudus defertur coram eo. Finita Miſſa iterum Pares adducunt Regem coram altari, & communicat corpus & ſanguinem Domini, de manu Domini Archiepiſcopi Miſſam celebrantis. Sed notandum eſt, quod ille, qui dedit ei Evangelium ad deoſculandum, debet poſt Pax Domini *accipere pacem ab Archiepiſcopo miſſam celebrante & deferre Regi cum oris oſculo, & Regina in* [i] *libro. Et poſt eum omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi, unus poſt alium, dant oſculum pacis Regi in ſuo ſolio reſidenti. Miſſa finita deponit Archiepiſcopus Coronam de capite Regis, & expoliato* Rege *de inſignioribus veſtimentis, & aliis indutis iterum imponit capiti ſuo Archiepiſcopas aliam Coronam minorem, & ſic vadit ad palatium nudo gladio præcedente. Et ſciendum, quod ejus Camiſia propter Sanctam unctionem debet comburi.*

[i] *cum libro,* Bochellus.

De Ampullæ reductione.

Sciendum, quod Rex *debet accipere de Baronibus ſuis nobilioribus & fortioribus in die coronationis ſuæ in aurora diei* [k] *mittere apud ſanctum Remigium pro ſancta Ampulla, & illi debent jurare Abbati & Eccleſiæ, quod dictam ſanctam Ampullam bona fide*

[k] *dici & mittere.* Boch.

ducent-

ducent & reducent ad sanctam Ecclesiam beati Remigii. Abbas autem hoc facto, debet sanctam Ampullam afferre, sicut superius est notatum. Finita consecratione & missa, debent iterum iidem Barones reducere sanctam Ampullam usque ad sanctum Remigium honorificè & secure, & eam restituere loco suo[1].

[1] Tantùm etiam in Bochello. hic vero sveta est conclusio *Explicit Consecratio & Coronatio Regis Francia.* Sed non habet Coronationem *Reginæ* hic sequentem. *Coronatio Reginæ Gallica.*

Ordo ad Reginam benedicendam.

QUæ debet consecrari statim post factam consecrationem Regis, debet ei parari solium in modum solii Regis. Debet tamen aliquantulum minus esse. Debet autem Regina *adduci â duobus Episcopis in Ecclesiam, & Rex in suo solio sedere, in omnibus ornamentis suis regiis, sicut in solio residebat post inunctionem, & Coronationem suam superius annotatam. Regina autem adducta in Ecclesiam debet prosterni ante altare, & prostrata debet orare, quâ elevata ab oratione ab Episcopis, debet iterum caput inclinare, & Archiepiscopus hanc Orationem dicere.*

Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & quod humilitatis nostræ gerendum est, mysterio tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dom. &c.

Deinde dicat Archiepiscopus hanc orationem.

OMnipotens, æterne Deus, fons & origo totius bonitatis, qui fœminei sexus fragilitatem nequaquam reprobando, potius adversaris, sed dignanter comprobando, potius eligis. Et qui infirma mundi eligendo, fortia quæque confundere decrevisti: quique etiam gloriæ virtutisque tuæ triumphum in manu *Judith* fœminæ, olim Judaicæ plebi de hoste sævissimo designa-

Coronatio Reginæ Galliæ.

re voluisti: respice quæsumus ad preces humilitatis nostræ. Et super hanc famulam tuam *N.* quam supplici devotione in Reginam eligimus, benedictio†num tuarum dona multiplica. Eamque dextera tuæ potentiæ semper & ubique circunda, sitque bono muniminis tui undiq; firmiter protecta, quatenus visibilis seu invisibilis hostis nequitias triumphaliter expugnare valeat. Et unà cum Sara atque *Rebecca, Lya & Rachel,* beatis reverendisque fœminabus, fructu uteri sui fœcundari seu gratulari mereatur, ad totius decorem regni; statumque sanctæ Dei Ecclesiæ regendum, nec non protegendum. Per Christum Dominum nostrum. Qui ex intemerato beatæ *Mariæ Virginis* alvo nasci, visitare, ac renovare dignatus est mundum: Qui tecum vivit &c.

Alia Oratio.

DEus, qui solus habes immortalitatem, lucemque inhabitas, inaccessibilem, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, qui fecisti, quæ futura sunt, & vocas ea, quæ non sunt, qui superbos æquo moderamine de principatu dejicis, atque humiles in sublime dignanter provehis. Ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut, Hester Reginam, *Israelis* causa salutis, de captivitatis suæ compede solutam ad Regis[m] assveti thalamum, regnique sui consortium transire fecisti. Ita hanc famulam tuam N. humilitatis nostræ benedicti†one Christianæ plebis gratia salutis ad dignam sublimemque copulam Regis nostri misericorditer transire concedas. Et ut in fœdere conjugii semper maneus pudica proximam virginitatis palmam continere queat; tibique Deo vivo & vero in omnibus & super omnia jugiter placere desideret. Et te inspirante, quæ tibi placita sunt, toto corde perficiat. Per Dominum nostrum, &c.

[m] *forte legendum* Assveri.

Alia

Alia Oratio.

Coronatio Regina Gallica.

Unctio Regina Gallica.

OMnipotens, ſempiterne Deus, hanc famulam tuam Cœleſti benedictione ſanctifica, & quam in adjutorio regni Reginam eligimus, tua ubique ſapientia doceat atque confortet, & Eccleſia tua fidelem famulam ſemper agnoſcat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Notandum, quod tunica Regina, & camiſia debeant eſſe aperte usque ad corrigiam, & Dominus Archiepiſcopus debet inungere eam oleo ſancto in capite, & in pectore, & dicere, dum inungit in qualibet unctione.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, proſit tibi hæc unctio olei in honorem & confirmationem æternam in ſecula ſeculorum. Amen.

Facta unctione dicat Archiepiſcopus,

Oremus.

SPiritus Sancti gratia humilitatis noſtræ officio in te copioſa deſcendat, ut ſicut manibus noſtris indignis oleo materiali oblita pingveſcis exterius; ita ejus inviſibili ungvine delibuta impingvari mereare interius ejus ſpirituali unctione perfectiſſimè ſemper imbuta, & illicita declinare tota mente, & ſpernere diſcas ſeu valeas, & utilia animæ tuæ jugiter cogitare, optare, atque operari queas.

Alia Oratio.

DEus Pater æternè gloriæ ſit tibi adjutor. Et omnipotens benedicat tibi, preces tuas exaudiat, vitam tuam longitudine dierum adimpleat, benedictionem tuam jugiter confirmet, te cum omni populo in æternum conſervet, inimicos tuos confuſione induat, & ſuper te Chriſti ſanctificatio ac hujus olei infuſio

Coronatio Reginæ Gallicæ.

fusio floreat. Ut qui tibi in terris tribuit benedictionem, ipse in cœlis conferat meritum Angelorum. Benedicat te, & custodiat in vitam æternam Dominus noster Jesus Christus. Qui vivit, &c.

Tunc debet ab Archiepiscopo Annulus *immitti digito, & dicere.*

Datur Reginæ Gallicæ Annulus.

ACcipe Annulum fidei signaculum Sanctæ Trinitatis, quò possis omnes hæreticas pravitates devitare, barbaras gentes virtute tibi præstita ad agnitionem veritatis advocare.

Sequitur Oratio Dominus Vobiscum.

Oremus:

DEus, cujus est omnis potestas & dignitas, da famulæ tuæ signo tuæ fidei prosperum suæ dignitatis effectum, in qua tibi semper firma maneat, tibique jugiter placere contendat. Per Dominum. &c.

Datur Reginæ Sceptrum cum Virga.

Post istam orationem datur ab Archiepiscopo Sceptrum *modicum alterius modi quam Sceptrum* Regium, *& virga consimilis virgæ* Regiæ. *Et in tradendo dicat Archiepiscopus.*

Accipe Virgam Virtutis & æquitatis, & esto pauperibus misericors & affabilis, viduis, pupillis, & orphanis diligentissimam curam exhibeas, ut Omnipotens Deus augeat tibi gratiam suam. Qui vivit & regnat.

Sequitur post dationem Sceptri & Virgæ hæc Oratio:

OMnipotens sempiterne Deus, affluentem Spiritum tuæ benedictionis super famulam tuam nobis orantibus propitiatus infunde, utque per manus nostræ impositionem hodiè Regina instituitur, sanctificatione tua digna, & electa permaneat, ut nunquam postmodum de tua gratia separetur indigna. Per Dominum.

Tunc

Coronatio Reginæ Gallicæ.

Tunc debet ei imponi à solo Archiepiscopo corona in capite ipsius, quam impositam sustentare debent undique Barones. Archiepiscopus autem debet dicere in impositionem Orationem.

Imponitur Reginæ Galli. cæ Corona.

Accipe coronam gloriæ & regalis excellentiæ, honorem jocunditatis, ut splendida fulgeas, & æterna exultatione coroneris. Ut scias, te esse consortem regni, populoque Dei semper prosperè consulas, & quanto plus exaltaris, tanto amplius humilitatem diligas atque custodias. Unde sicut exterius auro & gemmis redimita enites, ita & interius auro sapientiæ virtutumq; gemmis decorari contendas, quatenus post occasum hujus seculi cum prudentibus Virginibus sponso perhenni Domino nostro Jesu Christo dignè & laudabiliter ocurrens, regiam cœlestis aulæ merearis ingredi januam, auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Post impositam Coronam dicat Archiepiscopus:

OMnium Domine fons bonorum, & cunctorum dator provectuum, tribue famulæ tuæ N. adeptam bene regere dignitatem, & à te sibi præstitam in ea bonis operibus corrobora gloriam. Per Dom.

Domine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus, honorum cunctorum auctor & distributor, benedictionumque omnium largus infusor, tribue super hanc famulam tuam Reginam benedictionis gratiæ tuæ copiam, & quam humana sibi electio præesse gaudet, tuæ supernæ electionis ac benedictionis infusio accumulet. Concede ei Domine auctoritatem regiminis, consilii magnitudinem, sapientiæ, prudentiæ & intellectus habundantiam, religionis ac pietatis custodiam, quatenus mereatur benedici, & augmẽtari in nomine, ut *Sara*, visitari, & fœcundari, *ut Rebecca*, contra omnium muniri monstra vitiorum, *ut*

Coronatio Reginæ Gallicæ.

Judith, in regni regimine eligi, ut *Hester*. Ut quam humana nititur fragilitas benedicere, cœlestis potius intimi roris & sacri olei repleat infusio. Et quæ à Nobis coronatur & benedicitur in Reginam, à te mereatur obtinere in præmio æternitatis perpetuæ. Et sicut ab hominibus sublimatur in nomine, ita à te sublimetur fide & operatione. Illo etiam sapientiæ tuæ cum n rore perfunde, quem beatus *David* in repromissione, & Filius ejus *Salomon* percepit in locupletatione. Sis ei, Domine, contra cunctorum ictus inimicorum lorica, in adversis galea, in prosperis sapientia, in protectione clypeus sempiternus. Sequatur pacem, diligat caritatem, abstineat se ab omni impietate, loquatur justitiam, custodiat veritatem. Sit cultrix justitiæ & pietatis, amatrix religionis, vigeatque præsenti benedictione in hoc ævo annis plurimis, & in sempiterno fine fine æternis. Præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

n *leg. eam.*

Post istam Orationem Barones, qui coronam ejus sustentant, deducunt eam ad solium, ubi in sede parata collocatur circumstantibus eam Baronibus & Matronis Nobilioribus in oblatione. In pace ferenda, in oblatione penitus est ordo Regis superius annotatus observandus.

Notandum, quod, antequam Archiepiscopus dicat: Pax Domini *&c. debet dicere hanc benedictionem super Regem, & super populum. Sic*

Benedicat tibi Dominus, custodiatque te, & sicut voluit te super populum suum constituere Regem, ita in præsenti seculo felicem, & æternæ felicitati tribuat esse consortem. Amen.

Alia Benedictio.

o *& tua, Bochellus.*

CLerum ac populum, quem sua voluit Opitulatione o tua sanctione congregari, tua dispensatione & tua administratione, per diuturna tempora facias feliciter gubernari. Amen.

Alia

Alia Benedictio.

Coronatio Reginæ Gallicæ.

QUatenus divinis monitis parentes adversitatibus omnibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo ministerio fideli amore obsequentes, & in præsenti seculo pacis tranquillitate fruantur, & tecum æternorum Civium consortio potiri mereantur, Amen. Quod ipse parare dignerur, cujus regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen. Et benet†dictio P Dei Omnipotentis Pa†tris, & Fi†lii, & Spiritus † Sancti vos descendat & maneat semper. Amen.

P *benedictio* Bochellus.

Explicit ordo & officium in Consecratione Regis & Reginæ.

Deinde sequitur benedictio *Auriflambii* seu vexilli Sancti *Francia*. quæ in *Bochello* sequitur *Secretam* iisdem verbis.

Benedictio Vexilli.

INclina Domine aurem tuam ad preces nostræ humilitatis & per interventum beati *Michaelis* Archangeli tui, omniumque cœlestium virtutum, sed & beatorum Martyrum *Dionysii, Rustici & Eleutherii,* omniumque Sanctorum tuorum præsta Nobis auxilium dexteræ tuæ, ut sicut benedixisti *Abraham* adversus quinque Reges triumphantem, atque *David* Regem in tui nominis laude triumphales congressus exercentem, ita benedicere & sanctificare digneris hoc vexillum, quod ob defensionem Regni & sanctæ Ecclesiæ contra hostilem rabiem defertur, quatenus in nomine tuo fideles & defensores populi Dei illud consequentes per virtutem sanctæ Crucis triumphum & victoriam se ex hostibus acquisisse lætentur. Qui cum Patre &c.

In fine manuscripti hujus Regii, post subscriptionem *Caroli* additam legitur recentiore manu; sequentia de *Auriflambio*, seu vexillo.

Ceſt le Serement qui fait le Chevaler a qui le Roy
Baille a porter l'Oriflambe.

Vous jurez & promettez sur le precieux corps Jesu Christ

Coronatio Reginæ Gallicæ.

facre cy preſent & ſur le corps de Monſieur St. *Denys*, & ſes compagnons, que cy ſont que vous loyaulment en voſtre perſonne tendrez, & governerez l' Oriflambe du Roy Monſieur qui cy eſt, a l' oneur & profit de lui & de ſon Royaulme, & pour double de mort ne d' autre aventure qui puiſſe avenir ne la delairez. Et ferez par tout voſtre devoir comme bon & loyal Chivaler doit feire envers ſon ſouverain & droiturier Seignior.

Et hactenus de Coronatione Regum *Gallia* juxta illud Rituale. Plura verò exempla (quæ non in ſingulis congruunt exacte, neque cum *Carolino* hoc, neque cum *Rochelli*, ampliorem tamen ſuppeditant notitiam Ceremoniarum hic uſurpatarum) vide in libro *le Ceremonial de France* collecto à *Theodoro Godofroy* Advocato Parlamenti *Parienſis*, edito Pariſiis 1619. Habes illic coronationem Reginæ *Claudiæ* primæ Conjugis *Franciſci I.* & *Eleonoræ Auſtriacæ* ſecundo nuptæ: item *Henrici II.* ejusque uxoris *Catharinæ de Mediciis*, Reginæ *Elizabethæ*, quæ nupſerat *Carolo IX.* ut & *Henrici IV.* quam deſcripſit *Monſieur Nicholas de Thou*, Epiſcop. *Carnutenſis* ubi *Henricus* iſte Coronatus eſt. Multa ſunt in exemplis iſtis, eorum tradentia Ceremonias, nonnunquam à Rituali diverſas. Specialia igitur cum ſint exempla, & facile acquiri poſſunt, hic omitto.

VI. Ultimum hac in libri Parte prima promiſſum eſt Corollarium de *Præcedentia* ſummorum Principum, certe non dedecens ſubjectum quod tractamus: nam habere *Præcedentiam* relative quoque Honoris titulus eſt, naſcens ex ſingulari dignitate fundata in titulo ei qui præcedit attributo. Verum hic non eadem utor methodo qua in aliis diviſionis meæ partibus: neque diſputo in utramque partem; multóminus pro alterutra definitio. Neque confido poſſe me id facere minore cum offenſa quam cum ſatisfactione aut modeſtia. Neque Teſtimonia huc accerſenda ſat lucis præbent ad determinandam litem: ad minimum raro eam præbent, ac pauciſſimorum tantum gratia. Nam quæſtiones, ea de re agitatas, vel ſine fine diſceptarunt utriusque partis legati, Agentes, ſubditive, vel compoſuerunt communes utrique amici, ceu mediatores cum proteſtatione ſervandi juris cuique parti competentis in futurum; aut

alia

alia quadam tranſactione ad præſens tantum tempus limitata; unde nulla definitio plenaria elici poteſt. Deciſiones etiam alicubi factæ, utplurimum non ſatisfeceruntPrincipibus,contra quos pronunciarunt, revocantibus ipſis potius quæſtionem, nova oblata occaſione, & rejicientibus omnino Deciſiones illas. Neque neceſſe eſt ut aliter fiat intuitu poteſtatis illius,qui decidit litem.Quis enim judex eſſe poterit cum poteſtate coactiva inter duos Principes ſupremos? Neque decet, me judice, privatum (in cauſa cujus defenſio vulgo plena eſt invidiæ & ambitionis æque in poſſidente, ac prætendente ſeu æmulo) aſſumere Judicis vel Advocati munus pro vel contra aliquem litigantium, niſi hæc ipſi provincia à Summo principe demandata fuerit. Elegi hac de cauſa potius indicare (per modum Catalogi) Tractatus. Deciſiones,exempla primaria, Quæſtiones, tranſactiones, & quicquid præter ea occurrit; quam ex illis formare concluſionem aliquam. Sic confido me æque poſſe gratiam mereri per enumerationem iſtam, apud harum rerum curioſos, ac declinare tum invidiam tum pericula, meas Concluſiones ſectantia. Sicut autem Titulo Regis, denotanti ordinarie ſummum Principem, vel qui ſuperiorem non agnoſcit, conjunximus & ſubordinatos Principes hoc elogio decoros; ſic & in teſtimoniis hic collectis, exempla nonnunquam eſſe poterunt Regum qui pro Subordinatis æſtimantur. Atque hac ratione omnia iſta congruent primæ parti, ubi ambæ dignitates fuerunt pertractatæ. Jam ergo ſequitur enumeratio, ordine non alio quam quo teſtimonia occurrunt. *cap.3.§.4.*

I. *Tractatus de Præcedentia Hominis Autore D. Jo.Baptiſta Leonellio Bartholino I.C.P. In paterno Peruſino Gymnaſio Juris Canonici Profeſſore ordinario.* excuſus *Peruſ.* 1601. hic inter alias de præcedentia quæſtiones diſputat Autor *quæſt.* 11. *art.6. An principes differant inter ſe ratione Potentiæ & quomodo?* nihil autem habet de aliquoPrincipe in ſpecie.

II. *Apologia Henrici Bebelii Juſtingenſis Svevi pro Majeſtate & Præcedentia Imperatoris & Imperii Germanorum contra Leonhartum Juſtinianum.* Scripta eſt ante C. annos, & extat in *Goldaſti Politic. Imperial. part.*11. *p.*586.

III. *Sereniſſimus Romanorum Rex, & Chriſtianiſſimus Francia Rex; uter alterum præcedat?* diſputat *Antonius Quetta* apud *Goldaſtum in Polit.*

Polit. Imperial. part. II. *p.* 596. ſcriptus eſt liber an. 1536. vide & juxta illum *Matthiam Stephani Pomeranum in Synopſi utiliſſima materiæ juriſdictione lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 2.

IV. *Bernardi Zieritzii Brandenburgenſis de Principum inter ipſos dignitatis prærogativa* Commentatiuncula *Jenæ.* 1612.

V. *Reſponſum Oratorum* Caroli IX. Francorum *Regis, die XXI. Maji* A. *D.* 1563. *ad Proteſtationem Oratoris* Philippi II. Hiſpaniarum *Regis ſuper præcedentia, quam adferebat ſibi deberi proximam* Ferdinandi Romanorum Imperatoris *ad Concilium Tridentinum Oratori.* Impreſſam in fine Ceremonialis Gallici ann. 1619. editi *Pariſiis* à *Theodoro Godefroy* Advocato Parlamenti ibidem.

VI. *Inter Principes* (inquit *Bodinus de Republ. lib* 1. *cap.* 9.) *quædam dignitatis prærogativa antiquioribus Principibus ac Rebuspubl. deberi videtur, tametſi opibus ac potentia inferiores ſint:* quod congruit ſententiæ *Jovis* apud *Lucianum* inter *Herculem* & *Æſculapium* litigantes de præcedentia in cœlo. Εὐγνώμων ait *Jupiter* πρεσβυτέρῳ τὸν Ἀσκληπιὸν, ἀπὸ κῆ πρότερον ἀποθανόντα; *æquum eſt ut Æſculapius præcedat, ceu prior mortuus,* vel *prior cœlum ingreſſus.* Ibidem *Bodinus* multa habet ſpecialia pro Rege *Galliæ,* cujus fuit ſubditus.

VII. *Raiſons & cauſes de Preſeance entre la France & l' Eſpagne, preparés par une nommé Auguſtin Cavnato Romani pour l' Eſpagne & traduites d' Italien en Francois. Enſemble les reſponſes & defenſes pour la France a chacun d' icelles, par N. Vignier de Bar ſur Seine Hiſtoriographe du Roy. Pariſ.* 1608.

VIII. *De l' excellence des Roys du Royaume de France traitant de la preſeance, primier rang, & prærogatives des Roys de France par deſſus les autres & des cauſes d' icelles Pariſ.* 1610. Autor eſt *Hieronym. Bignonius,* Ac de *Gallia* Regis loco vide *Matthæum Pariſienſem* enarrantem convivium, quo iſte excepit Regem noſtrum *Henricum III.* Regemque *Navarræ* ann. 1254. pag. 1200. *edit, Londinenſ.*

IX. *Joban. Ferhault & Carolus de Grafſaliis* ſcripſerunt *Jura & Privilegia Regum Franciæ.*

X. *De Dignitate Regum regnorumque Hiſpaniæ & honoratiori loco eis ſeu eorum Legatis à Concilio ac Romana ſede jure debito, auctore Doctore Jacobo Valdeſio in Cancellaria ſummoque Prætorio Granatenſi auditore Regio,*

Regio, &, in Pinthiana Academia in prima Iuris Canonici Cathedra, Iubilo donato. Granata 1602.

XI. Vide Concilium *Constantiense* sess. 21. & 26. ubi aliqua sunt pro loco Legatorum Regum *Angliæ Castiliæ* & aliorum cum protestatione generali servati juris præcedentialis omnium, vocem & locum illic habentium. Similis Protestatio seu decretum huc tendens legitur in sessione 1. Concilii *Basileensis*, *Tridentini*, & alibi *Lovanii* vero anno 1517. edita est *Nobilissima disputatio super dignitate & Magnitudine Regnorum Britannici, & Gallici habita ab utriusque Oratoribus & Legatis in Concilio Constantiensi*; id fuit ætate *Henrici* nostri V. & *Caroli VI. Galliæ* R. Accepit eam ex Concilii Constantiensis actis, in illa Ecclesia asservatis, publicavitque Dominus *Robertus Wingfield* Legatus *Henrici VIII.* ad Imperatorem *Maximilianum I.* cum quo *Constantii* fuit ac descripsit. Est ei etiam Epistola præfixa ad *Robertum Wingfield* scripta à *Richardo Lepido* Bartholino, pro *Regum Angliæ* prærogativa. Epistolæ aliæ MSS. eandem concernentes sunt in thesauro inæstimabili Dn. *Roberti Cottoni* Bibliotheca, præter alia collectanea recentiorum temporum. Imprimis vero possidet antiquum MS. omnia Acta *Constantiens.* Concilii continens, ubi nonnulla sunt, de eorum disputationibus in expressis Concilii editionibus non reperienda. Habet etiam quædam inde de *Angliæ* Præcedentia *D. Usherius Episcopus Methensis* in epistola sua de Religione antiquorum *Hiberniæ* incolarum. p. 95.

XII. Disputatio MS. in Concilio *Basileensi* inter Oratores *Iohannis II. Castiliæ* (*Alphonsus Garsia* Legum Doctor & Decanus *Compostellæ* ac *Segoviæ* pro *Castilia* eam perfecit) ac Oratores a *Henrici VI. Angliæ* Regis de Præcedentia est penes *Robertum Cottonum.*

a *qui fuerint isti apparet ex eorundem commissione impressa in Notis ad Ead-merum. pag. 214.*

XIII. *Discorso sopra la precedenza tra Spagna & Francia* MS. in eadem Bibliotheca autore *Augusto Cavallio Romæ* mense *Februario 1564*, cum specialibus nonnullis de eadem materia. Occasio ejus fuit lis inter *Gallos & Hispanos* in Concilio *Tridentino*, de qua vide etiam Historiam Concilii istius lib. 7. pag. 663. lib. 8. pag. 713. 714. 727. seq. Anglicanam, nec non *Thuani Hist. lib. 32.*

XIV. *Iulium II.* Pontificem definivisse de præcedentia litem inter Oratores *Angliæ & Hispaniæ* narrat ex *Volaterano Philippus Honorius in sua Praxi Prudentiæ Politicæ pag. 76. edit. 1610.*

XV.

XV. *De Regis Catholici Præstantia, ejus Regalibus, Iuribus, & Prærogativis Commentarii, Camillo Borello I. C. Equite aurato & Palatino Comite authore.* Inscribuntur seu dedicantur *Philippo III. Hispan. Rege. Mediol,* 1611.

XVI. De Dignitate *Franciæ & Hispaniæ* vide *Lancelotum Conradum in Templo omnium Iudicum* lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 12. 13. & seq.

XVII. De Præcedentia *Franciæ* nonnulla congessit *Theodorus Godefroy* Advocatus Parlamenti Parisiensis, in notis ad *Historiam Caroli VI. scriptam à Iuvenale Archiepiscopo* Rhemensi. Paris. 1615.

XVIII. *Iosias Nolden de statu Nobilium civili Synoptica tractationis cap. 9.* juxta opinionem propriam collocavit Imperatorem & Reges Christianos alios, *Giessæ* 1623.

XIX. *Martino V,* P. M. Concilium generale *Papiense* indicente, deinde ob pestem *Senas* transferente, *Henricus VI.* Rex *Angliæ* & *Franciæ* de avisamento Consilii sui nominat Episcopum Cicestriensem (ut existimo *Thomam* Polden) & *Bernhardum de Planhea* Doctorem Iuris Canonici Prioremque *S. Mariæ de Solaco in Gvienna,* ut essent procuratores sui junctim & sigillatim *ad petendum & obtinendum* (ut verba sonant in prima persona) *à sanctissimo in Christo Patre Domino Martino Sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifice humillima ac debita cum instantia, aliove sacri proximo futuri Generalis concilii Præsidente quocunque Locum sive sessionem in eodem concilio nobis ratione coronæ nostræ Franciæ debitum ac debitam quem & quam progenitores nostri Reges Franciæ per se & suos* Ambassiatores *tenere, & occupare consueverunt temporibus retroactis, in & usque adventum* Ambassiatorum *nostrorum, quos ad concilium ipsum Generale de avisamento consilii nostri prædicti in proximo mittere deliberavimus,* Ambassiatoribus *ipsis nostro nomine vacuum & vacuam reservari & custodiri: & in eventu quæ nobis denegetur (quod nollemus) de jure nostro protestando, & in ea parte appellando, ipsâq; protestationem & appellationem debitè prosequendo nec non omnia alia & singula facienda & exercenda, quæ in hâc parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna datum 4to Maii. 1. Henric. VI. & inserta rotulis Franciæ I. & II. Henric. VI. membran. 17.*

XX. Ordo seu enumeratio Imperiorum & regnorum in Provincialibus *Romanis,* quorum plura extant Mss. vulgo male congruentia,

tia. Nonnulla & typis excusa prostant; sed neque ista consentiunt semper. In *Gallorum* etiam *Sanctione Pragmatica*, edita cum glossa *Cosmæ Guimieri Parisiis* 1621. (pag. 1065) reperitur ordo Christianorum Regnorum, ut puto, ex illo Provinciali. Sic in *Simphoriani Champerii Mimbilium Divinorum humanorumque volum. 4. pag. 24 b. excuso Lugduni 1517.* & in *Petri Rebuffi Praxi beneficiorum part. 3. pag. 440.* Provinciale multa habet de Christianis Regibus.

XXI. *Bartholomæus Chassanæus in suo Catalogo Gloriæ mundi part. 5. Consil. 27. 28. 29. 30. 31. 37. 38. & part. 12. cons. 56. & 57.* disputat de Prærogativis omnium vel plurimorum Christianorum Regum. *In part. 5. cons. 29. & 40.* de Reginis. Habet etiam ordinem regnorũ ex Romano Provinciali *part. 5. consil. 31.* ubi errat deceptus corruptis Decretalium editionibus recentibus inter illa *Regem Wincheſtriæ.* Occurrit quidem *Taucredus Rex Wincestriæ* in nonnullis Decretalium exemplaribus, sed legendum *Richardus Rex Visigothorum*; ut & optimæ habent editiones. Verum ejusmodi errata grandia rara non sunt vel in Corpore antiquo, vel in Doctoribus Legum indoctis.

Extr. de Probat. cap. 1. ex epistolis.

Patet ex B. Gregor. lib. 7. ep. 122.

XXII. *Simonis Majoli Episcopi Vulturarienſis Dierum Canicularium tom. 5. coll. 5. p. 1151. de Dignitatum & Sessionum differentiis*, multa allegat pro regnis variis: in specie verò largius tractat *Hispaniam & Galliam* attinentia.

XXIII. In Historia Concilii Tridentini narratur Controversia inter Oratores *Hungariæ* & *Portugalliæ* Regum, de prioritate legendarum epistolarum à Regibus suis scriptarum. Nulla enim hic de loco lis oriri poterat, quoniam Laicus erat alter, & Clericus alter, adeoque diversa occupabant loca. Hic igitur tempus epistolarum exhibitarum attendebatur, non dignitas Principis, sicque lis definita. lib. 6. fol. 480. edit. Anglicanæ.

XXIV. *Excellencias de la Monarchia y Reyno de Espanna* Authore *Gregorio Lopez de Madera.* Fisci Advocato sub *Philippo II* in Cancellaria *Granatensi* edit. Vallidoletanæ, 1597. neque pigebit hic videre *Antonii a Gama* Decisionem primam.

XXV. *Restaurus Castaldus* in *Italia* Doctor utriusque juris, *de Imperatore.* Vide ejus *quæst. 3. & 18. §. 7. 8. 9. quæst. 53. 66. 67. 68. 94. §. 1.*

XXVI. *Antonius Corsetus* Professor Juris Canonici *Patavinus*, multa habet de prærogativa summorum Principum in de *Potestate regia part. 3.*

XXVII. *Martinus de Caraziis Laudensis Practicabilis Tractatus de Principibus quæst. 17.*

XXVIII. *Nicolai Boërii Tract. de ordine & Præcedentia graduum* utriusque fori part. 1. §. 12. de *Imperatore & Gallia Rege.*

XXXIX. *Andreas Tiraquellus* examinat quæstionem de præcedentia Gemellorum (si forte contigerit eorum in regno successio) quorum priores in nascendo indagari nequit, ut etiam aliorum junctim Imperatorum & junctim Regum: ut *Gratiani, Valentiniani & Theodosii.* Vide ista in ejus *de jure Primigeniorum. quæst. 19.*

XXX. Præcedentia etiam in nominibus variorum regnorum non dependentium à se Invicem, nec ab aliis in stylo Regum, plura quam unum possidentium regna, hic observari meretur. Nam absque alio respectu ad dignitatem, ut plurimum in ejusmodi casibus, regnum illud primo nominatur, cujus vigore perficitur instrumentum, nomenque præfigitur. Sic *Henricus VI.* noster in diplomate (tanquam Rex *Galliæ* scribitur *Roy de France & d' Engleterre;* prout video in antiquo diplomate istius Regis dato in *Schene* XVIII. *Januarii* anno regni XIX. quo concedit dilecto fidelique avunculo suo *Johanni* Vicecomiti *& Domino de Beaumont* Vicecomitatum *Beaumontii* in *Gallia* ad ipsum transeunte (ut ibi loquitur) ob rebellionem *Johannis* Ducis *Alenconii.* Apographum ejus Communicavit mecum eruditissimus ac Dignissimus Vir *Johannes Beaumont* de *Grace Dieu.* Sic Majestas sua hodienum in literis patentibus Sigillo *Scotiæ* munitis, scribitur *Scotiæ, Angliæ, &c. Rex* apud nos verò *Angliæ, Scotiæ,* &c. Rex *Hispaniarum Philippo II.* qui per Connubium *Mariæ* Reginæ etiam *Angliæ* Rex erat, collocavit in titulis primo *Castiliam,* deinde post nonnulla regna sua alia *Angliam & Galliam* intra *Arragoniam* & *Navarram* sic: *Philippe por la Gracia de Dios Rey de Castella, de Leon, de Arragon, de Inglatierra, de Fmncia, de Navarra, de Napoles, de Sicilia* &c. Leguntur nomina ista in literis patentibus 16 Decembr. 1557. quibus munivit Catechismum vel summam Religionis Christianæ impressum *Latine, Germanice, Gallice & Hispanice, Antwerpiæ* anno proxime secuto, *por mandamiento y autoridad d' el Sereniśimo Rey d' Espanna, d' Inglatierra, Francia y Napoles,* ut titulus habet. Stylus verò conjunctus reginæ nostræ *Mariæ* (postquam factus esset morteo *Carolo V. Hispaniarum* Rex) *Angliam* primo collocavit, *Galliam* verò post *Hispaniam,* & *Hiberniam* post *Neapolim, Siciliam & Hierosolymam* sic: *Rex & Regina Angliæ, Hispaniarum, Franciæ, utriusque Siciliæ, Jerusalem & Hiberniæ, Fidei defensores; Archiduces Austriæ, Duces Burgundiæ &c.* Cum verò Hispaniarum Princeps tantummodo

modo essettalis fuit titulus: *Rex & Regina Angliæ, Franciæ, Neapolis, Jerusalem & Hiberniæ, fidei defensores, Principes Hispaniarum, & Siciliæ &c.*

XXXI. Sic videmus Præcedentiam concessam ex causis specialibus nulla habita ratione dignitatis Rerumpubl. & Regnorum. Cum 20 Maji 1604. *Thomas* Comes *Dorsetensis*, Magnus Angliæ Thesaurarius, Comes *Nothinghamiæ Ammirulius* Comites item *Devoniæ & Northamtoniæ* & Dominus *Cecilius* Primus Secretarius designarentur ad tractationem cum Domino *Juan de Taxis Conde de Villa Mediana* Legato Hispanico & *Signior Alessandro Rovido* Senatore *Mediolanense* Commissario Regis Hispanici, Comite item de *Arembergh* & Præside *Richardot* & Auditore *Verreyken* ab Archi Ducibus delegatis, de pace inter S. Majestatem suam ac Principes istos: Omnes convenerunt in Consilii Camera ædium *Sommersetensium*, ubi *expedire visum, ut Commissariis dictis* verba sunt diarii tractationem istam recensentis) *locus ad mensam dexter assignaretur, intuitu honoris eximii Majestati suæ exhibiti, quod dictos Commissarios in regnum hoc ad pacificationem misisset.*

XXXII. Observari meretur, quod ad declinandas lites de præcedentia inter summos Principes, sæpe promiscue in sermone proferantur, ne aliquod inde lucrum, nec præjudicium alicui accressat. In Fœdere *Anglo Hispanico* 1604. Artic. 31. enumerantur fœdere illo comprehensi (ex parte Regis *Angliæ*) post Imperatorem & liberas civitates, Dux *Lotharingiæ, Sabaudiæ, Brunsvici, Luneburgi, Megapolis* & alii nonnulli Principes ac Status Imperii, tum Reges *Franciæ, Poloniæ, Sveciæ, Daniæ*, nominantur cum Duce ac Republ. *Venetorum*, Duce *Holsatiæ*, nec non Magno Duce *Hetruriæ*. Similis ordo observatus in articulo 32. cum enumerantur è Regis *Hispanici* partibus fœdere inclusi.

XXXIII. In discursibus *de jure Publico Volum. 2. disc. 24. p. 723.* reperitur unus scriptus à *Georgio Gumpelzhaimer* JCto. Imperiali *de Regibus* & in sect. 112. 113. &c. plurima occurrunt specialia de prærogativa Regum *Romanorum, Bohemiæ*, & aliorum in *Europa.*

XXXIV. *Conference des Prerogatives & Ancienneté & de Noblesse de la Monarchie, Roys, Royaumes, & maison Royale de France, avec toutes les autres Monarchies, Roys, Rogaumes & Maisons Royales, que sont en l'escendre de nostre Europe*, autore *Claudio de Rubis* Consiliario *Lugdunensi* ibidem 1614.

XXXV. *Letters d'un Francois, sur certain discours faict pour la preseance du Roy d'Espagne*, extat in volumine primo *Memoires de la ligve pag. 709.*

XXXVI. De controverſia *Gallorum* cum *Hiſpanis* vid. *Pierre Mathieu* in Hiſtoria *Galliæ, l. 1. Narrat. 2. §. 7.* Ubi narrat congreſſum Oratorum utriusque Regis in Pacificatione *Vervinenſi.* De *Anglorum* etiam prærogativa quædam affert *libr. 7. narrat. 1. §. 13. ſeq.*

XXXVII. *Onuphrius* in fine vitæ *Pij IV.* obſervatione dignum quid refert de illa *Gallorum Hiſpanorumq;* lite, ut & *Cicarella* invita *Sixti Quinti*, ad Canonizationem *S. Diego.* Diligens etiam illa eſt collectio *Andreæ Favini* Advocati Parlam. Pariſ. in *Theatre d' Honneur & de Chevalerie liv. 2. pag. 704.* &c. ubi & aliorum interſerit teſtimonia.

XXXVIII. In hac enumeratione autorum de præcedentia Summorum Principum, me judice locum meretur Diploma illud *Petri I.* Regis *Caſtellæ* ſub magno ſuo Sigillo ad regem noſtrum *Edvardum III.* nec non ad *Nigrum Principem* ac omnes Reges Principesque *Angliæ*, iſtorum Succeſſores; præſertim qvoniam nondum publicam aſpexit lucem, imò quantum memini, nulla ejus fit mentio apud Scriptores alterutrius gentis. *Petrus* Rex ob tyrannidem ſuam regno ejectus A. MCCCLXVI. à fratre ſuo *Henrico Conde in Treſtamara, ſeu Henrico II. Caſtellæ*, in *Gvaſconiam* fugit ad Principem nigrum tum *Bajonæ* commorantem, qui illum ſplendidiſſime excepit. Rex fugitivus tum in perpetuam memoriam ſingularis iſtius favoris agniti, tum in maximum incrementum honoris, quem tunc imaginatione concipere potuit, Principi & Regi Angliæ offerendi, per inſtrumentum magno ſuo Sigillo roboratum conceſſit *Edvardo* Regi & Principi, eorumque hæredibus & Succeſſoribus, Regibus Principibusque *Angliæ*, ut quandocunque placuerit ipſis præſentes eſſe in bellis cum quocunque Rege *Caſtellæ* contra Regem aliquem *Granatenſem*, vel alium quemcunque inimicum fidei Chriſtianæ, primum debeant habere locum in prima acie præ omnibus aliis Chriſtianis & Principibus, & licet neuter ibi præſto ſit ipſe, debeant tamen Reges *Caſtellæ* eorumque ſucceſſores curare, ut ſemper vexillum Anglicanum illo in loco geſtetur. Continentur ibidem & alia privilegia univerſæ *Anglicanæ* genti, ut & *Gvienne* incolis promiſſa.

Petrus DEI gratia Rex Caſtellæ & Legionis, omnibus præſentibus pariter & futuris præſentes literas inſpecturis, lecturis & etiam audituris ſalutem & fidem plenariam eisdem adhibere. Cùm in largitione, donatione & conceſſione privilegiorum, libertatum, franquefiarum ac honorum prærogativa, illis nos liberales & gratioſiores reddere debeamus, à quibus multiplicia beneficia & bo-

nores

nores nos recognoſcimus recepiſſe; Cumq; Illuſtriſsimus Rex Angliæ & Edwardus ejus primogenitus Princeps Aquitaniæ & Walliæ, Conſanguinei noſtri nos & Prædeceſſores. Noſtros Reges Caſtellæ retroactis temporibus fuerint favorabiliter proſequuti & ſpecialiter cum nuper per Henricum quondam Comitem de Treſtamare, qui facta cum quibuſdam ſuis complicibus coadunatione Regna noſtra invaſit, uſurpavit & etiam occupavit more prædonicô, & hoſtili & ea indebitè detinet occupata, de regno in Regnum ac Dominio in Dominium & loco in locum ad mortem Nos eſſet inſequutus, â, qua proſequutione per receptionem dicti Domini Principis in terra ſua de Nobis factam fuerimus libenti, & per ipſum ac gentes ſuas confortati ac honorabiliter recepti & tractati; Nos memores dicti accepti beneficii & in aliqualem præmiſſorum Recompenſationem, & aliàs de noſtra certa ſcientia, ſpeciali dono, ac regiâ donatione & poteſtate damus & concedimus, pro Nobis, Hæredibus & Succeſſoribus Noſtris Regibus Caſtellæ per præſentes dicto, Illuſtriſſimo Regi Angliæ & Edwardo ejus primogenito Principi Aquitaniæ & Walliæ quod quandocunque idem Rex & ejus primogenitus, qui nunc ſunt aut eorum hæredes & ſucceſſores Reges Angliæ, & eorum primogeniti, qui pro tempore, fuerint, voluerint venire in propria perſona ad Guerram, quam Nos habebimus aut Hæredes Noſtri Reges Caſtellæ habebunt contra Regem Gmnatæ aut alios Fidei inimicos quòd iidem Reges & eorum primogeniti habeant primùm bellum ſive la delanterre ante omnes mundi chriſtianos, & omni tempore, ita tamen quod Nos poſſimus & hæredes Noſtri Reges Caſtellæ ſi voluerimus ponere vexilla noſtra in dicto bello pariter cum vexillis Regis Angliæ vel ipſius Primogeniti. Item quòd ſi contigerit dictos Reges aut eorum primogenitos ad Guerram, quam Nos & Hæredes Noſtri habebimus contra Regem Gmnatæ aut alios fidei inimicos non venire, aut nolle vel non poſſe venire, volumus & concedimus, quod unum vexillum de armis Regis Angliæ ſit omni tempore in dicta Guerra in primo bello ſive en la delanterre honorificè prout decet noſtris & ſucceſſorum Noſtrorum Caſtellæ Regum propriis ſumptibus & expenſis. Item quia patria ejusdem noſtri Conſanguinei plurima damna & expenſas innumerabiles ſuſtinuit tempore quo ipſe pro noſtro ſuccurſu exercitus ſuos congregabat prout oculis propriis conſpeximus, licet flebiliter gereremus, & recompenſationem præmiſſorum, privilegiamus volumus ac concedimus quod omnes homines, incolæ, Nobiles, peregrini cujuscunq; ſtatus, ſexus vel conditionis exiſtant, Regni, Patriæ & Dominii Angliæ, & Principatus Aquitaniæ ſint immunes ab omni Pedagio, Leuda, Coſtuma, Maletota, ſeu aliis quibuscunq; impoſitionibus, exactionibus in Regnis noſtris impoſitis ſeu impoſterũ imponendis. Ita quod dicti homines dictorũ

Regni, Patriæ & Dominii Angliæ & Principatus Aquitaniæ transeundo, morando & redeundo per regna nostra per mare vel per terram, Costumam, Pedagium, Leudam, Maletotam, seu quamcunq; aliam impositionem vel exactionem solvere minimè teneantur nisi dicti homines causa mercimonii vel pro mercimoniando aliquid emerent. Super quo an causa mercimoniandi empta existant nec ne, per officiarios nostros & receptorum dictorum pedagiorum stare volumus dictorum hominum juramento, de quibus rebus causa mercimoniandi emptis non compellantur solvere nec aliquid ultrà ab eis exigatur quam cæteri mercatores solvere consueverunt. Et juramus ad sancta DEI Evangelia à Nobis corporaliter manu tacta, & in verbo promittimus Regis, Concessiones, donationes, privilegia predicta & omnia & singula in præsentibus literis contenta tenere, complere, & inviolabiter observare. In quorum & singulorum promissorum testimonium, & ad ipsorum majorem firmitatem his præsentibus Nos manu propriâ subscripsimus, & eisdem sigillum nostrum in pendenti duximus apponendum. Volentes & concedentes ac etiam requirentes vos Magistrum Ioannem de London publicum auctoritate Apostolicâ Notarium quatenus ad perpetuam omnium & singulorum præmissorum memoriam vos cum præsentibus testibus subscribatis præsentesque literas signò vestro solito Consignetis. Datum apud Liborniam Diœcesis Burdegalensis die vicesimâ tertia mensis Septembris, Anno Domini millesimô trecentesimo sexagesimô sexto. Præsentibus præclariissimo Consanguineo nostro Domino Iohanne Duce Lancastriæ, Regis Angliæ Filio & Fratre dicti Principis, & Reverendis in Christo Patribus Domino Helia Archiepiscopo Burdegalense, Domino Bernhardo Episcopo Xanctoni Iohanne electo Bathoniens, & Wellens. Cancellariô Aquitaniæ, Iohanne Chandos Constabulario, & Thomâ de Felton Senescallo Aquitaniæ, Nigello de Loereyn Camerario, dicti Principis, Baldoyno de Frevilla Senescallo Xanctonem & aliis testibus ad premissa.

YO EL REY

Et ego Johannes de London Clericus Winton Diœcesis publicus auctoritate Apostolicâ Notarius, undecima die mensis Februarii, anno Domini supradicto, Indictione quintâ, Pontificatûs sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri Domini Urbani, divinâ providentia Papæ quinti anno quinto, infra castrum Civitatis Bajone in Capella ejusdem castri, unâ cum testibus infrà scriptis fui præsens quando dictus Dominus Rex PETRUS præmissa omnia & singula innovavit, confirmavit, & juramento suo vallavit tangendo propriis manibus suis sancta DEI Evangelia, & quando ipse Rex propriâ manu suâ se subscripsit, me requisivit & mandavit ut præsentibus Literis me subscriberem & signum meum

ap-

apponerem consuetum. Testes qui fuerunt præsentes ad istam unà mecum sunt Dominus Enter Martinus Lupi Magister Militiæ Domus de Alcantara Ordinis Cisteriens. Rogerius Dominus de la Wara, Gomecius dicti Domini Regis Magister, Paulus Gabrielis Civis Ispalem. Iohannes Güttern. Decanus Ecclesiæ Segobiens & Magister Robertus Fregand Notarius, Cancellarius Domini Principis Aquitaniæ & Walliæ suprà dicti.

Post hæc Princeps quoque vocatus est in subsidium *Petri* Regis regnum recuperaturi; cum mandato à Rege ut expenderet 500000 florenos, *Cugni de Florentia boni auri & legitimi ponderis* ad alendum Principis exercitum. Cujus etiam rei intuitu eopse die consensum, ut Princeps haberet Castellum *Varmeo, de la Quet, Bilbo, Biscay*, ut & Castellum *Ordiales, a tenir perpetuelment a li & a ses heires & successeurs, & pur doner la ou luy plerra* immune a summa jurisdictione & appellatione, & omninoque liberum sicuti Rex idem tenuit: Ista denique magno *Castella* sigillo roborata sunt; remanentque Originalia & apographa apud nos in *Anglia* hucusque, ostendentia insimul ad sigillum accessisse Regis juramentum solenne ad Summum Altare Ecclesiæ in *Burgos*. Fortitudine etiam Anglorum, quorum gloria inde magna, Princeps regem cito in regnum restituit. Verum qui fecit sic & conservavit *Hispaniæ* Regem, loco fidei & præmii, necessario expectatu nonnisi fraudes ex partus est & ingratitudinem.

in Thes. regio apud Westmünst. & penes V. C. Robertum Cottonam.

XXXIX.

XXXIX. Rationes quare præcedere debeant Oratores & Commissarii *Reginæ Elisabethæ Angl.* illos Regis *Hispaniæ* in Tractatione *Bononiensi* ann. 1600 summatim enarrantur in continuatione Annalium *Camdeni* eodem anno.

XL. Protestatio *Caroli IX. Galliæ R.* adversus *Pium IV. pro præeminentia ac præcessione Regis Christianissimi ante Regem Catholicum, adversus Papæ iniquos & impios processus & nullitatem Concilii Tridentini, facta per Oratores in Concilio Tridentino mense Septembri MDLXIII.* est apud *Goldast. in Constit. Imperial. tom. 3. pag 578.*

XLI. De loco Imperatoris, Regis *Galliæ*, & aliorum Regnorum in Conciliis generalibus, *Ludovicus Serpinus in Vindiciis secundum libertatem Ecclesiæ Gallicanæ* pag. 221. apud *Goldastum Tom. 2. de jure dict. Imperiali & Regia.*

XLII. De loco Regum *Franciæ Michael Roussel in histor. Pontificiæ jurisdictionis lib. 2. cap. 6. §. 1.*

Plura aliorum testimonia minoris momenti de Præcedentia Imperatorum & Regum reperiuntur in istis nominatis. Methodus vero argumentandi in litibus præcedentialibus, Leges, Tractatus & exempla Præcedentia in fine secundæ partis hic nonnunquam prodesse poterunt. Et hactenus de Titulis istis magnis.

Finis Partis Primæ.

NOTA. Plurima hic essent ad coronationis ceremonias & præcedentiæ controversias addenda, sed quoniam clarissimus Dominus *Iohannes Christ. Becmannus S.S.Th.D. & Prof. Francofurti* ad *Viadrum* in sua *notitia dignitatum* amplum ad illas dedit Commentarium, amplioremque daturus est propedium, novam & auctiorem istius *notitiæ* curans editionem, ac singularem post *Seldenum* scripsit dissertationem, *de Prærogativa*, sufficiat Lectori eruditissimum indicasse Authorem, ac pauca dest ipsisse ex *Puffendorffii rebus Gestis Friderici Wilhelmi Magni* de singulari ac lepido Legati *Moscovitici* Studio conservandi prærogativam domini sui in istius Glorioissimi Electoris *Brandenburgici* Aula splendidissima. *Legatus Moscoviticus*, verba sunt, *importune circa ceremonias tricabatur, quod præter omnem morem dextram suam Electoris dextræ jungere vellet. Et quia Elector tunc gravius Potstami decumbebat, nec tanti videretur Moscum tamdiu detinere, quoad ille morbo se recreasset, proponebatur ut Elector in lecto decumbens ipsum audiret: Quod Moscus non alia conditione admittere volebat, quam ut & sibi lectus juxta sterneretur, in quo ipse mitratus & creatus jacens mandata expositurus sit. Solvit tamen hunc nodum Vindice dignum remittens Electoris morbus, ut plus satis scrupulosum hominem sedens audire posset.* Plura hic etiam curialia alia inveniet curiosus lector, quæ tum ad hanc primam tum ad secundam referri possunt Partem. Elegantissimus enim historicus in hoc vasto opere nihil omisit, quod ad illustrandam tanti Heroris vitam facere potuit.

Reb. gestis Frider. Wilhelm M. Lib. 19. §. 54. ad ann. 1687.

TITULI HONORUM.

PARS SECUNDA.

CAP. I.

1. *Varii Tituli Haredis vel Succeſſoris manifeſti in Imperio inde ab initio Romanæ Monarchiæ, & primo de* Principe Juventutis.
2. *Initium & continuus uſus Tituli* Cæſar, *communicatus Haredi Manifeſto vel Succeſſori in Imperio.*
3. *Creatio & Inſignia* Cæſarum, *qui fuerunt Succeſſores Manifeſti; nec non quædam de eorum potentia.*
4. *Titulus vel nomina* Princeps Juventutis, *ac* Nobiliſſimus, *iſtis Cæſaribus attributa.*
5. *Dignitas varia* Nobiliſſimi, *qui fuit infra Cæſarem.*
6. Cæſaris *titulus mutatus in Orientis Imperio:* Sebaſtocrator & Deſpota *quid illic.*
7. Rex Italiæ, Rex Germaniæ, & Rex Romanorum *dicti ſunt Succeſſores Manifeſti in Imperio Occidentali.*
8. Comes & Dux: *Prærogativa* Comitum, *qui ſunt Honorarii vel Officiales, vel utrumq; in Imperio antiquo.*
9. *Diploma creationem Comitis ex priori ordine tradens circa Ann. Chriſti D. Scriptum.*
10. *Diploma, Creationem Comitis ex priori ordine qui etiam* Conſiſtorialis *fuit, exhibens.*
11. *Diploma explicans creationem* Comitis Sacrarum largitionum.
12. Comitis Rerum Privatorum.
13. Comitis Patrimonii.
14. Comitis Archiatorum.
15. Comitis Provinciæ.
16. Comitis Syracuſanæ Civitatis.

17. Comitis Neapolitani.

18. *Comitis ex poſteriori ordine, gubernantis Civitates.*

19. *Comes Gothicus audiens & determinans Gothorum lites.*

20. *Diploma quo Dux Provinciæ creatus eſt.*

21. *Inſignia Comitum & Ducum in Imperio olim. Officiales quoque qui ipſis vel paruerunt, vel immixti, vel ſuperiores fuerunt. Et in ſpecie præſidia, inſignia, regimen, officialesq; in hac Britanniæ Inſula, cum duos haberet Comites & Ducem unum ſub Romano Imperio vetuſto.*

22. *Opinio quorundam Dignitates Comitis & Ducis ex veteri Germanorum conſvetudine derivantium.*

24 *Duces Feudatarii in Imperio, & in ſpecie quatuor.*

23. *Initia* Feudorum; *& quomodo Dignitas Comitis nec non Ducis Feudalis ac Hereditaria in Imperio, facta fuerit.*

25. *Mos antiqvus* inveſtiendi Duces *aliosq; Principes in Imperio per Vexilla: ſceptra etiam nonnunquam tradita Eccleſiaſticis Perſonis feuda accipientibus.*

26. *Formula Creationis vel Inveſtituræ Ducum à Paulo II. Pontifice præſcripta.*

27. *Ducum inſignia, & in ſpecie ipſorum Pileus atque Corona.*

28. *Diploma Creationis* Ducis Auſtriæ.

29. *Diploma Creationis, quo* Jacobus de Croy Epiſcopus Cameracenſis *factus eſt Dux* Cameracenſis *à Maximiliano I. & illud quo* Caſtruccius de Antelmellis *creatus eſt Dux* Lucanus *à Friderico III.*

30. *Titulus* ArchiDucis; *& Corona ArchiDucum Auſtriæ;*

31. Magnus Dux, *ejusq; Tituli initia ap. Duces* Florentinos, *juxtà Bullam Pii V. cum coremoniis in prima creatione uſurpatis.*

32. *Varia* Comitum, Grafen/ *genera; & primo* ſchlechte Grafen/ *vel illi qui ſimpliciter* Comites, Grafen/ *dicuntur ſine additamento.*

33. Comi-

33. Comites Palatini *& primo origo Tituli* Palatinus, *prout feudalis eſt.*

34 *Feudalis titulus* Palatini *in Imperio Francorum & Germanorum.*

35. Comites Palatini Rheni.

36. *Perſonalis Titulus* Comitis Palatini: *ex primo de iis, qui aſſumunt Titulum hunc poſtquam Legem civilem XX. docuerunt annos.*

37. *De iis qui tales creantur* Comites Palatini *per diploma & primo de ſingulari titulo* Comitis Palatini, *cum ſervitiis in* Laterano *ad Coronationem Imperatoris Romanam.*

38. *De poteſtate creantis alios Comites Palatinos perſonales per diploma cum Bulla Pauli III. P. Referendarios curiæ Romanæ in illam evehentis dignitatem, præter alia ſpecialia Pontificiæ Dignitatis hic exercitæ. Varius etiam ſtylus nec non nomina ejusmodi Comitum.*

39. *Limitationes ejusmodi Diplomatum.*

40. *Varia privilegia iisdem inſerta cum integra formula Diplomatis, quo ejusmodi Palatinus Comes à Rudolpho II. creatus eſt. Privilegia quoq; ejusmodi Comitum reſtricta per Bullas Pii IV. & V.*

41. Doctor Philoſophiæ & Medicinæ *creatus ab iſto Comite Palatino.*

42. Laurus Poetis *traditur à Comite Palatino.*

43. *Initia Laureæ coronæ Poetis traditæ, ejusque uſus recentior.*

44. Notarii Publici *à Comitibus Palatinis creati, ejusque exemplum in poteſtate delegata Priori Wigornienſi, nonnulla etiam de æſtimio Tituli hujus perſonalis,*

45. *Origo varia Comitum Palatinorum, & cur Feudalis Titulus derivatur ex Francorum Imperio, Perſonalis vero ex Imperio Romanorum antiquo.*

46. *Titulus* Comes Sacri Imperii *in genere conceſſus absque relatione ad Feudum vel Comitatum.*

47. *Titulus* Marchionis Marck-Graſe/ vel Comitis Limitanei.

48. Land-Grafe/ Comes Provincialis.
49. Burg-Grafe/ Comes Caſtrenſis.
50. Wainod.
51. *De* Baronibus *eorumq; diverſis nominibus in Imperio ut* ſemper frey/ Frey-Herren/ Freyen/ &c.
52. *Origo vocis* Baro: Banner-Herr.
53. *Titulus* Principis Fürſt/ *vanie uſurpatus,*
54. Chur-Fürſt/ Elector.
55. *De Capitaneis & Valvaſſoribus.*
56. Ritter geſchlagen. Equites percuſſi: *& primo de perſonis ex antiqua lege hic idoneis.*
57. *Privilegia ejusmodi Equitum in Imperio.*
58. *Origo eorum.*
59. *Ceremoniæ variæ in creatione horum Equitum.*
60. *Ceremoniæ cum Eques crearetur VVilhelmus Comes Hollandiæ, in Imperatorem electus.*
61. *Formula receptionis in hunc ordinem ex Pontificali Romano.*
62. *Perſonæ hanc dignitatem conferentes.*
63. Armiger, Wapener.
64. *Tituli infra Principes ſubordinatos in Imperio, ex ſubinfeudatione accepti, vel aliter.*
65. *Generalis enumeratio ſtatuum in Imperio.*

V. Matth. Stephani de Jurisdict. lib. 3. Part. 1. cap. 3. §. 60. &c.

Titulos ſecundæ Partis dividimus juxta Regna, quibus proprii ſunt. *Imperium vero Angliæ, Galliæ, Scotiæ, Hiberniæ & Hiſpaniæ* in hac diviſione primario conſiderantur. Incipimq; ab *Imperio*; tituli *Poloniæ* & *Bohemiæ*, aliorum quoq; vel Imperio vicinorū vel immixtorum ſeqvuntur illud. Intelligimus autem per Titulos *Imperii* in hanc Partem reſervatos, quorum creatio ſeu origo eſt vel ab *Imperatore*, vel à Papa. Papa enim Imperialem exercens hic authoritatem, & autoritas ipſa ab *Imperatore* derivata, faciunt illos ejusdem eſſe naturæ, adeoq; hic indiviſibiles. Dignitates autem quæ per ſubinfeudationem, vel ſimile quid, ex ſubordinatis dependent Titulis in fine commemorabuntur earum quæ hic immediate dignitatibus ſuccedunt ſummis.

Sunt

Sunt autem Tituli illi: *Rex Romanorum* Römiſcher König/ prout denotat manifeſtum Succeſſorem; *Archi-Dux*, Ertz-Hertzog: *Magnus-Dux*, Groß-Hertzog: *Dux*, Hertzog: *Comes* Grafe/ *Comes-Palatinus* Pfaltz-Grafe: Land-Grafe/ *Marchio*, Marg-Grafe/ Burg-Grafe/ *Princeps*, Fürſt/ *& Elector* Churfürſt/ Waiwod/ Frey-Herren/ Herren *Baro*, *Eques percuſſus*, quibus adde *Armigerum*, quanquam nunc, quantum novi, non reperiatur in Imperio. Agmen claudet generalis enumeratio Statuum Imperii ex autoribus optimis, in qua dicuntur quidam his Titulis æquales, quanquam illis non utantur.

I. Hæres apparens vel Succeſſor in Imperio deſignatus dudum dictus eſt *Rex Romanorum:* varie autem iſte Titulus inde a principio Monarchiæ hujus ſemper immutatus eſt. Primo dixerunt *Principem Juventutis:* poſt *Cæſaris* vocabulo appellarunt; & hoc mutatum apud Græcos. In Occidente ap. *Francos* & *Germanos* dictus eſt *Rex Italiæ*, *Rex Germaniæ*, *Rex Germanorum*. Illud, *Princeps Juventutis*, hoc ſenſu primum reperitur in *Caji & Lucij Nepotum Auguſti* titulis Imperii Hæredum deſignatorum. Vocabulum antiqvum fuit atque libera adhuc Republ. primos denotavit ex ordine Equeſtri, ut *Princeps Senatus* primum in Senatu. *Vid. Lipſ. Elect. lib. 2. c. 1. Caſaub. in Spartiani Ælium Verum; Bullinger. de Imper. Rom. lib. 5. cap. 7.* *Auguſtus* vero unum ſibi ſumſit, alterum nepotibus dari ſic fecit: introducens (ut etiam per alia officiorum nomina, quæ retinuit, fecit) & confirmans *Romæ* novam ſervitutem ſub Titulis antiquis. Duobus his mortuis *Tiberius* in Hæredem adoptatus eſt, eodemque inſignitus Titulo. *Senatus Populusque Romanus* (legimus in nummo illius ævi) *Cæſari Auguſti* F. *Pontifici, Conſuli deſignato, Principi Juventutis.* Et *Tacitus* de *Nerone* deſignato ſucceſſore *Claudii: Cæſar adulationibus Senatus libenis ceſſit, ut viceſimo ætatis anno Conſulatum Nero iniret, at ſi interim deſignatus, Proconſulare Imperium extra urbem haberet.* Neque Nummi poſtmodum cuſi & *Neroni* titulum iſtum tribuentes deſunt. *Domitianus* quoque & alii inſequentes Hæredes conſtituti priſcis temporibus idem in nummis & inſcriptionibus gerunt nomen. Plura de his mox vide, ubi de attributis ad Titulum, *Cæſar*, adjectis.

Præter Aucyranum monimentum ap. Lipſium in Anchrio, Gruteri inſcript. p. 237. Caſaubon. in Sueton. lib. 2. Vide Taciti Annal. 1. & ibid. Lipſium n. 18. Caſaub. ad ſpartian. Ælium Ver. Gruter. inſcr. pag. 234. Numiſm. ap. Occonem in Octabiano. Occo in Tiberio. Annal. 12.

II. Poſtmodum vero *Cæſares* dicti ſunt: cujus nominis hoc in ſenſu initia & continuationem, Creatio etiam & inſignia, magis item ſolen

ſolennia Honorum attributa olim eis conceſſa, diligentius obſervari merentur. Initium in *Adrianum* Imperat. recidit. Cum enim *Cæſaris* appellatio ante *Neronem* (in quo deſiit familia iſta) & poſt ipſum conjungeretur cum voce *Auguſti* in Imperatorum titulis, *Adrianus* illam *Cæſaris* appellationem ſingularis Dignitatis ergo conceſſit deſignato ſucceſſori ſuo *Ælio Vero*: isque primus ea uſus eſt: & inde ab eo diu in imperio manſit. Teſtimonia exceptione majora ſunt in *Spartiano* & *Capitolino*. *Ælius Verus*, ille inquit, adoptatus ab *Adriano, nihil habet in vita ſua memorabile nisi quod tantum Cæſar eſt appellatus, non teſtamento ut antea ſolebat, neque eo modo quo Trajanus eſt adoptatus, ſed eo prope genere, quo noſtris temporibus à veſtra Clementia* (ad Diocletianum ſcribit) *Maximinianus atque Conſtantius Cæſares dicti ſunt; quaſi quidam Principum filii viri & deſignati Auguſtæ Majeſtatis Heredes*. Et alio in loco: *Primus tantum Cæſaris nomen accepit adoptione Adriani familiæ Principum adſcriptus*. Capitolinus de ipſo ſic: *Ab Adriano adoptatus primus Cæſar eſt dictus & in eadem ſtatione conſtitutus periit*. Novi tamen Eruditos quosdam aſſerere *L. Piſonem* deſignatum fuiſſe *Cæſarem* a *Galba*, *Titum Domitianum a Veſpaſiano*, *Trajanum a Nerva*, *& Hadrianum a Trajano*, acſi citra quæſtionem Cæſaris Titulus fuiſſet ſucceſſoris indubitati ante *Hadrianum*. Probant id ex *Sulpitio Severo*, *Zonara*, *Xiphilino &c.* Manifeſtum etiam eſt *Domitianum* fuiſſe Cæſarem dictum *Veſpaſiani* tempore non ſolum ex nummis & inſcriptionibus quæ adhuc ſuperſunt; ſed etiam ex *Suetonio in Domitiano c. 1. & Tacito Hiſtor. 3 in extremo*. His tamen non obſtantibus exiſtimo *Cæſaris* titulum ſenſu excellentiæ, ut *Princeps Walliæ* in *Anglia* & *Delphinus* in *Gallia*, denotantem ſucceſſorem certum cœpiſſe cum *Ælio Vero*. Titulus hic ante ipſum ſic ſe habuit. Quoniam *Cæſaris* Familia ad *Neronen* usque permanſit, omnes iſtud ſortiti ſunt nomen tanquam nepotes vel adoptitii liberi, ſicut in *Anglia* olim ex ſangvine Regio oriundi dicti ſunt *Plantagenesſi*. Poſt *Neronem* ſponte nomen iſtud aſſumſit *Galba* una cum *Auguſti* vocabulo: *L. Piſonem* vero ſucceſſorem ſuum deſignans dicit, quod exemplo *Octaviani* collocaverit ipſum in *proximum ſibi faſtigium*, ſucceſſoremque ſuum nominat. *Vitellius* omnino abſtinuit a Titulo iſto in ejo locum *Germanici* appellationem ſubſtituens: quam ſic adamavit, ut etiam filium ſuum juvenem ea nominari vellet; cum *Lugduni* mandato ſuo

in Vero Imp.

Onuphrius de Comit. Imp. cap 3. Bulling. de Imp. Rom. l 1, c. 4. Vid. ibi Sal. Maſ. ad Spart. p 62. a. Alios recentiorum. Temere nimis de Cæſaris nomine pronunciat Baron. tom. 1. ann. Chr. 31. num 40.

Caſaub. in Not. ad Spart Ælium Verũ, & Roſin. in antiq. Rom. l. 7. c. 13.

Sueton. in Galba c. 10. 11. Tacitus Hiſt. 1

ſuo ejus declararetur ſucceſſor. *Univerſum Exercitum* (inquit Tacitus) *occurrere infanti filio jubet. Perlatum & paludamento opertum ſinu retinens*, Germanicum *appellavit, cinxitque cunctis fortunæ principalis inſignibus.* *Hiſt. 1. Sueton in Titol. c. 10.*

Otto vero & *Veſpaſianus* uſi ſunt *Cæſaris* nomine, ſic & Filii *Veſpaſiani Titus* & *Domitianus* patre adhuc vivente: non tamen aliter quam filii a Patre ſuo id mutuantes, ſicut Cæſarum priorum liberi *Germanicus, Druſus*, aliiq; idem ab Anteceſſoribus aſſumſerunt ſuis. Filius enim *Cæſaris Auguſti*, potuit dici *Cæſar*, ad indicandum ſangvinem honoremque a Patre acceptum. Neque exiſtimo ſalutationem qua *Domitianus* dictus fuit *Cæſar* aliud eſſe quam gratulationem, quoniam Pater ejus Imperator eſſet. Proximus ab hoc deſignatus ſucceſſor fuit *Trajanus*, quem adoptavit *Nerva*. Adoptio hæc attulit ipſi jus ad *Cæſaris* nomen (ceu partem titulorum patris ſe adoptantis) ſicuti *Titus* & *Domitianus* habuerunt illud, quoniam fuerunt *Veſpaſiani* filii. Poſt *Trajanum* nullum reperitur teſtimonium ſufficiens, quod probet *Adrianum* fuiſſe ſucceſſorem ejus per adoptionem vel deſignationem aliam. Quod vero *Adrianus* per *Cæſaris* titulum, prout ſignificat ſucceſſorem certum, adoptaverit *Ælium verum* duo illi teſtes *Spartianus & Capitolinus*, circiter CC annis poſt eum viventes & annalium Imperialium peritiſſimi manifeſte tradunt. Hiſtorici alii narrantes hoc adoptionis genus & deſignationis per nomen illud antiquius eſſe, fidem merentur nullam: Errant enim recepto errore res antiqvas phraſibus ſuæ ætatis deſcribentes, & multo recentiores ſunt *Spartiano Capitolinoque*. Et quanquam *Xiphilinus* in ſua *Dionis* epitome dicat *Piſonem* a *Galba Cæſarem* creatum, *Titum* etiam & *Domitianum a Veſpaſiano*, & expreſſe affirmet *Trajanum a Nerva Cæſarem* creatum in Senatu (Ἐν τῷ συνεδρίῳ Καίσαρα αὐτὸν ἀπέδειξε quæ uſitata ipſius Phraſis eſt.) attamen, quoniam obſervavimus ex *Tacito & Svetonio* hiſtoriam iſtorum Imperatorum ante *Trajanum* & ſequentium ad *Adrianum* usque ex autoribus optimis nec tale quid reperimus, ratio nulla nos cogit, ut credamus ipſum *Dionem* tale quid dixiſſe (hiſtoria enim ejus periit), ſed potius verba ejus generalia de ſucceſſoris deſignatione a *Xiphilino* (qui ſupra ann. DCCC. poſt *Dionem* vixit) ſic reddita eſſe de deſignatione per impoſitionem nominis *Cæſar*. Et *Dio* fortaſſis ipſe deceptus fuit: nam ætate ejus (vixit autem ſub *Alexandro Severo*) mos inoleverat deſignare ſuc- *Videſis Inſcr. quæ Romæ habetur ap. Gruter. pag. 244. num. 2.* *Tacit. Hiſt. 3. in extremo & Sueton. in Domit. cap. 1.* *Vixit ſub Conſtantino Duce Imp. teſte ipſo in Auguſto.*

ſucceſſorem nominando eum *Cæſarem*: adeoque exterus cum eſſet errare potuit phraſin ſui temporis male applicando ad tempora priſtina phraſis hujus ignara: errore & optimis ſcriptoribus familiare. Idem etiam dici poteſt de *Sulpitio Severo*, *Zonara*, &c. Neque fidem meretur *Aurelius Victor* collocans initia Tituli hujus diſtincti in *Adriani* adoptionem a *Trajano* factam: minime enim certum eſt num adoptatus fuerit ab ipſo vel deſignatus ſucceſſor. Nonnulli etiam expreſſe id pernegant.

Videſis Epit. Dionis lib. 69

Ælius Verus igitur primus geſſit *Cæſaris* nomen indicans ſucceſſorem in Imperio indubitatum: atque ſic ceſſavit eſſe nomen Familiæ Imperatoriæ, quæ aſſumſerat illud aliisq; communicaverat, & honorarium ſolummodo fecerat; junctum cum *Auguſti* titulo, ſi ipſi eo inſignirentur Imperatores, ſolitarium V. ſucceſſoribus tributum. Sic *Marcus Antoninus* dictus eſt *Cæſar* ab *Antonio Pio. Quæſtorē & Conſulem ſecum Pius Marcum deſignavit, & Cæſaris appellationem donavit* inquit Capitolinus. Sic *Commodus* eundē accepit titulum a Patre ſuo *Marco Antonino*. Sic *Albinus Clodius a Commodo* & *Severo*, quanquam id recuſaret a *Commodo. Severus* ſic filium ſuum natu maximum *Cæſarem* Imperii conſtituit, ut *fratrem ſuum Getam*, *Spartianus* loquitur, *ab ſpe Imperii, quam illi conceperat, ſubmoveret*; quod poſtmodum Senatus confirmavit, *imperatoria* quoque *inſignia* ipſi permittens decreto, de quibus mox plura. Exempla porro frequentia ſunt in nummis, inſcriptionibus, Titulis Reſcriptorum in omnibus antiquis codicibus, & bonæ fidei Hiſtoricis, continuum etiam hujus Tituli uſum usque ad *Alexium Comnenum* tradentibus. Quomodo vero cum aliis nominibus commutatus fuerit, mox docebimus de *Deſpota & Rege Italiæ* tractaturi.

III. *Creatio & Inſignia Cæſaris* fuerunt varia. Creati ſunt nonnunquam ſola Imperatoris verbali deſignatione per adoptionem vel aliam quamcunque methodum prout loci temporisque opportunitas permiſit: aliquando creati ſunt a ſenatu; literis etiam & diplomatibus ab Imperatore aliquando traditis. Reperitur id frequenter in hiſtoriis una cum inſignibus ibidem recenſitis, quæ ſunt: Veſtis Purpurea & corona tandem ſacro Patriarchæ miniſterio intuendæ. Teſtatur id manifeſte *Commodi* ad *Clodium Albinū* epiſtola, qua dedit ipſi, vel ad minimū obtulit *Cæſaris* titulum inſignia-

Capitol. in Albino Circa an Chriſti CXC.

que

que nominat *Cæsarea* vel ornamenta, quæ eadem cum iis, quæ habuit *Verus ab Adriano* Cæsar factus.

Imperator Commodus Clodio Albino. Alias ad te publice de Successore atque honore tuo misi: Sed hanc familiarem & domesticam, omnem (ut vides) manu mea scriptam Epistolam dirigo, qua tibi do facultatem ut, si necessitas fuerit, ad milites prodeas & tibi Cæsareum nomen assumas. Audio enim & Septimium Severum & Nonium Murcum male de me apud milites loqui, ut sibi parent stationis Augustæ procurationem. Habebis præterea cùm id feceris dandi stipendii usque ad tres aureos liberam potestatem: & super hoc ad procuratores meos literas misi, quas ipse signatas excipies signo Amazoniæ: & quum opus fuerit, rationalibus dabis, ne te non audiant quum de erario voluerit imperare. Sane ut tibi Insigne aliquod Imperialis Majestatis accedat, habebis utendi coccinei pallii facultatem me præsente, & ad me & quum mecum fueris habiturus & purpuram, sed sine auro: quia ita & proavus meus Verus, qui puer vita functus est, ab Adriano qui eum adoptavit accepit.

Hic expresse *Purpura absque auro* Cæsari tribuitur hoc tempore idemque est cum *Imperatoriis Signis* traditis *Bassiano Cæsari. Imperatoria* autem dicta sunt, utut potius *Cæsariana* dicenda forent, *Cæsar* enim *Imperatore* inferior fuit. Nec titularis solummodo fuit dignitas, & expectativa tantum; sed conjuncta cum Eminentia & Potestate, atque ut plurimum ejusmodi quæ tantum omnino æqualis non esset Imperatoriæ. *Cæsar* sæpissime vel *Consul* fuit cum Imperatore, vel *Consularem* aut *Tribunitiam* habuit potestatem extraordinariam, quæ duo satis *Imperij* vel authoritatis tribuerunt ipsi. Inde phrases in creatione *Cæsarum* fuerunt, *ad Imperii societatem adsciscere ad Imperium assumere* & Βασιλικὸν κοινωνὸν ἀποφαίνειν καλῶν (*Eusebij* verba sunt de *Constantino* Cæsares suos creante.) & similiter. Præterea fuit & alia ratio assumendi Socium in Imperio eumque omnino Imperatori æqualem faciendo, appellando eum *Augustum:* cæpitque ista sub *Antonino Philosopho* assumente Fratrem suum *L. Verum* in socium Imperii sibi parem, appellanteque eum *Augustum Cæsarem & Imperatorem.* Sunt isti duo *Divi Fratre* sæpe occurrentes in Lege civili. Post *Antoninum* plures idem fecere, adeoque ut nonnunquam essent quatuor & quinque Imperatores simul: quandoque Cæsares duo dignitate æquales creati sunt, ab ejusmodi Imperato-

V Diploma Rom. Imp. filiorum ex Joh Monacho ap. Baron tom. 10 ann. 940.

ribus conjunctis, nonnunquam plures ab uno Imperatore, ut videre eſt in illo ſpeciali exemplo filiorum *Conſtantini*, qui diverſis temporibus creati, varias etiam Imperii partes quas regerent ſibi aſſignatas habuerunt, ſæpe etiã in edictis juncti ſunt Patri ſuo, ſicut Cæſares alii Imperatoribus; de quo, præter *Juſtiniani Codicem*, teſtimonia vide plurima in fragmentis *Hermogenis & Gregorii. Cæſares* vero quamvis Socii regiminis dignitate tamen & poteſtate æquales non fuerunt, ſed tantum *in proximo faſtigio collocati*: ut *Galba* loquitur ap. *Tacitum* de priſcis Hæredibus in Imperio manifeſtis: poterant etiam titulo hoc privari Imperiali authoritate. Proximum teſtimonium hic maxime obſervandum eſt illud *Conſtantii* creantis *Julianum* (poſtea Imperatorem *Apoſtatam*) *Cæſarem* ſuum. Poſt mortem *Galli*, qui etiam *Cæſar* fuerat (in cujus vita a *Marcellino* deſcripta *Cæſarum* poteſtas & praxis diligenter detegitur) *Conſtantio* adulatores ſvaſerunt, ut, licet in *Gallia* res deploratæ eſſent, *Belgium* etiam & *Italiæ* vicinæ regiones ad defectionem propenderent, incomparabili potius fortunæ ſuæ & virtuti confideret; *nihil eſſe ita aſperum, dictitantes, quod præpotens ejus virtus fortunaque tam vicina fideribus non ſuperaret ex more*; quam Cæſarem crearet, & ſocium aſſumeret, imperii, quoniam *Gallus* tam male ſe geſſiſſet: *Caveri debere Cæſaris nomen, replicantes geſta ſub Gallo*, inquit *Marcellinus*. Perſtitit tamen in voluntate ſua Cæſaremqve creavit *Julianum* (*Galli* fratrem, ſuum vero Patruelem) eaque de cauſa *Mediolani advocato omni, quod aderat, commilitio, tribunali ad altiorem ſuggeſtum erecto, quod aquilæ circumdederunt & ſigna, Auguſtus inſcendens Julianum manu retinens dextra, hac peroravit.*

Aſſiſtimus apud vos optimi reip. defenſores, cauſæ communi uno pene omnium ſpiritu vindicandæ, quam acturus tanquam apud æquos judices ſuccinctius edocebo. Poſt interitum rebellium tyrannorum, quos ad hac tentanda quæ moverunt, rabies egit & furor, velut impiis eorum manibus Romano ſanguine parentantes, inſultant barbari Galliæ ruptæ limitum pace, hac animati fiducia quod nos per diſjunctiſſimas terras arduæ neceſſitates adſtringunt. Huic igitur malo ultra appoſita jam proſerpenti, dum patitur tempus, ſi occurrerit noſtri veſtrique conſulti ſuffragium & colla Superbarum gentium detumeſcent, & imperii fines erunt intacti. Reſtat ut rerum ſpem quam gero ſecundo roboretis effectu. Julianum hunc fratrem

Videſis Lamprid. in Heliogabalo ubi de Alexandro ejus Cæſare & Landulphum Sagac. lib. 23. ubi de Nicephor. Cæſare & Vopiſcum in Caro.

lib. 15.

Anno Chriſt. CCCLVII. Ordinante & Lolliano VIL. id. Novemb.

trem meum patruelem, ut noſtis verecundia, qua nobis ita ut neceſſitudine charus eſt, recte ſpectatum, jamque elucentis induſtriæ juvenem, in Cæſaris adhibere poteſtatem exopto, captus ſi videntur utilia, etiam veſtra conceſſione firmandis. Dicere ſuper his plura conantem interpellans concio lenius prohibebat, arbitrium Summi Jovis id eſſe, non mentis humanæ, velut præſciaventuri prædicans. Stansque imperator immobilis, dum ſileretur, reſidua fidentius explicavit. Quia igitur veſtrum quoque favorem adeſſe fremitus indicat lætus, adoleſcens vigoris tranquilli cujus temperati mores imitandi ſunt potius quam prædicandi ad honorum propositum exurgat: Cujus præclaram indolem bonis artibus inſtitutam hoc ipſo plene video expoſuiſſe quod elegi. Ego cum præſente nutu DEI cœleſtis amictu principali velabo. Dixit, moxque indutum avita purpura Julianum, & Cæſarem cum exercitu gaudio declaratum, his alloquitur contractiore vultu ſubmeſtum, Recepiſti primævæ originis tuæ ſplendidum florem, amantiſſime mihi omnium frater: aucta gloria mea confiteor, qui juſtus in deferenda ſuperiori poteſtate nobilitari mihi propinqua, quam ipſa poteſtate videor eſſe ſublimis. Adeſto igitur laborum periculorumque particeps, & tutelam miniſterii ſuſcipe Galliarum, omni beneficentia partes levatutus adflictas, & ſi hoſtibus congredi ſit neceſſe, fixo gradu conſiſte inter ſigniferos ipſos, audendi in tempore conſideratus hortator, pugnantes accendens præeundo cautiſſime turbatosque Subſilliis fulciens, modeſte increpans deſides, veriſſimus teſtis adfuturus induſtriis & ignavis. Proin urgente rei magnitudine, perge vir fortis ducturos viros itidem fortes. Aderimus vobis viciſſim amoris robuſta conſtantia, militabimus ſimul, una orbem pacatum (DEUS modo velit quod oramus) pari moderatione pietateque recturi. Mecum ubique videberis præſens, & ego tibi quodcunque acturo non deero. Ad ſumma mihi propera ſocius omnium votis, velut aſſignatam tibi ab ipſa reſtitutionem cura pervigili defenſurus. Nemo poſt hæc finita reticuit: Sed militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidentes (quod eſt proſperitatis indicium plenum: nam contra quum haſtis clypei feriuntur, tra documentum eſt & doloris) immane quo quantoque gaudio præter paucos auguſti probavere judicium: Cæſaremque admiratione dignaſuſcipiebant, imperatoriæ muricis fulgore flagrantem: Græci nonnulli recentiores (ſæpe errantes) dicunt à *Conſtantio Julianum* coronatum fuiſſe corona Cæſari propria τῷ τῦ καίσαρος στέφει ut *Manaſſes* appellat eam; ac ſi corona vel corolla in ejusmodi coronationibus tum temporis

in uſu fuiſſet. Idem aſſerit de *Juſtino II.* creante *Tiberium* (poſtea *Tiberium II.*) Cæſarem ſuum, quod coronaverit eum corona Cæſarea. Τῷ τὸ Καίσαρος στεφάνῳ Falli vero circa *Julianum* arbitror: nondum enim tum moris erat Cæſares creandos corolla coronare; ſed tantum purpura induere, ut clare videmus in *Theodoſio Juniore* creante *Valentinianum* Cæſarem, purpuram ei mittendo per *Helionem Magiſtrum ſuum officiorum Theſſalonicam*, ut legimus ap. *Olympiodorum*. Verum quanquam non inveniamus illis temporibus creatos Cæſares per impoſitionem coronæ vel diadematis, obſervari tamen meretur quod *Criſpus* primus Cæſar *Conſtantini M.* faſciam habeat (antiquam diadematis formam referentem) in nummo ſic eum exhibibente. Nec tamen video teſtimonia *Manaſſi* conſentientia, in illo quod de *Tiberio II.* aſſerit, quoniam nullus Autor aliqualis fidei coronæ meminit in creatione ejus. Certe *Manaſſes* Phraſi ſuæ ætatis uſus eſt, (vixit autem annis abhinc CCCCXL.) cum jam in vulgus notum eſſet, Cæſares dum crearentur accepiſſe coronas; tempora vero diſtingvere neglexit Ex nullo bonæ fidei Autore apparet uſurpatas illas fuiſſe ante CC. annum poſt *Juſtinum* illum, qui mortuus eſt anno Chr. DLXX. Mentio quidem ſit coronationis Filiorum ſub Imperatoribus *Heraclio* & *Leone Iconomacho*, qui in illud temporis ſpatium incidunt, ſed facti ſunt per iſtam Imperatores & Auguſti, non vero *Cæſares*. Poſtmodum vero an. Chr. DCCLXVIII. vel XXVIII. *Conſtantini Copronymi* videtur (ibique exiſtimo expreſſam fieri mentionem, quamvis uſus ejus potuerit citius introduci,) Cæſares accepiſſe corollas in oratione ſua. Iſte enim Imperator cũ filio ſuo *Leone*, quẽ ad Imperatoris etiam evexerat Majeſtatem cum filios ſuos duos minores *Chriſtophorum* & *Nicephorum* Cæſaris titulo donaret, purpura veſtivit eos, Corollasque Cæſareas impoſuit, *Patriarcha Conſtantinopolitano*, *Niceta* ſacris fungente precesque fundente in coronatione eorum. Sic intelligo *Theophanis* latina verba in actis illius anni *Copronymi*: *Kal.*

Apud Photiũ in Miriobib. cod. 80.

Baron Annal. tom. 3. ann. 324.

Chron. Alex. p. 880 Zonar. tom 3. p. 67. Landulph. Sagax Hiſt. 18 & 21. Cedren. in Heraclio p. 335.

ap. Landulph. Sagac. Hiſt. 22 Baronium g. ann. 708.

Kal. Aprilis filios ex Eudoxia conjuge creatos, Chriſtopherum ſcil. & Nicephorum, poſtera die qua ſanctum celebratum eſt Paſcha, Cæſares ordinavit; Patriarcha orationem faciente, & Imperatoribus Chlamydes & Cæſareas (vel *Cæſaricias* ut habet *Landulphus Sagax*) *imponentibus Galeas.* Hæ *Cæſareæ Galeæ* fuerunt fortaſſis coronæ clauſæ & Cæſaribus propriæ, vel Galeæ coronis cinctæ. Ornamenta capitum tamen hæc Cæſaribus fuiſſe propria, argumentis non indiget; ut & coronas eas fuiſſe, vel corollas, ſi credimus *Zonaræ* expreſſe affirmanti quod Cæſares coronati fuerint: τοὺς μὲν δύο Καίσαρας ἔστεφε inquit, *duos coronavit Cæſares. Cedrenus* quidem loquens de uxore ejus *Eudocia* titulo *Auguſtæ* dotata, & creatione illorum Cæſarum nullam Coronarum vel Corollarum mentionem facit, tantummodo dicens Καίσαρας ἐποίησε, ἓξ πατριάρχῃ πεισθεὶς τῇ ἰκεσίᾳ; *creavit eos Cæſares Patriarcha preces fundente. Theophanes* vero & *Zonaras* coronatos dicunt æque certe ac alii, ipſos Cæſares creatos, affirmantes, quod tamen quidam (cujus magna nunc in Hiſtoriam Eccleſiaſticam merita celebrantur,) male intelligentes narrant, duos iſtos *Conſtantini* Filios eorumque Fratrem minorem *Nicetam* hic Imperatores creatos fuiſſe, ſeu *Auguſtos renunciatos*, ut verba ſonant, pari errore cum Autore *Chronici Alexandrini*, dicente de *Conſtantino M.* Καίσαρα τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Κωνστάντιον ἀπέδειξε *declaravit filium ſuum Conſtantem Auguſtum vel ſummum Imperatorem*, cum dicere debuiſſet *Cæſarem* Καίσαρα. Imo *Nicetas* minimus trium *Copronymi* filiorum minori, quam *Cæſaris* nomen eſt, titulo donatus eſt, vocatusque *Nobiliſſimus*, de quo mox plura. Cæterum Teſtimonium *Theophanis* de *Nicetæ* ſolennitatem Creationis Cæſareæ pluribus referens, hic adſcribi meretur. *Paris modo* (apud *Sagacem* legimus) *& Nicetæ noviſſimo Fratri eorum, Nobiliſſimo facto, ſuperpoſuit et Chlamydem & auream coronam, & iis proceſſerunt, jactantibus Imperatoribus Hypatia, & Trimiſia & Hemiſia, & Numiſmata nova usq; ad magnam Eccleſiam. Hypatia* iſta & reliqua, nummi fuerunt tum in plebem ejecti, ut in ejusmodi ſolemniis mos fuit. Hæc creationis forma per purpuram & corollam Patriarchalemq; functionem ſacram manſit in Imperio Orientali quousque (quantum memini) *Cæſaris* nomen hæredem deſignavit manifeſtum. Cum vero Cæſaris *purpura*, ut *Albini*, *ſine auro* eſſe debuit, poſteriora tempora immutarunt illud. *Zoſimus* enim de *Dalmatio* locutus

Zoſimus in Epit. Baronii.

Lib. 2.

cutus uno ex Cæſaribus *Conſtantini M.* ait ἐν τῇ χλιδῇ καὶ κοσμεῖται καὶ φλαγέσι *purpurea & aureis ornata limbis veſte utebantur.* Obiter hic obſervetur de *Dalmatio*, vel *Delmatio*, ut vocatur in nummis iſtius temporis, quomodo *Cæſar* fuerit, & num ea ſignificatione, qua certum Imperii ſucceſſorem denotat. Si enim minus, ſequitur quod Cæſaris vox tum etiam aliam denominaverit dignitatem; vel ad minimum aliam ad ejusdem dignitatis ſpeciem. Quod Cæſar fuerit non ſolum teſtantur plurimi Græcorum recentiorum, *Paulus Diaconus*, *Oroſius* &c. ſed *Zoſimus* etiam, & numiſmata, quanquam *Euſebius* diſtincte recenſens *Conſtantini* tres Cæſares juxta *Decennalia*, *Vicennalia*, & *Tricennalia* ejus, fuerunt autem tres ipſius filii *Conſtantinus*, *Conſtantius* & *Conſtans*) omnes diſerte excludit à Succeſſionis certæ titulo. *Baronius* iſta reconciliaturus, ait, fuiſſe Cæſarem Titutenus, non vero Imperii conſortem, & cohæredem. *Tres tantum*, ait, *in Succeſſione atque adminiſtratione Imperii creati Cæſares fuerunt; Conſtantius filius, atq; ejus fratres Conſtantius & Conſtans. Delmatius vero titulo tenus eam dignitatem eſt conſecutus.* Sed interpretatio iſthæc non magis reconciliatur diverſas ſententias, quam affirmatio unius ex contradictoriis poteſt combinare utramque Scriptores quoque alii (& multi quidem) expreſſe dicunt Succeſſorem ipſum fuiſſe & cohæredem. *Fuit inter Succeſſores Conſtantini & Dalmatius Cæſar*, ait, *Oroſius.* Sic *Paulus Diaconus*: *Zoſimus* vero *Erant & Imperii quodammodo participes*, *Dalmatius* &c. Dicerem potius ipſum ſcriptum eſſe Teſtamento *Conſtantini* Cæſarem, quod ſtare poſſet cum aſſertione *Euſebii*, qui orationem (hac de re præprimis tractantem) conſcripſit Imperatore adhuc vivo: in deſcriptione autem vitæ *Conſtantini* Teſtamentum illud potuit vel ignorari vel negligi, atque ſic *Dalmatius* omiſſus eſt. Sic ſtatuiſſem, niſi teſtimonia nimis multa, & conſona aſſeverarent, eum Cæſarem creatum eſſe. *Oroſius*, *Paulus Aquilejenſis*, *Chronicon Alexandrinum*, alii, ad Tricennalia *Conſtantini* referunt; ſeu tertium ante mortem ejus annum. Si tamen ipſis credimus (qui facile unius errore decipi potuerunt omnes, ut ſæpe factum) nodus non ſolvitur, neque à me tentatur amplius.

Vid. infr. §. 6. De Vita Conſtant. lib. 4. cap. 40 Orat. de Laudib. Conſtant. Tom. 3 annal. an. 336.

Videſis Sign. de Occident. Imp. lib. 5.

NOTA:

Cæſarem omnino fuiſſe *Dalmatium* etiam *Valeſius* aſſerit in annotationibus ad Orationem *Euſebii* Cap. 3. quæ deinde circa Cæſarum

rum Coronas diſputat *Spanheimius*, affirmans alios nulla, alios ex indulgentia Auguſtorum, accepiſſe diademata vide in diſſertatione ejus Octava de uſu & præſtantia Numiſmatum pag. 680. & ſeq. plura enim ſunt quam quæ hic tranſcribere liceat.

Dignitatem & Poteſtatem *Cæſaris* quod attinet, ejusque ab Imperatore differentiam in Corona, obſervetur illud *Coripp*i in ſermonibus *Callinici* ad *Juſtinum II.* à *Juſtiniano* Cæſarem creatum.

Auguſtum, Juſtine, genus te Principe dignum,
Te Dominum ſacræ quis non prædixerit aulæ?
Cum magni regeres divina palatia patris
Par extans curis ſolo Diademate diſpar;
Ordine pro rerum vocitatus (*) cum Palati, — *Vide infra §. 33.*
Diſpoſitu nam Cæſar eras, cum Sceptra teneret
Portis adhuc Senior, Regni tu Summa regebas
Conſilio moderata gravi. Nil ille peregit
Te ſine; magnanimus ſeu fortia bella moveret,
Fœdera ſeu pacis cum victis victor iniret.

Atque ad illa tempora antiqua referri debent verba *Leonis IX. P.* de *Cæſaribus* loquentis, aliisque dignitatibus ſecularibus in exemplum Epiſcopatuum diſtingvendorũ. *Epiſt. 4. Tom. 3. Concil. Part. 2. Edit. Fin. 1618.* *Sicut omnis mundana poteſtas his gradibus dignitatum à ſe invicem diſtat, i. e. ut primus ſit Auguſtus vel Imperator, deinde* Cæſares, *deinde Reges, Duces & Comites atq; Tribuni, ita & Eccleſiaſtica dignitas ordinata à S. Patribus invenitur.* Iſta enim ejus illius propria verba eſſe exiſtimo, quanquam in teſtimonium advocet Pontifices quosdam vetuſtiores. Et licet præſentis utatur tempore, (quod fuit anno Chr. M. L.) attamen manifeſtum eſt, quod *Cæſaris* nomen ipſius ætate neutiquam fuerit titulus hæredum in Imperio Occidentali manifeſtorum, ad quam tamen verba ejus utiq; referenda ſunt, uti mox docebitur.

IV. Alia *attributa ſolennia Cæſaribus* propria duo inſuper fuerunt: *Princeps Juventutis & Nobiliſſimus. Principes Juventutis* ſæpiſſime dicti ſunt. In argenteo *Marci Antonini* nummo, *Cæſar* ejus *Commodus* ſic nominatur L. AURELIUS COMMODUS CÆS. AUG. FIL. GERM. PRINC. JUVENT. Sic *Maximus* Cæſar *Maximini*, ſic *Philippus* Cæſar *Philippi*, & *Conſtantinus* Cæſar *Conſtantini M.* in nummis ſuorum temporum; Talia quoque obvia ſunt in vetuſtis Inſcri-

V. Gruteri Inſcript. 8. pag. 163. de Alexandro Heliogabali Cæſare.

ſcriptionibus: aliquando etiam (poſtquam *Cæſares* dicti ſunt Succeſſores certi) *Cæſaris* nomen omittitur in Inſcriptionibus honorariis, poniturque ſolummodo *Princeps Juventutis* cum titulis aliis, acſi hæc ſola appellatio ſufficeret ad *Cæſarem* denominandũ *Nobiliſſimi* titulus aliquando jungitur illi *Princeps Juventutis*, aliquando ſolitarius eſt, ceu huic dignitati proprius. In numiſmatibus *Conſtantini M.* N. C. vel NOB. C. vel CÆS. additur *Cæſaribus* ejus i. e. *Nobiliſſimus Cæſar.* Sic in illis *Conſtantii* qui *Juliani* nomen inſcriptum habent. *Severus* quoque & *Maximinus* Cæſares *Galerii & Conſtantini* ſcribuntur NOBB. CC. i. e. *Nobiliſſimi Cæſares* in *Codice*. Sic *Conſtantius*, (vel *Conſtantinus* ut volunt alii; *Conſtantius* tamen rectius nominatur,) & *Maximinianus* Cæſares *Diocletiani* & *Maximiniani* Imperatorum eundem nacti ſunt titulum in reſcriptis, ubi junguntur Imperatoribus. *Imperatores Diocletianus & Maximinianus A A. & Conſtantius & Maximinianus Nobiliſſimi Cæſares.* Neque dubito frequentes illas in *Codice* literas *Iidem AA. & CC.* pronunciari poſſe *Iidem Auguſti & Cæſares*, reſpectu habito ad *Cæſares* duos, & *Nobiliſſimi* vocem ſic ad *Cæſares* pertinere, quomodo *Auguſti* vox ad Imperatores. Sic etiam leguntur tituli iſti in inſcriptione reperta in *Cumbria* prope *Thoreſby*, atque hodienum ibi viſenda, de *Philippo* Cæſare Imperatoris *Philippi*

C. tit. de feriis Epigraph. l. quoniam.

C. tit. de Juris & facti ignorantia. l. 5 cum falſa.

Camden. in Brigant. pag. 637.

IMP. CÆS.
M. JUL.
PHILIPPO.
PIO FELI.
CI.
AUG.
ET. M. JUL. PHI.
LIPPO NOBILIS
SIMO CÆS.
TR. P. COS.

Aliæ etiam ap. *Grutcrum* plurimæ idem teſtantur, à cujus penu hanc unicam depromſi ſolennia Cæſareæ dignitatis attributa exhibentem. Poſuit illam *M. Aurelius Valentinianus* Præfectus *Hiſpaniæ* Orientalis in honorem *Carini* qui Cæſar fuit *Cari* Imperatoris, & extat adhuc ad *S. Agnetem Tarraconenſem.*

VI-

VICTORIOSISSIMO
PRINCIPI JUVENTUTIS
M. AUR. CARINO NOBIL.
CÆS. CONS. PRO COS.
M. AUR. VALENTINIANUS.
V. C. PRÆ. PROVINC. HISP.
CITE. LEGG. AUG. DEV.
OTUS NUM. MAJES. Q. EJUS.

Hic quoque *Numen* & *Majeſtas* tribuuntur *Cæſari*, quod ſolenne eſt in Inſcriptionibus honori Imperatorum dicatis, ut ſupra obſervatum: non vero Cæſarum, ſicuti nec *Fortiſſimi, nec Fœliciſſimi &c.* dicti, niſi raro admodum. Et quanquam Imperatrices earumque liberi *Nobiliſſimatus* titulum acceperunt, Imperatores etiam ſæpe, attamen Cæſarum peculiaris manſit: hinc in *Nazarii* Panegyrico *Conſtantino* dicto legimus: *Nobiliſſimorum Cæſarum laudes exequi velle, ſtudium quidem dulce, ſed non cura mediocris eſt.* Non forte fortuna Cæſares ſic nominat *Nazarius*, ſed conſilio, cognovit enim hoc nomen ipſis eſſe proprium, ideoque hoc in loco & alibi in oratione paſſim eo uſus eſt. Part. I. Cap. I. §. 5.

V. Verum ſicuti ex Imperatoris titulo *Cæſar Auguſtus*, vox *Cæſaris* ſumta nec non Succeſſori indubitato tributa, ipſeque dictus eſt *Cæſar Nobiliſſimus*; ita poſtmodum *Nobiliſimi* vox alius quoque dignitatis charácter fuit, ut videre eſt in illo *Niceta* ex *Theophane*, cui aſſentitur *Zonaras* dicens: *Coronamus* τὸν Νικήταν ἔστιν Νωβελίσσιμον, *coronavit Nicetam Nobiliſimum.* Corona vel Corolla aurea fuit, forma vero ignoratur. Dignitas Cæſari proxima fuit; & gradus ad eum, ſeu expectatio, ſicut Cæſaris ad Imperatorem. Prima ejus mentio fit ap. *Zoſimum*, narrantem, quod *Conſtantius & Annabalianus* à *Conſtantino M. Nobiliſſimi titulo* donati fuerint, purpuramq; cum auro acceperint. Verba ejus ſunt συνῆν δὲ αὐτοῖς τρίτον τὸν Δαλμάτιον, Καίσαρος ὑπὸ Κωνσταντίνου κατασθέντα, ὃν δὴ καὶ Κωνσάντιος ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, καὶ Ἀννιβαλιανὸς ἰσοτίμοις χλαμύσι κεκοσμημένοι καὶ σκήπτροις, τοῖς τὸ λεγομένου ναβελισσίμου παρ' αὐτοῦ Κωνσταντίνου τυχόντες ἀξίας, αἰδῶ τε συγγενείας. *Erant & Imperii quodammodo participes, Dalmatius* (à *Conſtantino Cæſar* dictus,) *& Conſtantius ejus frater & Annaballianus: qui purpureâ & aureis ornata limbis veſte utebantur, dignitatem nobiliſſimatus* (ut vocant) *ab ipſo Conſtantino propter adgna-*

tionis reverentiam conſequuti. Sic enim verba iſta intelligenda ſunt, non quod *Conſtantius* & *Annabalianus* Cæſares creati fuerint, æque ac *Dalmatius*; ut quidam malè intellexerunt. Sic errant quoq; exiſtimantes *Annabalianum* Regem creatum eſſe à *Conſtantino*. Poſteriora tempora plura ſuppeditant exempla. *Conſtantinus* Imperator factus in *Britannia* magna tempore *Honorii*, duos habens filios *Conſtantem*, & *Julianum* illum *Cæſarem* creavit, hunc vero eodem tempore Ἐλλιανὸν χρηματίσαντα Νωβελίσσιμον inquit *Olympiodorus*, creavit *Nobiliſſimum*: idem de *Theodoſio* minore ait, quod creaverit *Valentinianum* primo *Nobiliſſimum* ac deniq; *Cæſarem*. Sic *Marcellinus Comes*; quod *Juſtinus* primus creaverit *Juſtinianum* primum *Nobiliſſimum*, ac poſtea *Cæſarem*. *Anno regiæ urbis conditæ* (intelligit *Conſtantinopolin*) *CXCVII. Juſtinus Imperator Juſtinianum ex Sorore ſua Nepotem, jamdudum à ſe Nobiliſſimum deſignatum participem quoq; Regni ſui Succeſſorem q. creavit.* Diſtantia temporis inter has creationes diſtinctas fuit IX. annorum, obſervante erudito *Nicolao Alemanno* & aſſerente, fuiſſe etiam titulum aliquem *Protonobiliſſimi*, datum, ut ſe reperiſſe ait, *Eumathio* Græco ſcriptori amorum *Nyſminii* & *Nyſminiæ* ſub *Leone filio Copronymi* tres ſimul fuerunt *Nobiliſſimi* titulo utentes; *Niceta* & *Anthimus* (à *Copronymo* ambo creati) & *Eudoxius* à *Leone*, cujus frater minor fuit. *Alexius Comnenus* (poſtmodum Imperator) *Nobiliſſimus* factus eſt ab Imperatore *Nicephoro Botoniate*. Præterea habuerunt in titulis ſuis plurimis præter *Protonobiliſſimum*, πρωτονωβελίσσιμον πρίγκιπα, aſſi dicas *Primo-Nobiliſſimo-Supremus*, ut legitur in ſubſcriptione ad illum caſum *Alexii Caphandritæ* de Conſobrinorum conjugio.

Chron. Alex. p. 668.

ap. Phot. in Myriob. Cod. 80.

Not. ad Procop. hiſt. arcan. p. 42.

Laudulp. Sag. lib. 23.

Zonaræ tom. 3. p. 221.

Juris Græco Rom. lib. 4. p. 288.

Anna Comnena p. 59. Alexi ad 3 Zonar. Tom 3. f. 234. Glyc. Part 4. & Codinus p. 7. edit Gretſer. cujus commentar. ad Codin. Sid. Lib. 2. c. 1. Meurſ. in Gloſſ. Verb. Δεσπότης Σεβαστοκρ.

VI. Poſthæc autem *Cæſaris* titulus non amplius denotavit ſucceſſorem certum in Orientis, Occidentisq; Imperio. In Imperio Orientali *Alexius Comnenus* primus circa ann. Chr. M LXXX. promiſſis obſtrictus, creavit ſuum affinem *Nicephorum Meliſſenum* Cæſarem, nullatenus tamen ſucceſſorem deſignavit; nam ideo fratrem ſuum *Iſaacium Comnenum Sebaſtocratoris* titulo donavit, quaſi diceres *Auguſto-Imperatorem*: huncq; titulum ab Imperatore ſecundum fecit, *Cæſaris* vero tertium. Ἐφημόσατο (ait *Codinus*) τῷ ἀδελφῷ τὸ ξ Σεβαστοκράτορος ὄνομα διότι μεγάλα βασιλέα τὸν πατριάρχην, καὶ ὑπεβίβασε τὸν τῶν Καισάρων, *ornavit fratrem ſuum titulo Sebaſtocratoris, ſecundum ipſum conſtituens Imperatorem, Cæſaremq; ipſi poſponens.* Eadem ratione *Anna Comnena*, cujus

cujus textus corruptus ex *Codino* ſuppleri poteſt, loquitur: additq; *Alexium* mandaſſe, ut *Sebaſtocrator* & *Cæſar* publice coronarentur, coronis tamen ejusmodi, quæ ſuæ coronæ divitias non æquarent: Οὐ μὴν ἀλλὰ (verba ejus ſunt) καὶ στέμμασι τοῖς παιδομισὶς ἡμέρας αὐτὸς σφανίδας ἐστεφάνωτο, τότε Σεβαστοκράτορα καὶ τὸν Καίσαρα κατὰ πολὺ λαμπρύνων τῇ πολυτελείᾳ ὃ λαδήμαλος ὑπ' αὐτοῦ ἐστεφάνωτο. Vulgata tamen opinio eſt, quod poſthæc *Deſpota* titulus ὁ Δεσπότης (quod idem eſt cum *Domino*, *Lord*, *Sire*, *vel Monſieur*) abſolute poſitus proprius fuerit Hæredi manifeſto, ut *Principis* nomen per excellentiam apud nos. Fratres enim Imperatoris, filii juvenes, & generi, nec non Principes alii ſæpe etiam *Deſpota* vocantur, ſicuti filii Regum juvenes & Fratres, Ducum etiam dicuntur hodie Principes. *Deſpota* tamen dicunt, per excellentiam denominavit hæredem certum, ut *The Prince* in Anglia, *Monſieur* in Gallia, cum hæres ille eſt Frater, etſimiliter. Poſtquam igitur hic *Deſpota* titulus uſurpari cœpit, *Cæſaris* voxquartam ab Imperatore deſignavit dignitatẽ; *Deſpota* enim & *Sebaſtocrator* interceſſerunt. Initiũ mutationis hujꝰ refertur ad *Alexium Angelum Comnenum* vel *Alexium II.* regnantem LXXX. an. circiter poſt *Alexium I.* ornatemq; generum ſuum *Alexium Pataeologum*, cui Matrimonio junxerat filiam ſuam natu maximam *Irenen*, hac dignitate: *Filiam natu grandiorem* (inquit *Georgius Phrunzes* Latinus, Græcum enim non habemus) *Irenem vocabulo, purpurea induere ſandalia juſſit, quod illam & cui deſponderetur ſucceſſores & hæredes poſt obitum ſuum fore conſtituiſſet. Quam cum Alexio Pataeologo in Matrimonii communionem dediſſet, mox eundem ad Deſpotatus honorem extulit.* Sic quoque Græci alii teſtantur, creatum eum fuiſſe *Deſpotam*; & eruditi nunc quidam, primum credunt eum, qui iſto ſenſu geſſerit nomen illud. Quantum vero obſervavi ego, veriſimile videtur, quod tempore *Alexii I.* (ſub quo tituli iſti *Sebaſtocrator Sebaſtos*, *Panhyperſebaſtos* &c. cœperunt; *Auguſtus vero & Sebaſtos* idem ſignificantes voces ſic ſubditis communicatæ fuerunt, & *Cæſaris* titulus multo infra priorem dignitatem dejectus eſt) Hæres manifeſtus ex agnatione primariò cognitus, Imperium enim hæreditarium factum erat, non amplius habuerit ejusmodi ſpeciale nomen, ſe tantum denominans; & *Deſpota* fuerit dictus non alio modo, quam ſicuti (ex. gr.) tempore *Eduardi* noſtri Ill. Prin-

V. Pontan. in explic. Digniſ. prefix. Prototeſtario, p. 9 10. & Franc. Jun. ad Curopal. p. 262. In utroque plane Alexio Comneno (primum ſcil.) in Alexium Angel. Comnenum, ubi de hac re loquitur, mutari debet. Confuſio enim ibi manifeſta ab Oſcitantia ſive Librariorum, ſive Autorum irrepſit.

Anna Porphyrogeneta Alexiad. l. 3. & Georg. Codin. ὡς ἐφρα-

Princeps niger Cornubiæ Dux potuit *Dux Eduardus* nominari: & ſi ita nominatus fuiſſet, nemo ipſum inde credidiſſet hæredem manifeſtum, ſed fuiſſet tantum nomen accidentale, & cum fratribus commune; nam & ipſi Duces dicti ſunt. Sic *Deſpota* titulus ſingularem denotavit dignitatem, ſicut ap. nos *Ducis* vocabulum: & tale *Sebaſtocratoris* nomen fuit: Imo *Deſpotæ*, *Sebaſtocratores*, *Cæſares*, *Megadomeſtici* fere reſpondent noſtris *Ducibus*, *Marchionibus*, *Comitibus*, *Vice Comitibus*, &c. *Georgius Acropolites* diſerte ait *Theodorum Laſcarem* creaſſe *Deſpotas*, *Sebaſtocratores*, *Megadomeſticos* &c. Δεσπότας τε πρωτοβουλίῳ καὶ Σεβαστοκράτορας, Μεγάλους τε δομεστίκους verba ſunt ipſiſſima, probantia plures factos fuiſſe *Deſpotas*, ut etiam alibi oſtendit exemplo, Venetorum Ducis ad hanc dignitatem evecti à *Baldumo* I. Imp. *Conſtantinop.* ubi tamen nulla ſucceſſionis mentio. Cumque *Michael Palæologus* eſſet Tutor *Johannis Laſcaris*, qui filius fuit & Succeſſor *Theodori Laſcaris*, è Republica viſum fuit, ut tanto fungens officio majori etiam ſplendeſceret dignitate, ideoque *Deſpotam* creaverunt, τῇ βασιλείᾳ ἐγγὺς ἀξίωμα. *proxima ab Imperatore dignitate*, ut *Nicephorus Gregorius* loquitur; non vero ſucceſſorem conſtituerunt, quanquam poſthæc iniquiſſime ſuccederet. Cumque hic *Michael* imperaret, Frater ipſius *Johannes Deſpota* fuit, abſque ſucceſſionis tamen jure. Ipſe vero cupiens filium ſuum minorem *Conſtantinum Porphyrogennetum* (ſibi Chariſſimum) quemque libenter ſucceſſorem nominaſſet diſpenſare potuiſſet cum jure primogenituræ *Andronici*) honore ſpeciali decorare, non *Deſpotam* fecit, ſed evexit in dignitatem non nominatam *Deſpota* ſuperiorem, proximumq; ſibi fecit & filio ſuo *Andronico*, quem in ſocietatem Imperii aſſumſerat. Sic *Joannes Cantacuzenus* LX. an. ipſum ſecutus evexit filium ſuum maximum *Matheum* ad hanc non nominatam dignitatem, poſtquam juniorem *Manuelem* & generũ *Nicephorum Ducam Deſpotas feciſſet*. *Miſſa trirem* (ſcribit. *Cantacuzeno* ipſe, Græca enim non extant) *in Theſſaliam filium Manuelem, accerſit eumque conſtantinopoli cum Nicephoro Duca genero ſuo Deſpotam declarat; Matheum ſeniorem filium nulla dignitate nominatim cohoneſtat, honore tamen ſupra Deſpotas effert, nempe ut eſſet Imperatori proximus, quem honorem primus Palæologorum Imperator Michael, propter filium Conſtantinum Porphyrogennetum invenit, videbatur & dignitas Deſpotarum dignitati ante-*

Niceph. Gregor. lib. 6. Cantacuzen. Hiſt. 4. cap. 5.

antecellere. Fuit ergo ad minimum poſt hujus *Michaelis* tempora, præter nominibus inſignitam ſub Imperatore dignitatem ſummam, *Deſpota* (qua plures ſimul decorati fuerunt) etiam alia hac ſuperior & nomine carens dignitas, Succeſſori certo propria, (ſive is fuerit *Deſpota* vel non) eumqve ſupra *Deſpotas* omnes evehens: quoniam vero proprium nomen nullum habuit, vulgo *Deſpota* ſalutatus eſt, adjectis ſaltem ejusmodi attributis, quæ ſtylus curiæ ad eum pertinere judicavit. Inde *Andronicus* Filius & Succeſſor manifeſtus *Michaelis Palæologi* vocatur *Primogenitus chariſſimi in Chriſto filii noſtri Michaelis Palæologi, Imperatoris Græcorum Illuſtris* in epiſtola *Gregorii* X. P. M. Inde apud *Codinum* Succeſſor evidens in genere dicitur ὁ υἱὸς ἐξ βασιλέως *Imperatoris filius*: *Deſpota* vero ſeorſum nominantur, ceu inferiores. Ex *Emmanuelis Palæologi* ſex filiis *Johanne, Theodoro, Conſtantino, Andronico, Demetrio, & Thoma* primus *Johannes* in Imperio ſucceſſit, reliqui autem *Deſpota* dicti ſunt; hancque dignitatem cum præceptis variis à Patre ſuo adepti ſunt. Ex *Johannis* poſt Imperatoris, vita, diſcimus fratres duos minores *Demetrium* & *Thomam* (*Theodoro* enim mortuo, *Conſtantinus* proximus ſucceſſor factus eſt eundem vulgo geſſiſſe titulum: nam in concilio generali *Ferrarienſi*, quorſum *Demetrius* Imperatorem Fratrem ſuum comitatus fuerat, vocatur ὁ Δεσπότης Κύριος Δημήτριος, *Deſpota, Dominus Demetrius* vel *Dominus Demetrius* (nam ſic ſæpe interpretantur recentiorum Græcorum vocem Κύριος) & ſimpliciter ὁ Δεσπότης. *Conſtantinus* vero proximus Succeſſor exiſtens nominavit ſe in epiſtolis ſuis aliquot ante concilium *Baſileenſe* annis: *Conſtantinum in Chriſtum fidelem Deſpotum Romanorum Palæologum*, ubi *Romanorum* vox additur *Deſpoto* ſicuti in elogiis Imperatorum Orientalium ad vocem *Imperatoris* addi ſolita fuit: formatur enim ex Græcorum Ῥωμαίων quod retinuerunt in titulis ſuis Orientales intuitu *Conſtantinopolis*, quæ Νέα Ῥώμη, *nova Roma*, dicta fuit. Et forteſſe *Deſpota* nomen cum additamento *Romanorum* aptiſſimum viſum eſt ad denominationem Succeſſoris indubitati. De communicato vero uſu tituli hujus, vide præter teſtimonia obvia in Iſtiq Imperii hiſtoria, diploma confirmationis, qui in inimus horum fratrũ *Thomas* partem terræ in Paſtris adſcripſit *Demetrio Palæologo Dermocaitæ, & Joanni Rhoſatæ* à fratre ſuo Maximo *Johanne* adhuc *Deſpota* iis conceſſo ἐκ[illegible]

Pidefis lib. 2. cap. 7. §. 1. Codinum. cap. 3. Tom. 3. Conc. part. 2. p. 746. edit. 1614. Laertè. Cherubim Bullar. tom. 1. in Gregor. 10. Conſt. 2. p. 121. ed. 1617. Roma. Apud Zygomalã in Hiſtor. Politica. p. 17. Georg. Prototeſt. l. 2. Concil. tom. 4. P. 1. p. 413. & 414. ed. Binii 1618. ib. p. 234.

ἡγεμὼν, (verba inſtrumenti ſunt.) Παρὰ τοῦ αὐθέντου μου, καὶ βασιλέως, καὶ ἀδελφοῦ μου, ἐν τῷ τόπῳ Δεσπότης ὁ τῆς Κύρου Δημητρίου Παλαιολόγου Δερμοκαΐτης καὶ Κύρου Ἰωάννης ὁ Ῥωσσῆς καὶ τὴν ἐπιχὴν τῶν Πατρῶν καὶ βόλεσίν τι. *Quandoquidem Demetrius Palæologus Dermocaital & Johannes Rhoſata feudum acceperunt à Domino meo Imperatore, fratre meo, tunc Deſpota, terram quandam in Patriſitam, &c.* Subſcribit deinde miniatis literis, (ſicut tum mos erat) Θωμᾶς Δεσπότης Πορφυρογέννητος, *Thomas Deſpota Porphyrogenitus:* Vocat ergo hic Fratrem ſuum maximum hæredem indubitatum *Deſpotam* ſimpliciter ſicut & ſemetipſum; utut minimus fuerit. Accidit autem hoc paucis ante captum à Turcis *Conſtantinopolim. Codinus* clarius adhuc ait. Οἱ τοῦ Βασιλέως υἱοὶ Δεσπόται προέρχονται τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν γαμβρῶν τοῦ βασιλέως Δεσπόται καὶ αὐτῶν ὄντων. *Deſpotæ qui ſunt Imperatorum filii præcedunt eorum affines & generos, quanquã & ipſi Deſpotæ ſint.* Et de ſolenniis Aulæ *Conſtantinopolitanæ* in feſto nativitatis loquens, ait, Imperatorem ꝛetiſſe diademate coronatũ, aliaq; Majeſtatis inſignia penes ſe habuiſſe, ut & filium ejus εἰ ἐστεμμένον ἐνεῖσθαι, *ſi coronatus fuiſſet:* i. e. Imperii ſocius ac Imperator cum Patre, ut ſæpe accidit. Si vero coronatus non fuiſſet, velo amictus eſt pretioſo (Φακιόλιον dicunt.) & corolla coronatus quam Στέφανον nominarunt quidem, at diſtinxerunt à στέμμα, quæ ipſi fuit loco Imperialis corouæ. Stetit v. (ait porro) ut quod ſupra genua eſſet corpus cerneretur τῶν δὲ Δεσποτῶν τὸ μὲν λοιπὸν τῶν σωμάτων κρυπτόμενον ἦν τῇ στέψει καὶ ἀπὸ Φακιόλου. Loca iſta docent *Deſpota* nomen quomodocunq; acceptum Hæredi manifeſto proprium non fuiſſe: quanquam corolla etiam non alia fortaſſis fuerit, quam quæ *Deſpotarum* propria de qua mox dicemus. Exiſtimo igitur poſt tantam titulorum innovationem, riſui fere Dignitates imperiales per tam miram vocabulorum fictionem exponentem, puduiſſe tandem Imperatores nova invenire verba ad deſignandum heredem certũ: & contentos fuiſſe ſi *Deſpota* vocaretur, non ut ſic deſtingverentur ab aliis, verum tanquam abunde demonſtraretur, per titulum hunc nomen ſuum baptiſmale & primogenituræ ſuæ jus manifeſtum. Quoniam autem opinio eſt (erronea licet) Titulum *Deſpotæ* abſolutum denotaſſe in Imperio illo hæredem certum, qui Hæres etiam revera fuit Deſpota, (non tamen ſolus hoc inſignitus nomine, ſed & aliis illo ipſo appellatis) neque alia fuit Dignitas illo in regno ſublimior addo hic Deſpotæ inaugurationem. Ta-

Cruſ. Turco Grac. lib. p. 343. num 59. circa an. Chr. 1440.

Ibid. cap 6. §. 10. & ſide ſic c. 10. §. 6, 7.

Faciunt in Triclinio, ubi ſtat Imperatoris Thronus, ſepimentum aureis ſplendidum pannis, quod Thronum & Circumſtationem ſeparat. Et proceribus quidem ſua inſignia geſtantibus, utpote Scranica *& id genus alia, induunt Deſpotam Principis ii, quos Imperator præſcripſerit, intra Triclinium, in Summa ejus parte, nempe duplici colore calceis cabbadio veri luminis, vel coccineo, margaritis diſtincto.* Vocant τῆς ἀξίας διακεκαλυμμένην σύμβολον; *At Imperator geſtans ſuo in conclavi ſtemma ſuum & reliqua, procedit ad locum Throni ſui. Sepimento igitur patefacto omnes precantur multos annos. Deinde duo ex honoratioribus proceribus adducunt Deſpotatus Candidatum & ſtatuunt ante Imperatorem, quem ſtans ſic affatur:* Imperium meum, ſive Majeſtas mea creat te Deſpotam: Ἡ βασιλεία μου προβάλλεται σε Δεσπότην *& ſtatim omnes in multorum annorum precationem erumpunt. Sciendum vero Imperatorem non ſolum ſtare, quando Deſpotam creat, ſed quandocunque aliquid officii ſui exequitur, licet minimum ſit, id ſtans facit. At Deſpota pedem Imperatoris oſculatur. Ut autem ſurrexit, imponit Imperator propria manu capiti ejus ſertum ex Unionibus & Margaritis confectum habens parvulas cameras ſeu forniculas ante retro & ab utroq; latere, ſi ad Deſpotam evectus ſit filius Imperatoris: Sin autē gener tum ante, dunt axat; quod Sertum adpellatur &* Stemmatogyricum, *iterumq; multos annos adprecantur. Deinde clauſo interſtitio, Imperator ad ſuum conclave abit. Deſpota itidem in ſuum, cum omnibus prædictis geſtaminibus, comitantibus cum proceribus in equis, quorum Singuli ſui propria geſtant ornamenta, ut antea dictum.* Ita & *Sebaſtocratores* ac *Cæſares* recentius creati ſunt niſi quod coronas non haberent; ad minimum quales habuerint, non apparent. Cum autem *Cantacuzenus* Imperator *Sebaſtocratoris* donavit titulo uxorum ſuarum fratres *Johannem Aſanium* & *Manuelem Aſanium* coronas habuerunt illis *Deſpotæ* qui ſolummodo gener fuit, ſimiles. Aliæ dignitates *Sebaſtocratore* inferiores ut *Panhyperſebaſti* & cæt. caruerunt coronis, & diſcriminatæ fuerūt pileis præſertim ac veſtibus. *Deſpotæ* etiam appellati ſunt Principes regionum Orientali imperio vicinarum, cum additamento regionis iſtius, ut *Deſpota Bulgariæ* ſeu *Raſciæ*, *Molaviæ* &c. Latina tum temporis, vox erat *Deſpotus* à Δεσπότης. Aliquando etiam eadem perſona & *Deſpotum & Regem* ſe nominavit. Talis enim in epiſtolis *Johannis Deſpotæ in Moldavia* anno M D LXII. ad *Joh. Zygomalam* primum Advocatum Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* ſubſcriptio eſt: Δεσπότης Βασιλεὺς Μολδαβίας i. e. Deſpota Rex Moldaviæ: ap. *Cruſ. Turco-Græc. l. 3. p. 247.* VII.

Codinus de officiis Conſtantinop. c. 18.

Juris Græco Rom. l. 3. p. 186 & de pileis aliis excellentiorum dignitatem ornamentis V. Cod. περὶ ὀφφικ. c. 3 & 4. & 7. & Gretſer. ad eundem p. 181. Videſis præter hiſt. quæ obvia ſunt, Decretorum Alberti 2 Imper. c. 21. Leu. Pandect. Turris & Gretſer ad Codinum lib. 2. cap. 1.

VII. Poſtquam occidentale Imperium (quod vulgo appellatur Imperium à Græcis ad Francos translatum) in *Carolo M.* confirmatum eſt, hæredem vel Succeſſorem manifeſtum dixerunt *Italiæ Regem. Romani* inquit *Sigebertus*) *uno omnium conſenſu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, eumque per manum Leonis Papæ coronant,* (Cæſarem & Auguſtum *appellant. Pipinum vero filium ejus* Regem Italiæ *collaudant*, exiſtimantes titulum, *Rex Italiæ*, proprium debere eſſe ejus filio, & ſucceſſori in Imperio, quanquam ante XX annos circiter iſte *Pipinus* coronatus fuiſſet Rex *Italiæ*, cum Parens ejus extitiſſet Rex *Francorum. Pipino* mortuo filius ejus *Bernhardus Rex Italiæ* creatus eſt eundem in finem. Sic *Lotharius* Filius *Ludovici Pii*: Imperio denique à *Francis* ad *Germanos* transeunte, & *Italia* tumultibus plena, ſucceſſor certus in *Regem Germaniæ. Otto M.* hunc titulum evexit filium ſuum *Ottonem* (II. poſtea dictum) *Aquisgrani* adminiſtrante Archipiſcopo *Colonienſi.* Sic Regna *Germaniæ & Italiæ* ad ſucceſſores indubitatos pertinere viſa ſunt. Ideoque (poſtquam Imperium electitium factum eſt videmus (e. g.) *Fridericum Barbaroſſum* curaſſe, ut filius ſuus *Henricus* (poſtea *Henricus III.*) eligeretur in *Regem Germaniæ*, coronareturque *Aquisgratini* à *Philippo* Archiepiſcopo *Colonienſi*: iſteque *Henricus* ſic coronatus omni opera conatus eſt etiam *Italiæ* coronam nanciſci, tanquam coronæ Germanicæ unitam, in omnibus Germanis Regibus prædeceſſoribus ſuis. *Affectabat eximio ſtudio* inquit *Sigonius*) *Italici Regni coronam Henrici Friderici filius, ut qua omnes affecti fuiſſent, qui ante ſe regnum Germaniæ obtimiſſent*; aſſecutus quoque eam eſt, coronatus *Lamberto Archiepiſcopo Mediolanenſi.* Verum licet uno in loco indubitatus Succeſſor coronatus Regis Germaniæ adipiſceretur titulum, & in altero loco Italici Regis, attamen, ac ſi Synonoma fuiſſent, vulgo *Rex Romanorum* ſalutatus eſt ſpecialis denominatio dignitatis in ſucceſſore deſignato. Iſtud nomen ab eo aſſumptum cernimus in illuſtriſſima reipubl. actione, ex qua civitates Italiæ optimas ſuas derivant libertates: *De Pace Conſtantiæ: Nos Fredericus Imperator & Filius noſter Henricus Romanorum Rex, concedimus vobis, cinitatibus, locis &c.* fuit autem prius Rex Italiæ. Plura exempla ſucceſſorum manifeſtorum in Imperio, qui Reges Romanorum fuerunt appellati ſuperſtitibus adhuc Imperatoribus, frequentia ſunt: magnas etiam lites circa ele-

Regino in Chronic. an. 781. Sigon. de regno Italiæ l. 3.

circa an. Chr. DCCCC LXI.

A. MCLXX.

Sigon. de Regno Italiæ l. 14 & in extremo Exodor.

electionem obortas vide in hiſtoriis Germanicis *Caroli* IV. & V. ubi præ aliis celebratur, *Elector Saxoniæ* contradicens Electioni *Ferdinandi* in Romanorum Regem ſub *Carolo V.* Solennia vero electionis & coronationis vide in *Maximiliano* (l. poſtmodum dicto) creato Rege Romanorum vivente patre ejus *Friderico III.* quæ prolixe recenſet *Goldaſtus*, & alia huc pertinentia, exhibens. Vide etiam quæ occurrunt hac de re in *Aurea Bulla Caroli IV. Gerlachii, Buxtorfii commentariis, ap. Onuphrium de Comitiis, &c.*

Gerlac. Buxtorf. ad c. 1. aurea bulla Sect. 12. Tob. Paurmeiſt. de Jurisd. lib. 2. c 2 §. 43. & c Politic. Imp. Part 1. p. 86. Vide cum parte 2.

NOTA: Singularia omnino ſunt & erudita quæ Clariſſimus habet *Coccejus* in *Prudentia J. P. cap. 6. 7. & 8.* de Regno *Italiæ* diverſo plane à *Germanorum* Regno, & de Rege *Germanorum* & denique *Romanorum*, vel Imperatore, cujus unam Electionem ſed quatuor aliquando fuiſſe inaugurationes affirmat; De *adoption. item Cæſarum* in gente *Juliæ*, quam veram ſucceſſionem fuiſſe pernegat, ſed electionem *aſſumptionem* (ſcribit. c. 7. §. 17.) *ſunt Cæſares hoc facto in ſocietatem Imperii vivo Auguſto, & eo mortuo continuatio magis Imperii fuit quam ſucceſſio, ut hodie Regis Romanorum.* De quo cap. 8. §. 28. iſta habet. *Eſt indubitatus regni ſucceſſor. R. I. 1559. in princip. ut olim Cæſares. Non vero Vicarius Imperii; ſed ſi Imperator abſens vel impeditus ſuas ei vices expreſſe commiſerit, duplici jure utitur, & cum ſuo proprio, ſcil. regio, tum mandatario Auguſti nomine Imperium exercet.*

Auream Bullam vero neutiquam de Rege Romanorum eligendo agere, cum Imperator eſt ſuperſtes, docet *Oldendorp. Limna. enucl. lib. 1. cap. 23. §. 5.*

Quanquam vero Cæſar olim hæres vel ſucceſſor imperii indubitatus fuerit citra quæſtionem ſubjectus Imperatoris Jurisdictioni, ut ſupra dictum, & poſt Imperium à *Carolo M.* occupatum, *Rex Italiæ* ſive deſignatus Succeſſor, non alia præditus fuerit ſuperioritate reſpectu Imperatoris (ut elucet e Regis *Bernhardi* exemplo, qui ob rebellionem in Imperatorem *Ludovicum Pium* legitime ad mortem condemnatus, ſed Imperatoris indulgentia oculis tantum privatus eſt, attamen eruditi quidam Juris conſulti in Imperio affirmant Regem Romanorum vivente Imperatore electum, æquam cum ipſo habere poteſtatem, neque Jurisdictioni iſtius ſubjectum eſſe, tanquam *alterum Imperii caput.* Verum quoque eſt, Regem Romanorum edicta conſtituiſſe, æque ac Imperator, nec non

Sigon. de regn. Italiæ lib. 4. ann. Chr. 818.

REGIO DEL VICCHIO UNIVERSITÀ BIBLIOTECA

non ſcripſiſſe titulos ſuos Von Gottes Gnaden Römiſcher König/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/ zu Hungarn/ Behem/ Dalmatien/ Croatien/ und Sclavonien/ ꝛc. König. Sicuti in *Ferdinandi* titulis legitur ſub *Carolo V.* i.e. *Dei Gratia Rex Romanorum, ſemper Auguſtꝰ, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Slavoniæ, &c. Rex.* Negant tamē id alii, nec aliam ipſi concedunt poteſtatem, niſi quam Imperatoris exercet nomine. Ego litem non definio, remitto autem Lectorem ad *Mathiæ Stephani Synopſin Materiæ Juridict. lib. 2. Part. 1. c. 2. §. 49. & ſeq. Joſiæ Nolden Synopticam Tractationem de ſtatu Nobilium c. 2. §. 34. ſeq. Goldaſti Politica Imperialia Part. 2. Johan. Wolfii Theſ. 9. diſcurſ. 30. Juris publici Tom. 2. Gerlachi Buxtorfii ad Auream Bullam differt. Theſ. 77. lit. e.* Qui tamen maxime attollunt dignitatem iſtam, agnoſcunt nihilominus, quod teneatur *Imperatoriæ Majeſtatem comiter obſervare*, neque ab officio reverentiæ, ſed tantum à Jurisdictione ſit immunis.

NOTA: Adde his autoribus Clariſſima *Conringii* & *Limnæi* nomina.

VIII. Quoad alios in Imperio titulos, quorum multi dependent ex antiqua notione *Ducis & Comitis* (qui vel honorarii fuerunt, vel miniſteriales vel utrumq; in Imperio antiquo) & ut plurimum extiterunt Feudales neceſſe erit ab initio iſta explicare nomina, ut & naturam feudorum ac initia, una cum dignitatibus iisdem annexis. Nam non iſti duo tantum tituli, ſed & alii plurimi, in aliis regnis æque ac in Imperio poſtquam conjuncti ſunt, feudales primo facti ſunt, & poſtmodum (certo reſpectu) Honorarii tantum, in aliquibus vero etiam hodienum ſunt feudales.

Nomen *Ducis* (prout titulus honoris eſt, vel Poteſtatis eminentis, ſeu abſolutæ) duo ſignificat. Primo abſolutam ſignificat poteſtatem, quæ potius modeſtia locutionis, quam natura differt à ſummo Regis titulo. Sic illud de *Philippo Macedonum* in *Juſtino: Ita vicit ut victorem nemo ſentiret, Sed nec Regem ſe Græcis, ſed* Ducem *appellari juſſit.* Atque hoc ſenſu uſurpatur vox iſta in hiſtoriis ſeculorum barbarorum pro iis qui Reges coronati non fuerunt, attamen nec agnoverunt ſuperiorem: præſertim in *Germania* quibusdam partibus & regionibus conterminis, æque poſt ac ante Francorum Imperium. Iſto appellatur nomine *Ruſſiæ* Imperator, eo ſenſu quo de *Domitiano* ait *Martialis: Plurima quæ ſummi fulget imago Ducis.* In titu-

lis

lis *Ducis Venetorum* ſuppremam omnino denotat, nec ſubordinatam alicui poteſtatem. Deinde ſignificat dignitatem eximiam, miniſterialem vel feudalem ſuperiori ſubditam: atque hoc ſenſu ſolum conſideramus nomen illud hoc in loco una cum *Comitis* titulo. In tractatione utriusque loquemur primo de iis prout fuerunt honorariæ vel miniſteriales dignitates anteqvam feudales factæ ſunt in Romano Imperio: deinde de natura & initiis Feudorum, & quomodo iſtæ Feudis connexæ ſunt atque ſic feudales factæ.

Imperatores olim præter miniſtros aulæ ſummos in ſatellitio habuerunt quosdam ſelectos viros dictos *Comites*, vel *Comites ac amicos*: erant iſti ut plurimum Conſulares, Prætoriani, Senatores, & aliquando minoris dignitatis. *Valerianus* Imper. in Oratione ad Senatum de *Macriano* vocat eos *Romanum Collegium*. *Lampridius* ediſſerens modum conſtituendi eos ait: in *Contubernium Imperatoriæ Majeſtatis adſciſcere*. Vetuſta quædam inſcripto Monaſterii *S. Proteſti* Mediolanenſis talem unius facit mentionem. *Trebell. Poll. in Maxiano.* *Ap. Grater. pag. 1100. 5.*

C. SENTIO SEVERO QUADRATO C. V. COS. AMICO ET COMIT. * AUG. N. JULII FRATRES MAXIMUS ET VICTOR.

* *Aug. noſtri*

Affuerunt Imperatori conſiliis & actionibus, diviſi etiam in diverſos dignitatis gradus. Erant aliqui *primi ordinis* (ut vocabant) alii *ordinis ſecundi*, alii *tertii*. Teſtimonia diſtinctionis hujus obvia ſunt in utroque Codice, præſertim in *Euſebio de vita Conſtantini lib. 4. cap. 1.* Unde vero origo eorum nec non diſtinctio repetenda ſit, eruditi diſſentiunt. Ego exiſtimo ſufficienter probari poſſe utrosque cum ipſo cæpiſſe Cæſarum Imperio. Si *Tiberius* non habuit ejusmodi *Comites & Amicos*, & diſtinxit, non intelligo quid dicat *Suetonius: Pecuniæ parcus & tenax Comites peregrinationumque nunquam ſalario, cibariis tantum, ſuſtentavit: una modo liberalitate ex indulgentia vitrici perſecutus, cum tribus claſſibus factis, pro dignitate cujuſque prima ſexcenta ſeſtertia, ſecunda quingenta diſtribuit, ducenta tertiæ; quam non* Amicorum ſed Gratorum *appellabat*. Hic ſunt *Comites* ipſius, qui ipſi prope affuerunt, ideoque in tres diviſi ordines vel gradus: & *A-* *Juſtin. lib. 12. Theodoſ. l. 6.*

micorum vocabulo in illud *Gratorum* mutato. Mos autem habendi juxta ſe Amicos, & Aſſecias diverſi ordinis, ſeu manifeſte diſtinctos in Republica, fuit etiam ante Cæſarum imperium. *Seneca* primordia ejus refert ad *Grachum & Livium Druſum. Iſti apud nos primum inſtituebant ſegregare turbam ſuam, & alios in ſecretum recipere, alios cum pluribus, alios cum univerſis. Habuerunt itaq; iſti Amicos* primos, *habuerunt* & ſecundos, *neutros veros.* Mos hic aſſumptus ut videtur ab Imperatoribus, genuit tripartitum Comitum Amicorumque ordinem, qui intelligitur ex allegato *Svetonii* loco, nec non *Lampridii* in *Alexandro Severo* verbis. *Moderationis tantæ fuit, ut nemo unquam ab ejus latere ſemoveretur, ut omnibus ſe blandum affabilemque præberet, ut* Amicos *non ſolum* primi ac ſecundi *loci ſed etiam* inferiores *ægrotantes viſeret.* Hic *primi ac ſecundi loci & inferiores* ſunt *Comites* primi, ſecundi & tertii ordinis ſeu infimi, quorum etiam ſub generali nomine *Amicorum aut Comitum* meminit *Ælius Spartianus* in *Adriano. Quum Judicaret in Conſilio habuit non* Amicos *ſuos aut* Comites *ſolum, ſed Juris Conſultos & præcipue* Julium Celſum, Salvium Julianum, Neratium Priſcum, *alioſque quos tamen Senatus probaſſet.* Obſervari etiam meretur, titulum illum *Amicus Principis* adeo frequentem fuiſſe apud Orientales, ut bene queamus colligere eum inde ad Romanam tranſiiſſe Remp. In Judæorum Regno *Chuſai Arachites fuit amicus Davidis Regis:* acſi ſpecialis hæc fuiſſet aulæ iſtius dignitas. Ebræi legunt רע המלך *Socius vel Amicus Regis* LXX. Χουσὶ πρῶτος φίλος τοῦ βασιλέως *Chuſi primus Regis Amicus:* alia vero exemplaria rectius habent: χουσὶ ὁ ἑταῖρος Ἑταῖρος τοῦ βασιλέως. *Chuſai Arachita comes* vel *ſocius Regis.* Apud *Babylonios*, Erat autem Daniel Conviva Regis, (græce, συμβιώτης τοῦ βασιλέως *cum Rege vivens*) *& honoratus ſuper* Amicos *ejus. In Syria* ſub *Antiocho Epiphane elegit Lyſias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem & Gorgiam ἄνδρας δυνατοὺς τῶν φίλων τοῦ βασιλέως viros potentes ex Amicis Regis.* Sic *Ariſtoteles*, inquit *Laërtius*) συνεβίω Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, ἰατρὸς ἦν φίλος χρόνῳ *vixit cum Amynta Macedonum Rege tanquam Medicus & Amicus ejus.* Plura hujus rei teſtimonia vide in *Maccabæorum* libris & *Joſepho, Archæolog. l. 12. cap. 12. 13. &c.* unde videtur deſumpta phraſis *Amicus Dei* (ad oſtendendum ſpecialem honorem ex gratia DEI omnipotentis ſingulari) *Abrahamum* denominans. De *Comitibus* vero vel *Amicis Principis* quod *Euſebius* in vita *Conſtantini lib. 4. cap. 1.* ait:

De Benef. l. 6. cap. 34.

1. Paral. 27. 33. 2. Sam. 15. 37 vide & Pſ. 38. 11. 88. 18.

Hiſt Suſanna ſeu Daniel. 14

1. Maccab. 3. c. 6. 10. & 14 & c.

Parab. 20. 7. Jud. 18. 19. ed. latin. Jac. 2. 23. & obſerv. Joh. 15. 15.

ait: *Comites alii primi ordinis fiebant, alii ſecundi, alii tertii.* Intelligendũ eſt, quod ipſe fecerit Comites, non vero cœperit primus diſtinctionem iſtam. Sunt enim & alia teſtimonia ante *Conſtantinum* hanc diſtinctionem probantia, quanquam non adeo obvia, ceu illa ex Claſſicis authoribus adducta. Vox ipſa *comes* & græce formata Κόμης reperitur in ritualibus *Eccleſiæ Græcæ* tanquam nota ſub *Diocletiano* dignitas. Sanctus *Georgius*, dicunt, fuit Κόμης τὴν ἀξίαν *Comes dignitate* & Κόμης ἐκ Πατρίκιος ὀνόματι, *Comes quidam Patricius appellatus* in Vita S. *Artemonis* legitur. *Comites* inveniuntur etiam in Epiſtola 2, *Decret. al. Anacleti*, ſi tamen ejus fuerunt: quando autem in Martyrio *S. Clementis* ſub *Trajano* nominatur *Comes officiorum*, ſciendum eſt, officium tale tum temporis non extitiſſe, nec teſtimonium fide dignum eſt. Poſt *Conſtantinum* V. *Comitum* mentio frequentior.

Nota. Vid. ad Euſebii hunc Henric. Valeſii notat. qui Comitis Domeſtici mentionem facit, & Raineſ. Inſcript. Claſſ. 6. inſcr. 134.

Menæ die 23. Aprilis, & 24. Martii.

Alia Martyrii ad. Surium 23. Nov. ex Metaphraſt. Baron. Annal. Tom. 2, ann. 100.

Ex Primo Comitum ordine dicti ſunt quidam *Comites Ordinis Primi intra Conſiſtoriũ*: erant enim Conſiliarii Reip. Primarii, (omnes autẽ Conſiliarii fuerunt) ideoq; Comes *Conſiſtorianus* eſt Comes primi ordinis, & Conſiliarij intimus illorum temporum. Omnes (ut videtur) *Conſiſtoriani* primi fuerunt ordinis, verũ non omnes ex primo ordine *Conſiſtoriani* fuerunt. Nam inſcriptiones habent aliquando *Comes ordinis primi*, & *Comes ordinis primi intra Conſiſtorium*, de eadem perſona, ceu titulos diverſis temporibus conceſſos: ut. in illo *Saturnini ſecundi, Gvienne Præſidis.* Et quoniam inſignia tandem officia Comitibus illis demandarentur (e. g. Illuſtre illud officium *Magiſtri ſacrarum largitionum, rerum privatarum, equitum*, & alia officia primaria Comitibus primi ordinis) factum eſt ut tituli *Comitis & Magiſtri* aliquando eſſent loco *Magiſtri*, aliquando etiam *Comites* nominarentur absque *Magiſtri* appellatione, junctis ſaltem aliis officium denominantibus vocabulis. e. gr. *Comes & Magiſter Sacrarum largitionum*, & *Comes Sacrarum largitionum*; *Comes & Magiſter Equitum*, *Comes Domeſticorum* & ejusmodi plura, pro *Magiſter Sacrarum largitionum*, *Magiſter Equitum*, & *Magiſter Domeſticorum*. Inde in Actis *concilii Calcedonenſis*, *Flavius Ariovindus Martialis* ſæpe vocatur Κόμης καὶ Μάγιστρος τῶν Θείων σχολείων *Comes & Magiſter Sacrorum officiorum*. Imperatoris Medicus, vel Medicorum Præſes nominatur *Comes, Archiatrorum*. Vid. *Mercurial. var. lect. Lib. 4. c. 1.* quoniam ſine dubio unus fuit ex ordinibus iſtis, & quidam ſub ipſo in

ap. Gruter. p. 445. 8.

Art. 1. p. 115. Tom. 2. Concil. Paris. Edit. Binii 1618.

C. de Archiatris & Com. Sac. Palat. l. unic.

Comitivam primi ordinis recepti fuerunt. Nec iſti ſolum illuſtres Miniſtri, ſed & alii dignitate inferiores, ex iſtis deſumti ordinibus, *Comites* appellati ſunt, cum additione loci functionisque ſuæ. Sub *Comite Sacrarum largitionum* in Oriente erant (circa *Theodoſii II.* tempora, cum *Notitia* formaretur ſubordinata) Comites largitionum in unaquaque *Diœceſi*, (ut appellarunt regiones ad ſe pertinentes) præter *Comites Commerciorum per Orientem & Ægyptum, per Muſiam, Scythiam, Pontum & Illyricum; & Comes Metallorum per Illyricum; item Comes & Rationalis Summarum Ægypti*; cum aliis officiis pluribus, qualia ſunt: *Procuratorum, Præfectorum, Magiſtrorum* &c. Sic *Comes Largitionum* in Occidente habuit ſub ſe *Comitem Auri, Comitem Veſtiarii, Comitem Largitionum Italicianorum* & alios. Officium *Comitis Largitionum* primi in Oriente & Occidente fuit curare, tanquam Theſaurarii, reditus & expenſas ejusmodi in Imperio obventionum, quæ minus certæ fuerunt, neq; ex terræ proventibus aut confiſcationib9 collectæ fuerunt, iſtæ enim pertinuerunt ad *Comitem rerum privatarum*, in Oriente & Occidente: hic tamen Comiti illi ſubordinatus fuit præter *Comitem largitionum privatarum, Comes Patrimonii Ghildoniaci.* Sic *comes formarum, Comes riparum, & Alvei Tiberis & Cloacarũ, Comes* etiã *Portꝰ fuerunt* inter ſubordinatos *Profectos Urbis*. In Orientis regimine præter Comitem Orientis (qui Civiles tractavit Cauſas tanquam *Vicarius*, attamen ab Imperatore ſubordinatus *Præfecto Prætorio Orientis*) erant *Comes Ægypti & Comes Iſauriæ*, Comites item inferiores, ut in Occidente *Comes Italiæ, Comes Africæ, Comes Tingitaniæ, Comes tractus Argentoratenſis, Comes Britannicarum, Comes littoris Saxonici per Britannias*. Alii militaribus præfecti cohortibus ad gubernandas retinendasque Provincias, quorſum, ſicut & illi, miſſi ſunt, *Duces* vocantur, tum in *Notitia* tum in *Codicibus*. Alii ex ſecundo ordine civitates tantum gubernarunt, ut mox monſtrabitur in exemplis epiſtolarum, quibus vel creati ſunt, vel functio ipſis demandata: hinc *Heſychius* vocem Κόμης explicat per ἄρχων, i.e. Gubernator, Præſes, quoniam Comites poteſtatem quandam regiminis ſibi commiſſi exercuerunt. Nullibi autem plura de hujus tituli uſu in aula occurrunt teſtimonia quam in *conciliis* primorum temporum. Imperatores enim ſæpius ob factiones hæreticorum tumultuantes miſerunt ad Concilia Comites ejusmodi cum ſufficienti cohor-

cohorte, qui etiam non raro terror fuerunt potius contra veritatem, quam ejus defenſores. In actis vero Conciliorum nominantur ſolummodo Comites iſti, ac ſi hoc ipſorum fuiſſet officium proprium, nec aliis competens, niſi Comitibus; retinuerunt enim hic Comitis nomen ut in aliis officiis inſignioribus, *comitibus* demandatis. In Concilio *Tyri* contra *Athanaſium* celebrato, fuit ejusmodi *Comes* ut ipſemet teſtatur *Athanaſius*, & quæritur eſſe illud contra Concilii libertatem. Vocabatur *Flavius Dionyſius* & dicitur tantummodo *Conſularis* vel ἀπὸ τῶν ὑπατικῶν (quoniam & hac dignitate præditus fuit) in epiſtola *Conſtantini M.*; qua cum ad Concilium miſſus fuit. *Athanaſius* eum ſæpe *comitem* nominat; *Julio I.* P. M. eſt *Dionyſius qui in ea Synodo Comes erat: epiſtola 4.* In epiſtola Concilii *Alexandrini* ſcribunt: *qua fronte talem Conventum Synodum appellare audent, cui Comes præſedit?* Inde *Oſius* in epiſtola ad *Conſtantinum* de *Synodo Sardicenſi* inquit; *Omitte & Tu violentiam tuam, nec literas ſcribe, nec Comites mitte, ſed relegatos exitio libera.* In actis Concilii Generalis Epheſini, *Candidianus* ſæpiſſime cum titulo Comitis occurrit: & revera fuit iſte *comes Domeſticorum* hoc cum titulo illuc miſſus tuendæ pacis cauſa. *Irenaus* quoque, *Johannes & Dionyſius* ibi commemorantur Comitum titulo. In actis Concilii *Calcedonenſis*, (ubi mentio Comitum frequentiſſima) inquit *Dioſcorus* Act. 1. pag. 118. edit. Bin. Tom. 2. Part. I. Στάσιν μοι κινεῖτε, ἢ τὴν κόμητα. *Seditioſi eſtis? Accedant Comites!* & poſtmodum Εἰσῆλθον οἱ κόμητες *intrarunt Comites* &c. ubi indigitantur ex aula miſſi ad Concilium, qui Comites dicti ſunt, licet ex aliis functi ſunt officiis, Comitum dignitate illuſtrioribus. Sed iſtud fuit vulgatiſſimum ipſorum nomen, & notiſſimum; qui nam vero fuerint dignitate, videre licet ex principiis primæ, ſecundæ, quartæ & ſextæ Actionis iſtius Concilii.

Apolog. 2.

Euſeb. Vit. Conſtant. l. 4. c. 42. Vide plura ap. Bann. Tom. 3. ann. 335. Ap. Athanaſ. apol. 2. ap. eundem in epiſt. ad Solit. Vit. agentes.

Concil. Epheſ. Part. I. p. 148. edit. Bin. 1618 & p. 167 266. 267. 277 291. &c.

Et cum Vicarii, Præſidesve Provinciarum vel limitum (ſub *Magiſtris præſentalibus militum*) vocarentur Duces, attamen ſi recepti eſſent in aliquem ordinem, *comites* potius, illo tempore quo iſta vox frequens facta eſt, appellati ſunt, juncto Provinciæ ſuæ nomine. Atq; ejusmodi Vicarii vel Præſides (ut videtur) Comites vulgo fuerunt primi ordinis, ſi modo omnino Comites eſſent, vocanturque in legibus *Comites per Provincias, & qui ſub Comitiva primi ordinis dignitate peculialiter ad quamlibet Provinciam, vel Provincias defen-*

C. de Offic. Prob. I juſtiſſimos. 3. C. de Comit. rei milit. & conſulat. Novell. 27. de Comite Iſauriæ.

defendendas, milite credito autoritate Imperatorii nominis deſtinabantur. Multi vero ex Præſidibus vel Vicariis, qui Comites non eſſent *Ducis* nomen retinuerunt. Ut *Scythici limitis Dux, Rhetici limitis Dux, Transrhenani limitis Dux, Britanniæ Dux & Dux Syriæ*: aliquando Comites ſi conſtituerentur Duces, utrumque junxerunt nomen, ut *Dux & Comes rei militaris Iſauriæ*, in *Notitia Dignitatum*; ubi licet *Pancirollus* exiſtimet lectionem eſſe corruptam, nec eſſe. Ducis & Comitis vocabula jungenda in denominatione unius perſonæ, cum relatione ad unam rem, attamen certus ſum exemplaria hic minime corrupta eſſe; quoniam utramque vocem etiam inſcriptio quædam habet, *Comitem Iſauriæ* nominans *Comitem ordinis primi Iſauriæ Ducem.* Extat Romanæ alicubi eſtque talis. ÆMILIÆ

Vide eum in Notit utr. c. 1. & ad notit. Orient. c. 142.

ANDRONICENIS C. ET SPECT.
F. NEPTIS URBIS PRÆFECTI FI
LIÆ COMITIS AFRIC. NURUS
COMITIS ORD. PRIM. ISAURIÆ
DUCIS CONJUGIS COMITIS SA
CRARUM LARGITIONUM
INLUSTRIS.

Inſcriptionem hanc eo libentius adduco qvoniam complectitur exempla Comitum officiis fungentium. Ut *Comes Africæ*, pro Comite Provinciæ, *Comes ordinis primi Dux Iſauriæ*, pro viro primi ordinis qui Dux *Iſauriæ* facto eſt, & *Comes ſacrarum largitionum* pro officio Palatino. Et ſicut iſtæ voces duæ *Dux & Comes* junctæ ſunt, ita etiam *Magiſter & Comes* conjunctim legimus. Ut *Comes & Magiſter Equitum Galliarum* in *Notitia*: ita etiam *Proſes & Dux*, ut *Dux & Præſes Mauritaniæ* etſimiliter. Qvod illud vero *Dux & Comes Iſauriæ* obſerva ex *Marcellino* lib. 19 hæc verba. *Ad Iſauros vi vel ratione ſedandos Lauritius adjecta Comitis dignitate miſſus eſt Rector.* Sub *Conſtantio & Juliano.* Et idem *Lauritius* vocatur στρατήγων ἡγούμενον *Dux militum* apud *Socratem.* Certe hic vocari potuiſſet *Dux & Comes*, vel *Comes & Dux rei Militaris*, vel *Militum in Iſauria.* Verum ſicut ante tantam officiorum aulicorum vel Provincialium ad dignitatem Comitis acceſſionem, ii qui *Conſiſtoriani* dicebantur vel *intra Conſiſtorium* hoc ipſo titulo ab aliis diſtincti ſunt, ita poſt acceſſionem hanc illi qui fuerunt tantum *Comites honorarii* (ſeu vacantes & ἄζωροι dicti) nullis

Hiſt. Eccl. l. 2. c. 31 Baron. Annal Tom. 3 an. 359. ubi de Concilio Seleucenſi.

nego-

negotiis impliciti, & nomine iſto tanquam mero Dignitatis charactere uterentur, ideoque diſtingvendi à *Comitibus Provinciarum*, aliisque; dicti ſunt *Comites intra Palatium*, vel *Comites Palatini* acſi diceres *Comites Aulæ*. Hicque titulus poſt negotia foris bene peracta à *Comite ordinis primi* etiam dignitatem aliquam denominavit, adeoque iteratus eſt in inſcriptionibus: ut *Iterum Comes ordinis primi intra Palatium*, prout videmus in illa *L. Anidii Valerii Proculi*, poſt enumerationem variorum in Rep. officiorum Titulus ipſius talis eſt.

Roma ap. Gruter. pag. 361. 1. & 363. 2. Item eundem p. 1094. 6.

COMITI ORDINIS SECUNDI
COMITI ORDINIS PRIMI.

Hic ſeqvuntur alia quædam officia publica, & deinde:

PERFUNCTO OFFICIO PRÆ
FECTURÆ PRÆTORIO, COMITI
ITERUM ORDINIS PRIMI IN
TRA PALATIUM, &c.

Iſti igitur *Comites vacantes* qui *poſt probatos labores in Palatio Comites eſſe memorant*, majoris fuerunt dignitatis quam qui ſolo favore vel merito evecti ſunt ad primum ordinem *Comitivæ vacantis* vel *cingulum otioſum*, quod fuit generale nomen dignitatis non ſolum *Comitum intra Palatium*, (utut primi ordinis) verum etiam eorum *intra Conſiſtorium* ſi non alio fungerentur officio; utraq; enim dignitas *Vacans* fuit & honoraria. *Probati vero labores* (tempore *Theodoſii* & *Honorii* iſtam ſancientium legem) negotia fuerunt inſignia in aula vel republica. Præter hæc Comitum varia genera fuerunt etiam quidam dignitate *Comitivæ Ordinis Primi* præditi, & vocantur. *Comites ordinis primi diverſarum artium*, (titulus traditus ipſis *ob vulgaris cujuslibet artis obſequium*, vel *operis publici curam*, *temporalem injunctam*, vel *rerum publicarum levem curam commiſſam*, ut verba ſonant in lege alia *Honorii* & *Theodoſii*, non tamen recepta in *Codicem Juſtinianeum*, ſicut nec illa altera recepta eſt.) quæ omnia leve tantum denotant ſervitium. Et licet titulus eorum reſpexerit miniſterium, Ordinis primi, attamen inferiores fuerunt *Comitibus ordinis primi vacantibus*, ſeu ſeu mere honorariis, nam regulariter omnes *Vacantes Comites* illorum temporum, honoris illud nacti ſunt attributum *ſt. Hadrian.*, & ſi magnis fungerentur officiis ut *Sacrarum largi-*

C. Theodoſ. lib. 6 tit. 18. & Videſis Claud. Salmaſ. in Treb. Poll. p. 307.

Cod. Theodoſ. lib. 6. tit. 20.

largitionum, Rerum privatarum, vel ſimiliter vocabantur *Illuſtres*. Iſti vero *Comites vulgarium artium* dignitate tantum æquales fuerunt, *Conſularibus Provinciarum*, qui tantum *Clariſſimi* dicti ſunt, verbo poſt *Spectabilis* proximo. Verum de attributis iſtis honoris & locis ad unumquemque pertinentibus in catalogis illorum temporum publicis, plura dicemus in fine hujus Partis.

IX. Alia Teſtimonia de Titulis iſtis *Ducis & Comitis* in Imperio antiquo obvia ſunt in *Codicibus Theodoſii & Juſtiniani*, ut & *Notitia*. Ut vero lucem fœnoremus materiæ huic, addimus formas illas creandi in iſtis temporibus, ſicut eas tempus edax reliquit poſteritati, ut & exemplum unum & alterum Inſignium eorum, nec non regiminis officialium ſub ipſis.

Verum quidem eſt, monumenta immediate ad Imperium pertinentia tales non exhibere formulas. In *Caſſiodoro* tamen qui fuit Cancellarius *Theodorici* Regis *Italiæ* reperimus quasdam, quas pro ſuſpectis habendas nulla ſvadet ratio, ſunt enim ipſiſſimæ Imperiales, vel ipſis ſimillimæ, ita ut ex harum lectione aliæ intelligi queant. *Caſſiodorus* enim innutritus fuit eruditioni Romanæ, quanquam ipſe & Rex ejus *Gothi* fuerunt; certumque eſt, quod aula *Gothica* in *Italia*, tum imitata fuerit Romanas regiminis formas, in illo Imperii Tractu repertas. Quoad materiam denique diplomatum, vel *Codicillorum* (prout vocabant, & cum honoraria ſolummodo fuit dignitas dixerunt *Codicillos vacantes*) exiſtimo, ut plurimum eandem fuiſſe cum illa, quam *Caſſiodorus* tradit: quanquam fortaſſis præloquia, & aliæ ſermonis verborumque circumſtantiæ, (ſermo enim tunc maxime affectatus in uſu erat) diverſa fuerint ante *Caſſiodorum*, & ſemper nova. Ipſe *Caſſiodorus* videtur tantundem affirmare, cum ait, quod in aliorum ſubſidium, & ad præveniendum laborem, quem ipſe ſæpe ſubiit in conſignandis, ex tempore ejusmodi literis, collegerit formulas iſtas, ideoque exiſtimavit, quod debeant eſſe exempla futuris ſecuſis. *Illud autem* (inquit *præfat. ad libr. variarum*) *ſuſtinere alios paſſi non ſumus, quod nos frequenter incurrimus in honoribus dandis; impolitas & præcipites dictiones; quæ ſic poſcuntur ad ſubitum ut vix vel ſcribi poſſe putentur vel videantur. Cunctarum itaque dignitatum ſexto & ſeptimo libris formulas comprehendi, ut & mihi quamvis ſero proſpicerem & ſequentibus in anguſto tempore ſubvenirem.*

Hinc

Hinc decerpemus quasdam primo creandorum Comitum, vel tradendi *Comitivam*, & deinde *Ducatus*, illo tempore, i. e. anno Chr. D. prout videbuntur maximam afferre lucem.

Codicillus creandi Comitem vulgarem primi ordinis mere vacantem.

Si honor frequenter defertur otioſis: ſi interdum aut nobilitas eligitur, aut ad promerendum aliquid perſona tantùm gratiâ ſuffragatur: quò ſtudio remunerandi ſunt, qui ad agonis ſui præmia pervenerunt? Conſiderandum, quali labore ſervitum eſt, & ſic de remuneratione cogitandum. Harum quippè rerum menſura de contrario venit: Dum tale obedientibus dari debet donum, quale indevotis potuit eſſe periculum. Grandia ſunt, quæ ſuſtinent excubantes perſonas, contumaces ad parendum cogunt, latentes in cubilibus ſuis prudenti ſagacitate veſtigant, ſuperbis modeſtiam æqualitatis imponunt. Ita quod à Judicibus breviter dicitur, ab ipſis efficacia famulante completur. Notum eſt quæ pericula ſuſtineant, cum ad cauſas mittuntur alienas. Si ſegnius agat, petitor quæritur, ſi diſtrictè, pulſatus vociferatur. Sic inter utrumque diverſum rara laus eſt inveniſſe præconium. Dignitatum pace dicamus, facilius eſt laudatum Judicem reperire, quàm militem injunctæ ſine offenſione complere. Aliud eſt enim tantum dicere legitima, aliud ad terminum deduxiſſe juſtitiam. Laudabiliter quidem bonum dicitur, ſed multò glorioſius ſtatuta complentur. Verba tantùm diriguntur à Præſulibus, à militibus autem poſtulantur effectus. Poſt omnia periculis ſubduntur, ſi conſtricti aliquid veriſimile conquerantur. Frequenter nocuit alii ipſa quoque integritas actionis. Nam multos, quos in executione contriſtari niſi ſunt, ipſos poſteà impenſos Judices pertulerunt. Offendunt enim frequenter ignari, quibus ſunt poſteà parituri: & dum cauſis alienis fidem cuſtodiunt, interdum pericula propriæ ſalutis incurrunt. Verùm inter hæc militem evaſiſſe laudatum, nonne juſte videtur eſſe miraculum? Talibus igitur meritis viciſſitudo reddenda eſt, ut nimiò labore torpentes indictis compenſationibus excitemus. Utere igitur confidenter, quicquid veteranis munificentia jura tribuerunt, nulli ſordido ſubjiciendus oneri, qui te puriſſimâ converſatione tractâſti. Comitivam quoque tibi primi Ordinis, quam tali militiâ perfunctis cana deputavit antiquitas, ſecundum ſtatuta divalia vindicabis. Hæc quidem priſcorum beneficio conſequeris, ſed noſtri nominis contra inciviles impetus & conventionalia detrimenta, perrenni tuitione vallaris. Ut officium quod

noſtris juſſionibus ſpeciali ſollicitudine famulatum eſt, amplius aliquid à mi-hitibus cæteris promereri potuiſſe videatur. Multa quoque tot librarum auri percellendum eſſe cenſemus, ſi quis ſtatuta noſtra qualibet crediderit occaſione violanda. Nec tamen aliquid contra te valere permittimus, quod doloſâ fuerit machinatione tentatum.

Verum non intelligo, cur apud *Caſſiodorum* codicilli hujus iſte ſit titulus: *Formula Magiſtri Scrinii & Comitiva primi Ordinis quæ danda eſt Comiciaco quando permittitur.*

X. Formula literarum patentium, quâ creatur Comes primi ordinis *Conſiſtorianus.*

Magnum quidem multis & inter vices videtur eſſe geniatum, publicæ utilitati probis actionibus occupari. Sed quantò felicius honorem ſplendidum ſumere & cogitationum moleſtias non habere? Interdum enim aſſidui labores etiam ipſas ingratas faciunt dignitates; dum imbecillitas humana citò ſolet ſuſtinere faſtidia, & quod prius ambiſſe creditur poſteà vitare velle ſentitur. Sed hoc multò præſtantius adeſſe conſpectibus Regiis & abeſſe moleſtiis, gratiam habere loci & vitare contumelias actionis. Dulce eſt aliquid ſic mereri, ut nulla poſſit anxietate turbari; dum multò gratius redditur, ubi proſperitatis ſola gaudia ſentiuntur. Hunc igitur honorem tibi reſpicis otioſâ remuneratione præſtitum, qui nimium laborantibus antiquâ noſcitur proviſione collatus, ut Rectores Provinciarum anni actione Laudatos vix ad tale culmen perducerent, quibus conſtitebantur plurima ſe debere Conſiliarii quoq; Præfectorum conſcientia clari, dictatione præcipui, qui in illo actu ampliſſimæ Præfecturæ ſic videntur exercere facundiã, ut ad utilitates publicas expediendas, alteram credas eſſe Quæſturam; Unde frequenter & nos Judices aſſumimus; quia eos doctiſſimos comprobamus; Quid ergò de tali honore ſentiatur, agnoſce; quando perfecti pro tot laudabilibus inſtitutis hujuſmodi inveniunt præmia dignitatis, & meritò, cum tanta pompa creditur quæ Senatoris quoq; Ordinis ſplendore cenſetur. Spectabilitas clara & Conſiſtoriô noſtro digniſſima, quæ inter Illuſtres ingreditur, inter Proceres advocatur. (Illuſtres & Proceres fuerunt primi in rep. miniſtri, ut Conſules, Conſulares, Patricii & ſimil quos creandi ritus etiam in *Caſſiodoro* habes,) *ac ſi cingulo honore præcinctæ Dignitas, quæ nullum novit offendere, nullum cognoſcitur ingravare, & ſuper omnia bona conciliare uſcit invidiam.*

Quo-

Quocirca provocati moribus tuis Comitivam tibi primi Ordinis *ab illa indictione Majeſtatis favore largimur, ut* Conſiſtorium *noſtrum ſicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes. Quando vicinus honor eſt Illuſtribus dum alter medius non habetur, delectet te illos imitari, quos proximitate contingis. Tu locum amplum & honorabilem facis ſi te moderata conſideratione tractaveris. Admoneat te certe, quod ſuſcepta dignitas* primi Ordinis *appellatione cenſetur, utique quia te ſequuntur omnes qui ſpectabilitatis honore decorantur. Sed vide ne quis te praecedat opinione, qui ſequitur dignitate. Alioquin grave pondus invidiæ eſt ſplendere cingulo claritate & morum lampade non lucere.*

XI. Codicillus quo creatur *Comes ſacrarum largitionum*, quo etiam conſtituitur idem *Primicerius Notariorum.*

Grata ſunt omnino nomina, quæ deſignant protinus actiones, quando tota ambiguitas audientis tollitur, ubi in vocabulo concluditur, quid geratur. Donis enim præſidere Regalibus, Comitivam Sacrarum largitionum, *indicia rerum verba teſtantur. Quod vero decorum, vere fuit omnimodis exquiſitum in donorum Regalium parte ſequeſtratam facere dignitatem & alterius honorem dicere dum nos conſtet dona conferre. Actus innocens, pietatis officium, illud ſemper ingerere, unde ſe fama Principis poſſit augere. Regalibus magna profecto felicitas militare donis & dignitatem habere de publica largitate. Alij Judices obtemperant reſiduis virtutibus regnatori. Hæc ſola eſt, quæ tantummodo ſerviat ad monumenta pietatis. Nihil enim per ipſam diſtrictum geritur, nihil ſeverum forte cenſetur, ſed tunc obſequitur, quando pro nobis vota funduntur. Supplicium per te Fortunas erigimus Cal. Januariis affatim donum largimur & lætitia publica militia tua eſt. Verum hanc liberalitatem noſtram alio decoras obſequio, ut figura vultus noſtri metallis uſualibus imprimatur, monetamque facis de noſtris temporibus futura ſeculæ commonere. O magna inventa Prudentum! O laudabilia inſtituta Majorum, ut & imago Principum ſubjectos videretur paſcere per commercium, quorum conſilia invigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum. Sed huic (ut ita dixerim) muneratiæ dignitati præconem largitatis noſtræ, publicæ felicitatis indicium, locum quoque Primiceriatus adjungimus, ut per te demus honores, per quem & noſtræ pecuniæ conferimus largitates. Merito; quando & ſimili gratia utraque præſtantur, & ab uno debuerunt Judice geri, qua parili videantur laude conjungi. Parum eſt autem, Provinciarum Ju-*

dices tuæ ſubjaceant dignitati. Ipſis quoque Proceribus Chartarum confirmas officium, dum perfectum non creditur, niſi à te fuerit pro ſolennitate completum. Veſtis quoque ſacra tibi antiquitus noſcitur fuiſſe commiſſa, qui quod (fortaſſis legendum *quid, quod*) *ad ſplendorem Regium pertinet tuis minus ordinationibus obediret. Curas quoque littorum adventitiæ lucri proviſione committis. Negotiatores, quos humanæ vitæ conſtat neceſſarios, huic poteſtati manifeſtum eſt eſſe ſubjectos. Nam quicquid in veſtibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana poteſt habere pretioſum, tuis ordinationibus obſecundat, & ad judicium tuum confluunt qui de extremis mundi partibus advenere. Salis quoque commercium, inter veſtes ſericas & pretioſiſſimam margaritam, non inepte tibi deputavit antiquitas; ut ſapientiam tuam evidenter oſtenderet, cui talis ſpecies deputata ſerviret. Quapropter per illam Indictionem* Comitivæ Sacrarum (Largitionum) *& Primiceriatus tibi conferimus dignitates ut multis laudibus decorari poſſis, qui honorum numeroſitate præcingeris. Utere igitur ſolenniter titulis tuis, ſi quid tibi de antiquo privilegio uſus abſtulit, plurima certe quæ vendicare debeas dereliquit. Quando duarum dignitatum glorioſa quidem cura, ſed & laborioſa cuſtodia eſt, quæ ubi copioſum fructum decoris afferunt, ſi probis moribus excoluntur.* Tradit & aliam formulam Regis *Athalarici* (*Theodorico* ſuccedentis) qui *Opilioni* eandem contulit dignitatem.

Opilioni *Comiti Sacrarum Largitionum* Athalaricus *Rex. Solent quidem venientes ad aulicas dignitates diutina exploratione trutinari, ne Imperiale judicium aliquid probare videatur ambiguum: quoniam gloria regni eſt reperiſſe Judices exquiſitos. Sed tam frequens eſt familiæ veſtræ felicisſimus provectus, tam in multis perſonis declarata prudentia, ut licet aliquis vos eligat ad ſubitum, nihil feciſſe videatur incertum. Similitudinem ſuorum felix vena cuſtodit: quando pudet delinquere, quia ſimilia nequeunt ſuo genere reperire. Hinc eſt, quod melius agnoſcitur elegiſſe nobilem, quam feciſſe felicem: quia iſte commonitus per veterum facta ſe cuſtodit, ille exemplum non habet, niſi quod fecerit. Quapropter ſecure tibi credimus, quod toties tuo generi commiſſum fuiſſe gaudemus. Pater his faſcibus præfuit, ſed & frater eadem reſplenduit claritate. Ipſa quodammodo dignitas in penatibus veſtris larem poſuit & domeſticum factum eſt publicum decus. Nam militiæ ordinem ſub fraterna laude didiciſti; cui mutuo con-*

connexus affectu, implebas laboribus ſocium, & conſiliorum participatione germanum: ad te potius pertinere dijudicans, quod frater accepe-rat. Hoc baculo reclinabatur ille feliciori actu quædam negligens præſumptione tui, quia per te omnia cernebat impleri. En dulce fratrum obſequium & præſentium temporum antiqua concordia. Bene talibus ſenſibus judicium creditur, qui ſervare mores naturaliter ſentiuntur. Quodſi amoeni receſſus, & Provinciale otium forte libuiſſet, ad te caterva cauſantium & anxia currebant vota læſorum. Boni Judicis inter eos aſſumebas officium: ut futurorum quodam urgente præſagio, quod a nobis accipere poteras, meritorum aſſumptione peragebas. Meminimus etiam, qua nobis in primordiis regni noſtri devotione ſervieris, quando maximè neceſſarium fidelium habetur obſequium. Nam cum poſt tranſitum divæ memoriæ Domini Avi noſtri anxia populorum vota trepidarent, & de tanti regni adhuc incerto hærede ſubjectorum ſe corda perfunderent, auſpicia noſtra Liguribus *felix portitor nunciaſti & ſapientiæ tuæ allocutione firmaſti, in errorem, quem de occaſu conceperant, ortum noſtri Imperii in gaudia commutabant. Innovatio regni ſine aliqua confuſione tranſivit: & ſolicitudo tua præſtitit, quod nos nullus offendit. Atque ideo probato talibus inſtitutis, ab indictione feliciter ſexta* ſacrarum largitionum Comitivam *propitia tibi divinitate concedimus. Uſurus es omnibus privilegiis atque emolumentis, quæ ad tuos deceſſores pertinuiſſe noſcuntur. Abſit enim ut aliquâ calumniæ machinatione quatiantur, qui actionis ſuæ firmitate conſiſtunt.* Fuit enim tempus, *cum per delatores vexarentur & Judices. Deponite jam formidinem, qui non habetis errorem. Fructibus veſtrarum utimini dignitatum. Nam quod votis per deceſſores prædeceſſoresque noſtros temporibus Domini Avi noſtri conſvetudo longæva dedit, indulgentia quoque noſtra cuſtodit. Conferimus tibi honorem germani, ſed tu fidem ejus imitare ſervitii. Nam ſi illum ſequeris, multos laude præcedis: Virum auctoritatis maximæ, probatæ conſtantiæ, qui ſub tanto Principe & ſine culpa paruit, & juſtitiam laudatus exercuit. Promptum eſt enim æſtimare quid egerit, quando ſub ingrato ſucceſſore Palatinum officium præconia ejus tacere non potuit. Difficile itaque non eſt moribus ſequi poſſe germanum: quia & in converſationis fructu plerumque conſentiunt, qui unius ſemine procreantur.*

XII. Formula creandi *Comitem rerum privaturum.*

Comi-

Comitiva privatarum, *ſicut nominis ipſius ſentitur inſonare vocabulum; per Rationalium curam quondam Principum privatam fertur gubernâſſe ſubſtantiam. Et quia Judicis faſtigium exercere non poterat inter homines extremis conditionibus inclinatos, alios quoque titulos providâ deliberatione ſuſcepit: ne dignitas Latialis cauſam tantum videretur habere cum famulis: ſed actibus urbanis tunc ſe felicius occupavit, poſtquam agreſtium cauſas decenter amiſit. Quid enim prius facerent inter ſervos jura publica, qui perſonam legibus non habebant? Non ibi Advocatus aderat non ſe partes Solenni actione pulſabant. Erat Secretarium impollutâ ſeditione confuſum & appellabatur abuſive judicium, ubi non allegabantur à partibus dicta prudentium. Utitur nunc dignitas liberorum cauſis, & legitimus Præſul veraciter habetur, quando de ingenuorum fortunis diſceptare poſſe ſentitur. Primum tibi contra nefarias libidines, & humani generis improbos appetitus, qui ſi Parenti publico, decreta cuſtodia eſt: ne quis ſe probroſa commixtione polluëret, dum vicino Sanguini reverentiam non haberet. Gravitas enim publica proximitatis ſanctitatem & conjunctionis gratiam, habita æſtimatione, diſcernit. Quia longe aliud debetur proximitati naturæ, quam corporal poſſumus indulgere licentia. Contra hos eligo vos ut acres & continuos inquiſitores: ut dum talia probra perſequeris conſequaris præconia caſtitatis. Defunctorum quinetiam ſacram quietem æquabilia jura tuæ conſcientiæ commiſerunt: ne quis veſtita marmoribus ſepulchra nudaret: neque quis columnarem decorem irreligioſa temeritate præſumeret, ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis, aut voraci flammâ conſumptos, ſcelerata perſcrutatione detegeret: ne corpus quod ſemel reliquerat mundanas moleſtias, humanas iterum pateretur inſidias. Nam etſi cadavera furta non ſentiunt, ab omni pietate alienus eſſe dignoſcitur, qui aliquid mortuis abrogaſſe monſtratur. Vide quæ tibi commiſſa ſunt; caſtitas viventium & ſecuritas mortuorum. Habes quoque per provincias de perpetuario jure tributorum non minimam quantitatem. Canonicarios dirigis, poſſeſſores admones, & cum aliis judicibus non modica jura partiris, caduca bona non finis eſſe vacantia. Ut quod uſurpatio potuit invadere tu fiſcum noſtrum facis juſtis compendiis obtinere, proximos defunctorum nobis legaliter anteponis: qua in hoc caſu Principis Perſona poſt omnes eſt. Sed hunc optamus non acquirere, dummodo ſint, qui relicta debeant poſidere. Depoſitiva quoq; pecunia, quæ longa vetuſtate competentes Dominos amiſerunt*

ſerunt, inquiſitione tuâ noſtris applicantur eæriis: ut quos ſuâ cunctos patimur poſſidere, aliena nobis debeant libenter offerre. Sine damno ſiquidem inventa perdit, qui propria non amittit. Proinde (quod felicibus applicetur auſpiciis) per Indictionem illam Comitivæ privatarum *te honore decoramus, quam leges Præfectis quoque parem eſſe decreverunt: Eſt enim & ipſa aulica poteſtas, palatio noſtro jure reverenda, quam tu facis ultra terminum ſuum creſcere, ſi ſuſceptam continenter egeris dignitatem.*

XIII. Formula *Comitivæ Patrimonii.*

Antiquæ conſvetudinis ratio perſvadet, chartis noſtris illos imbuere, qui longe poſiti transmiſſas accipiunt dignitates: ut quos non poteramus præſentes inſtruere, lectio probabilis commoneret. Sed te quem ad patrimonii noſtri curas regalis deflexavit electio non tam deſtinatis præceptionibus inſtruimus, quam uſu ſerenniſſimæ collocutionis erudimus. Confabulationes ſiquidem noſtræ erunt tibi inſtrumenta juſtitiæ, quando illud gratum nobis perſpexeris, quod & divinis poteſt convenire mandatis. Patrimonium ſiquidem noſtrum, pro ſublevandis privatorum fortunis, tibi credidimus, non premendis. Nam ſi tranquillitatis noſtræ velis, conſiderare rationem quoddam Regiæ domus famulis præjudicium humilitatis imponis. Proprias quippe utilitates improbas hominus quoque modo nititur vindicare: cæterum qui bonæ famæ ſtudere cognoſcitur, ſuo ſemper judicio plus gravatur. Inſolens libertatis genus eſt ruſticorum, qui adeo ſibi putant licere voluntaria, quoniam ad noſtram dicuntur pertinere ſubſtantiam. Eſto igitur illis cum erecta poteſtate moderatus. Temperamentum ſimul damus, cui poſſe concedimus. Conſidera, ſuſcepta dignitas quo debeat ſplendore tractari, perquam ſupra cæteros Judices familiaritatem Principis habere meruiſti. Nam ſicut Sol ortus corporum colores fugatâ nocte detegit, ita ſe morum tuorum qualitas, aſſidue viſo Principe, non celebit. Mens tua & oculis noſtris patebit & auribus. In vultu & in voce cognoſcimus ſervientium mores. Si facies tranquilla, ſi vox moderata ſuggeſſerit credimus eſſe probatiſſimas cauſas. Quicquid enim turbulenter dicitur, juſtitiam non putamus. Quapropter penſabit, loqui tuum dominantis examen, quando nequeunt proprias tegere voluntates, qui ſuos poſſunt proferre ſermones. Speculum ſiquidem cordis hominum verba ſunt: dum illico moribus placere creditur, quod ipſe ſibi ad agendum legiſſe monſtratur;

tur; Superbus quin etiam varicatis gressibus patet. Iracundus luminum fervore declaratur. Subdolus terrenum semper amat aspectum. Leves inconstantia prodit oculorum. Avarus obuncis unguibus explanatur. Et ideo ad quas profecturus es, studete virtutibus. Quid nemo potest Principem fallere, qui etiam rerum naturalium causas in vobis optime probatur inquirere. Quapropter ad Comitivam patrimonii nostri *te per Indictionem illam (DEO juvante) promovemus, ut inavarum Judicem Palatia nostra testentur, quem nos judicavimus esse promovendum. Quid enim magis cupias, quam si te linguas nobilium laudare cognoscas? Alibi forte Judices formidentur injusti, hic ubi remedium præsens petitur, redempta sententia non timetur. Querimonias possessorum sine venali protractione distingue. Omne siquidem justum, celeritatis commodo transit ad beneficium: & quod debito redditur, tali gratia munus putatur. Possessiones nostra, vel quia sunt immobiles, non egrediantur terminos constitutos: ne conditione contrariâ, quod non potest moveri, malis moribus contingat extendi. Trade etiam militibus tuis quam sectari delegeris animi castitatem: quoniam ille justus potest dici, sub quo non probatur excedi. Utere igitur auctore DEO concesso tibi feliciter privilegio dignitatis. Incitet te ad bonorum desiderium, sæpissimè quod videris: quia in his, quæ feceris, judex & Testis ero. Nam etsi epulas solicitâ ordinatione disponas, non solùm nostro palatio clarus, sed & gentibus necesse est, reddare eximius. Legati pene ex totâ orbis parte venientes cum nostris cœperint interesse conviviis, admirantur copiosè repertum, quod in patria sua norunt esse rarissimum. Stupent etiam abundantiam unius mensæ, tantas servientium turbas posse satiare; ut judicent consumpta recrescere, unde tanta quæ probantur exire. Habent nimirum in sua patria quod loquantur, dum Parentibus suis dicere gestiunt, quæ viderunt. Sic propemodum in toto mundo celeberrimus redditur, qui providus nostris apparatibus invenitur. Adde quod tempora nostræ latitiæ secretaria tua sunt, cum pectus redditur curis alienum: & tunc tribuitur suggerendi locus, quando cunctis admittur. Merito, ut qui es judex tantis apparatus & epularum, delinitus cibis tibi animus concedatur.*

XIV. Formula *Comitivæ Archiatorum.* Seu Præsidis Medicorum.

Inter utilissimas artes, quas ad sustendam humanæ fragilitatis indigentiam, divina tribuerunt, nulla præstare videtur aliquid simile, quàm quod potest auxiliaris medicina conferre: Ipsa enim morbô periclitantibus

bus materna gratia ſemper adſiſtit. Ipſa contra dolores, pro noſtra imbellicitate conſligit: & ibi nos nititur ſublevare, ubi nulla divitiæ, nulla poteſt dignitas ſubvenire. Cauſarum periti palmates habentur, cum magna negotia defenderint ſingulorum: ſed quanto glorioſius expellere quod mortem videbatur inferre? & ſalutem periclitanti reddere: de quo coactius fuerat deſperare. Ars quæ in homine plus invenit, quàm in ſeipſo cognoſcit. Periclitantia confirmat, quaſſata corroborat & futurorum præſcia valetudini non cedit, cùm ſe æger præſenti debilitate turbaverit, amplius intelligens quàm videtur, plus credens actioni quàm oculis. Ut ab ignorantibus pene præſagium putetur, quod ratione colligitur. Huic peritiæ deeſſe Judicem, nonne humanarum rerum probatur oblivio? Et cum laſciva voluptates recipiant tribunum hæc non meretur habere primarium? Habeant itaque Præſulem, quibus noſtram committimus ſoſpitatem. Sciant ſe huic reddere rationem, qui oporandam ſuſcipiunt humanam ſalutem. Non quod ad caſum fecerit, ſed quod legerit, ars dicatur: alioqui periculis potius exponimur, ſi vagis voluntatibus ſubjacemus. Unde ſi hæſitatum fuerit, mox quæratur. Obſcura nimis eſt hominum ſalus, temperies ex contrariis humoribus conſtans: ubi quicquid horum excreverit, ad infirmitatem protinus corpus inducit. Hinc eſt, quod ſicut aptis cibis valetudo recreatur feſſa, ſic venenum eſt, quod incompetenter accipitur. Habeantur itaque medici pro incolumitate omnium, & poſt Scholas Magiſtrum vacent, libris delectentur antiquis. Nullus juſtius aſſiduè legit, quàm qui de humana ſalute tractaverit. Deponite medendi Artifices noxias agrotantium contentiones: ut cùm votis non vultis cedere, inventa veſtra invicem videamini diſſipare Habetis quem ſine invidia interrogare poſſitis. Omnis prudens conſilium quærit, dum ille magis ſtudioſior agnoſcitur, qui cautior frequenti interrogatione monſtratur. In ipſis quippe artis hujus initiis quædam ſacerdotii genere Sacramenta vos conſecrant. Doctoribus enim veſtris promittitis, odiſſe nequitiam & amare puritatem. Sic vobis liberum non eſt ſponte delinquere, quibus ante momenta ſcientiæ, animæ imponitur obligare. Et ideò deligentius exquirite, quæ curent faucios, corroborent imbecillos. Nam ſi videro quod delictum lapſus excuſet, homicidii crimen eſt, in hominis ſalute peccare. Sed credimus jam iſta ſufficere, quando facimus, quod vos debeat admonere. Quapropter à præſenti tempore Comitivæ Archiatrorũ *honore decorare, ut inter ſalutis Magiſtros ſolus haleariſ eximus: & omnes judicio tuo cedant, qui ſe ambitu mutua contentionis ex cruciant.*

Iſto arbiter artis egregiæ, eorumque diſtingue conflictus, quos judicare ſolus ſolebat affectus. In ipſis ægros curas, ſi contentiones noxias prudenter abſcindis. Magnum munus eſt, ſubditos habere prudentes & inter illos honorabilem fieri, quos reverentur cæteri. Viſitatio tua ſoſpitas ſit ægrotantium, refectio debilium, ſpes certa feſſorum. Requirant rudes, quos viſitant, ægrotantes, ſi dolor ceſſavit, ſi ſomnus affuerit. De ſuo vero languore te ægrotus interroget audiatque à te verius quod ipſe patitur. Habetis & vos certe veriſimos teſtes, quos interrogare poſſitis. Perito ſiquidem Archiatro venarum pulſus enuntiat, quid intus natura patiatur. Offeruntur etiam oculis urinæ, ut facilius ſit vocem clamantis non advertere, quam hujusmodi minime ſigna ſentire. Indulge te quoque Palatio noſtro, habeto fiduciam ingrediendi, quæ magnis ſolent præmiis comparari. Nam licet alii ſubjecto jure ſerviant, tu rerum Domino ſtudio præſtantis (fortaſſis *Dominum ſtudio præſtanti*) *obſerva. Fas eſt tibi nos fatigare jejuniis: fas eſt, contra noſtrum ſentire deſiderium, & in locum beneficii dictare, quod nos ad gaudia ſalutis excruciet. Talem tibi denique licentiam noſtri eſſe cognoſcis, qualem nos habere non probamur in cæteros.*

XV. Formula *Comitivæ Provinciæ.*

Quamvis omnium dignitatum officia à manu ſecludantur armata & civilibus veſtibus videantur induti, qui diſtrictionem publicam docentur operari, tua tamen dignitas à terroribus ornatur, quæ gladio bellicò rebus etiam pacatis accingitur. Vide quò judicio fueris evecta, quando aliis vigorem faſcium videaſſe creditum, tibi autē ab ipſis legibus ferrum conſtet eſſe porrectū; rem cruentam dederunt animo pacato, ut & noxii nimium metuerent, & læſi de optatâ ultione gauderent. Alioquin culparentur priores, ſi temperata omnia non feciſſent. Sed cum te intelligas ad moderamen electum, humanam facile non concupiſcas exitium. Reus qui dicitur & probetur. Scito puniendi remedium datum tibi pro ſalute multorum. Arma iſta juris ſunt, non furoris. Hæc oſtentatio nimirum eſt contra noxios inſtituta, ut plus terror corrigat, quam pœna conſumat. Non enim cogitur ferē ſuccidere robuſtam, qui adhuc teneram verbis curvat audaciam. Civilis eſt pavor iſte non bellicus; quem tu ſic facies eſſe glorioſum, ſi habere non probetur exceſſum. Habes etiam & ferrum nihilominus incruentum. Claudantur nexibus catenarum, quos levium criminum pulſat invi-

invidia. Cunctator esse debet, qui judicat de salute. Alia sententia, potest corrigi, de vitâ transactum non patitur immutari. Signa tua abactores timeant. Fures pavescant, latrones perhorreant. Innocentia tantùm læta respiciat, dum sibi auxilia venisse credit, quæ legum disciplina transmisit. Nemo redemptionibus tuum velle deflectat. Gladius conditur ubi aurum suscipitur. Tu te inermem reddis, si à virili animo cupiditate recesseris. Quocirca per Indictionem millam Comitivæ *tibi in illa* Provincia *tribuimus dignitatem, ut ad titulos tuos pertinentia civilitate potius laudabilis exequaris; nec quicquam præsumas facere nisi quod privatus possis legibus vindicare. Ipsa est enim recta administratio quæ & sine potestate defenditur, ut tunc probetur fuisse justus, quando ei quæ maxult objicere possit inimicus. Nec tamen spes nostra velut fastiditate deseritur. Nam si bene Provinciarum administrationibus præsidetis, honores vos amplissimos sperare, leges meritò censuerunt. Unde jam videtur pene debitum, quod vobis à tanta auctoritate ultrò nosci tur fuisse permissum.*

Est & alia formula, quâ regimen *Dalmatiæ* & *Svevie* committitur *Osum*, qui vocatur *Comes* & *Vir illustris*, unde apparet illum *illustratus* dignitatem accepisse, præter *Comitivam*. Nam hujus titulus fuit tantùm *spectabilis*, utut Provinciæ Regimen ei conjunctum fuerit. *Variar. lib. 9. form. 8. & 9. & 11.*

XVI. Formula *Comitivæ Syracusanæ.*

Regalis est providentia, tales Judicum personas eligere, ut ad Comitatum necessitatem non habeant veniendi, quos in longinquis regionibus contigerit immorari. Nullum enim tale negotium est, quod Siculi *itineris tantas pati possit expensas, dum commodius sit causam pendere, quàm aliquid per talia dispendia conquisisse. Non enim querelas de* Sicilia *volumus venire, sed laudes: quia gravatur apud nos actio Præsulis, si eam tàm longinqui potuerint accusare petitores. Falsus enim dolor esse non creditur, ubi tanti laboris tædia subeuntur. Et ideò majore cum tractanda sunt, unde invidia plus timetur. Proinde per Indictionem illam* Comitivam *tibi* Syracusanæ civitatis *propitiâ divinitate concedimus: ut omnia sic agere nitaris, quemadmodum nos tibi præstitisse cognoscis. De proximis vota causantium sustinemus. Inde autem ultrò requirimus unde ad nos difficile venire posse sentimus. Habes, quæ te decorare debeant, si tu tamen ibi conscientia defecatus adveneris. Militum tibi numerus nostris servit expensis:*

Redderis inter arma genitatu, proceſſio tua procinctualis ornatus eſt. Exercitu uteris pacatò, nec pericula belli ſubis & armorum pompa decoraris. Verùm inter hæc civilem cogita diſciplinam. Non permittas milites eſſe poſſeſſoribus inſolentes. Annonas ſuas ſub moderatione percipiant, cauſis non miſceantur extraneis. Proſecuritate ſe omnium cognoſcat electum, qui ſe gloriatur habere armatum. Privilegia dignitatis tuæ nec volumus minui, nec jubemus excedi. Sufficiat tibi tantùm gerere, quantùm deceſſores tuos conſtiterit rationabiliter effeciſſe.

XVII. Formula *Comitiva Neapolitana.*

Inter cætera vetuſtatis inventa, ordinatarum rerum obſtupenda præconia, hoc cunctis laudibus meretur efferri, quod diverſarum Civitatum decora factes aptis adminiſtrationibus videtur ornari: ut & conventus nobilium occurſione celebri colligatur & cauſarum nodi juris diſceptatione ſolvantur. Unde nos quoque non minorem gloriam habere cognoſcimur, qui facta veterum annuis ſolennitatibus innovamus. Nam quid prodeſſet inventum, ſi non fuiſſet jugiter cuſtoditum? Exeunt à nobis dignitates relucentes quaſi à Solis radiis, ut in orbis noſtri parte reſplendeat cuſtodita juſtitia. Ideò enim tot emolumentorum commoda ferimus, ut ſecuritatem Provincialium colligamus. Meſſis noſtra cunctorum quies eſt, quam non poſſumus aliter recordari, niſi ut ſubjecti non videantur aliquid irrationabiliter perdidiſſe. Et ideò ad Comitivam *te* Neapolitanum, *per illam Indictionem libenter adducimus: ut civilia negotia æquus trutinator examines: tantumq; famam tuam habeâ maturitate cuſtodias, quantùm te illi populo vel in levi culpa facilè diſplicere cognoſcas. Urbs ornatâ multitudine civium, abundans terrenis marinisq; deliciis, ut dulciſſimam vitam ibidem te inveniſſe dijudices, ſi nullis amaritudinibus miſcearis. Prætoria tua officia replent, militum turba cuſtodit. Conſides gemmatum tribunal, ſed tot teſtes pateris, quot te agmina circumdare cognoſcis. Prætereà litera usq; ad præfinitum locum data juſſiſſe cuſtodis: tuæ voluntati parent peregrina commercia. Præſtas ementibus de pretio ſuo, & gratia tua proficis, quod avidus mercator acquirit. Sed inter hæc præclara faſtigia optimum Judicem eſſe decet, quando ſe non poteſt occulere; qui inter frequentes populos cognoſcitur habitare. Factum tuum erit ſermo civitatis, dum per ora fertur populi, quod à Judice contigerit actitari. Habet ultionem ſuam hominum frequentia, ſi loquar ad diverſa: & de Judice judicium eſſe credi-*

reditur, quod à multis adſtipulationibus perſonatur. Contrà, quid melius quàm illum populum gratum reſpicere, cui cognoſceris præſidere? Quale eſt perfrui favore multorum & illas voces accipere, quas & clementes Dominos delectat audire? Nos tibi proficiendi materiam damus: tuum eſt ſic agere ut ſua beneficia Principem delectet augere.

Cum Formulâ hâc miſſæ ſunt epiſtolæ obedientiam præcipientes *Neapolitanis*, ut & aliis Regimini ejus Subjectis. Ad *Neapolitanos* epiſtola talis eſt.

Tributa quidem nobis annuâ devotione perſolvitis, ſed nos majore vicisſitudine decoras vobis reddimus dignitates: ut vos ab incurſantium pravitate defendant, qui noſtris juſſionibus obſecundant. Erit noſtrum gaudium, veſtra quies: ſuave lucrum, ſi neſciatis incommodum. Degite moribus compoſitis, ut vivatis legibus feriatis. Quid opus eſt quenquam facere, unde pœnas poſſit incurrere. Quærat Judex in vos cauſas, & non inveniat. Ratio motus veſtros componat, qui rationales vos eſſe cognoſcitis. Improbis Judicem, teſtem bonis moribus deſtinavimus: ut nemo ſe cogi ſentiat, niſi quem ordo legitimæ converſationis accuſat. Atq; ideò illi nos Comitivam Neapolitanæ *Civitatis per illam Indictionem dediſſe declaramus: ut noſtrâ gubernatione laudatus, alteram mereatur de noſtro judicio dignitatem. Cui vos convenit prudenter obedire; quia utrumque laudabile eſt, ut bonus populus Judicem benignum faciat, & manſvetus Judex gratiſſimum populum æquabili ratione componat.*

Ad Officiales *Comitivæ* talis.

Omnes apparitiones decet habere Judices ſuos. Nam cui Præſul adimitur, & militia denegatur. Sed nos, quibus cordi eſt, locis ſuis univerſos ordines continere indicamus, illi Comitivam Neapolitanam, *Deo juvante largitos. Ut Judicibus annuâ ſucceſſione reparatis vobis ſolennitas non pereat actionis. Quapropter deſignato Viro præſtate competenter obſequium, & ſicut vos non patimur emolumentorum commoda perdere, ita & vos parendi debeatis priſcam regulam cuſtodire.*

Utramque inſerui epiſtolam ad docendum, quæ fuerit *Comitum* poteſtas, nec non mos tempore creationis ejus.

XVIII. For-

XVIII. Formula *Comitivæ ſecundi Ordinis*, cum Regimine Civitatis commiſſo.

Seculi hujus Honor humanæ mentis eſt manifeſta probatio: quia libertas animi voluntatem propriam ſemper oſtendit, dum ſe condemnit occulere, qui ſibi alios cognoverit ſubjacere. Sed humanæ mentis felix iſta conditio eſt, quæ arbitrium provectionis ſuæ intra terminum moderationis includit, & ſic peragit dignitatis breviſſimum ſpatium, ut univerſis temporibus reddatur acceptus. Quapropter interdum Judices ad blanda deſcendite. Laborioſum quidem, ſed non eſt impoſſibile juſtitiam ſuadere mortalibus: quam ita cunctorum ſenſibus beneficium divinitatis attribuit, ut ei, qui neſciunt jura, rationem tamen veritatis adgnoſcant. Neceſſe eſt enim, ut quod à natura conceditur, ſubmonente iterum eadem ſuaviter audiatur. Et ideò non laboretis populis imponere, quæ eos conſtat ex propriâ voluntate ſentire. Facilè enim ſequuntur veſtigia verbi alieni, qui ſe poſſe credunt monitione compelli. Propterea per illam Indictionem in illa civitate Comitivæ honorem ſecundi Ordinis *tibi, propitiâ divinitate largimur: ut & cives commiſſos æquitate regas, & publicarum ordinationum juſſiones conſtanter adimpleas: quatenus tibi meliora præſtemus, quando te probabiliter egiſſe præſentia ſentiemus.*

Poſtmodum ſequuntur epiſtolæ obedientiam præcipientes Civibus & Officialibus *Comitivæ*, ſicut illæ *Neapolitanæ*, undeque colligitur quod Comites iſti communiter ſecundi ordinis fuerint, utut nullibi ſic appellentur ap. *Caſſiodorum*, excepta illa Formula qua conſtituitur generalis Præſes ſeu *diverſarum Civitatum*, ut inſcriptio habet.

XIX. Eſt deinde & Formula creandi Comitem *Theodorico R.* propria, vel ad minimum Regibus *Gothicis*, quam hic addimus, ut intelligatur varius uſus tituli *Comitis*, qui poſtmodum (ut mox docebimus) receptus, *Romano-Gothicis* moribus, Feudes conjunctus eſt in *Francorum* imperio. Judex conſtituebatur per *Comitis* appellationem in unaquaque Provincia Regni *Gothici*, ubi aliqui eſſent *Gothi*, determinaturus omnem litem inter *Gothos* duos ortam, vel inter *Gothum* & *Romanum*. Hic tamen ſi *Gothus* cum *Romano* diſceptaret, Jurisconſultus *Romanus* ei adſtitit. Inſcriptio ap. *Caſſiodorum* eſt *Formula Comitivæ Gothorum per ſingulas Provincias.*

Theo-

Theodoricus Rex &c. *Cum DEO juvante, ſciamus* Gothos *vobis cum habitare permixtos, ne qva inter conſortes, ut aſſolet indiſciplinatio naſceretur, neceſſarium duximus, illum ſublimem virum, bonis nobis moribus hactenus comprobatum, ad vos* Comitem *deſtinare, qvi ſecundum edicta noſtra inter duos* Gothos *litem debeat imputare. Si qvod etiam inter* Gothum & Romanum *natum fuerit negotium, adhibitó ſibi prudente* Romano *certamen poſſit æqvabili ratione diſtringere. Inter duos autem* Romanos Romani *audiant, qvos per provincias dirigimus cognitores: ut unicuique ſua jura ſerventur & ſub diverſitate judicum unâ juſtitiâ complectatur univerſos. Sic pace communi utraqve nationes, divinitate propitiâ, dulci otió perfruantur. Scitote autem, unam nobis in omnibus æqvabiliter eſſe charitatem: Sed ille ſe animo noſtro amplius commendare poterit, qvi leges moderatâ voluntate dilexerit. Non amamus aliqvid incivile, ſceleſtam ſuperbiam cum ſuis deteſtamur auctoribus. Violentos noſtra pietas execratur. In cauſa poſſint jura, non brachia. Nam cur eligant qværere violenta, qvi præſentia probantur habere judicia? Idcò enim emolumenta judicibus damus, ideò tot officia diverſis largitatibus continemus, ut inter vos non ſinamus creſcere, qvod poſſit ad odium pertinere. Unum vos amplectatur vivendi votum, qvibus unum eſſe conſtat Imperium, audiat utervqve populus, qvod amamus.* Romani *vobis ſicut ſunt poſſeſſionibus vicini, ita ſint & charitate conjuncti. Vos autem* Romani *magnó ſtudio* Gothos *diligere debetis, qvi & in pace numeroſos vobis populos faciunt, & univerſam rempublicam per bella defendunt. Itaqve deſtinato à nobis Judici vos convenit obedire, ut qviqvid pro conſervandis legibus cenſuerit, modis omnibus impleatis: qvatenus & noſtro Imperio & veſtræ utilitati ſatisfeciſſe videamini.*

Formulæ aliæ Comitivæ *Romanæ* Civitatis, cujus munus erat audire & punire omnia crimina frangentium vel evertentium ſtatuas & alia opera publica Urbis, ut *Comes Portus*, *Comes domeſticorum* & plures qvos recenſet *Caſſiodorus* hic omittimus. Nam ſufficienter, qvas adduximus, formulæ oſtendunt rationem creandorum diverſi generis *Comitum* præcipuorum. Atqve hactenus de *Formulis creandorum Comitum*, *& muneris ipſis & commiſſis.*

XX. Ad Duces illorum temporum nunc accedimus. Idem Autor exhibet nobis exempla faciendi *Ducatus Retiarum* ſeu militarium excubiarum in Illiricis.

Qui invicti ſpectatæ fidei virtutis honor unus eſſe videatur, nec in his aliqvid aliud niſi ſola pars jolcat auferri, ſimilem rerum qualitate pręcenſâ, multum his

bis creditum videtur, qvibus confinales populi deputantur. Qvia non eſt tale pacatis Regionibus jus dicere, qvale ſuſpectis gentibus aſſidere, ubi non tantum vitia, qvantum bella ſuſpecta ſunt, nec ſolùm vox præconis in-ſ onat, ſed turbarum crepitus freqventer inſultat. Retiæ *namqve munimina ſunt* Italiæ, *& clauſtra Provinciæ. Qva non inmeritò ſic appellata eſſe judiciamus, qvando contra feras & aggreſtiſſimas gentes velut qvædam plagarum obſtacula diſponuntur. Ibi enim impetus gentilis excipitur, & tranſmiſſis jaculis ſauciatur furibunda præſumptio. Sic gentilis impetus veſtra venatio eſt, & ludo gentis, qvod vos aſſiduè feliciter egiſſe ſentitis. Ideo validum te ingenio & viribus audientes, per illam indictionem,* Ducatum *tibi credimus* Retiarum *ut milites & in pace regas, & cum eis fines noſtros ſolenni alacritate circumeas. Qvia non parvam rem tibi reſpicis eſſe commiſſam, qvando tranqvillitas regni noſtri tua creditur ſollicitudine cuſtodiri. Ita tamen ut milites tibi commiſſi vivant cum Provincialibus jure Civili, nec inſoleſcat animus, qvi ſe ſentit armatum; qvia clypeus ille exercitus noſtri qvietem debet præſtare* Romanis. *Qvos ideò conſtat appoſitos, ut intus vita felicior ſecurâ libertate carpatur. Qva propter noſtro reſponde judicio fide nobis & induſtria placiturus, ut nec gentiles ſine diſcuſſione ſuſcipias, nec noſtros ad gentes ſub incuriositate transmittas. Ad neceſſitatem ſiqvidem rarius venitur armorum, ubi ſuſcepta ſurreptio cuſtodiri poſſe ſentitur. Privilegia verò dignitatis tua noſtris tibi juſſionibus vendicabis.*

Hæc Formula *Ducatus* eandem confert poteſtatem, qvam illa *Comitiva Provinciæ*. Cuicunqve v. provincia eſt commiſſa cum regimine Militari, ſi *Comes* non eſſet, *Dux* appellatus eſt tantum; ſi *Comes* eſſet, vocabatur *Comes hujus* vel *illius Provinciæ*: excipiendum tamen videtur, ſi Prædeceſſores ſæpe *Comites* fuiſſent, adeoque vox *Comitis* vel *Comitiva Provinciæ* facta fuiſſet potius nota officii, qvam character dignitatis in *Palatio*. In ejusmodi caſu exiſtimo ſucceſſores dicti ſunt *Provinciarum Comites*, utut alias *Comites* non eſſent. Tituli qvoqve eorum hac ratione fuerunt ſynonyma cum *Ducis* appellatione, *Comitiva* item vox cum *Ducatus* vocabulo: manente nihilominus, ſi *Comites* qvoqve in *Palatio* eſſent (ut ab initio omnes fuerunt) diſtinctione inter ipſos & Duces proprie ſic dictos, ut ſupra dictum. Clarius hæc pateſcent cum trademus eorum inſignia & magiſtratus inferiores in locis ipſis commiſſis.

XXI. Præter Creationis Commiſſionisqve Formulas habuerunt tum temporis *Comites* & *Duces* (ex qvibus innotuit munia co-

mit-

mitum fuiſſe vel *Palatina*, vel *Civilia* vel *militaria*, *Ducum* vero *militaria* ſolum) ut miniſtri primarii alii, inſignia vel Symbola adminiſtrationis, vel ſigna σημεια τῆς ἀρχῆς in eorum *Codicillis* depicta ut & *Principis mandata* ipſis transmiſſa. Symbola autem iſta vel inſignia ita formata erant, ut pictura primarias exhiberet partes eorum qvæ regimini iſtorum fuerunt ſubdita; ſub pictura erat Codicillus adminiſtrationis, & nonnunqvam epiſtola ipſa leviter complicata, qvo ambo vulgo addi ſolebant. e. gr. *Comes ſacrarum largitionum* monetam habebat in patinis, ſacculis & ciſtis, ſic etiam pictura eius in Codicillo inſtructionis. Similia habebat *Comes rerum privatarum. Magiſter militum* Clypeos habebat coloris varii, ut & formæ variæ cum cohortum nominibus. *Qvæſtor* habebat faſciculum voluminum, & columnam cui inſcribebatur, *Leges Salutares*. *Comes Orientis* habebat Provincias ſuas exhibitas, ſub forma mulieris, qvæ coronata tenuit patinas in qvibus nummos videre fuit, cum adſcriptis Provinciarum nominibus. *Comes limitis Ægypti* habebat *Memphin*, *Peluſium* aliasqve *Ægypti* Civitates cum parte *Nili* fluvii. *Dux Thebarum* habebat *Hermunthum*, *Oaſin*, *Copton*, *Syenam*, aliasqve Civitates cum alia *Nili* parte. Atqve ſic in oriente atqve occidente magna illa officia habuerunt inſignia ſua in literis ſuis Creationis Commiſſionisqve, diſtincta Coloribus variis, ut plenius diſces ex *Pancirolli* Commentario ad *Notitiam*, ubi etiem officiales iſtis ſubditi cuarrantur. *Novell. 24. cap. 6. vid Pancirollum notit. utramqi cap. 12*

Exempli loco hic elegi *Comitem Britanniarum*, *Comitem littoris Saxonici per Britannias*, & *Ducem Britanniarum*, aliosqve in hac Inſula ante an. MCC. circiter ſeu tempore *Theodoſii II.* qvod incidit in ultima tempora Imperii Romani hic imperantis.

Regimen Imperii ejuſmodi tum fuit, ut qvatuor eſſent *Præfecti Prætorio* civiles tractantes cauſas: unus in *Oriente*, alter *Illyrici* tertius *Italiæ*, & qvartus *Galliæ*, ſeu *Præfectus Prætorio Galliarum*, ad qvem etiam ſpectavit *Britannia* & *Hiſpania*. Hi Præfecti ſub ſe habuerunt immediate Vicarios, & aliqvando *Comites*, (ut *Comes Orientis* fuit *Vicarius Præfecti Orientis*) & aliqvando alios; omes vero ab Imperatore conſtituebantur. *Præfectus Galliarum* vero tres habuit *Vicarios*, unum in *Hiſpania*, in *Gallia* ſecundum, & tertium in *Britannia*. *Vicarii Britanniarum* Symbola adminiſtrationis erant iſtæ qvinqve Britanniarum Partes; *Britannia prima*, *Britannia ſecunda*, *Flavia Cæſarienſis*, *Maxima Cæſarienſis*, & *Valentia*: unaqvæqve ſingularis ſtructuræ ædificio repræſentata fuit, & nomen ſupraſcriptum *De his nominibus vide ſi placet Pancir. ad Notit. Occid. cap. 69. & Camden. Brit. p. 3.*

ptum in terra ſeu regione ſinuoſa, qvam mare ambit, acſi qvinqve iſtæ provinciæ totam confeciſſent inſulam. Codicillus inſtructionis viridi tegitur colore, epiſtola vero ſeu Commisſio aureo integumento, additur forma mox exhibenda in inſignibus Comitum & Ducum. Sub hoc *Vicario* qvinqve erant jurisdictionem exercentes, duo *Conſulares* & tres Præſides, unicuiqve una ex his Provinciis addicta. In *Notitia* ſic enumerantur.

Sub diſpoſitione Viri ſpectabilis, Vicarii Britanniarum.

CONSULARES.

Maximæ Cæſarienſis.
Valentiæ.

PRÆSIDES.

Britanniæ primæ.
Britanniæ ſecundæ.
Flaviæ Cæſarienſis.

Officium autem habet idem vir ſpectabilis vicarius hôc modo.

Principem de Schola Agentum in rebus ex Ducenariis.
Cornicularium.
Numerarios duos.
Commentarienſem.
Ab actis.
Curam epiſtolarum.
Adiutorem.
Subadjuvas.
Singulares & reliqvos officiales.

Inſignia & officia *Conſularium* ſat nota ſunt ex deſcriptione *Conſularis Campaniæ, cujus officium*, ut Autor *Notitiæ* ait, *habet ita.*

Principem de officio Præfecti Prætorio Italiæ.
Cornicularium.
Tubularios duos pro Numerario.
Adiutorem.
Commentarienſem.
Ab Actis.
Subadjuvam.

Exceptores & reliqvos cohortalinos, qvibus non licet ad aliam tranſire militiam,

litiam, ſine annotatione clementiæ Principalis, cæteri omnes Conſulares ad ſimilitudinem Comitiarium Campaniæ officium habent.

Ponegitur pro *Præfectus Prætorio Italiæ* hic *Præfectus Prætorio Galliarum* & videbis officia ibi nominata, etiam ad *Conſulares Britanniæ* pertinuiſſe.

Inſignia etiam aliorum Conſularium fuere (ait *Pancirollus*) gemina his *Campaniæ*, i. e. Mulier cincta Corona murali, & inſidens throno Juſtitiæ, dextra manu tenens nomen Provinciæ, haſtæ ſummitati affixum, ſiniſtra vero clypeo innixa. Qvædam autem viri formâ apparent. Codicillus adminiſtrationis additur quaſi in tabulam collocatus; *Præſides* denique *Britanniæ* eadem habebant officia, qvæ *Præſes Dalmatiæ* Hic autem officium *habet hoc modo*, (inquit auctor *Notitiæ*) *Principem ex eodem officio*, (i. e. *ex officio Præfecti Prætorio Italiæ*, ſic *Britannici* habebant *Præſides ſuos ex officio Præfecti Prætorio Galliarum*)

Cornicularium.
Tabularios duos.
Commentarienſem.
Adjutorem.
Ab Actis.
Subadjuvam.

Exceptores & cætores cohortalinos quibus non licet ad aliam tranſire militiam ſine annotatione clementiæ Principalis. Cæteri Præſides ad ſimilitudinem Dalmatiæ officium habent.

Inſignia Præſidum cognoſcuntur ex illis *Correctorum Apuliæ & Calabriæ*, qvæ fuerunt elegans ædificium, cum nomine Provinciæ ſuprascripto infra codicillum tamen adminiſtrationis, ac cum imagine Imperatoris, qvæ ſæpe in aliorum miniſterialium inſignibus pingitur. Et ſicut *Vicarii* titulus fuit *Spectabilis*, ita *Conſularium fuit Clariſſimus, Præſidum* vero *Perfectiſſimus*. Atqve talis fuit Adminiſtratio *Britanniæ* civilis.

In militari erant *Magiſter Peditum Præſentalis*, & *Magiſter Equitum Præſentalis*, qvi in occidente immediatam poſt Imperatorem habentes poteſtatem Equitum & Peditum in defenſionem Provinciarum & limitum occidentalium ordinatorum, (ſicut alii in Oriente) ſub ſe habebant ſex militares Comites Provinciæ, & Duces XI. Comites erant *Italiæ, Africæ, Tingitaniæ Tractus Argentoratenſis Britanniæ, Littoris Saxonici*. Duces erant *Mauritaniæ Cæſarienſis, Tripolitanæ, Pannoniæ ſecundæ, Valeriæ ripenſis, Pannoniæ Primæ, Norici ripenſis, Rætiæ primæ & ſecundæ,*

Sequanici Armoricani, Belgicæ ſecundæ, Germaniæ primæ & Britanniæ, & Moguntiacenſis. Omnes iſti inſignia & officia habebant ferme paria.



Comitis

Comitis Britanniæ inſigne erat Inſula ſic oceano cincta ſubter librum inſtructionis & epiſtolam commiſſionis: elegans qvoddam adificium (primariam exiſtimo civitatem innuens) in ejus conſpicitur medio. Libro eædem literæ ſunt inſcriptæ qvæ erant ſupra codicillum adminiſtrationis in inſignibus *Vicarii Britanniarum*, & in aliis etiam codicillis ejuſmodi Comitum Ducumve in *Notitia*. Qvid ſignificent, non ſatis capio, *Pancirollus* vult eſſe ſiglas & partes verborum bene cognitas Notariis & Magiſtris epiſtolarum in Imperio, ut ſuperfluum exiſtimaverint eas plenius deſcribere. Verba itaqve dicit fuiſſe iſta. *Felix Liber injunctus Notariis Latereuli continens mandata ordine Principis, vel Primicerii*, qvi fuit Magiſter vel Præſes notariorum in Imperio. *ad notit. Orientis cap. 9. & 159.*

Regimen hujus Comitis, ut apparet, fuit in partibus Inſulæ auſtralibus. Habuit ſecum illo tempore qvo Notitia fuit ſcripta MMM. circiter peditum & DC eqvites: & qvanqvam præter ipſum fuerit Dux qvoq; (uti mox dicetur) attamen, videtur, omnem tum *Britanniam Romanis* parentem ejus fuiſſe curæ commiſſam, Ducem vero ipſi in ſubſidium datum. Nam poſt ejus Symbola in *Notitia* tota Provincia expreſſe ejus addicitur gubernationi, ut etiam Symbola ipſa indicant.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Britanniæ Provincia Britanniæ

Deinde officia.

Officium autem habebat idem vir ſpectabilis, Comes hôc modo. Principem ex officio Magiſtri Militum præſentalium alternis annis
Commentarienſem ut ſuprà.
Numerarios duos, ſingulos ex utroqve officio ſuprà dicto.
Adjutorem.
Subadjuvam.
Exceptores.
Singulares & reliqvos officiales.

Cornicularius & Regerendarius aliis additi Comitivis hic deſunt; qvod *Pancirollus* ex negligentia tranſcriptorum factum eſſe judicat.

Comes litoris Saxonici tum quaſi Claſſi Præfectus, Admiralem nunc vocant) fuit, illis collocatus adverſus maritimas *Saxonum* incurſiones, vel aliorum in occidentali *Germania* habitantium, illo tum cogniti

Sequanici Armoricani, Belgicæ ſecundæ, Germaniæ primæ & Britanniæ, & Moguntiacenſis. Omnes iſti inſignia & officia habebant ferme paria.

Comitis

Comitis Britannia inſigne erat Inſula ſic oceano cincta ſubter librum inſtructionis & epiſtolam commiſſionis: elegans qvoddam adificium (primariam exiſtimo civitatem innuens) in ejus conſpicitur medio. Libro eædem literæ ſunt inſcriptæ qvæ erant ſupra codicillum adminiſtrationis in inſignibus *Vicarii Britanniarum*, & in aliis etiam codicillis ejuſmodi Comitum Ducumve in *Notitia*. Qvid ſignificent, non ſatis capio, *Pancirollus* vult eſſe ſiglas & partes verborum bene cognitas Notariis & Magiſtris epiſtolarum in Imperio, ut ſuperfluum exiſtimaverint eas plenius de ſcribere. Verba itaqve dicit fuiſſe iſta. *Felix Liber injunctus Notariis Laterculi continens mandata ordine Principis, vel Primicerii*, qvi fuit Magiſter vel Præſes notariorum in Imperio. *ad notit. Orientis cap. 9. & 159.*

Regimen hujus Comitis, ut apparet, fuit in partibus Inſulæ auſtralibus. Habuit ſecum illo tempore qvo Notitia fuit ſcripta MMM. circiter peditum & DC eqvites: & qvanqvam præter ipſum fuerit Dux qvoq; (uti mox dicetur) tamen, videtur, omnem tum *Britanniam Romanis* parentem ejus fuiſſe curæ commiſſam, Ducem vero ipſi in ſubſidium datum. Nam poſt ejus Symbola in *Notitia* tota Provincia expreſſe ejus addicitur gubernationi, ut etiam Symbola ipſa indicant.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Britanniæ Provincia Britanniæ

Deinde officia.

Officium autem habebat idem vir ſpectabilis, Comes hôc modo. Principem ex officio Magiſtri Militum præſentalium alternis annis

Commentarienſem ut ſuprà.

Numerarios duos, ſingulos ex utroqve officio ſuprà dicto.

Adjutorem.

Subadjuvam.

Exceptores.

Singulares & reliqvos officiales.

Cornicularius & Regerendarius aliis additi Comitivis hic deſunt; qvod *Pancirollus* ex negligentia tranſcriptorum factum eſſe judicat.

Comes littoris Saxonici tum quaſi Claſſi Præfectus, Admiralem nunc vocant) fuit, illis collocatus adverſus maritimas *Saxonum* incurſiones, vel aliorum in occidentali *Germania* habitantium, illo tum cogniti

cogniti appellatiqve nomine. Insignia ejus exhibebant IX. Civitates Maritimas sic collocatas.



Alia qvæ in his apparent Symbolis intelliguntur ex ſupra dictis de officiis aliorum. Exercitus ejus erat circiter MMCC. peditum & CC. eqvitum, cum eorum Præpoſitis ſic appellatis.

Sub diſpoſitione Viri ſpectabilis Comitis Littoris Saxonici per Britanniam.

Præpoſitus numeri Fortenſium Othonæ.
Præpoſitus militum Tangricanorum Dubris.
Præpoſitus numeri Turnacenſium Lemannis.
Præpoſitus eqvitum Dalmatarum Branodunenſis Branodunо.
Præpoſitus eqvitum Stableſiani, Garianonenſis Garianono.
Tribunus cohortis primæ Vetaſiorum Regulbio.
Præpoſitus legionis II. Aug. Rutupis.
Præpoſitus numeri Abalcorum, Anderidæ.
Præpoſitus numeri exploratorum Portu Adurni.

Officium autem habet idem vir ſpectabilis Comes hôc modo.

Principem ex officio Magiſtri Præſentialium â parte peditum.
Numerarios duos ut ſuprà ex officio prædicto.
Commentarienſem ex officio ſupra dicto.
Corniculariuм.
Adjutorem.
Subadjuvam.
Regerendarium.
Exceptores.
Singulares & reliqvos Officiales.

Civitates maritimæ hic nominatæ ſic explicantur. *Othonam* volunt eruditi qvidam eſſe in *Hundredo Dengy*, in *Eſſexia*, eo in loco vel prope illum, ubi eſt *S. Petri in the Wall*. *Dubris* nunc eſt *Dovria*. *Lemmani* vel *Lemmanis* (& *Portus Lemmanis* apud *Antoninum* Λιμὴν in *Ptolomæo*, non vero idem ſignificans qvod vox Græca vult, ſed facta a vocabulo *Britannico*) *Lime* vel *Limehill* in *Cantio*, ut & *Regulbium*, Reculver, & *Rutupis*, aut *Sanawich* aut *Rich Borrow* prope *Sandwich* in littore ejusdem Comitatus. *Anderida* dicitur eſſe *Newеden* in *Cantio*: ad minimum fuit civitas qvædam *Cantii* vel *Suſſexiæ*. Nam *Andradeswald* occurrens in annalibus *Angliæ* Antiqvis pro feris *Cantii* & *Suſſexiæ* tantundem probat affinitate ſoni. *Branodunum* dicunt eſſe *Brancaſter* in *Norfolcia*, *Garianо* autem vel *Garianorum* volunt eſſe *Yarmouthum*: *Portus* denique *Adurni* perhibent eſſe *Edrington* in *Suſſexiæ* littore.

Videſis V. C. G. Camden. in Cantio p. 246. in reliqvorũ oppidor. nomina apud eum habes fuſius explicata, ſuo nempe qvodlibet loco.

Dux *Britanniarum* in Symbolis ſuis habuit Civitates XIV. Sic

etiam collocatas cum libro inſtructionis & epiſtola creationis vel Commiſſionis inſtar Ducum aliorum & Comitum. Cohortes ejus & officia ſic deſcribuntur.



546

Sub diſpoſitione Viri ſpectabilis Ducis Britanniarum.

Præfectus Legionis ſextæ.
Præfectus equitum Dalmatarum, Præſidio.
Præfectus equitum Criſpianorum, Dano.
Præfectus equitum Cata fractariorum, Morbio.
Præfectis numeri Barcariorum Tigriſienſium Arbeia.
Præfectus numeri Nerviorum, Dictenſium, Dicti.
Præfectis Numeri Vigilum, Concangios.
Præfectus numeri Exploratorum, Lavatres.
Præfectus numeri Directorum veterum, aliàs Veneris,
Præfectus numeri Defenſorum Braboniaco.
Præfectus numeri Solenſium, Maglova.
Præfectus numeri pacenſium, Magis.
Præfectus numeri Longovicariorum Longovico.
Præfectus numeri Derventionſis, Derventione.

Item per lineam Valli.

Tribunus cohortis quartæ Lergorum, Segedune.
Tribunus Cohortis Corvoviorum, ponte Aelii.
Præfectus alæ primæ Aſtorum, Conderco.
Tribunus cohortis primæ Frixagorum Vindobala,
Præfectus alæ Saviniavæ Hunno.
Præfectus alæ ſecundæ Aſtorum, Cilurno.
Tribunus cohortis primæ Batavorum, Procolitia.
Tribunus cohortis primæ Tungrorum Borgovico.
Tribunus cohortis quartæ Gallorum, Vindolana,
Tribunus cohortis primæ Aſtorum, Aeſica.
Tribunus cohortis ſecundæ Dalmatarum, Magnis.
Tribunus cohortis Primæ Aeliæ Dacorum, Amboglanna.
Præfectus alæ Petrianæ, Petrianis.
Præfectus numeri Maurorum Aurelianorum, Aballaba.
Tribunus cohortis ſecundæ Lergorum, Congavata.
Tribunus cohortis primæ Hiſpanorum, Axelodunо.
Tribunus cohortis ſecundæ Thracum Gabroſenti.
Tribunus cohortis primæ Aeliæ claſſicæ Tunnocelo.
Tribunus cohortis primæ Morinorum Glannibanta.
Tribunus cohortis tertiæ Nerviorum, Alione.
Cuneos armaturarum Bremetennaco.
Præfectus alæ primæ Herculeæ, Olenaco.

Tribunus cohortis ſextæ Nerviorum Veroſido.
Officium autem habet idem vir ſpectabilis Dux hôc modo.
Principem ex officiis Magiſtrorum Militum præſentialium alteris annis.
Commentarienſem utrumqve.
Numerarios in utrisqve officiis omni anno.
Adjutorem.
Subadjuvam.
Regerendarium.
Exceptores.
Singulares & reliqvos Officiales.

Civitates iſtæ priſcis nominibus appellatæ verſus ſeptentrionem ſitæ ſunt. *Sexta* (ajunt) fuit *Eboracum York: Præſidium, Warwyk: Danum, Doncaſter: Arbeja & Morbium, Jerby & Moresby* in *Cumbria:* reliqva in inſignibus iſtis & ad *Murum Pictorum* diſce ex *Camdeni* conjecturis maxime ſanis. Colligitur autem inde qvod Dux iſte rexerit interiora Inſulæ, & regiones Septentrionales Romanis parentes, *Comes Britanniarum* vero auſtrales. Paulo vero ante *Notitiam* videtur tantummodo fuiſſe *Dux Britanniarum* (fungens officio Comitis & Ducis in Britannia) & *Comes tractus maritimi*, qui idem fortasſis erat cum *Comite littoris Saxonici* ſupra dicto. Nam ſub *Valentiniano* I. fuit *Nectardus* Comes maritimi tractus, ac *Buchobaudes* primo, poſtea *Theodoſius Britanniæ* Duces. Dux iſte, referente notitia habuit XIV M. pedites & DCCCC. eqvites, qvi annumerati illis duorum Comitum conficiunt XIXMCC. peditum & MDCC. eqvites in Romanorum exercitu intra hanc Inſulam caſtrametante.

Am. Marcell. lib. 27. & 28.

Atqve tantum de diverſis Honoribus & Officiis Comitum ac Ducum, eorumqve origine in Imperio antiqvo, priusqvam tituli iſti fierent Feudales.

XXII. Sunt tamen & viri eruditi non admittentes Originem Titulorum *Ducis* atqve *Comitis* (qvoad indolem eorum, exiſtimo) ab antiqvo Imperio deducendam eſſe in *Germaniam*, ubi nunc iſtud eſt Imperium; volunt enim potius qvod Imperium illud ſubſtantiam eorum, ejuſqve primum uſum, (præſertim *Comitis*) a Germanis acceperit, poſt qvam ſcilicet Romani illorum moribus aſſeverint. Et revera ex *Tacito* diſcimus, qvod principes in *Germania* plures habuerint

buerint Territoria ſua aſſignata, qvæ gubernarunt, aulam ibi ſuam figentes, ac centum ad minimum Comitibus ſtipati ſinguli, tanqvam Conſiliariis & aſſiſtentibus. Honor iſtorum erat Comitum multitudo & fortitudo. Sunt autem *Taciti* verba iſtas: *Eliguntur in Conciliis & Principes qui jura per pagos vicosqve reddunt. Centeni ſingulis ex Plebe Comites, Conſilium ſimul & autoritas adſunt.* Additqve poſthæc proſapiam nec non virtutem Principis titulum attuliſſe Comitibus, qvos inter etiam ordo obſervatus: Sic enim intelligenda qvæ ſequuntur. *Inſignis nobilitas aut magna Patrum merita Principis dignationem etiam adoleſcentulis adſignant. Cæteris robuſtioribus ac jam pridem probatis aggregantur. Nec ruborinter Comites adſpici. Gradus qvin etiam & ipſe, Comitatus habet judicio ejus, qvem ſectantur. Magnaqve & Comitum æmulatio, qvibus primus apud Principem ſuum locus; & Principum cui plurimi & acerrimi Comites. Hæc dignitas, hæ vires, magnô ſemper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium. Chonodomarius Rex Alemannorum* ſub *Conſtantio* juniore tales habuit CC. Comites, *Marcellino* teſte, & ab amicis eos diſtingvente *Comites ejus ducendi numero, & tres amici junctiſſimi.* Ex more hoc Germani qvidam deducere volunt titulum *Comitis* ejuſqve uſum in Imperium antiqvum, ac ſi Romani (apud qvos honor iſte & officium non fuerunt ante *Germanos* cognitos) invenientes in *Germania Comites*, Grafen appellatos, (qvam vocem & tunc idem ſignificaſſe autumant, nec non a *Romanis* ita redditam fuiſſe) eandem dignitatem in Imperatoris introduxiſſent aulam; ſic etiam de *Ducis* vocabulo opinantur, qvod ipſis eſt ein Hertzog. Verum non obſervo fuiſſe *Romanos* ejuſmodi aliarum Gentium æmulos; leges præſcripſerunt & mores docuerunt alios, non acceperunt ipſi. Placeat ergo ipſis iſthæc conjectura, ego non aſſentior. Æqve probabile foret a *Gallis* iſthæc didiciſſe ipſos: nam apud hos unusqvisqve vir inſignis habuit pediſſeqvos ſuos, qvos *Ambactos* appellavere, ut *Cæſar* ait: *Eorum ut qviſqve eſt genere copiisqve ampliſſimus ita plurimos circa ſe Ambactos Clientesqve habet. Hanc unam gratiam potentiamqve noverunt.* Hoc illud ipſum eſt qvod *Tacitus* narravit de *Germanis*, qvorum ſi lingva cum *Gallis* eadem fuit tum temporis, veriſimile *eſt Taciti Comites* tum temporis *Ambachtos* appellatos: memini enim illud antiqvũ *Germanicum* vocabulum Ambachte alicubi redditum latine *Comitatus*: ut in Engelbrechts Ambachte / eſt in *Engelberti Comitatu.* Sed hæc obiter. Titulo *Ducis* ac *Comitis* hic exhibito, prout fuerunt in Impe-

hiſt. lib. 16 Phil. Cluver. German. lib. 1. cap. 48. & ante eum Udalric. Zaſius & Rutgerus Rulando, ut videre eſt ap. Beſold. diſcurſ. Polit. 4. cap. 4. §. 1. De bello Gallico Lib. 7. Nota. vide & de Ambactis Gloſſar. du Freſne. Apud Freher. Origin. Palatin. lib. 1. c. 3. & de Ambacto videſis Joſeph Scaliger. ad Feſtũ.

rio antiqvo dederuntque naturam & originem Feudis, cum qvibus tandem, ſicut hodie fieri ſolet, conjuncti ſunt, ita iſta jam ſuccedunt.

Vid. Cujac. obſerv. lib. 8. cap. 14. Praeterea qui ex profeſſo de feudis volumina ſcribunt, vid. Hodm. de Rep. lib. 1. cap. 9.

XXIII. Feuda (qvæ noſtra lingva videlicet anglicana) *Tenancies* vel *Lands held* i. e. *Tenuras* appellamus, idemqve eſt qvod *feuda militaria*) ſunt bona ideo data vel uſurpata, ut poſſeſſor per homagium ad officium adſtringatur ejus, (vel aliorum ſub ipſo) à qvo data ſunt. Sunt autem officia iſta varia. Sæpe cenſus penditur æqvè ac miniſteria alia. Sed qvanqvam *Feudum* dicatur denotare *Beneficium*; ac qvoad originem plus non ſignificare, attamen qvod nunc explicat naturam ejus, eſt homagii vinculum inter Feudi Dominum & Feudatarium. Nam extra hoc vinculum nulla bonorum poſſeſſio (qvamvis annuos pendat proventu, vel aliud qviddam ex contractu ſive cenſus ſint ſive Emphyteutica; & ſimiliter) feudum eſſe poteſt.

Unde mos iſte tradendi terræ qvandam portionem cum ejus modijure, accerſendus ſit, multum diſputant. Qvidam id deducunt ex antiqvo jure Patronorum & Clientum *Romæ*. Aſi fuit ſolummodo fœdus inter ipſos non vero aliqva terræ poſſeſſio ex fœdere iſto. Alii derivant illud ex *Romanorum* Coloniis militibus deductis in regiones debellatas, ut eo felicius eas ſic conſervarent: alii aliter: Verum apud Romanos ego nihil reperio tam prope ad Feuda accedens qvam territoria illa *Ducibus Limitaneis* conceſſa, & aliis una cum iſtis occupatis in defenſione illorum limitum, arqve in militaribus exercitiis detentis. Horum diſerta fit mentio ſub *Alexandro Severo*, qvi (recenſente *Lampridio*) dedit ejuſmodi territoria *Limitaneis Ducibus & militibus, ita ut eorum ita eſſent, ſi hæredes illorum militarent, nec unqvam ad privatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit ſanè his & animalia & Servos ut poſſint colere qvod acceperant, ne per inopiam hominum vel per ſenectutem poſſidentium deſererentur rura vicina Barbaris, qvod turpiſſimum eſſe ducebat.* Hic videmus terras ipſis ad poſſidendum conceſſas nec non hæredi his eorum ſub conditione militaris ſervitii ab ipſis præſtandi. Sic *Probus* multos dedit agros in *Illyrico* militibus ſuis *addictos* (*Vopiſcus* ait) *ut eorum filii ab anno decimo octavo mores duntaxat ad militiam mitterentur.* Et hujus generis fuerunt agri *militibus aſſignati* apud *Ulpianum*. Sic & alia ejus ſunt exempla; ut bene ad *Alexandri Severi* tempora *Feudorum* origo in imperio referri poſſit: nec non mos jugendi ea cum *Ducis* titulo, ita tamen ut titulus

Circa ann. Chr. 220.

L. 15. item § item ſi ſi de rei vindic. & L. Lucius ff. de Epiſcopis.

iſte

iſte feudalis ſeu perpetuus non fuerit feudo annexus. Non enim puto Duces officia ſua & titulos diutius tenuiſſe propter feuda ſua, multo minus ad hæredes transmiſiſſe ſuos; Feuda enim ſolum modo dabantur tanqvam præmia ipſis & eorum hæredibus ſub conditione militaris ſervitii, qvod feudum continuum fuit ceſſante licet eorum nomine & officio. Veriſimile qvoqve eſt, qvod eadem ratio poſtmodum fuerit Comitum & Ducum (qvi hac in cauſa diverſi non fuere) in limitibus variis ipſis commiſſis. Verum connectere Dignitates has cum Feudis, atqve ſic feudales eas reddere, aliunde ortum eſt. Neqve origo hæc translationem Imperii ad *Francos* antecedit.

Feuda iſta freqventia fuerunt apud Gentes Boreales omnem fere inundantes Europam declinante Imperio. Potentia & Gloria Principum erat multitudo devoventium illis vitam ſuam & mortem, vinculum verò fidelitatis hujus erat præcipuè traditio ejusmodi terrarum, qvæ Jus Feudale conſtituit inter dantem & poſſidentem, confirmataqve fuit juramento Poſſeſſoris, qvo hic obligatus fuit ad fidelitatem præſtandam Domino, & ei aſſiſtendum. Veſtigia ejus freqventiæ & antiqvitatis Feudorum ſunt in hiſtoria *Cimbrorum* (qvod nomen latinè Septentrionales gentes effatur,) qvi *Galliæ & Hiſpaniæ* excluſi Romanam adierunt Rempubl., ut *Martius populus aliqvid ſibi terræ daret*, (inqvit *Florus*,) *qvaſi ſtipendium; cæterum, ut vellet, manibus atqve armis ſuis uteretur*: ac ſi ejusmodi donationes dudum apud Principes iſtos fuiſſent in uſu.

Videſis Sigonium de regno Italiæ lib. 3. & 7. Hieron. Rubeum in Hiſtor. Raven. lib. 4. & Feud. lib. 2.

Et qvanqvam Feuda qvædam in Imperio fuerunt ante iſtas populorum *Borealium* incurſiones declinante illo, attamen rectius communem feudorum uſum ſeu originem per omnes Occidentales Auſtralesqve *Europæ* partes iſtis adſcribimus gentibus; ut & primam conjunctionem Feudorum cum Dignitatibus *Ducis & Comitis*. Nam dignitates iſtas, prout officia fuerunt, ubiqve vel in plurimis invenerunt Provinciis ubi fuerant olim *Romani*, atqve ſic Feudis adjunxerunt, *Romanaqve* aſſumſerunt nomina, prout etiam eorundem uſurpârunt lingvam in Privilegiis ſuis, legibus, & ſimilibus, qvanqvam corrupte admodum, & absqve elegantia illa. *Lombardi* tamen in *Italia*, magna iſtorum populorum portio, & belliceſi (cum audirent duos hos titulos, eorumqve poteſtatem ſæpe æqvalem, imo *Comitis* dignitatem, qvatenus aulam reſpicit, priniqve fuit ordinis,

nis, *Ducis* titulo illuſtriorem fuiſſe, *Ducis* autem vocem bellicum denotare honorem) præpoſuerunt Ducis dignitatem, eamqve primariam in ſuo regno conſtituerunt jure feudali: *Comitis* autem dignitas non ſolum ab initio inferior facta, verum ſæpe qvoqve ſubordinata fuit, atqve conceſſa Judicibus, civiliqve Magiſtratui Civitatum parvulorumqve territoriorum, qvæ partes extiterunt vel Ducatuum, vel aliarum in regno ſuo Provinciarum. Primus itaqve Ducis titulum cum Feudo conjunctum habens, adeoqve perpetuum (cum antea tantum fuiſſet temporarius, aut arbitrarius ſolummodo) fuit *Giſulfus* nepos *Alboini* Primi *Lombardorum* Regis, qvi *Forojulium* & circumjacentem Provinciam *Ducatus* dignitate ornavit, & illi dedit. *Regio*, inqvit *Sigonius, in formulam Ducatus redacta, & Giſulfus Nepos ejus Dux inſtitutus; ac familiæ Longobardorum, qvas ille depoſcit, conceſſa. Hinc Ducatus* Forojulienſis *nomen inclaruit. Atqve hic primus fuit qvi perpetuam in Italia ditionem* Dux *inſtitutus adeptus ſit.* Ita ſubipſo & ſucceſſoribus ejus ante *Carolum M.* inceperunt *Ducatus Spoletanus, Hetruriæ, ſeu Toſcanæ, Beneventi*, & alii in Italia. Et qvamprimum *Lombardi* occupaſſent *Exarchatum Ravennæ*, in Feudum Ducale transformavit *Luitprandus Rex.*

Videſis Feud. lib. 2. tit. 27. § 2. & Hotam. de verb. Feudalibus in Comes.

Nota. Eandem Feudorum originem facit *Struvius*, altius autem repetit *Strykius*, uterqve in Jure Feudali qvod deſcripſit libro peculiari. Hunc autem vide de origine vocis. cap. 2. §. 1.

Et ſicuti *Lombardi* in *Italia Ducis* titulum, non verò *Comitis* primum conſtituerunt poſt dignitatem Regiam, ita in qvibusdam *Galliæ Germaniæqve* partibus, & regionibus aliis, (ubi Septentrionales illæ gentes conſidentes invenerunt nomina illa Rectores Provinciarum denotantia) *Comitis* titulus æqve honorabilis fuit habitus ac *Ducis*, (utut hic major eſſet in Imperio antiqvo) nec non retentus apud Officiales ſubordinatos tanqvam ſummæ dignitatis appellatio, ideoqve conjuncta eſt *Feudo* ſicuti *Ducis* vox in *Italia*. Sæpe etiam duo ita nomina pro eodem ſumta ſunt, nec ullam Dignitatum diſtinctionem indicarunt. Namutut in *Italia* præſertim apud *Lombardos*, & alibi *Dux* fuerit ſummus titulus, *Comes* verò inferior, (ut in illa *Bavarorum* lege: *Si talis homo potens hoc fecerit, qvem ille Comes diſtringere non poteſt, tunc dicet Duci ſuo, & Dux ille diſtringat ſecundum legem*: & alibi, unde patet Ducem habuiſſe ſub ſe Comites, ſicut Archiepiſcopus ſuffraganeos) attamen ſæpe tum temporis fuerunt

Lege Bavar. cap. 5. art. 8. Walafrid Strab. de rebus Eccleſ. c. 31.

Comi-

Comites qui ſuper ſe Ducem non habebant, & Comites qui poſt Imperiales ſpecie dignitatem populum Dei regebant. v. App. ad Fredegar. apud Bignon. in Marculpho, & Synod. Cabillon. 2. cap. 20. Et ſicuti in Imperio antiqvo Comites fuerunt primi, ſecundi & tertii ordinis, diſtincti etiam in his ordinibus ſuis juxta officia ſua dignitatibus annexa, ſic poſt conjunctionem Feudorum cum dignitatibus inter gentes iſtas multi fuerunt Comites Ducibus pares, ut & inferiores. Comites Ducibus pares (adeoqve promiſcue Comites & Duces vocati) integras rexerunt Provincias æqvali cum Ducibus poteſtate, & immediatè Regi vel Imperatori ſubjecti fuerunt. Comites inferiores vel Ducibus fuerunt ſubordinati, ut Judices ſeu Præſides aliqvarum partium exiſtorum Provinciis, vel ſi immediate ſub Imperatore fuerunt, non alia præditi fuerunt dignitate vel officio, hoc nomine judicata, qvam Judicis vel Præſidis alicujus civitatis aut exiguæ portionis Provinciæ illis commiſſæ. Tales fuerunt *Comites civitatum* freqventer memorati in Legibus Viſi Gothorum *Judices fiſcales* dicti, Comites in legibus *Ripuariorum* &c. Illi verò Comites ſuperiores reperiuntur in teſtimoniis paulo ante adductis, & in *Dithmari Chronico Lib. 7.* ubi de *Burgundia* ſic: *Nullus vocabatur Comes, niſi is qvi Ducis honorem poſſidebat.*

Nota, *Ripuarii vel Ribuarii ſunt, qvi ad Rheni ripas eis ſitum conſederant. Gloſ. du Freſne.*

Nomina iſta ſic uſu freqventata apud nationes iſtas & conjuncta Feudis in *Gallia, Italia & Germania*, alibiqve in Imperio Occidentali, ſic perſeverarunt usqve ad *Carolum M.* qvi Rex exiſtens omnium illarum regionum Imperator deinde factus eſt, & priſtinum retinuit morem: atqve ſic dignitates iſtæ etiam in Imperio feudales eſſe cœperunt. Et qvanqvam in Imperio Orientali, circa ultima ejus tempora, mox in Occidentem translato, nomine *Ducis* & *Comitis* Marina qvædam denominarunt officia (ut Μέγας Δοὺξ, *Magnus Dux*, qvi ſicuti Admiralius noſter fuit Maritimus, ſubordinatosqve habuit Protocomites & Comites, marinos itidem miniſtros & alios) attamen nulla reperimus veſtigia, qvod feudales illæ fuerint dignitates, aut territoria qvædam iis conjuncta, niſi forte credere velimus *Nicephoro Gregoræ* dicenti, qvod *Conſtantinus M. Athenas Ducatus* titulo donaverit, *Magnumqve Ducem* Μέγας Δοὺξ, appellaverit earum Dominum. At *Nicephorus* nulla nititur autoritate, & exiſtens Græcus ævi recentioris nimis audacter affirmavit hanc traditionem, ſicut & in aliis pluribus fecit: ut aſſerendo *Peloponneſi Dominum*

Hiſt. Rom. lib. 7.

num factum esse *Principem* à *Constantino* illo, Dominum *Siciliæ*, *Regem* esse creatum, & *Bœotiæ ac Thebarum Dominum* fuisse *Magnum Primicerium*, &c ac si nomina ista jam tum temporis assignata fuissent regionibus illis. Et qvanqvam in Oriente habuerunt sua κτήματα στρατιωτικὰ, *bona militaria*, qvæ tanqvam feuda fuerunt, attamen non reperio Dignitates illas feudis fuisse conjunctas. Frivola deductio vocum *Comes & Comitatus à comminando*, aliaqve his similia hic omitto. *Vid. Otton. Frisingens. de gest. Frider. I. lib. 2. cap. 12. Autor de Regim Princip. lib. 3. cap. 22. &c. Homann. verb. Feud. in Comes.* Manifestum enim est, qvod *Comitis* titulus ex antiqvo Imperio sic allatus ad gentes illas, qvæ conjunxerunt Feudis, produxerit *Comitatus* vocem ad denotandum territorium feudale, & dignitatem illam in abstracto: ut *Ducatus* à voce *Ducis*.

Harmenopul. Procl. ir. lib. 1. tit. 16.

Post Imperium ad Francos translatum in *Carolo M.* (sub qvo feudales istæ dignitates sat freqventes fuerunt, in regnis *Italiæ, Galliæ & Germaniæ*) non tantum isti tituli Ducum Comitumve (Hertzog und Grave) sed & alii plures feudis connexi sunt; qvorum primarii ex illis Ducum & Comitum derivati: ut *ArchiDux*, Ertz-Hertzog/ Pfaltz-Grave/ Land-Grave/ Marg-Grave/ *Comes Palatinus*, *Landgravius*, *Marchio* &c. Et cum tituli isti *in Imperio Francorum* hæreditarii non essent, cum ad *Germanos* transiissent, & nominatim ad *Ottonem Magnum* freqventiores facti sunt, atqve vulgo hæreditarii, ita ut Feuda, & dignitates apud masculam manerent prolem, eorum qvi primi his fuissent decorati dignitatibus; sub *Conrado II.** ad nepotes etiam transierunt, indeqve ad filias æqve ac ad filios in perpetua successione, vel juxta limitationes primi Diplomatis. Nam varia semper apud Germanos fuit hæreditas Feudorum & titulorum annexorum. Ideoqve lectorem remitto ad *Andreæ Knichen Jus Saxonicum* voc. *Dux*; ac *Henricum Brulaum de renunciandi recepto more modoqve, qvem Germaniæ Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumqve filiæ, si qvando nuptui collocantur, secundum ritum, consvetudinem & Statuta patriæ salubriter introducta, observare solent*, ad *Gregorii* item *Rolhagii illustre certamen Masculo-fœmineum*, ubi plura inveniet de exclusione fœminarum à successione in dignitates feudales, qvâ hic dicere licet.

Circa annum Domini 970. vid. Sigon de regn. Ital. lib. 7. an. 973. & Feud. lib. 1. tit. 1. atqve ibi Cujac.

** circa an. Dn. 1030.*

Cum istis qvoqve titulis ingentibus Jurisdictio & potestas reginiinis vulgo concessa est in Imperio: die hohe Landes Obrig-und Herrligkeit: in provincia commissa, cum aliis Regalibus, ut Vectigalia

galia ſunt, metallifodinæ, piſcationes, venandi libertas, &c. Et qvanqvam ſæpe in Germania titulo *Ducis, Comitis, Marchionis, Landgravii* & ſimil. unicuiqve filio ejus qvi ſuam habet Provinciam, Ducatum vel Comitatum conceſſo, habemus Duces, Comitesqve, aliosqve à Provinciis denominatos, qvi tamen jurisdictione nulla gaudent, nec territorio aliqvo fruuntur, titulo ſuo annexo: attamen Anteceſſores eorum à qvibus titulos ſuos derivant, (ſi paucos tantum caſus excipias, qvorum aliqvot mox dabimus de *Comitibus* locuturi) ordinariè territoria qvædam habuerunt aſſignata, inqve iis jurisdictionem exercuerunt. *Nemo Principum reperitur*, (inqvit *Kniehen*, Cancellarius Ducis *Saxoniæ*) *in Germania qvi Dux, Marchio vel Princeps dicitur* (Principis autem vocabulum putant in genere comprehendere omnes dignitates feudales Imperii inde à Barone incluſive ſurſum aſcendendo, ut mox trademus) *cui non realitas territorii reſpondeat, vel ditio ab ipſo non poſſideatur, vel ſaltem à majoribus ſuis non fuerit poſſeſſa.* Hæc vulgo tradit, qvanqvam ipſe ſpeciale afferat exemplum Ducis in Imperio, qvi a prima creatione territorium non habuerit. *Talem Ducatum* (loqvitur de Ducatibus aliarum regionum absqve territorio) *obtinuit Bertoldus de Zeringen, qvi vacuum nomen Ducis gerens, id qvaſi hereditarium poſteris reliqvit. Omnes enim inqve ad præſentem diem Duces dicti ſunt nullum Ducatum habentes, ſoloqve nomine ſine re participantes.* Provincia vero vel territorium titulo *Ducis*, Hertzog, adhærens vocatur Hertzogthum: titulo Comitis, Grave/ vocatur Graffſchafft: titulo Marggrave/ Marchionis, Marggraffſchafft, & ſic in cæteris. Initiis igitur titulorum Ducis & Comitis ſic declaratis, cum feudorum annexione, pergimus ad eorum continuum ſtatum, creationem & inveſtituram, inſignia etiam & ornamenta in ſpecie ad illos pertinentia. Atqve primo de dignitate *Ducis, Archiducis, & Magni Ducis.*

Commentad Jus Duc. Saxon. cap. 4. & de rebus his cevid. Tob. Paurmeiſter. de Juris dict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 16. Math. Stephan. de Juriſd. lib. 2. part 1. cap. 5. &c.

XXIV. Ducis titulo, inde à Francorum imperio, fæcunde propagato, qvatuor, ut dicunt, eminentiſſimi Ducatus facti ſunt, die vier hohen Hertzogthümer: in nominibus verò minime congruunt. Numerant aliqvi *Burgundiam, Bavariam, Brunſvicum & Auſtriam.* Alii *Brunſvicum, Bavariam, Sveviam & Lotharingiam.* Alii aliter. In ſpeculo Saxonico autem legimus: *Qvælibet Provincia Teutonicæ terra ſuum habet Palans-gravionatum* (de qvo verbo plura trademus de Comiti-

Neu Titular-buch p. 7. Onuphr. de Comit. Imp. cap.

i 2

Tob. Paurmeiſter de Juriſd. lib. 2. cap. 10. §. 14. Math. Stephan. de Juriſd. lib. 2. P. 1. c. 4. §. 10.

mitibus Palatinis locuturi) *Saxonia, Bavaria, Francenia, & Svevia, qvæ anteqvam à Romanis superabantur, regna fuerunt à qvibus ipsis in Ducatus nomina fuerunt permutata.* Hic nominantur qvidam Ducatus primarii, verùm non absqve grandi errore ad Romana rejecti tempora: si scil. Romanus non denotat *Carolum M.* ejusqve successores. Deinde sicut ex *Ducatibus* qvatuor dicuntur esse primarii, ita etiam ex *Comitatibus, Landgraviatibus,* & *Marchionatibus,* aliisqve dignitatibus Imperii, idem numerus elicitur. Initia ejus referuntur ad *Ottonem III.* & alios, admodum incerte. Sicut etiam origo vocis Herzog incertum est, nisi velis dicere ein Herr des Zuges/ i. e. *Præfectus vel Magister expeditionis*: atqve sic Dux idem esset, qvod olim apud *Romanos*, & respiceret exercitum fidei alicujus commissum.

v. Stephan. lib. 2. part. 1. cap. 6. §. 56. & cap. 6. membr. 2. init. adi etiam Philip. Cluveriũ in Germ. antiqv. lib. 1. cap. 46.

Seculis vetustioribus circa initia Imperii *Francorum* unus Ducatus habuit XII. Comitatus, atqve ita Dux sub se habuit Comites XII. qvod de Comitibus inferioribus intelligendum est, de qvibus jam satis. *Pipinus Grifonem* more Ducum XII. Comitatibus donavit, inqvit *Aimoinius*, *de *Normannia* partibus loqvens, ac si Præfectura Ducatus totreqvireret Comitatus; Indeqve Ducatus *Forojulienſis Baldrico* Duci ademptus ab Imperatore *Ludovico I.* divisus est *inter qvatuor Comitatus*; atqve sic conservatus est in dignitate Ducatus, qvanqvam ad Imperatorem transiisset,) ut qvidam ex *Aimoino* referunt; cum tamen editiones optimæ legant, *inter qvatuor Comites divisa est.* Verum utut XII. Comites trini fuerint, ut volunt qvidam, qvasi essentiales in Ducatu partes; attamen manifestum est, qvod ante & post initia Imperii Francorum, Duces, non tam fixum habuerint sub se Comitum numerum. Ante illa initia vide *Gregorium Turonenſem*, † testantem, nunc duos, aliqvando tres Comites Duci subditos fuisse. Neqve post illa tempora reperimus alicubi in Ducatibus istum numerum observatum: videmus saltem qvosdam Comites, nec non Marchiones (& hodienum) sub Ducibus, qvi vel ab Imperatore præditi fuerint potestate creandi eos, vel ab Imperatore acceperunt jurisdictionem & superioritatem in eos. Numerus verò eorum incertus. Verùm de istis Comitibus, Marchionibusqve aliisqve ejusmodi dignitatibus subordinatis ad Principem, plura dicemus, postqvam pertractavimus immediatè Imperatori subjectos.

Hotomã. verb. Feudal. in Duces & Douz. annal. Holland. l. 5. p. 218. P. Pith. adverſ. lib. 1. ca. 8. Aimoin. l. 4. c. 116. †Hiſt. l. 8. c. 18 lib. 9. cap. 7.

XXV. Primaria Investituræ Ceremonia cum Diplomate creationis

tionis ab Imperatore in creando Duce Laico priſcis temporibus, & aliqvando abſqve Diplomate fuit utplurimum traditio unius vel plurium vexillorum: qvod factum non ſolummodo in donatione Ducatuum, verùm etiam aliarum provinciarum, territoriorumqve qvo Marchiones, Comites & ſimil. acceperint. Ac ſicuti ceremonia ſolennis fuit traditio vexillorum, ita redditio eorundem & reſignatio in manus Imperatoris, & reſtitutio ad hæredes idem denotavit. Teſtimonia ejus abunde qvi de Romano ſcripſerunt Imperio ſuppeditant. Cum Ducatus *Bavariæ* reſignaretur, & Marchionatus *Auſtriæ* commutaretur in Ducatum ſub *Friderico Barbaroſſa* reſignatio & inveſtitura ſic peractæ ſunt. Illa per VII. vexilla, hæc per duo, ut etiam inveſtitura *Ducis Saxonici* in Ducatum *Bavariæ* per VII. vexilla. *Henricus major natu*, (Dux *Bavariæ*, qvi Dux *Auſtriæ* factus eſt, inqvit *Otto Friſingenſis*) *Ducatum Bavariæ per VII. ſigilla reſignavit. Qvibus minori* (*Henrico* Duci *Saxoniæ*, qvi tum in Ducatum *Bavariæ* reſtitutus eſt, acqviſivitqve eum tanqvam patris ſui hæres) *traditis, ille* (Imperator) *duobus vexillis Marchiam Orientalem* (*Auſtriam*) *cum Comitatibus ad eam ex antiqvo pertinentibus reddidit. Exinde de eadem Marchia cum prædictis Comitatibus, qvos tres dicunt, judicio Principum, Ducatum fecit, eamqve non ſolum ſibi, ſed & uxori cum duobus vexillis tradidit* (*Henrico* ſcil. Ducatum *Bavariæ* reſignanti) *neve in poſterum ab aliqvo ſucceſſorum mutari poſſit aut infringi, privilegio confirmavit.* Et idem autor alibi ait: *Eſt conſvetudo curiæ ut regna per gladium, Provinciæ per vexillum à Principe tradantur vel recipiantur.* *Otto Friſingenſis de geſtis Frid. I. lib. 2. c. 32.*

Gunterus etiam de *Friderico Barbaroſſa* tradente regnum uni Fratrum, & Ducatum alteri, ait: *Lib. 1.*

Ergo ubi Vexillo partem, qvam diximus, ille,
Hic autem Gladio regnum ſuſcepit ab ipſo;
Hunc etenim longo ſervatum tempore morem
Curia noſtra tenet. &c.

Sic *Caſimirus* & *Bogislaus Pomeraniæ* Duces à *Friderico Barbaroſſa* accipientes titulum Ducis inveſtitura facta eſt *traditis Aqvilis cum Bannerio*, vel inſignia Imperii & Provinciæ ipſis aſſignatæ data ſunt iis, teſte *Goldaſto Polit. Imp. part. 6. p. 163.* *Kranz. Wandal. lib. 6 c. 14.* *In Speculo vero Saxonico* reqviritur ut Princeps Imperii (de qvo titulo mox plura) Feudum accipiat, vel inveſtiatur per vexillum eine Fahne / oder ein Panier / vel

mitibus Palatinis locuturi) *Saxonia, Bavaria, Francenia, & Svevia, qvæ anteqvam à Romanis superabantur, regna fuerunt à qvibus ipsis in Ducatus nomina fuerunt permutata.* Hic nominantur qvidam Ducatus primarii, verum non absqve grandi errore ad Romana rejecti tempora: si scil. Romanus non denotat *Carolum M.* ejusqve successores.

v. Stephan. lib. 2. part. 1. cap. 6. §. 56. & cap. 6. membr. 2. init. adi etiam Philip. Cluverii in Germ. antiqv. lib. 1. cap. 46.

Deinde sicut ex *Ducatibus* qvatuor dicuntur esse primarii, ita etiam ex *Comitatibus, Landgraviatibus,* & *Marchionatibus,* aliisqve dignitatibus Imperii, idem numerus elicitur. Initia ejus referuntur ad *Ottonem III.* & alios, admodum incerte. Sicut etiam origo vocis Herzog incertum est, nisi velis dicere ein Herr des Zuges/ i. e. *Præfectus vel Magister expeditionis*: atqve sic Dux idem esset, qvod olim apud *Romanos*, & respiceret exercitum fidei alicujus commissum.

**lib. 4. c. 61. & ea de re vide Hotomã. verb.* Feudal. in Duces & *Donz. annal. Holland. l. 5. p. 218. P. Pith. adverſ. lib. 1. ca. 8. Aimoin. l. 4. c. 116. †Hiſt. l. 8. c. 18 Lib. 9. cap. 7.*

Seculis vetustioribus circa initia Imperii *Francorum* unus Ducatus habuit XII. Comitatus, atqve ita Dux sub se habuit Comites XII. qvod de Comitibus inferioribus intelligendum est, de qvibus jam satis. *Pipinus Grifonem* more Ducum XII. Comitatibus donavit, inqvit *Aimoinius*, *de *Normannia* partibus loqvens, ac si Præfectura Ducatus tot reqvireret Comitatus; Indeqve Ducatus *Forojulienſis Baldrico* Duci ademptus ab Imperatore *Ludovico I.* divisus est *inter qvatuor Comitatus* (atqve sic conservatus est in dignitate Ducatus, qvanqvam ad Imperatorem transiisset,) ut qvidam ex *Aimoino* referunt; cum tamen editiones optimæ legant, *inter qvatuor Comites divisa est.* Verum utut XII. Comites trini fuerint, ut volunt qvidam, qvasi essentiales in Ducatu partes; attamen manifestum est, qvod ante & post initia Imperii Francorum, Duces, non tam fixum habuerint sub se Comitum numerum. Ante illa initia vide *Gregorium Turonenſem,*† testantem, nunc duos, aliqvando tres Comites Duci subditos fuisse. Neqve post illa tempora reperimus alicubi in Ducatibus istum numerum observatum: videmus saltem qvosdam Comites, nec non Marchiones (& hodienum) sub Ducibus, qvi vel ab Imperatore præditi fuerint potestate creandi eos, vel ab Imperatore acceperunt jurisdictionem & superioritatem in eos. Numerus verò eorum incertus. Verùm de istis Comitibus, Marchionibusqve aliisqve ejusmodi dignitatibus subordinatis ad Principem, plura dicemus, postqvam pertractavimus immediatè Imperatori subjectos.

XXV. Primaria Investituræ Ceremonia cum Diplomate creationis

tionis ab Imperatore in creando Duce Laico priſcis temporibus, & aliqvando absqve Diplomate fuit utplurimum traditio unius vel plurium vexillorum: qvod factum non ſolummodo in donatione Ducatuum, verùm etiam aliarum provinciarum, territoriorumqve qvo Marchiones, Comites & ſimil. acceperint. Ac ſicuti ceremonia ſolennis fuit traditio vexillorum, ita redditio eorundem & reſignatio in manus Imperatoris, & reſtitutio ad hæredes idem denotavit. Teſtimonia ejus abunde qvi de Romano ſcripſerunt Imperio ſuppeditant. Cum Ducatus *Bavariæ* reſignaretur, & Marchionatus *Auſtriæ* commutaretur in Ducatum ſub *Friderico Barbaroſſa* reſignatio & inveſtitura ſic peractæ ſunt. Illa per VII. vexilla, hæc per duo, ut etiam inveſtitura *Ducis Saxonici* in Ducatum *Bavariæ* per VII. vexilla. *Henricus major natu*, (Dux *Bavariæ*, qvi Dux *Auſtriæ* factus eſt, inqvit *Otto Friſingenſis*) *Ducatum Bavariæ per VII. ſigilla reſignavit. Qvibus minori* (*Henrico* Duci *Saxoniæ*, qvi tum in Ducatum *Bavariæ* reſtitutus eſt, acqviſivitqve eum tanqvam patris ſui hæres) *traditis, ille* (Imperator) *duobus vexillis Marchiam Orientalem* (*Auſtriam*) *cum Comitatibus ad eam ex antiqvo pertinentibus reddidit. Exinde de eadem Marchia cum prædictis Comitatibus, qvos tres dicunt, judicio Principum, Ducatum fecit, eamqve non ſolum ſibi, ſed & uxori cum duobus vexillis tradidit* (*Henrico* ſcil. Ducatum *Bavariæ* reſignanti) *neve in poſterum ab aliqvo ſucceſſorum mutari poſſit aut infringi, privilegio confirmavit.* Et idem autor alibi ait: *Eſt conſvetudo curiæ ut regna per gladium, Provinciæ per vexillum à Principe tradantur vel recipiantur.* *Otto Friſingenſis de geſtis Frid. I. lib. 2. c. 32.*

Gunterus etiam de *Friderico Barbaroſſa* tradente regnum uni Fratrum, & Ducatum alteri, ait: *Lib. 1.*

Ergo ubi Vexillo partem, qvam diximus, ille,
Hic autem Gladio regnum ſuſcepit ab ipſo;
Hunc etenim longo ſervatum tempore morem
Curia noſtra tenet. &c.

Sic *Caſimirus* & *Bogislaus Pomeraniæ* Duces à *Friderico Barbaroſſa* accipientes titulum Ducis inveſtitura facta eſt *traditis Aqvilis cum Bannerio*, vel inſignia Imperii & Provinciæ ipſis aſſignatæ data ſunt iis, teſte *Goldaſto Polit. Imp. part. 6. p. 363.* *In Speculo vero Saxonico* reqviritur ut Princeps Imperii (de qvo titulo mox plura) Feudum accipiat, vel inveſtiatur per vexillum eine Fahne / oder ein Panier / vel *Kranz. Wandal. lib. 6 c. 14.*

per ſceptrum. *Lib.3. art.60. & videſis Stephan.de Jurisd.lib.2.part.1. cap. 6.§.50. ubi gloſſa ejusdem loci.* Sceptrum hic eſt in cauſa cur antehac reſtrinximus inveſtituram per vexilla ad Principes Laicos. Nam ſceptrum pertinuit primario (nam & Laici interdum ſceptro inveſtiti, vid.infra §.29.ubi Ducatus *Lucæ* inſtitutus) ad inveſtituram virorum Eccleſiaſticorum in feudales dignitates, ſicut vexillum ad Laicos. Verba *Speculi Saxonici* hanc in rem ſunt: *Imperator confert cum ſceptro Spiritualibus, & cum vexillis Secularibus, feuda omnia illuſtriæ dignitatis.* Memoria ejus aliqvalis extat in *Gvalteri Cronbergii Pruſſiæ Magiſtri* & Ordinis Teutonici inveſtitura, ubi præter vexilla etiam ſceptrum Imperatoris offertur ei tangendum. *Cum autem* (inqvit *Georgius Cæleſtinus*) *non tantum Eccleſiaſticus, ſed & Politicus Princeps eſſet, ſceptrum qvoqve Imperiale per Cæſarem ei tangendum dabatur.* Verum & ſola aliqvando reperimus vexilla in Eccleſiaſticarum perſonarum inveſtitura, ut Archiepiſcopus *Moguntinus* inveſtitus legitur qvinqvaginta vexillis. Vocantur etiam inde Feuda iſta Fahn-Lehnen, *Feuda vexilli, ſeu vexillaria.* Lehn enim vocant Territorium ſeu Provinciam traditam, & Fahn vexillum. Sic in *Aurea Bulla Caroli IV.* dicitur: *Comitem Palatinum Rheni vacante Imperio omnem exercere Jurisdictionem, conferre Beneficia, recolligere reditus & proventus, inveſtire de Feudis, --- Feudis Principum duntaxat exceptis, & illis qvæ* Wahnlehen *vulgariter appellantur, qvorum inveſtituram & collationem ſolis Imperatori vel Regi Romanorum reſervamus.* Alia ſuppeditat exempla *Cæleſtinus paulo ante citatus fol.264. & ſeq. Goldaſt. Polit.Imp. part.6. p.361.* in Duce Pomeraniæ Anno M D XXX. à *Carolo V. Auguſtæ Vindelicorum* inveſtito, & Duce *Saxoniæ* ibidem M D XLVIII. qvi etiam aulæ ſolennia tum celebrata large deſcribunt. Et ſi alius qvispiam Princeps præter inveſtiendum dignitatem illam ſibi vindicavit, more receptum eſt, ut in ipſa vexillorum traditione ipſe qvoqve in illa poneret manum ſuam, atqve ſic jus ſuum confirmaret. Sic fecit Elector *Brandenburgicus* cum inveſtiretur Dux *Pomeraniæ*, & alii, qvorum poſtea faciemus mentionem.

Hiſt. Comit. Aug. part.2. p. 251.

Jo.Latom.Annal.Franeef.ann. 1349.

cap.5. v.Rupert. Imp. Conſtit. apud Goldaſt. tom.1. p. 382.ann. 1401.

Fran. Mod. Pandect. Triumphal.tom. 1.l.4.c.14.

Præterea etiam invenimus qvosdam per gladium inveſtitos, ut *Borſo Marchio Ferrarienſis*, *Dux* creatus à *Friderico III.* & *Eberhardus Comes Wittenbergæ à Maximiliano I.* in Ducem evectus *Wormatiæ* ſic narratur à *Johanne Linturio. Rex Comitem ex ordine Comitum poſuit, & fecit illum Ducem, & primo pallium Ducale, deinde pileum Ducalem,*

lem, tertio Gladium Ducalem, & Arma, & Titulum dedit. Append. ad Faſcic. Temp. anno 1495. Verum & his vexilla fuerunt, utut in hiſtoria eorum non fiat mentio. Oſculari deinde poſt tradita vexilla, capulum gladii, den Knopff des Schwerdtes / vel caput manubrii, qvem Imperator in manu ſua tenuit, fuit qvoqve inter ceremonias olim. Sed Provinciarum inveſtituram per gladium ſolummodo factam non reperio, niſi cum in regna inveſtirentur ſubordinata.

Singularem autem illum & lepidiſſimum ritum inveſtiendi Ducis Carinthiæ habere licet ap. Æneam Sylvium in Europa, Joh. Candid. de rebus Aqvilegienſ. lib. 7. & Bodin. de Rep. lib. 1. cap. 8.

Vexilla afferebantur Imperatori in throno ſedenti à Principibus pluribus, (poſtqvam placuiſſet declarare velle ſe inveſtituram facere; qvod fiebat utplurimum poſt ſolennes preces & interceſſiones aliorum Principum, in ſpecie pro hærede vel legitimo ſucceſſore) isqve tradebat ſigillatim inveſtiendo. Sed mos iſte tandem exolevit. *Olim Feuda* (inqvit *Andreas Knichen*, magni nominis in Imperio JCtus von den Fahn-Lehen) *in publico conſeſſu cum vexillis, ab Imperatore recognoſcebantur, tam ab Electoribus, qvam ab aliis Principibus, qvod ante perpaucos annos in deſvetudinem abiit.* Adeoqve inveſtitura Principum in ejusmodi dignitates, * Jurisdictionem & Privilegia per diploma cum gladio vel aliter peragitur, verbis etiam ſolenniter prolatis, ut Imperatori placet declarare ea. Vide illud *Comitiis Rhodi*, ubi de Comitibus Imperii loqvimur. Eſt autem formula tritiſſima inveſtiendi talis. Wir Käyſer N. belehnen N.N. mit dem Hertzogthum / (ſi Ducatus eſt, eademqve formula & alibi uſurpatur, ita ut ſaltem feudi nomen immutetur) Landen / Leuten / Lehen / Lehenſchafften / Aemtern / Städten / Stücken und Gütern / Zollen / Geleiten / Schulden / Renten / Zinſen / Nutzungen / Gerichten Obriſt und Niedrigſt / Bergwercken / Saltzwercken / Wildfahnen / ſamt allen andern dergleichen Landes Fürſtlichen Hoheiten / Regalien / Herrligkeiten / Obrigkeiten / Ehre / Würden und Freyheiten / Gerechtigkeit / Gewohnheiten / &c. i. e. *Nos N. Imperator inveſtimus & donamus N.N. Ducatu, &c. terra, incolis, feudis, cum pertinentibus, prædiis, oppidis, partibus & bonis omnibus, teloniis, conductibus, debitis, proventibus, cenſibus, uſibus fructibus, jurisdictione majore & minore, metallifodinis, ſalifodinis, venationibus, cum aliis ſingulis Ducalibus dignitatibus, Præeminentiis, Regaliis, Domaniis, Magiſtratibus, Honoribus, Dignitatibus, & Privilegiis, Juribus, Conſvetudinibus*, &c.

Nota. Omiſſum vero illũ ſæpius in Carniola docet Jo. Weich. Valvaſor, *& Franciſci in gloria ſeu deſcriptione Ducatus iſtius ex qva & Nic. Reusneri Icon. Ducum Carinthiæ.*

XXVI. In *Italia* autem (ubi Papa Duces creat) præſcripta habe-

vetuſſent collocutores menſtrui An. 1690. * *Paurmeiſt. de Jurisd. lib. 2. cap. 8. §. 3. Knichen ad Jus Saxon. cap. 4. p. 120.*

betur formula creationis & inveſtituræ per Ducalem pileum, nec nonSceptrum, introducta à *Paulo* ſecundo, qvam ſic exhibet *Marcellus Corcyrenſis.*

ORDO SERVANDUS in creatione novi Ducis à Paulo II. inſtitutus.

Creandus in Ducem per ſummum Pontificem, veniet ad Cameram Pontificis indutus manto aureo, panno contexto, aperto à dextro humero ad terram usqve, & ſeqvitur Pontificem ad Eccleſiam deſcendentem, portabitqve caudam pluvialis. Factâ oratione ante altare, Pontifex ſtatim faciet confeſſionem cum celebrante: deinde adſcendet ad ſedem eminentem, & recipit Cardinales ad reverentiam: non tamen imponit incenſum, nec cantores incipient introitum. Et interim creandus Dux ſedet ad pedes Pontificis ſuper primum gradum, & celebrans oſculatò altari accedet ad ſuum faldiſtorium & ibi expectabit. Finitâ reverentia, creandus Dux accedit ad pedes genuflexus ſanctiſſimi Domini noſtri, & ſit miles ſancti Petri etiam ſi prius erat miles.

Ordo benedicendi novum militem.

Pontifex primò ſtans ſine mitra benedicit enſem, qvem unus ex acoluthis nudum tenet in manu, dicens:

Verſus. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

Reſp. Qvi fecit cœlum & terram.

Verſ. Domine exaudi orationem meam.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi qvæſumus Domine, preces noſtras, & hunc enſem qvo hic famulus tuus circumcingi deſiderat, Majeſtatis tuæ dextra dignare bene † dicere, qvatenus eſſe poſſit defenſor Eccleſiarum, Viduarum, Orphanorum, omniumqve DEo inſervientium, contra ſevitiam Paganorum, aliisqve ſibi inſidiantibus ſit terror, & formido: præſtans ei, qvæ perſecutionis & in defenſionis ſint effectum, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Bene-

Benedic Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per invocationem ſancti Nominis tui, & per adventum Chriſti Filii tui Domini noſtri, & per donum Spiritus Sancti paracleti, hunc enſem, ut hic famulus tuus, qui hodierna die eo tua concedente pietate præcingitur, inviſibiles inimicos ſub pedibus concutiat, victoriaque per omnia potitus maneat ſemper illæſus, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Deinde adſpergit aqvam benedictam. Tunc ſtans ſine mitra dicit: *Benedictus Dominus DEus meus, qui docet meas manus ad prælium, & digitos meos ad bellum: Miſericordia mea & refugium meum, ſuſceptor meus, & liberator meus, protector meus, & in ipſo ſperavi, qui ſubdit populum ſub me. Gloria Patri & Filio, &c. Sicut erat in principio, &c.*

Verſ. Salvum fac ſervum tuum Domine,

Reſp. DEus meus ſperantem in te.

Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis,

Reſp. A facie inimici.

Verſ. Domine exaudi orationem meam,

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Verſ. Dominus vobiscum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne DEus, qui cuncta ſolus ordinas, & recte diſponis: qui ad coercendam malitiam reproborum & tuendam juſtitiam, uſum gladii in terris hominibus tua ſalubri diſpoſitione permiſiſti, & militarem ordinem ad populi protectionem inſtitui voluiſti: qvique per beatum Johannem Baptiſtam *militibus ad ſe in deſerto venientibus, ut neminem concuterent, ſed propriis ſtipendiis contenti eſſent, dici feciſti, clementiam tuam Domine ſuppliciter exoramus, ut ſicut* David *puero tuo* Goliam *ſuperandi largitus es facultatem, &* Judam Macchabæum *de feritate gentium nomen tuum non invocantium triumphare feciſti: ita & huic famulo tuo, qui noviter jugo militiæ colla ſupponit, pietate cœleſtium vires & audaciam, ac fidei ac juſtitiæ defenſionem tribuas: & præſtes ei fidei, ſpei, & charitatis augmentum, & tui timorem pariter*

& amorem, humilitatem, perſeverantiam, obedientiam & patientiam bonam, & cuncta in eo rectè diſponas, ut neminem cum gladio iſto vel alio injuſtè lædat, & omnia cum eo juſtè & rectè defendat: ſicut ipſe de minori ſtatu ad novum militiæ promovetur honorem; ita veterem hominem deponens cum actibus ſuis, novum induat hominem, ut rectè retineat & rectè colat: perfidorum conſortia vitet, & ſuam in proximum charitatem extendat: Præpoſito ſuo in omnibus obediat, & ſuum in civitate juſtum officium exequatur, per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Deinde ſedens cum mitra Pontifex imponit nudum gladium in ejus manu dicens: *Accipe gladium iſtum in Nomine Patris,† & Filii,† & Spiritus S.† & utaris eo ad defenſionem tuam & ſanctæ Eccleſiæ Dei, & ad confuſionem inimicorum crucis Chriſti, & fidei Chriſtianæ; & quantum humana fragilitas tibi permiſerit, cum eo neminem injuſtè lædas. Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum Patre & Filio & Spiritu S. vivit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.* Et repoſito gladio in vagina per eundem militem, accingitur eodem gladio per duos nobiliores milites præſentes, Pontifice dicente: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, in nomine Patris Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et attende, quod Sancti non in gladio, ſed per fidem vicerunt regna.* Novus igitur miles enſe accinctus, illum de vagina ter vibrat nudum viriliter, & eo ſuper ſiniſtrum brachium terſo, mox in vaginam recondit. Deinde Pontifex inſigniens illum charactere militari, dat ei oſculum pacis, dicens: *Pax tibi.* Tunc accipiens illius enſem nudum ter militem percutit planè ſuper ſpatulas, dicens: *Eſto miles pacificus, ſtrenuus, fidelis, & DEo devotus,* & mox dat ei leniter alapam, dicens: *Exciteris à ſomno malitiæ & vigila in fide Chriſti & fama laudabili.* Tunc Nobiles aſſiſtentes imponunt ſibi calcaria, & cantores ſive Pontifex (ſi magis placet) dicit antiphonam: *Speciosus formâ præ filiis hominum, accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Deinde dicit Pontifex:

Verſ. Dominus vobiſcum.

Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

Omnipotens ſempiterne DEus, ſuper hunc famulum tuum N. qvi hoc eminenti mucrone circumcingi deſiderat, gratiam tuæ benedictionis infunde, & eum dextræ tuæ virtute fretum, fac contra cuncta adverſantia cœleſtibus armari præſidiis, qvo nullus in hoc ſeculo tempeſtatibus bellorum turbetur, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Finita oratione novus miles oſculatur pedem Papæ: tum ſurgit & deponit enſem & calcaria, & redit ad ſedendum ubi prius. Cantores incipiunt introitum, incenſatur altare, & procedit in Miſſa usqve ad cantatum Graduale, qvod dum cantatur, futurus Dux ducitur ante Pontificem, ubi genuflexus præſtabit Juramentum.

Ego N. annuente Domino futurus Dux promitto, ſpondeo, polliceor, atqve juro coram DEo, & beato Petro Apoſtolorum Principe, me de cætero reverentiam & obedientiam ſervaturum (etiamſi aliàs obligatus ſum) Sacroſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & vobis Domino Domino N. divinâ providentia ſummo Pontifici & Succeſſoribus veſtris canonicè intrantibus: nec deficiam in omnibus neceſſitatibus veſtris & utilitatibus, juxta vires meas, & qvantum potero divino auxilio fultus, purâ & bonâ fide, cuſtodiendo etiam, & conſervando omnes poſſeſſiones, terras, loca, Honores, Juriſdictiones, & Jura veſtra & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus & per omnia: & propter honorem & præeminentiam Ducalem, qvam hodie à vobis recepturus ſum: etiam promitto in recognitione tantæ ſuſceptæ gratiæ pro me, & Succeſſoribus meis, perpetuò dare vobis & Succeſſoribus veſtris ſingulis annis in die feſtivitatis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli unum paraſrenum album & bene decenterqve ornatum. Sic me DEus adjuvet, & hæc ſancta DEi Evangelia.

Præſtitô Juramento, Pontifex deſcendit ad faldiſtorium & procumbit ſuper illud ante altare cum mitra. Dux futurus proſternit ſe ad ſiniſtram Papæ, aliqvantulum retrò ſupra ſcabellum viride. Subdiaconus verò Apoſtolicus facit Litaniam, cæteris

cum choro reſpondentibus Kyrie-eleiſon &c. ubi autem dixerit & obſeqvium ſervitutis, & replicatum fuerit, ſurgit Pontifex & ſignans ſuper Ducem altè dicit: *Ut hunc famulum tuum in Ducem eligere digneris te rogamus, audi nos.* Et iterum. *Ut hunc famulum tuum benedicere digneris, te rogamus, audi Nos.* Et tertiò. *Ut hunc famulum tuum ad Ducale faſtigium perducere digneris, te rogamus, audi Nos.* Et ſemper chorus reſpondent explicando. Recumbit iterum Pontifex,& Subdiaconus atqve alii faciunt Litaniam. Qvâ finita, Papa revertitur ad ſedem eminentem, & futuro Duce permanente proſtrato, Papa depoſita mitra ſtans dicit ſuper eum Pater noſter. Deinde, & ne nos inducas, &c.

Verſ. Salvum fac ſervum tuum
Reſp. DEus meus ſperantem in Te.
Verſ. Eſto ei Domine turris fortitudinis.
Reſp. A facie inimici.
Verſ. Nihil proficiat inimicus in eo.
Reſp. Et filius iniqvitatis non opponat nocere ei.
Verſ. Domine exaudi orationem meam,
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Dominus vobiscum.
Reſp. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Prætende, qvæſumus, famulo tuo N. Duci dexteram cœleſtis auxilii, ut de toto corde perqvirat, & qvæ dignè poſtulat, conſeqvi mereatur. Aures noſtras, qvæſumus Domine, adſpirando præveni, & adjuvando proſeqvere, & cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Sedebit deinde Pontifex cum mitra & Dux ducetur ad ejus pedes: & tunc Pontifex accipiens Ducale Biretum imponit capiti ejus ante ſe genuflexi, dicens: *Accipe inſigne Ducalis præeminentiæ, qvod per Nos Capiti tuo imponitur in Nomine Patris* †, *&*

Filii

Filii †, *& Spiritus Sancti,* † *Amen. Et intelligas te à modò ad defenſionem fidei, ſacroſanctæ Eccleſiæ, viduarum, pupillorum, & quarumcunque aliarum miſerabilium perſonarum fore debitorem: velisque deinceps utilis eſſe executor, perſpicuusque Dominator coram Domino & inter glorioſos athletas virtutum meritò ornatus appareas, quam gratiam tibi concedere dignetur Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.*

Poſt hæc immediatè dat ei Sceptrum in manu dextra, dicens: *Accipe virgam directionis & juſtitiæ in Nomine Patris* †, *& Filii* †, *& Spiritus Sancti* †, *Amen. Per quam valeas unicuique ſecundum merita ſua tribuere ſive boni, ſive mali, ſemper DEum ante oculos habens, non declinans à dextris vel à ſiniſtris, ſed cum omni bonitate & charitate bonos foveas, malos coerceas, ut omnes intelligant & ſciant te juſtitiam dilexiſſe, iniquitatem odio habuiſſe. Quam gratiam tibi concedere dignetur, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.*

Et mox cum Bireto, & Sceptro oſculatur pedem Pontificis, qui deinde ſurgens ſine mitra dicit ſuper novum Ducem adhuc genu flectentem cum ſuo habitu, hanc orationem: *DEus Pater æternæ gloriæ ſit adjutor tuus, & omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cunctis exaudiat, & vitam tuam longitudine dierum adimpleat, ſtatum Dominii tui jugiter firmet, & gentem populumque tuum æternum conſervet, & inimicos tuos confuſione induat, & ſuper te ſanctificatio Chriſti floreat, ut qui tibi tribuit in terris dominium, ipſe in cœlis conferat præmium, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen!* Surgit deniqve novus Dux, & ſociatus per duos Juniores Diaconos Cardinales ducitur in locum ſuum ad ſedendum, i.e. inter duos ultimos Diaconos Cardinales. Quod recipiatur ad oſculum à Cardinalibus non videtur convenire, cum non ſit ex ordine illorum neqve par. His finitis proceditur in Miſſa usqve ad offertorium. Et tunc novus Dux depoſito Bireto accedet ad pedes Pontificis, & offeret aurum, quantum voluerit;

luerit: & recipietur ad oſculum pedis, manus, & oris, & mox revertetur ad locum ſuum: & finitâ Miſſa, procedet inter ipſos Juniores Diaconos Cardinales.

Sed *Marcellus* diſtinguit inter formu'am creationis, qva Dux minoris dignitatis in *Italia* creatur. Verba ejus ſunt; *Quæ ſervantur in Duce minoris potentiæ.*

Et hæc quidem ſervantur, ut ſupra dictum eſt, ſi Dux eſt magnæ Nobilitatis & potentiæ, ut fuit tempore Domini Pauli *Papæ Secundi* BORSUS FERRARIÆ. *Si verò eſſet mediocris potentiæ, ut fuit tempore Domini* Sixti *Papæ quarti*, FRIDERICUS *Dux* Urbani, *omnia ſervarentur, niſi quod non duceretur à Cardinalibus, ſed à duobus aſſiſtentibus Papæ Principibus: & ſederet ultimus poſt omnes Cardinales, in banco Diaconorum, & eundo incederet ſolus poſt crucem ante omnes Cardinales. Quod ſi adhuc eſſet inferior, tunc omnia alia ſervarentur, niſi quod non daretur ei ſceptrum, neque ſederet in banco Cardinalium, ſed ad pedes Papæ in ſupremo gradu, & eundo incederet ante crucem poſt oratores & alios Principes.*

Addimus hic aliud exemplar *Pauli* Secundi, eundem *Borſium* inveſtientis, qvem jam antehâc *Fridericus III. Ferrariæ* Ducem creaverat. Repetiit enim actum hunc, ne qvid præjudicii acciperet Eccleſiæ Romanæ patrimonium.

15 *April.* 1471. *Modius Pontifical. triumph. tom. 1 lib. 4. cap. 15.*

Pontifices Pontificia ornatu amiſſi, atqve ita ad templum Divi Petri *incedentis, ri divinæ celebrandæ gratia*, Borſius *à tergo extremas lacinias longas alioqvi & per ſe lutum raptandas, leviter attollebat geſtabatqve. Finitis autem tertiis deducitur idem* Borſius *medius inter Archiepiſcopos* Mediolanenſem *&* Crotenſem, *& ſiſtitur ante Pontificem, qvi eum initiavit Ordini Equeſtri S. Petri, oblato ei nudo gladio, qvo uteretur ad defenſionem ſui, ſanctæqve matris Eccleſiæ, & extirpationem omnium profanorum, & irreligioſorum noſtra alienorum: atqve hoc eum mox cinxit, jam condito vagino*, Thomaſius *Princeps* Peloponenſi (Moream *vocant nunc*) *nuper ex regno profugus. Caſtaria ei induit Neapolio ex* Urſinorum *familia, Præfectus copiarum militarium Pontificiarum, &* Conſtantinus Sforcia, *filius Reguli* Peſarenſis. *Lectâ epiſtola, ſecundo ab iiſdem Archiepiſcopis Pontifici ſiſtitur, cui Sacramentum juxit obſequii: quò facto* Litaniæ *cantantur, preces pro profitentibus, uti bene vertat, qvod in præſentia agitur: Atqve inde* Borſius *ad locum ſummo ducitur, ſed jam Cardinalium altrinſecus latera juxta laudentibus, à qvibus etiam tertiò ad Pontificem deductus eſt, præcedentibus iiſdem duobus Archiepiſcopis, à qvo oblatum pacis*

13mo

ſymbolum cum oſculatus eſſet, ex ordine etiam omnes Cardinales oſculô ſalutavit & veneratus eſt. Hinc cum Pontifex Max. ſacram ſynaxin ſumſiſſet, Borſus *effudit ei aquam, viciſſimque accepit ab eo* habitum Ducalem, pallium cœruleum, Alpinarum muſtelarum exuviis duplicatum, *ab humeriſq; replicatum: pileum à ſummo acuminatum, ab imo auritum. Praterea à ſinistra eius ab eodem ſceptrum ſive pedum aureatum, colloq; aureus torques injectus, atque hoc ornatu à Cardinalibus ſuis ad locum priſtinum reductus eſt. Finito verò ſacro, comitatum eſt eum ad diverſorium usq;, ubi hoſpitiô excipiebatur, atque hoc quietem juſſu Pontificis, univerſum Collegium purpuratorum Patrum. Poſtridiè redeunt* Borſus *habitu Ducali cum Pontifice ad templum* D. Petri, *ibiq; locatus eſt inter Cardinales* S. Mariæ *in porticu &* S. Luciæ. *Finitô ſacro concionem habuit Pontifex in commendationem* Borſi, *gentisq; & familiæ* Eſtenſis; *enumeratis & percurſis breviter ejus erga ſedem Apoſtolicam meritis. Hinc ductus à Cardinalibus* Montis Ferrati & S. Mariæ in Porticu, *accepit à Pontifice* Roſam *quam vocant* auream; *quam cum per alterum Cardinalium ipſius ſanctitatis reddidiſſet, tulit eam Pontifex Max. ad limina usq; templi, ubi inſpectante omni populo eandem* Roſam Borſio *ſecundo obtulit; qui cum ea ductus eſt à Cardinalium Collegio in* Palatium S. Mariæ, *ubi ei ſumptuoſiſſimum prandium inſtructum erat, ultimus autem in hâc pompa equitabat honoris causâ* Borſus, *precedentibus* more Romano *reliquis Cardinalibus, mediis inter eum qui erat Vice-Cancellarius & Mantuanum.*

* *Vid infra § 3031. ſed & vide Stat. Lud. equeſtriũ ab Henrico I. Imp. conſtit. tom I p. 112. Principe vulgo in moneta Ducum capitibus cernitur impoſitus.*

XXVII. Ornatus ſeu indumenta ſunt *Galerus Ducalis*, vel *Ducale* qvam *Modius* loc. cit. cap. 14 ſic deſcribit: *Mandavit* (intellige *Fridericus* III.) *ut Tunica induceretur rubra ſegmentata, muſtelis alpinis duplicata, cui acceſſit Ducalis concolor Pileus.* Idem & alii aſſerunt. Pileus ipſe & chlamys, nec non Pileus ipſorum ſunt propriæ veſtes, ita in inſignibus ſuis habent Corollas. * Nam utut in prima creatione Ducis *Auſtria ſerto cano* ſubſeqvente, *Sertum Pinnitum* ipſi fuerit conceſſum ſingulari privilegio, attamen more receptum eſt in Imperio, ut nullus Dux geſtet Coronam niſi in inſignibus ſuis. Dicunt tamen aliqvi coronas in inſignibus non habuiſſe Duces, niſi qvi inſtar Regum fuerunt ſupreſma poteſtate prædîti. Sic *Alciatus* † loqvitur de Ducibus *Mediolanenſi, Auſtriaco, & Burgundiæ,* Regia fruentibus poteſtate; *Poſt Reges*, in qvit,

Goldaſt. conſtit. Imperial. tom I. p. 112.

† *de ſingulari cer- tamine cap. 32.*

qvit, *gradu ſequenti ſunt Duces, qvorum aliqvi regali poteſtate decorati ſunt, ut Mediolanenſis, Pannoniæ ſuperioris, qvam Auſtriam vocant, itemqve Burgundus. Atqve ideo gentilitiis inſignibus Coronam ferre jure illis ſit. Aliqvi non ſunt, ut qvos Romani Pontifices in Umbria, Piceno aliisq; Italiæ locis qvandoq; conſtituerunt. Hi cum Pontificii diſſerre teneantur, non ſoluti legibus ſunt, non Coronam,* ſed *Birrum oſtentant.* Intelligit Ducatum *Urbini, Ferrariæ,* & alios nunc ſedi Romanæ annexos. Sic *Lancellotus Conradus* ait *Templ. Judicum* lib. 1 cap. 4 §. 1. poſt Regum & Principum titulos enumeratos: *Dux qvartum dignitatis gradum oſtentabat Birro, cooperiens ſine Coronæ ornamento, qvæ regali ſplendore videtur conceſſa, niſi Ducali ordini qvandoqve hoc etiam attributum ſit:* qvem in finem citat *Alciatum*, ut clare oſtendat, Ducibus neqve ſine ſpeciali privilegio licuiſſe Corona in inſignibus uti. Rabbini etiam dicunt כל אלוף מלכותא דלא תגא *Unuſqviſqve Ducatus eſt regnum abſqve corona.* Nam *Aluph* אלוף idem eſt cum Rabbinorum רכם, & *Ducem* interpretantur, uti etiam in Bibliis noſtris Anglicanis factum Geneſ. 36. etſi ſolummodo mentio fiat *Principum* ſeu *Capitum familiarum* ראשי משפחות. Et juxta hanc Rabbinorum opinionem in titulo Commentarii *Abrahami Ben David*, in illud *Abrahami Patriarchæ Jetzira* votum legitur Duci *Wilhelmo Gonzagæ*, ſub qvo liber excuſus eſt: תנשא מלכותא אמן *increſcat ejus regnum, Amen.* Sic *Regnum Duris religioſiſſimi, Ducis Faſtilonis gentis Bojariorum* dicitur in Synodo *Dingolvingenſe* in *Bavaria* ab ipſo coacta. Verum *Alciatus* (qvem plures negligenter ſeqvuntur) eminentioribus tantum Ducibus Coronas tribuens, & minoribus pileos tantum, fallitur. Invenimus enim in nummis Ducum *Ferrariæ, Modenæ & Parmæ*, ut etiam *Mediolani, Florentiæ & Sabauiæ* coronas ſuper eorundem inſignibus, qvæ aliqvando ex floribus conſertæ ſunt, aliqvando cuſpidatæ, atqva ſic radiatæ tantum, vel ejusmodi qvales ſunt Marchionum in *Anglia*, ſi demas inde flores & margaritas cuſpidibus inſertas. Ideoqve qvamvis rectè eruditus *Paſchalius* diſtingvat Duces in *Majores & Minores* (illi ſunt *Sabaudiæ, Mediolani & Lotharingiæ*: hi tales qvibus non eſt Regia poteſtas conceſſa) attamen coronas utrisqve aſſignat æqvaliter. Verba ejus (lucem majorem accendentes reperies infra, ubi de *Galliæ* Ducibus agemus; ad hos enim reſpexit de Ducum coronis differens; imo loqvitur de coronis iſtis ac ſi eſſent pars ornatus Ducalis, nec tantum inſignibus appingendæ.

Bulla Pii V. 35. Admonet Ec. ap. Latr. Cherubin. & Clem. 8. bulla 67. Sanctiſſimus.

vide Selom Jarchi ad comma 15. Baron. Antonin. 3. anno 772. & item 3. Concil. part 1. Sect. 1. p. 426. edit. Bin. 1618.

de Coronis lib 9 cap. 21.

XXVIII.

XXVIII. Formula, qva Dux creatur, & Ducatus inſtituitur, ſit prima *Friderici I. Henricum* Patruum ſuum *Ducem Auſtriæ conſtituentis.* *vid ſupra §. 25.*

FRIDERICUS, *divinâ favente clementia Romanorum Imperator* Auguſtus, *primus ejus nominis. Qvanqvam rerum commutatio ex ipſa corporali inſtitutione poſſit firma conſiſtere, nec ea, qvæ legitimè geruntur, ullâ poſſint refragatione convelli, ne in cauſa rei geſtæ ulla poſſit eſſe dubietas, Imperialis debet intervenire autoritas. Noverit igitur omnium Chriſti Imperii noſtri fidelium præſens ætas, & futura poſteritas, qvaliter Nos, ejus cooperante gratiâ à qvo cœlitus pax miſſa eſt hominibus ſuper terram, in generali noſtra Curia* Ratisponæ, *in nativitate Sanctæ Mariæ celebrata, in præſentia multorum religioſorum & Catholicorum, litem, & controverſiam, qvæ inter charisſimum noſtrum Patruum* Heinricum *Ducem* Auſtriæ, *& inter Nepotem noſtrum charisſimum* Heinricum *Ducem* Saxoniæ, *diu agitata extitit, ſuper* Ducatu Bavariæ, *& ſuper* Marchia *à ſuperiori fluminis parte* Anaſi, *terminavimus hoc modo: qvod Dux* Auſtriæ *reſignavit nobis Ducatum* Bavariæ, *& dictam* Marchiam, *qvos tenebat. Qva reſignatione factâ mox eundem Ducatum* Bavariæ *in beneficium contulimus Duci* Saxoniæ. *Prædictus verò Dux* Saxoniæ *ceſſit & renunciavit omni juri & actioni, qvas habebat ad dictam* Marchiam, *cum omnibus ſuis juribus & beneficiis. Ne autem in hoc facto honor & gloria patrui noſtri charisſimi aliqvatenus minuatur, de conſilio & judicio Principum illuſtri,* Uladislao *Duce* Bohœmiæ *ſententiam promulgante, qvam cæteri Principes approbabant, Marchionatum* Auſtriæ *& dictam* Marchiam *ſupra* Anaſum *commutavimus in Ducatum: ejusdem q; Ducatum cum ſubſcriptis juribus, privilegiis & gratiis omnibus liberalitate Cæſarea contulimus* Henrico *prædicto Patruo noſtro charisſimo, prænobili Jus Uxori Theodoræ, & liberis eorundem, ob ſingularem favorem, qvò erga dilectiſſimum Patruum noſtrum* Heinricum Auſtriæ *Ducem, ejus conthoralem prænobilem* Theodoram, *& eorum Succeſſores, nec non erga tertiam* Auſtriæ, *qvæ clypeus & cor ſacri* Romani *Imperii eſſe dignoſcitur, afficimur, de conſilio & aſſenſu Principum Imperii dictis Conjugibus*

Cuſpin. Auſtr. pag. 33. & videſis Henr. Steronem in Annal. an. 1156. Goldaſt. Conſtit. Imper. Tom. I. p. 302. & Chron. Auguſtenſ. a Marquardo Frebero editum.

gibus, eorum in eodem Ducatu ſucceſſoribus, nec non prætactæ terræ, Auſtriæ, *ſubnotatas Conſtitutiones, conceſſiones, & indultâ autoritate imperiali, in Jura plena & perpetua redactas, donavimo liberaliter vigore præſentium & donamus: Primo qvidem, qvod Dux* Auſtriæ *qvibusvis ſubſidiis & ſervitiis non tenetur, nec eſſe debet obnoxius ſacro Romano Imperio, nec cuiqvam alteri, niſi ea de ſui arbitrii libertate fecerit: eò excepto duntaxat, qvod Imperio ſervire tenebitur in* Hungariam *duodecim viris armatis per menſem unum ſub expenſis propriis, in ejus rei evidentiam, ut Princeps Imperii agnoſcatur. Nec pro conducendis feudis reqvirere ſeu accedere debet Imperium extra metas* Auſtriæ, *verùm in terra* Auſtriæ *ſibi debentur ſua feuda conferri per Imperium & locari. Qvod ſi ſibi denegaretur, ab Imperio reqvirat, exigat literatoriè trinâ vice: qvò facto, juſtè poſſidebit ſua feuda, ſine offenſa Imperii, ac ſi ea corporaliter conduxiſſet. Dux etiam* Auſtriæ *non tenetur aliqvam Curiam accedere, edictam per Imperium ſeu qvemvis alium, niſi ultrò de ſua fecerit voluntate. Imperium qvoq; nullum feudum habere debet* Auſtriæ *in Ducatu. Si verò princeps aliqvis, vel alterius Status perſona nobilis vel ignobilis, cujuscunqve conditionis exiſtat, haberet in dicto Ducatu poſſeſſiones ab ipsô Jure feudali dependentes, has nulli locet ſeu conferet, niſi eas prius conduxerit à Duce* Auſtriæ *memorato: cujus contrarium ſi fecerit, eadem feuda ad Ducem* Auſtriæ *devoluta, liberè ſibi ex tunc jure proprietatis & directi* Dominii *pertinebunt, Principibus Eccleſiaſticis & Monaſteriis exceptis duntaxat in hoc caſu. Cuncta etiam ſecularia Judicia, bannum Sylveſtrium & ferinarum, Piſcinæ & Nemora in Ducatu Auſtriæ, debent jure feudali à Duce* Auſtriæ *dependere. Etiam debet Dux* Auſtriæ *de nullis oppoſitionibus vel objectis qvibuscunqve, nec coram Imperio, nec alius quibuslibet, cuiqvam reſpondere, niſi id ſuâ propriâ & ſpontanea voluerit facere libertate; ſed ſi voluerit unum locare, poterit de Vaſallis ſeu homologiis, & coram illo ſecundum terminos præfixos parere poteſt & debet juſtitiæ complemento. Inſuper poteſt idem Dux Auſtriæ, cùm impugnatus fuerit ab aliqvo de duello, per unum idoneum non in*

enor-

enormitatis macula detentum, vices ſuas prorſus ſupplere. Et illam ipſe eâdem die ſeu Princeps ſeu alius qviſpiam pro alicujus nota inſaniæ non poteſt impetere, nec debet impugnari. Præterea qvicqvid Dux Auſtriæ *in terris ſeu diſtrictibus ſeu fecerit, vel ſtatuerit, hoc Imperium nec aliâ potentia modis ſeu viis qvibuscunqve debet alio qvoq; modo inpoſterum commutare. Et ſi, qvod DEUS avertat, Dux* Auſtriæ, *ſine hærede filio deceſſerit, idem Ducatus ad ſeniorem filiam, qvam reliqverit devolvatur. Inter Duces* Auſtriæ, *qvi Senior fuerit, dominium habeat dicta terra. Ad cujus etiam ſeniorem filium jure hæreditariô deducatur; ita tamen, qvod ab ejusdem ſanguinis ſtipite non recedat, nec Ducatus* Auſtriæ *ullô unqvam tempore diviſionis alicujus recipiat ſectionem. Si qvis in dicto Ducatu reſidens, vel in eo poſſeſſiones habens, fecerit contra Ducem* Auſtriæ *occultè vel publicè, eſt Duci dicto in rebus & corpore ſine gratia condemnatus. Imperium dicto Duci* Auſtriæ *contra omnes ſuos Injuriatos debet auxiliari & ſuccurrere, qvoad juſtitiam aſſeqvatur. Dux* Auſtriæ *principali indutus veſte,* ſuppoſitô pileo Ducali circumdatô ſerto pinnito baculum *habens in manibus, eqvô inſidens, & inſuper more aliorum Principum Imperii, conducere ab Imperio feuda ſua debet. Dicti Ducis inſtitutionibus & diſtitutionibus in Ducatu* Auſtriæ *ſuo eſt parendum. Et poteſt in terris ſuis omnibus tenere Judæos & uſurarios publicos, qvos vulgus vocat* Gelvertes ſchin/ *ſine Imperii noſtri moleſtia & offenſa. Si qvibuſvis Imperii curiis publicis Dux* Auſtriæ *præſens fuerit, unus de palatinis* Archiducibus *eſt cenſendus. Et nihilominus in conſeſſu & inceſſu, ad latus dextrum Imperii poſt Electores Principes obtineant primum locum. Dux* Auſtriæ *donandi & deputandi terras ſuas cuicunqve voluerit, habere debet poteſtatem libera, ſi qvod abſit ſine hæredibus legitimis deceſſerit: nec in hoc per Imperium debet aliqvaliter impediri. Præfatus qvoq; Ducatus* Auſtriæ *habere debet omnia & ſingula jura, privilegia & indulta, qvæ ob inveteratam reliqvi Principatus Imperii agnoſcuntur. Volumus etiam, ut ſi diſtrictus & ditiones dicti Ducatus ampliori fuerint ex hæreditatibus, donationibus, emptionibus, deputationibus, vel qvibus is aliis devolutionum ſucceſſi-*

bus, præfata jura, privilegia & indulta ad augmentum dicti dominii Auſtriæ *plenariè referantur. Et ut hæc noſtra Imperialis Conſtitutio omni ævo firma & inconvulſa permaneat, præſentes literas ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: Pilegrinus Patriarcha* Aquilejenſis, Eberhardus *Archiepiſcopus* Salisburgenſis, Otho Friſingenſis *Epiſcopus*, Chunradus Bathavenſis *Epiſcopus*, Eberhardus Babenbergenſis *Epiſcopus*, Hartmannus Brixnienſis, Harvvicus Ratiſponenſis & Tridentinus *Epiſcopus*, Dominus Welffo, Dux Conradus *frater Imperatoris* Friderici *primi, Cæſaris*: Palatinus Rheni Fridericus *filius Regis* Chunradi. Henricus Dux Carinthiæ, Marchio Engelbertus de Hiſtria. Marchio Leopoldus de Hochburg/ Hermannus Palatinus Comes de Rheno, Otho Comes Palatinus *& frater ejus.* Fridericus de Schiern & Wittelſpach/ Eberhardus Comes de Sultzbach/ Rudolphus Comes de Schweinsheut/ Albertus Comes Hallenſis, Eberhardus Comes de Purchauſen/ Comes de Putina, Comes de Peilſtain/ *& quamplures &c. ſignum &c.* Ego Regnaldus Cancellarius, *vice* Arnoldi Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarij *recognovi, regnante Domino* Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, *ejus nominis primo in* Chriſto. *Datum Ratisbonæ quinto decimo Cal. Octobr. indictione quartâ, anno Dominicæ Incarnationis* M. C. LVI. *feliciter* Amen, *Anno regni ejus quarto, Imperii ſecundo.*

Henricus iſte Dux *Auſtriæ* creatus, fuit antehâc Dux *Bavariæ* & Marchio *Auſtriæ* (*Marchionatus* enim tum temporis *Ducatui* ſubordinatus fuit) promotus deinde, reſignavit Ducatum illum ex ſententia Comitiorum *Ratisbonenſium.* Et *ut nomen Ducis non perderet & Duces Bavariæ*, (Ducatus enim iſte *Henrico Saxoniæ* Duci tum temporis hæredi ceſſit) *minus deinceps contra Imperium ſuperbire valerent, Imperator de voluntate & conſenſu Principum* (ſic loqvitur *Stero Altshenſis*) *in Curia Ratisbonæ habita ann. Dom. M. C. LVI. Marchionatum* Auſtriæ *à juriſdictione Ducis* Bavariæ *eximendo & quasdam ei Comitatus de* Bavaria *adjungendo, convertit in* Ducatum. *Judiciariam poteſtatem Principi* Auſtriæ *ab* Anaſo *usque ad Sylvam prope* Patavium, *qua dicitur* Rotenſal/ *protendendo.*

Videſis Krantzii Wandaliæ lib. 7. cap. 33. Saxon. lib. 6. cap. 2.

XXIX.

XXIX. Secundum exemplum eſto formula, qvâ *Maximilianus I.* creavit *Jacobum de Croy* Epiſcopum *Cameracenſem*, *Cameracenſem Ducem*. Maximilianus, *diviná favente clementia electus Romanorum Imperator, ſemper* Auguſtus, *ac* Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c *Rex, venerabili, illuſtri* Jacobo de Croy *Epiſcopo ac Duci* Cameracenſi, *Comiti* Cameracenſi, *Principi, Conſiliario & conſanguineo noſtro devoto dilecto, Gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Splendor noſtræ Cæſareæ Majeſtatis, ad inſtar divini illius ſolis qvi in magnitudine & multitudine electorum & Sanctorum ſuorum exultat, dignè trahens exemplum, hilari ſemper affectu deſiderat, ut in circuitu Auguſtalis ſolii noſtri Principum numerus creſcat & feliciter augeatur, qvò & noſtra Majeſtas majoribus aucta dignitatibus & poteſtatibus ſolidius roboretur, & fidelibus populis noſtris juſtitia adminiſtretur, ac indebitè oppreſſi & afflicti refugium habeant, uti ſublevamen & auxilium in preſſuris eorum comperiant, & cæteri fideles noſtri ſpe gloriæ & præmii ad virtutes magis magisq; excitentur. Attendentes itaqve multiplicia virtutum tuarum merita, & devotionis affectum, qvo Nos & Sacrum Romanum Imperium omni ſtudio & officio veneraris, ac gloriam, honorem & commodum noſtrum & ipſius Imperii aſſiduè ſollicitis ſtudiis procuras, motu propriò, & ex certa noſtra ſcientia, animo deliberato, accedente etiam conſilio & aſſenſu venerabilium & Illuſtrium noſtrorum, ac ejusdem ſacri Imperii Principum, Comitum, Baronum, Nobilium noſtrorum, fidelium dilectorum; Te præfatum* Jacobum *Epiſcopum* Cameracenſem, *Comitem* Cameraceſii (*cùm & origio nobilitatis tua á Seremſſimis Regibus* Hungariæ *originem trahat. & beatitudo & amplitudo ditionis tuæ multùm ſe diffundat, nec non intemerata fides, devotio & obſervantia tua & progenitorum tuorum, qvâ á longo tempore nobis & eidem ſacro Romano Imperio & ſereniſſimæ Domui noſtræ* Burgundiæ *inſerviviſti*) *hodiè in verum Ducem* Cameracenſem *erigimus, illuſtramus, inſignimus & decoramus, decernentes expreſsè qvod tu ex nunc in antea omni dignitate & præeminentia, Jure, poteſtate, Libertate, honore, & conſvetudine, gaudere & frui debeas, qvibus alii noſtri & Sacri Romani Imperii Duces illuſtres freti ſunt hactenus & qvotidie potiuntur.*

Jean Schojer en la genealogie de la Maiſon de Croy pag. 51.

Civitatem Cameracenſem, *Terras qvoq; tuas, munitiones, territoria cum omnibus aqvis, pratis, paſcuis, Judiciis, Homagiis, & aliis Juribus tibi competentibus, ac omnibus eorum pertinentiis, qvæ Antiſtitudo Dominii Civitatis* Cameracenſis *comprehendit, in verum Ducatum* Cameracenſem *erexim us, ac de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis, tenore præſentium*

erigimus; Decernentes & hoc Cæsareo statuentes edicto, quod Tu Jacobus Episcopus & Dux Cameracensis & Comes Cameracesii, *nominari & appellari ex nunc in antea debeas, & tanquam cæteri Romani Imperii Duces teneri & honorari, ac ubique locorum ab omnibus reputari: Privilegiis, gratiis & immunitatibus absque omni impedimento frui, quibus alii nostri & Sacri Romani Imperii Duces & Principes in conferendis & recipiendis juribus & omnibus & singulis aliis, illustrem statum & conditionem Ducum concernentibus, freti sunt hactenus, seu quomodo libet potiuntur. Quò autem universi reipsâ cognoscant peculiarem gratiam & benevolentiam nostram quâ te complectimur, ad arma & insignia tua antiqua & præclara Nobilitatis, quæ sunt in hunc modum descripta: videlicet, Scutum quadripartitum habens in superiori dextra & inferiori sinistra in campo argenteo, tres fascias rubeas ad regulam directè per transversum ductas, & in superiori sinistra & inferiori dextra, etiam in campo argenteo, tres secures rubeas latas manubriis brevibus rubeis, quarum duæ superiores, manubriis ad invicem conversis, inferior autem in dextram vertens, in medio autem scuti parvus Clypeus superpositus etiam quadripartitus, in cujus superiori dextra & inferiori sinistra, in campo aureo sunt rubei tractus incerti numeri ab angulis incipientes, quadrati in formam rhombi cancellantes, in superiori autem sinistra, & inferiori dextra ejusdem Clypei, iterum in campo aureo est Leo niger elevatis pedibus erectis, & cauda ad caput elevata. Hæc arma & insignia Tua & tuorum Nobilitatis antiqua in modum & formam subscriptam innovanda & meliorandæ, statuimus & etiam innovamus & melioramus facimus auctoritate & de plenitudine potestatis nostræ Cæsareæ, scilicet, quòd Tu* Jacobus Episcopus & Dux Cameracensis Cameracesii Comes, *in posterum ultra Arma & Insignia solita, eisdem armis potiaris quibus in eodem scuto ad tertiam partem (quæ caput scuti vocatur) superponatur sacra nostra aquila nigra Regalis, in Campo aureo extensis alis, pedibus, & cauda, Rastellum rubeum transversum per alas ad pectus gestans tribus dentibus, quorum singuli in singulis alis, medius in pectore deorsum porrecti, prout melius hæc artificis ministerio hac * in medio cernuntur figurata. Quibus ex nunc in posterum futuris temporibus in omnibus uti possis, in quibus alii nostri & Sacri Imperii Duces talibus utuntur. Omnes autem & singulos defectus si qui in præmissis ratione solennitatis omissi, subiùs interpretatione sententiarum aut verborum, seu alio quovis modo, comperti fuerint, supplemus ex certa nostra scientia & de plenitudine nostræ Cæsareæ potestatis, nostris tamen ac cujuslibet alterius juribus semper salvis, & præsertim ipsius Civitatis* Cameracensis, *quam*

* *Figura insigniû isto augmento mutatorum non describitur ab Autore unde hæc sunt desumpta.*

quam ultra ſolitum minimè gravari volumus: & ſine præjudicio primævæ amortiſationis, libertatis, Neutralitatis, Jurium, Privilegiorum, conceſſionum, uſuum & conſvetudinum laudabilium tuorum Epiſcopatûs, Eccleſiæ, Comitatus, civitatis & ſubditorum tuorum, & abſqve eo, quod vos aut aliqui veſtrum, ad aliqua ſervitia ſubventiones q; teneantur, ad qvæ ante eandem erectionem non tenebantur. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtræ Illuſtrationis, Erectionis, Augmentationis, ſuppletionis, Decreti, Conceſſionis & mandati paginam infringere aut ei auſu temerario contraire, ſub noſtræ & ſacri Romani Imperii indignationis graviſſimâ, ac pœna centum Marcarũ auri puri, qvorum medietatem Fiſco ſeu Ærario noſtro Cæſareo, reliqvam verò partem injuriam paſſi vel paſſorum uſibus decrevimus applicari, qvam maluerint evitare. Harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali Auguſta *die* XXVIII. *Junij* Anno Domini milleſimo qvingenteſimo decimo, *Regnorum noſtrorum* Romani XXV. Hungariæ verò *vigeſimo primo.*

Addimus hîc literas patentes, qvibus *Caſtruccius de Antelminellis* in Ducem *Lucenſem* evectus eſt à *Ludovico Bavaro.* *Aldus Manutius in vita Ludovici IV. & Marquardus Freherus in appendice ad Tom. unum de reb. Germanic. edit. 1624. pag. 31.*

Ludovicus *DEI gratia* Romanorum *Imperator ſemper Auguſtus; illuſtri* Caſtruccio de Antelminelli, *Duci* Lucano, *Comiti* ſacri Lateranenſis Palatii *& Vexillifero Imperii, ſuo & Imperii fideli dilecto, gratiam ſuam & omne bonum Principalis liberalitatis Clementia, in ſuis fidelibus dona multiplicans illis præcipuè conſvevit adſurgere larga manu, qvi per pugnam continuam in rebellis pro exaltatione Coronæ ſingulares triumphos & nomen laudabile ſunt ſortiti. Sanè cum veraciter ſciamus, experientiâ nobis exiſtente Magiſtro te præcipuum & ſtrenuum in partibus* Italiæ *pro ſacro Imperio pugilem extitiſſe nulli parcendo oneri, periculo vel labori: ac juſtitia tua ac animi probitate victos, de Hoſtibus devotos pro Imperio tenuiſſe & devios infideles ad fidei gratioſis meritis invitáſſe, tantoq; magis Imperiale Sceptrum extollitur: tantò cura Regiminis à ſollicitudinibus & laboribus relevatur, qvanto fideles in circuitu Imperii circumſpicit digniores, & de fulgore throni Cæſarei velut ex ſole radii, ſic cæteræ prodeunt dignitates ut prima lucis integritas minorati luminis non ſentiat detrimentum. Hâc igitur conſideratione commoniti, qvi, qvi cœleſti providentia Romani Imperii moderamur habenas, ac ſolis noſtri decus tam veterum dignitatum ornatibus confovemus, qvàm novis honoribus ampliamus; Volentes præmiſſorum obtentu extollere nomen tuum & te prærogativa ſpeciali magnificè honorare de plenitudine poteſtatis, & de certa ſcientia, & de conſilio noſtrorum Principum & Baronum,*

Baronum, Civitatis Lucæ, Piſtorii, Volaterrarum & Lunæ, & Lunæ, *cum omnibus & ſingulis Caſtris, Villis, & locis ſitis in Diœceſibus ipſarum, & cum omnibus earum & cujuſque earum pertinentiis, territoriis & juriſdictionibus quibuscunque ad jus, honorem & nomen Ducatus pertinentibus tranſferentes & volentes ſub uno dignitatis vocabulo contineri Ducatus* Lucani, *te pro te & Succeſſoribus tuis, & ex te per lineam maſculinam natis & naſcituris in perpetuum ipſius* Ducatus Ducem & *Vexilliferum noſtrum & Sacri Romani Imperii ubi libet, de præmiſſa noſtra poteſtatis plenitudine & principali munificentia promovemus: Eisdem libertatibus, immunitatibus & juribus prædictum Ducatum tuum præſentium autoritate donantes, quæ Ducalem deceant dignitatem, præfatasque civitates, & quamlibet earum, & omnes terras, Caſtra, Territoria atque loca, quæ in Diœceſibus ſeu Epiſcopatibus & Territoriis & pertinentiarum ipſarum Civitatum, ſeu cujuslibet earum, ſeu intra confines Diœceſium Epiſcopatuum pertinentiarum & territoriorum præfatarum Civitatum & cujuslibet earum, ſita ſunt, ſeu ſita, in perpetuum tibi & legitimis ſucceſſoribus tuis, ex te deſcendentibus natis ac naſcituris per lineam maſculinam ex certa ſcientia damus, concedimus & donamus, cum omnibus & ſingulis Villis, Caſtris, Terris, fortalitiis, caſalibus, Vaſallis, Hominibus, poſſeſſionibus, Honoribus, uſibus, deritiis, demaniis, feudis, homagiis, patronatibus vacantium & non vocantium Eccleſiarum & locorum ad nos & ſacrum Romanum Imperium ſpectantibus ſeu pertinentibus, & cum terris cultis & incultis, ſylvis, paſcuis, nemoribus, ſalinis, balneis, ſtagnis, lacubus atque quibuſcunque aquis & aquarum decurſibus, molendinis, piſcariis, piſcationibus, venationibus, montibus, planis, vallibus & omnibus & ſingulis locis, juribus & pertinentiis tam maris quam terræ præfatarum Civitatum, terrarum & locorum & cujuscunque ipſarum, & ipſorum exiſtentium infra prædictas Diœceſes, confines & loca, quæ in hujusmodi noſtra conceſſione & donatione ſub ſpeciali aut generali vocabulo poſſunt intelligi ſive comprehendi, & quæ ad nos & Romanum Imperium ſpectare noſcuntur. Et ſic Te & Succeſſores tuos prædictos* in Ducem & Duces *prædicti* Ducatus *cum dignitate illuſtri erigimus, conſtituimus, præficimus & creamus, dantes & concedentes tibi & Succeſſoribus tuis prædictis in præmiſſo Ducatu pleniſſimam Juriſdictionem & liberam autoritatem & poteſtatem juris dicendi per te & per alios, ac etiam merum & mixtum Imperium ut exercere valeas & valeant gladii poteſtatem ad animadvertendum*

in

in facinoroſos & malos. Et ut ipſius Ducatus *dignitate Te & prafatos tuos Succeſſores cognoſcas amplio & favorabilio ab Imperiali eminentia ſublimari Tibi & Succeſſoribo tuis prædictis ex ipsâ Dignitate Ducatus perpetuò decrevit competere noſtra Serenitas, auctoritatem & poteſtatem creandi & ordinandi perpetuò & ad tempus, (prout vobis placuerit) in ſingulis Civitatibus, Caſtris, Oppidis, Villis, Terris dicti Ducatus, Vicarios, Capitaneos, Poteſtates, Judices ſeu Rectores, & quoslibet ordinarios Magiſtratus, vel etiam delegatos & quoscunque honores & dignitates, atq; honorum & dignitatum officia cum autoritate & poteſtate juredicendi & mero & mixto Imperio; ſtatuta municipalia condendi, juri divino & naturali non contraria, prout utilitati & pacifico ſtatui expedire videritis ſubjectorum. Ad hæc quoque in prædicto tuo Ducatu flumina navigabilia, & ex quibus navigabiles fuerint portus, plageas, (ſicut & nunc dignoſceris poſſidere) ripas & ripatica nec non vectigalia, telonia auri atque argenti & metallorum omnium quæſtum, nunc nobis & Imperio pertinentes, tibi tuisque Succeſſoribus memoratis concedimus & donamus. Ac monetæ tàm auri quàm argenti & æris cudendi, juſti & recti ponderis, in ipſo tuo Ducatu, tibi prædictisque tuis Succeſſoribus præſenti privilegio facultatem liberam indulgemus; & feuda antiqua & nova, & recta & regalia conferendi & infeudandi Vaſallos Imperii de feudis, quæ manu vel ore, aut quôcunque alio modo fuerint conferenda, & recipiendi à Vaſallis Imperii fidelitatis & homagii Sacramenta; & multarum ſeu pœnarum compendia & confiſcationes bonorum & cætera quæ dicuntur regalia in ipſo Ducatu, ad tuum & prædictorum tuorum Succeſſorum compendium volumus pertinere. Milites quoque in dicto Ducatu & extra conſtituendi & militari cingulo decorandi & Judices ordinarios & Notarios publicos creandi & ordinandi ac conficiendi: filios & filias naturales tàm ſpurios quàm vulgò quæſitos, ex damnabili coitu natos legitimandi, & cum ipſis ſuper natalium defectu & aliô quolibet, diſpenſandi tibi & ipſis autoritatem & poteſtatem plenariam indulgemus. Ut tamen pro honore, quem tibi libenter adjicimus, nullum jus ſubtrahatur obedientibus vel obediturii notis, & Imperio in eorum bonis, feudis, jura tamen Imperii remaneant Ducatui ſuprà dicto. Volumus inſuper, quod in præmiſſis Ducatu & Vexilliferatu ſemper major natu ſeu ſenior ex generatione tua, ex te & Succeſſoribo tuis legitimè deſcendentibus, excluſis aliis filiis ſeu hæredibus minoribus, ſolus & in totum ſuccedat. Et propter promiſſa omnia te pro te ipſo & prædictis Succeſſoribus tuis, no-*

bis pro nobis ipſis & Succeſſoribus noſtris homagium & debitæ fidelitatis juramentum præſtantem de præmiſſis Ducatu & Vexilliferatu per ſceptrum (*quod in manu tenemus*) *præſentialiter inveſtimus & infendamus. Porrò omnia & ſingula ſupra dicta valere & tenere volumus & firmamus, non obſtante aliquâ lege, conſuetudine aut Jure quibus contrarium caveretur, quibus omnibus & ſingulis ſpecialiter & expreſsè tanquam nominatim de illis in præſenti privilegio fieret mentio intendimus ut eſſe debeat derogatum, & potiſſimè juri & conſuetudini, quô & quâ cavetur ſeu cautum diceretur, quod Hæres in Ducatu*, Comitatu, *vel* Marchia, *nullô modo ſuccedat, niſi ab Imperatore acquiſiverit per Inveſtiturum, quamtùm ad caſum præſentem: in aliis verò caſibus in ſuô Robore ſemper durent. Volumus tamen, quòd tu & Succeſſores tui à nobis & Succeſſoribus noſtris ex Sacro Romano Imperio requiſitus & requiſiti perpetuò teneatis & teneantur plenam & liberam obedientiam facere & in omnibus noſtris mandatis ſucceſſorumq; noſtrorum & Sacri Romani Imperii, liberè intendere & parere, & omnia noſtra mandata obſervare & efficaciter adimplere juxtà poſſe & executioni mandare. Meminit quoque noſtra Serenitas de prædictis ante noſtra coronationis ſolennia tibi & prædictis tuis Succeſſoribus privilegium ſimile indulſiſſe. Quæ & omnia in ipſo contenta ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine ac de conſilio & aſſenſu Procerum & Baronum Imperialis Aulæ ratificamus, approbamus & confirmamus. Statuimus etiam & mandamus, quatenus nulla Civitas, nulla Communitas & generaliter nulla perſona cujuscunque conditionis ſeu ſtatus & præeminentiæ exiſtat, huic noſtræ paginæ audeat in aliquo contrà facere vel venire, ſeu te aut prædictos tuos Succeſſores in aliquo moleſtare, de his quæ ſuprà tibi, & eis à noſtra clementia liberaliter ſunt collata. Si quis autem temerario auſu præſumpſerit contravenire, mille marcarum auri pœnam incurrat, pro dimidia Camera noſtra perſolvendam, & pro alia dimia Camera dicti Ducatus & Vexilliferatus in quorum præjudicium aliquando extiterit attentatum. Quibus ab omnibus & ſingulis ſupra dictis teſtes fuerunt infrà ſcripti. Videlicet* Rudolphus Dux Bavariæ, *Princeps & Patruus noſter chariſſimus, venerabilis* Jacobus Epiſcopus Caſtellanus, *venerabilis frater* Bonifacius *Epiſcopus* Chirorenſis, Hermannus de Lithelberg *Cancellarius noſter*, Henricus Dux Brunſvicenſis, Ludovicus Dux de Tech, Albertus de Lithelberg *Mareſchallus noſter*, Henricus Landgravius Alſatiæ, Fridericus de Nuremberg, Menchardus *Comes de* Hortem-

temburg, Otto *Comes* de Truhendingen, Johannes *Comes dictus de* Claramonte, *nec non Nobiles Viri* Jacobus de Columna, Jacobus de Sabellis *Senatores Urbis*, Manfredus de Vito, Ulmæ *Urbis Præfectus*, Theobaldus de Sancto Conſtachio. *Et ad prædictorum omnium teſtimonium & corroborationem præſentes conſcribi & Sigillo Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum* Romæ *apud* S. Petrum XV. *die menſis Febr. Indictione* XI. anno Dominicæ incarnationis M CCC XXIIX. *Regni noſtri* anno XIV. *Imperii verò primo.*

Diploma creationis quo *Wenceslaus*, factus eſt primus Dux *Lucemburgenſis* à *Carolo* IV. habes ap. *Aubertum Miræum*: Sic *Mantuani* Ducatus erectionem à *Carolo* V. & *Montiſerratenſis* à *Maximiliano* II. vide ap. *Franciſcum Nigrum Cyriacum* in edita nuper Controverſia Ducatus *Mantuani*. Et hactenus de titulo Ducis ſolo, præter territoria ſeu Feuda.

NOTA.

Quoniam Juris Publici Scriptores Germanici abundè pertractant Ducum materiem, hic nihil addere libet. Parum enim refert, utrum hic legas excerpta, vel ipſos adeas autores. Conſule igitur illos, videbisque conſentire aliquando Seldeno, aliquando afferre lucem, aliquando ab eo accipere, & ab ipſo etiam quandoque abire. Annotamus ſaltem in *Henrici Meibomii Rerum Germanicarum Tom. 3. pag. 206.* præter ſublimationem *Caſtrucii de Antelminellis* & *Ducatus Lucemburgici* erectionem, legi literas feudales ſeu inveſtituræ, quibus *Otto de Luneburg* creatus eſt *Dux à Friderico* II. Imperatore: item erectiones *Principatus Hennebergenſis & Ducatus Holſatiæ.*

Puffendorfius in rebus geſtis *Friderici Wilhemi M.* Electoris *Brandenburgici* lib. 6. §. 77. narrat eum per pacta non creationem novam Supremum *Boruſſiæ* Ducem factum à *Polonia* Rege: & lib. 1. §. 25. ejuſdem Electoris Legato, *Lœbius* vocabatur, inveſtituram à Cæſare impetranti adſtitiſſe & cæterorum Agnatorũ feuda Mandatarios, qui *Lœbii*, inveſtituræ ſuſcipientis, & in Electoris animam jurantis, apprehendentes palliũ, pronunciatis annuerunt duntaxat, non & ipſi juraruntid, quod ad §. 25. Autoris noſtri refer. De Coronis in Principum,

Ducum, Comitum &c. inſigniis quorum Seldenus ſupra §. 27. meminit vide *Philippi Jacobi Speneri Opus Heraldicum*, & quos ipſe hac de re allegat autores.

XXX. Archi-Ducum titulus eſt ap. *Auſtriacos*; Syllabæ *Archi* eædem ſunt quæ in voce *Archi-Epiſcopus*, quanquam in *Archi-Duce* ſolummodo connotet excellentiam ſeu præeminentiam, neutiquam vero ſuperioritatem vel Poteſtatem in Duces, qualis eſt in *Archi-Epiſcopo* ſuper Epiſcopos alios. Ideoque ad illam *Archiatri* appellationem in Imperio antiquo propius accedit titulus hicce. Quando cœperint ſic *Auſtriæ* Duces appellari, incertum eſt. In Actis Concilii *Conſtantienſis* celebrati an. M CCCC XIV. frequenter legitur *Dux Auſtriæ*, non *Archi-Dux*. Neque aliter ſemetipſum appellat *Albertus* in Epiſtola ad Concil. *Baſileenſe* (Tom. 4. Conc. Part. I, pag. 235.) Viginti circiter poſthæc annis. Antiqui referunt ejus origenem ad Albertum (filium natu maximum *Rudolphi* Imperatoris I.) quem volunt hunc titulo donatum à Patre ſuo Norimbergæ anno M CC LXXXIV. Alii derivant extempore *Friderici* III. Alii volunt titulum *Archi-Ducis* æque antiqvum eſſe ac *Ducis*, & *Henricum* à *Friderico* I. creatum Ducem (de quo ſupra) præter extraordinaria Privilegia, nec non characteres dignitatis in ipſum collatæ, donatum etiam fuiſſe illos quanquam non impræſentiarum & expreſſis verbis, attamen titulo publice cognito, ſub appellatione *Archi-Ducis*. Ac inde eam continuatam fuiſſe. Sic *Cuſpinianus* ait: *Eſt à* Frederico *Imperatore magnis libertatibus, immunitatibus ac privilegiis ſupra alios Principes Imperii donatus; quæ extant ac circumferuntur, inſignibus, præcipue* Pileo Ducali crinito *qualis fuit apud Romanos Corona Roſtrata; tum veſte Principali, qui quidem habitus Regius eſt & inde Archi-Dux dictus eſt. His Pileus Ducalis crinitus* eſt in diplomate *Pileus Ducalis circumdatus ſexto pinnito*, nec alius à corona cuſpidata vel radiante, ad quas addere poſtmodum crucem Archi-Ducibus iſtis conceſſum fuit. Sic intelligo privilegium conceſſum *Friderico* Duci *Auſtriæ* ab Imperatore *Friderico* ſecundo Anno M CC XLIV. *concedimus* (inquit iſte ap. *Cuſpinian. Auſtr. pag. 34.*) *noſtro illuſtri Principi* Duci Auſtriæ *crucem noſtri Diadematis, ſuo principali pileo ſufferendam*.

Vid. Kranz. Saxon. lib. 6. cap. 8. Tom. 3. Concil. Part 2. pag. 861. & 909.

Dux item Auſtriæ dictꝰ Maximilianꝰ an. 1480. in inſtrumento illo quod ad nuptias inter Philippum Cadeleſii *Comitem F.* ejusdem *Maximiliani & Annam Eduardi* quarti Regis *Angliæ* filiam contrahendas ſpectabat atque ahbi eodem ævo, ut videre eſt in rotul. *Franc. 20. Eduard. 4. membr. 8. &c.*

Forma



Forma pilei & corollæ *Auſtriacæ* cum cruce ſic diverſis temporibus exhibetur in Editionibus Teſtamenti Syriaci excuſi *Viennæ:* aliquando etiam ex arcubus contexitur ſurgentibus ex lateribus quatuor ceu perfecte clauſa corona; ſic invenio illam in Thurnier Buch Germaniæ Part. 2. fol. 27. In diplomate vero Imperatoris Titulus *Archi Ducis* non occurrit ceu expreſſe additus *Auſtriacis*, niſi multis poſt creationem primi Ducis annos; ſicuti in ſpecie videre eſt in illo diplomate quo Dux *Fridericus* Regis titulo donatus eſt ab Imperatore *Friderico* ſecundo *Archi Ducis* tamen titulus (communicatus eminentioribus in Imperio Ducibus) antiquior eſt in Imperio, quam titulus Ducis in *Auſtria*. Clare id videmus in inſtrumento Creationis Primi Ducis *Auſtriaci*, ubi leguntur etiam *Archi Ducis Palatini*, i. e. Primarii Duces in Aula. Et multis ante annis *Wittikindus* Rex *Saxonum* victus à *Carolo Magno* vocatus eſt *Archi Dux Saxoniæ*, niſi me fallit auctor meus. *Bruno* etiam exiſtens Archiepiſcopus *Colonienſis* factus eſt Dux *Lotharingiæ* à fratre ſuo *Othone* Magno, nominavitque ſemetipſum *Archi Ducem*, & obſervatur in ipſo hic titulus primo uſurpatus; ita tamen ut nullus Succeſſorum ejus in *Lotharingia* eundem aſſumſerit. *Non ante ea vox aut dignitas* (inquit *Lipſius Lovan.* lib. I. c. 9.) *in Lotharingia quidem poſt illum hæſit.* Addii etiam ſententiam ſuam qua putat *Brunonem* aſſumſiſſe nomen illud, & *Auſtriacos* potuiſſe ſibi vindicare. *Opinor ſolo Archiepiſcopi nomine motum* (verba ipſius ſunt) *& viſum ei decorum illud* Archi *etiam in Ducem transferre. Exemplum quidem quod ſciam ante non fuit; & illi Auſtriæ diu poſt uſurparunt; mirum in iſto præeunte. Etſi fortaſſe alia etiam cauſa, aut jus. Nam & inſignia Lotharingiæ iidem Auſtriaci gerunt.* Dicunt etiam aliqui conſvetudinem † in *Germania* eſſe: *Ut cum filii appellentur Duces, eorum tamen primogenitus frater appelletur & vocetur Archi Dux.* Affirmat illud *Knichen* Ducatus *Saxonici* Cancellarius *Comment. ad Jus Saxon. cap. 4. pag. 117.* apud alios Imperii Jctos legi negaſſe hunc titulum Imperatores aliis (quanquam inſtanter rogatos) exceptis ſolis *Auſtriacis.*

Petr. de Vineis l. 6. Epiſt. 26.

Beſold. Polit. diſc. 4. c. 3. §. 7.

† *Mozz. de feud. tit. de his qui Feud. dare poſſunt n. 16. ap. Steph Pomeran. de Juriſd. l. 2. P. 1. cap. 6. §. 77.*

* *Beſold. Polit. diſc. 4. c. 3. §. 7.*

NOTA:

De *Auſtriæ Archi Ducibus* integrum tractat *Limnæi enucleati cap. 2. l. 3.* majori cum reverentia de Celſiſſimæ familiæ differens incrementis quam *Monzambano.* Vide eundem Limnæum enucl. de titulis Archi Dux, Archi Rex & Primarchio lib. 2. cap. 14 §. 9.

XXXI. Sicuti in *Germania Archi Ducis* titulo *Auſtria* claret, ita in *Italia Florentia* vocatur *Magnus Ducatus Gran Duca*, ſeu *Magnus Etruriæ Dux.* Cœpit titulus iſte in *Coſmo Mediceo Florentiæ* Duce in iſtam dignitatem everto M DC LXIX. per Bullam † *Pii Quinti* cum vellet ipſum creare regem, niſi quod nollet Imperator *Maximilianus* Primus alium præter ſemetipſum in *Italia* Regem agnoſci.* Bulla talis eſt.

† *Cherubin. Bullar Tom. 2. Conſtit. Pii V. 88. p. 288. P. Matth. in ſuum Conſtit. Pont. C. nſt. Pii V. 35 pag. 614.*

* *Bodin. de Rep. l. 1. c. 9.*

Pius *Epiſcopus, Servus ſervorum DEI. Ad perpetuam Rei memoriam Romanus Pontifex in excelſo militantis Eccleſiæ throno, diſponente Domino, ſuper gentes & regna conſtitutus, poſt perluſtratas ſuæ indefeſſæ mentis acie orbis Chriſtiani Provincias, circumſpecta ſua providentia præclaros, ac Principes Viros, qui de ſancta ſede Apoſtolica, fideque catholica benè mereri videntur ſingulari ſua benignitatis clementia, quantum ſibi exalto conceditur, augere eosque inſignibus, ornamentis ac ſpecioſis honorum titulis decorare, atque illuſtrare conſuevit, nec non alias diſponit, prout temporum locorum & perſonarum qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sanè cum Nos his noſtris luctuoſiſſima tempeſtatis dictus, animo noſtro diu multumque gravisſimo cum dolore verſaremus, quot & quanta peſtiferarum hæreſum. Sectæ quotidiè undiq; erumperent, diraque & exitioſa perditorum hominum à fide Catholica aberrantium ſemina paſſim ſerperent & usq; quaque propagarentur, omnia* Italiæ *loca circumſpicientes,* Ethruria *provincia, nobilitatis Decore & antiquitatis nomine à majoribus celebrata, cujus maxima pars, quæ nobis & Ipſi Apoſtolicæ ſedi ſubjecta non eſt, ab omnibus ferè lateribus ditioni noſtræ Eccleſiaſticæ contermina atque conjuncta exiſtit, nobis præcipuè occurrit, quam divina primum bonitatis gratia ſollicitudineque ac vigilantia noſtra, deinde præſtantiſſimi ac Religioſiſſimi ejus Principis virtute, conſilio, diligentia, præ cæteris intactam & incorruptam ab hujusmodi perniciosa labe & contagione ſartam tectam conſervatam eſſe con-*

conſpicimus. Huc accedit, quod profectò magnopere nos movet, Sedem Apoſtolicam cum ob Regionis vicinitatem tum propter loci opportunitatem gratiſſima plerumque obſequia, atque etiam commoda, ſubminiſtratis ab Ethruſcis *auxiliis, à multis jam ante ſeculis recepiſſe, idq; complures Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & præſertim fel: recordat.* Innocentium *Quartum*, Clementem *etiam quartum*, Gregor. *decimum*, Benedictum *undecimum*, Martinum *Quintum*, & Leonem *decimum luculenter teſtatos fuiſſe, adeò ut tàm eandem provinciam, quam ejus Rectores & Magiſtratus ob peculiarem eorum erga Romanam Eccleſiam devotionem & obſervantiam, propensò paternóque affectu, variis gratiis, honoribus ac privilegiis jure cohoneſtandos atque ornandos eſſe duxerint. Quibus rebus debitâ meditatione maturè conſideratis, attendentes quoque inprimis, quod dilectus filius, nobilis Vir,* Cosmus Medices *Republ.* Florentinæ. *Dux majorem indies ſuæ eximiæ virtutis ſplendorem, ferventioremque Catholicæ Religionis cultum & in adminiſtranda, juſtitia præcellens ſtudium, ex eó tempore, quo imperare coepit, nusquam prætermiſſum, laudabiliter præ ſe ferre non ceſſat; Quod omnibus in occaſionibus nobis, ac prædeceſſoribus noſtris & Apoſtolicæ Sedi, promptò ac libenti animo obſequi ſemper ſtuduerit; Quod nos & eandem Sedem ab ipſo noſtri Pontificatus initio continuato debitæ reverentiæ honore coluerit; mandatis noſtris filiali obedientia paruerit; honeſtis noſtris petitionibus obſequentiſſimè morem geſſerit; Quod à Nobis requiſitus, coepta noſtra pecuniis peditatu, equitatuque alacriter juverit, præſertim pro ferendo auxilio chariſſimo in Chriſto filio noſtro* Carolo Francorum *Regi Chriſtianiſſimo, adverſus ejus rebelles & hæreticos, centum etiam aureorum millia ultra alia, illi mutuando; hortatu noſtrò id fecerit; Quod majora, ſi uſus venerit, ad* Catholicæ *fidei defenſionem, & incrementum ſe præſtaturum ultro pollicetur; Qui pro inclyta ejus in DEUM pietate, ſuperioribus annis militiam Sancti* Stephani *ad ſanctæ fidei exaltationem ac propagationem inſtituerit bonis ditaverit & ampliaverit; Quod univerſæ prope provinciæ* Ethruſcæ *imperſcrutibili DEI judicio ad ſummæ dignitatis poteſtatem Civium* Florentinorum *aſſenſu vocatus felicitſimè præſit ac dominetur. Quod delatum ſibi admirabiliter Principatum admirabilius regat & moderetur, illumque incomparabili prudentia ac ſapientia in pacis ac juſtitiæ amœnitate ad ineunte ejus ætate diligentiſſimè contineat & conſervet;*

Quod

Quod terra mariq; prepotens exiſtat; Quod Piratis, facinoroſis ſicariis, quietis & otii turbatoribus nec non noſtris & hujus Sanctæ Sedis rebellibus & adverſariis hoſtis acerrimus, ſcelerumque & delictorum ſeverus vindex ſit; Quod numeroſa ac frequenti populorum ei ſubditorum DEO benedicente multitudine copioſis grandibusq; reditibq & ampliſſimis proventibus gaudeat, & fruatur; Quod validus peditum & equitum numerus in omnes uſus ei præſtò ſemper eſſe poſſit; Quod quamplures florentiſſimas urbes, tàm Cathedralium, quam earum non nullas Metropoliticarum Eccleſiarum dignitate inſignes ac ſtudiorum generalium univerſitatibus ornatas, munitiſſimos portus, validiſſimas arces, loca tutiſſima, triremium claſſe paratam & inſtructam tam ad Tyrrheni *ſui Maris, quam etiam ad noſtræ oræ maritimæ tutelam habeat; Quod rerum omnium copia, ditionis amplitudine, locorum ubertate, continuâ vitæ felicitate, demumque gentis celebris admodum & opulentæ viribus firmiſſimè ſubnixus vigeat; quod cuncta hæc ipſa bona per immenſam DEI omnipotentis benignitatem ſibi elargita ad divinum honorem & gloriam paratiſſima ſemper fore profiteatur; Quod abſoluta poteſtate rationis liberi & directi Dominii Florentini nemini ſit ſubjectus, ita ut juxta diſtinctionem piæ memoriæ Pelagii ſimiliter Romani Pontificis Prædeceſſoris noſtri, uti Rex & magnus Dux ac Princeps meritò exiſtat & inter cæteros magnos Duces ac Principes reipſa eſſe, cenſeri & connumerari poſſit, & debeat. Nos igitur tot ac tantis rationabilibus, digniſque de cauſis, clariſſimis quoque ipſius* Coſmi Ducis *erga Nos & Sedem eandem meritorum & officiorum monumentis inducti, firmaque ſpe freti, quod is, & ejus ſucceſſores collati noſtri in eos beneficii memores debitam Nobis futurisque Romanis Pontificibus gratò animo fidei, ac devotionis ſinceritatem, perpetuò exhibere conſervareque ſtudebunt. Attendentes etiam, quod ſanè plurimi facimus, dictum* Coſmum Ducem *ac dilectum filium Nobilem virum* Franciſcum *ejus filium primogenitum arctis admodum affinitatis ſanguinis & neceſſitudinis vinculis cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro* Maximiliano *in Imperatorem electo & maximis Chriſtiani nominis Regibus conjunctos eſſe, eosq; à nobiliſſima ſtirpe* Mediceæ *multis honoribus & titulis decorata, & ex qua tot illuſtres Proceres ac tres Romani Pontifices prodierunt, ortum habere. Propterea eundem* Coſmum Ducem *ſpecialibus favoribus, & gratiis paternè benigneque proſequi volentes ipſumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, &*

inter-

interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris, & pœnis à Jure vel ab homine quávis occaſione vel cauſalatis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie absolventes, & absolventes & absolutum fore cenſentes, motu proprió, non ad ipſius Coſmi Ducis, *ſeu alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, maturáq; deliberalitate & merâ liberalitate Noſtris, ac de ſupremæ Noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tam dictorum Prædeceſſorum, quam etiam* Alexandri *III.* & Innocentii *pariter III.* ac Pauli *IV. ſimiliter Prædeceſſorum noſtrorum, qui* Portugalliæ Balgarorum *ac* Blanchorum, *nec non* Hyberniæ *Reges, & ac tunc Dux* Bohemiæ *Rex in ſuis literis nominari poſſit, reſpective crearunt, conſtituerunt & conceſſerunt, aliorumque Romanorum Pontificum erga diverſos Principes exempla ſequentes, veſtius usque inhærentes, ut potiſſimùm cæteri Principes hoc exemplo invitati ad bene de ſancta hâc ſede promerendum incitentur eundem* Coſmum Ducem, *ejusque Succeſſores pro tempore exiſtentes Duces, perpetuis futuris temporibus in Magnos Duces* & Principes Provinciæ Etruriæ *ſibi pro maxima illius parte ſubjecta & in ipſa Provincia reſpectivè auctoritate Apoſtolicá tenore præſentium creamus, conſtituimus, pronunciamus & declamus* Magnorumque Ducum Ethruriæ *Provincia, ut præfertur, eis ſubjecta nomine, titulo & denominatione extollimus, & amplificamus nec non eos dicta* Ethruriæ *Provincia eis ſubjecta* Magnos Duces & Principes *ab omnibus nominari, appellari, inſcribi, dici, haberi, cenſeri & tractari debere volumus, præcipimus, ac mandamus, atque* Coſmum magnum Ducem, *ejusq; ſucceſſores prafatos omnibus & ſingulis Exemptionibus, Immunitatibus, Libertatibus, Favoribus, Præeminentiis, Prærogativis Indultis Privilegiis aliisq; quibuslibet Gratiis, & Honoribus quibus alis verè libere & directi Domini,* ac Magni Duces & Principes *etiam Ducali, aut alii quavis etiam majori dignitate præfulgentes, ac quacunq; libera & abſoluta poteſtate fungentes, ingenere vel ſpecie, in quibuscunq; locis, pompis, ſeſſionibus, celebritatibus, ceremoniis & artibus publicis vel privatis tam de jure quam de conſvetudine, etiam in Aula noſtra Vaticana & ubique terrarum, etiam ſi aliquit* Magni *& ſimiles Duces & Princeps præſentes fuerint, quoquo modo utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ſeu uti, frui, potiri & gaudere infuturum quomodolibet*

dolibet poterunt, & ſoliti ſunt, non quidem ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, potiri & gaudere poſſe ac debere. Et inſuper in evidens clarumque propenſæ noſtræ voluntatis erga Dictum Coſmum Magnum Ducem *teſtimonium, certamque dilectionionis ſignificationem, cum amplioris quoque gratiæ & favoris prærogativa, maximè dignum cenſentes, ut juxta ſententiam* Clementis *Quarti Prædeceſſoris noſtri prædicti, ex majori decore ornatum, majoritas appareat dignitatis, ipſum* Coſmum Magnum Ducem, *& ejus Succeſſores hujusmodi* Regali Corona *ut inferius, depingi mandavimus, qua ſuper eorum gentilibus inſignibus, ad illuſtrius nobiliusque ipſorum decus & ornamentum, uti, eamque portare, ferre & geſtare depingique & inſculpi facere liberè & licitè poſſint & valeant, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus decoramus, exornamus, & inſignimus, decoratosque exornatos, & inſignitos fore & eſſe. Præſentesque literas de ſubreptionis vitio aut intentionis noſtræ ſeu quocunque aliò defectu ex quâvis etiam quantumlibet juſtiſſima & urgentiſſima rati nabilique cauſa nullò unquam tempore à quoquam notari vel impugnari poſſe, ſed illas validas & efficaces perpetuò fore & eſſe, ſuosque plenarios, totales, & omnimodos effectus ſortiri poſſe ac debere in omnibus & per omnia, ac ſi conſiſtorialiter & de fratrum noſtrorum conſilio facta & in ipſo Conſiſtorio noſtro ſecreto lecta fuiſſent. Sicque per quoscunque Judices etiam Imperiali, Regia, Ducali, vel quavis alia excellentia & dignitate præditos, & alios Commiſſarios qualibet auctoritate fungentes, etiam cauſarum ſacri Palatii noſtri Auditores, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ* Cardinales, *ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, ſententiandi, diffiniendi & interpretandi facultate & auctoritate judicari, diffiniri, & interpretari debere; ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decrevimus & declaramus. Non obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Provinciarum, Civitatum, & locorum quorumlibet ſtatutis & conſvetutinibus etiam Juramentò, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illis & quibusvis aliis perſonis etiam Ducibus quibus forſan per ſedem Apoſtolicam conceſſum ſit, quod privilegiis, præeminentiis, favoribus indultis, & gratiis ad inſtar* Magnorum Ducum, *perinde*

inde ac ſi ipſi Magni Duces *realiter & cum effectu eſſent, uti & gaudere poſſint, in genere vel in ſpecie ſub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarũ derogatoriis & quantumcunq; efficaciſſimis clauſulis & decretis quomodolibet conceſſis confirmatis & innovatis (quibus omnibus etiamſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, & expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum mentio ſeu quævis alia expreſſa habenda, aut aliqua exquiſita forma adhæc ſervanda eſſet, eorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ad effectum præſentium ſpecialiter & expreſsè derogamus totaliterque & latisſimè derogatum eſſe volumus & decernimus) cæteriſque contrariis quibuscunque. Salva nihilominus in noſtris dictæ Provinciæ; Civitatibus & locis, noſtra, &* Romanæ Eccleſiæ *auctoritate, jurisdictione & poteſtate, nec non Imperatoris & Regum Superioritate Jurisdictione ac quibusvis Juribus reſpectivè in locis mediatè vel immediatè eis ſubjectis, ac citra aliquod præjudicium Civitatum Terrarum, & locorum in eadem* Ethruriæ *Provincia conſiſtentium, quæ non ſunt ditionis dicti* Coſmi Ducis, *nec ei quomodolibet ſubjecta ſunt, neque aliò modo obediunt. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum abſolutionis, creationis, conſtitutionis, pronunciationis, declarationis, amplificationis, voluntatis, præcepti, mandati decorationis, exornationis inſignitionis & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI & beatorum* Petri & Pauli *Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum* Romæ *apud* S. Petrum, *Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono VI. Cal.* Septembr. *Pontificatus noſtri anno quarto.*

Hæc Bulla creationis miſſa eſt *Florentiæ* Duci per *Dominum Michaëlem Bonellum. Regalis* verò *Corona* hîc memorata, radiata eſt vel cuſpitata, vel inſtar veterum *Coronarum noſtrarum* cum lilio fronte ejus infixo. Inſcriptio ejus permandatum *Pii V.* talis eſt *Pius Quintus Pontifex maximus ob eximiam dilectionem ac Catholicæ Reli-*

Anton. Gabutius de Vita Pii V. lib. 3. cap. 16. &c.

Religionis Zelum præcipuumque juſtitiæ ſtudium, donavit. Solenniter eam Duci impoſuit Papa ad inveſtituram, quæ ſic deſcribitur à quodam, qui ſe *Archi-Ducem* nominat, cum dicere debebat *magnum Ducem.*

Fr. Modius pandect. triumph. Tom 1. l. 4. c. 27.

De Inauguratione Coſmi Medicei in Magnum Ducem Ethruriæ *Romæ Anno clɔ D LXX.* Dominica lætare, *quæ fuit V. Martii Anno clɔ lɔ IXX.* Coſmus Mediceus *Dux* Florentinus *inauguratus* eſt Romæ *in* Magnum Ethruriæ Ducem *à Pontifice* Pio V. *in ſacello,* S. Sixti *Præſenti Cardinalium conſeſſu & multis alioqui proceribus, his ferè cum cæremoniis, quæ ſequuntur.*

Pontifici ex Palatio deſcendenti in eum locum ubi indui Pontificalibus & ad ſolennem talem inaugurationem pertinentibus ſolet, Coſmus *Dux veſte Ducali ipſe indutus, hoc officium præſtitit, ut togæ ejus extremas lacinias à tergo perviam geſtaret. Hic comparens in re præſenti Orator Cæſareus coram Cardinalibus,* Morono, Alexandrino, & Chieſſenſi *teſtatus eſt eam inaugurationem, quæ pararetur, in Domini ſui præjudicium vergere, ſine cujus expreſſo conſenſu nihil tale fieri deberet. Quare etiam illegitimam futuram pronunciare ſuſtinuit; cujus ſui officii & facti ut teſtes eſſent tres modo dicti Cardinales, oravit: addita perſona publica etiam quodam Cæſareo Notario. Interpellans autem Oratorem Cæſareum Procurator Fiſci interrogavit, an mandatum nominatim ad hujus ſuæ cautionis formulam à Domino ſuo accepiſſet; ad quod ille reſpondet non ultrà quam per literas interpretes, quas literas etiam ſua ſanctitati ederet eo ipſo momento, quibus ultrò citroq; dictis facesſit Orator. Pontifex nihilo ſecius inſtitit facere, quod propoſuiſſet, indutusque ſolennter & Pontificali diademate coronatus: ad* S. Sixti *ſacellum perrexit*, Coſmo *ſemper lacinias extremas geſtante, ſed nunc* Archi-Ducali *habitu, hoc eſt, veſtito tunica talari ex holoſerico rubro ſegmentato, cujus ſubditicia fultura eſſent Alpina muſtela candida, dependentibus codis nigris ad terram fere, manica ejusdem generis tàm interius quàm exterius erant latiſſima. Ipſa autem tunica ſub axillam alteram reducta ita erat, ut facilè proderet gemmarum & unionum vim, quibus intrinſecus ditaretur. Huic tunica pallium injecerat generis per omnia ejusdem, ſolo autem capite Ducalem adhuc pileum retinebat. Habuit*

buit autem in ſacello conſvetum locum inter duos Presbyteros Cardinales.

Cùm ſacrum ſive Miſſa eò perducta eſſet, ut cantanda Epiſtolæ finis fieret; allata ſunt Pontifici Diadema primùm in pelvi aurata ex puro ductili à D. Galitto *Cubiculario Pontificio, atque inde Sceptrum argenteum à ſummo lilio pragrandi decoratum, perinde in aurata pelvi* à D. Juſtiniano.

Hinc Coſmus *medius inter Duces* Tagliacozam & Gratianum *ad Pontificem proceſſit, ibique in genua procubuit; Pontifex verò poſtquam ipſum Ducem precationibus luſtrâſſet aliquot, diatematique & ſceptrò benedixiſſet: acceptum à Cardinale* Urbino *Diadema vertici* Coſmi *impoſuit, qui ante pileo ex holoſerico rubro ſegmentato tectus fuerat: ſimiliterque ſceptrum ei in manum dedit.*

Eò habitu, Coſmus *jam Archi-Dux Pontificis pedi oſculum impreſſit, quem inde Cardinales duo Juniores* Madrucius & Alciatus *medium ad locum ſuum reduxerunt, ubi ante nominati Duces Archi-Duci novo eam operam dederunt,* ut Tagliacoza *Diadema, Gratianus ſceptrum ab eo acciperent: Pontifice quoque eódem tempore ſuum diadema deponente.*

Ad oblationis datum ſignum Archi-Dux Ducibus altrinſecus eum Comitantibus muneri obtulit Pontifici primò calicem auratum cum operculo ſuò, & patera altera aurata, qui calix dicitur habuiſſe pondus novem librarum.

Erantque inciſæ in ambitu ejus arte rariſſimâ tres figuræ: Fidei, puta, Spei & charitatis; quæ manibus calicem tenerent, ad pedes verò haberent Evangelicos quatuor Scriptores, additis inſignibus tam Pontificiis, quam Archi Duxis. *qui ſecundum munus quatuor Prælatis in pateris afferri mandavit, quod erat amiculum aureum, cujus generis ornatu Pontifices non niſi in ſolennioribus feſtivitatibus uti ſolent; & pallium item ex textili auro, quod à pectore ita conjungebatur, ut fibulæ gemmeæ & pretii incredibilis, characteres eos exprimerent & conformarent, quæ nomen JESU Mediatoris noſtri conficerent.*

Hæc dona Pontifici, quod ex vultu etiam ipſius colligi poterat, longè chariſſima Cardinali Urbino *commiſſa ſunt, qui ea expoſuit in ara quæ*

juxta erat ; Cuique idem Cardinalis Urbinus, *tanquam ſenior inter Presbyteros Cardinales, aſſidere ſolet.*

Archi-Ducem *Duces ad locum reduxerunt, ni etiam idem ad ſacri finem usque operam dederunt.*

Finitò ſacro ad officium ſuum rediit Archi-Dux, *utque erat diademate ornata, translatò in ſiniſtram ſceptro, dextra poſticam veſtem Pontificiam, tulit usque in eum locum, ubi exui de more is conſuevit.*

Qui depoſitis Pontificialibus Roſam Sacratam Archi-Duci *in donum dedit, quam ille lætus ad hoſpitium ſuum usque ipſe ferre voluit: proſequentibus eum omnibus omnino Cardinalibus, & novum ei honorem gratulantibus: etſi perſequendi officium magis* Roſæ Sacræ *quàm* Archi-Duci *imputâſſe atque impendiſſe credantur.*

Sacrum fecit eò die Cardinalis Donellus, *tanquam Pontificis Vicarius.*

Ceremoniis tamen hujus inaugurationis nemo Legatus, aut Orator exterrorum Principum Gentiumque interfuit, exceptis duobus Alexandrinis *fratribus & filio Legati Luſitanici.*

Sub noctem ignes quidem privatim à quibusdam lætitiæ indices excitati ſunt, ſed publicè nulli.

Die Lunæ Archi-Dux *coepit ſalutandis Cardinalibus operam dare, ex quibus eum humaniſſimè excepere* Piſanus, Farneſius, Ferrarienſis, Urbinus & Corregius, *qui etiam comitatus ipſius honoris causâ vinum trageamataque largiſſimè præbuerunt. Idem* Archi-Dux *non parvam pecuniæ ſummam, apud Presbiteros* Hieronimianos *depoſuit, ipſorum arbitrio in pauperes & egenos erogandam.*

Eo tempore illuſtriſſimus Paulus Jordanus Roma *deceſſit, cupiens ea domi providere, quæ ad novum* Archi-Ducem *quàm honorificentiſſimè excipiendum pertinerent.*

Miſſus eſt etiam Pontificis nomine ad ditiones Sedi Romanæ *ſubjectas* D. Harnius, *qui curaret* Archi-Ducem *paſſim maximò apparatu tractari.*

Juris-

Jurisjurandi forma Archi-Ducis.

Ego Coſmus Mediceus magnus Dux Ethruriæ *promitto & juro Sacroſanctæ* Romæ Eccleſiæ *ejuque ſedi Apoſtolicæ & Tibi*, Pie, *DEI providentiâ hujus nominis* quinte *Pontifex, ſolitam hactenus obedientiam, & venerationem, quemadmodum per Legatos meos eam ad hanc diem ſemper exhibui, & ad officium Principis pertinet. Profiteor etiam hic me pro viribus paratum & ſtudioſum ſanctam Catholicam Religionem promovere & propugnare in perpetuum, commodis ejus & ſanctitatis tuæ inſervire, tanquam veri* Chriſti Vicarii, *cui vellem plenius poſſe demonſtrare animi propenſionem Principis verè Chriſtiani, quam debeo innumerabilibus ſanctitatis tuæ in me beneficiis & huic ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, quibus ea quæ ſupra meo poſterorumque meorum nomine caveo & jurejurandô confirmo. Sic me DEUS adjuvet & hæc ſancta Evangelia.*

Formula cautionis, qua Orator *Cæſareus* rebus Domini ſui conſultum voluit in Inauguratione *Magni Ducis*.

Quandoquidem Florentia & Senæ *Camera ſunt Romani Imperii neque poteſt, * neque debet circa titulum Ducis* Florentini *aliquid innovari citra voluntatem* Cæſareæ *Majeſtatis; alioqui enim pertinebit ea res ad manifeſtum ejusdem Majeſtatis præjudicium, atque ita tanquam non facta habebitur & viribus omnibus deſtituetur.*

* *Vide ſis Anton. Gabutium in Vita Pii V. lib. 1. c. 16.*

Precatio Pontificis ante Coronationem Magni Ducis.

O Domine DEUS, extende ad hunc famulum tuum Magnum Ethruriæ Ducem *dexteram tuam cum cæleſti auxilio, quo ita ex totô corde ſuô quærat quæ divina ſunt:*

Verba Pontificis ſedentis ad Magnum Ducem.

Accipe coronam *teſtimonium glorioſarum tuarum virtutum, quam nos ex officio tibi, imponimus in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.*

cti. Quando autem deinceps obligaris & teneris Protectorem agere Fidei, hujus Sacro Sanctæ Eccleſiæ, viduarum, puppillorum & omnium afflictorum, opeque indigentium, vide inpoſterum Gubernator & Adminiſtrator ſis juſtus & clemens; ut coram Deo glorioſus Athleta omnium virtutum gemmis ſplendeas, quam gratiam tibi faciat Dominus noſter JESUS Chriſtus, *qui cum Patre & Sancto Spiritu imperat & regnat in omnia ſecula ſeculorum, Amen!*

Accipe virgam *amoris atque æquitatis in Nomine Patris &c., quâ unicuique retribuas pro meritis ſuis, mulceas bonos, terreas improbos; & ut Deum ſemper ante oculos habens neque in dextram neque in ſiniſtram declines, ſed æqualis ſis omnibus, pauperes protegas, malos punias; ut omnes intelligant te cultorem juſtitiæ, oſorem iniquitatis, quod tibi concedat, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum.*

Benedictio Pontificis.

Deus Pater ſempiternæ gloriæ ſit adjutor & Protector tuus, benedicat tibi omnipotens, audiat in omnibus orationem tuam & impleat vitam tuam dierum plenitudine, confirmet dominationem tuam dierum plenitudine, confirmet dominationem tuam, populos tibi ſubjectos foveat, hoſtes tuos perdat. Sanctus Chriſti *Vicarius in te inſpiret, ut quemadmodum hic tibi ditiones terreſtres contulit, ita in cœlis præmia tibi æterna largiatur.*

NOTA. De hoc titulo & aliis in Polonia vid. ad Caput. 2. titulos a Græcorum, videtiam ſi lubet in Andronici *II. bulla aurea apud Meibomium rerum Germ. in. Tomo prim.. Cruſ. Turco Græc. p. 57.*

Nomen *Magni Ducis*, *Wielky Xiaize*, uſurpat quoque Poloniæ Rex in titulis ſuis intuitu aliquot ſuorum Ducatuum. Verum id fit ratione aliorum Ducatuum, qui intra hos ſunt Ducatus, non item ratione ſingularis ejusmodi inſtituti. Neque per formulam creationis titulum *Magni Ducis* acceperunt *Burgundi* & *Sileſii* olim: ideoque in ſtatibus Imperii ante *Goldaſti* Conſtitutiones connumerantur ſub hoc nomine cum illo *Ducatu Magno Lituaniæ*, Titulus vero Græcus Μέγας Δοὺξ vel Δούκας, *Magnus Dux* in Imperio Orientali denominans Admiralium vel ſummum Claſſis Præfectum, atq; cum illo Imperio deſinens in *Lucæ Notam*, non eſt hujus loci. Et de *Athenienſium veterum Magno Duce* Μέγας Δούξ, quo Principem cognominaverunt ſuum, *Nicephori Gregoræ* tantum inveninus teſtimonium, tanquam recentioris Græculi inſufficiens.

XXXII. Sicut *Ducis* Titulus ita & *Comitis* Grave / vel Graffe / (ut Dialecti *Germanorum* variant) conjunctus fuit feudis & territoriis in Imperio, idque exemplo *Francorum*, *Italorum*, & *Germanorum* in Regnis ſuis ante *Carolum M.* ut ſupra diximus. §. 23. Sunt vero & aliæ nominis hujus Grave / acceptiones, præter illam quæ feudum reſpicit. Ideoque ordinis gratia ſex illorum (qui in Imperio ſunt) faciam genera. *Primi* vocantur ſimpliciter Graven Comites, absque ulla additione; niſi quod nomen *Comitatus* ſui adjiciatur, vel velis additamentum illud eſſe quod nonnunquam vocentur Schlechte Graven / ſeu *Comites ſimpliciter*. *Secundi* generis ſunt *comites Palatini* mox iterum diſtingvendi. *Tertii Comites Imperii*, absque relatione ad Feudum aliquod: *Quarti* ſunt *Comites limitanei* Marggraven / ſeu *Marchiones*: *Quinti Comites Provinciarum* Landgraven. *Sexti Comites civitatum vel Caſtellorum*, Burggraven. Fuerunt etiam Heregraven / *Comites Militares* & alii, quos omitto: ut & *Frigraviatum* Freygraven / & ſimiliter; & omnem relationem, quæ diviſionẽ noſtram facit reſpicere ad ſpecialem Principis titulum. Nam licet *Germanorum* Gefürſtete Graven / *Comites dignitate Principis donati* videntur hic locum aliquem vendicare in diviſione facta, attamen rejicimus potius ad Tractationem de titulis Principum mox inſtituendam. Ideoque hic tantum de ſex illis.

V. Goldaſt. in ordin. praſixis Tom. 1. Conſt. p. 35. Knichen de Jure territorii Cap. 4. n. 54 &c.

Vide Frigraviatum conceſſum à Rupperto Imper. Goldaſt. Conſtit. T. I. pag. 386.

NOTA: Archi Comitum Oldenburgenſium Chronicon. *Vid. ap.* Meibomium rer. Germ. T. 2. *Quas & vernacula lingua ſcripſerit dictos* Arſtgreven / *docet ſub finem Chronici, De ipſa voce* Graf / *& aliis huc facientibus videndus Limnæus. Ap. Goldaſt. Polit. Imper. Part. 4. p. 317.*

Et primo de *Comitibus* abſque ſolenni additione alia niſi ſuorum territoriorum. Ut Grave von Eyſenach / von Ortenburg / & ſimiliter. Vocantur aliquando *Graphiones* in ſcriptis vetuſtis, eorumque territoria, (& dignitates in abſtracto) *Comitatus*, *Cometia*, & *Comitiana*. Creatio & Inveſtitura *Comitum*, habentium territoria quædam, facta eſt ſicuti Ducum per traditionem unius vel plurium vexillorum, nomine & in poſſeſſionem territorii ſui, de quo ſuapra §. 25. Verum recentiores vel ſolummodo per Diploma, vel etiam per verba nuda creati ſunt, ut apparet ex illo cum *Carolus V.* crearet *Adrianum de Croy Dominum Rhodi, in Comitem Rhodi*. Imperator *Bononiæ* coronatus, ſedens coronamque gerens in capite, ſceptrum & globum manu tenens vocavit *Crojum* (qui accedens in Genua procubuit coram ipſo) atque ſic creavit eum in Comitem, referente *Cornelio Agrippa*.

Non me latent, generoſe Adriane, *majorum tuorum vetuſtiſſimæ nobilitatis imagines eorundemq; erga prædeceſſores noſtros ingentia merita. Sed nec tuam in majorum duorum virtute imitanda conſtantiam ignoro, qui tua ſtrenuè geſta magnificèq; facta expertus, dignum virtutibus tuis præmium referre ſtatuens, te unum vocavi & elegi, in quem hujus ſacri diadematis primitias impenderem, teq; quod & merita tua depoſcunt, & virtutes tua merentur, in Sacri Romani Imperii* Comitem *proveherem. Quæ dignitas nunc noſtro Imperio gloria, tibiq; ac tuis Succeſſoribus perpetuum decus eſto.* Sacri Romani Imperii Comes *bonâ fide appellator, tuoq;* Rhodio Dominio, *cum adjacentibus illi terris tuis, tu & Succeſſores tui, deinceps* Comitatus *titulo fruuntor, æqualem cum cæteris* Romani Imperii Comitibus *dignitatem habento, paribus honoribus, privilegiis, præeminentiis, libertateq; ſine ulla contradictione utuntor. Qui in iſtis contra licere tibi auſus fuerit, aut obſtinatus non paruerit,* Sacri Romani Imperii Rebellis *& Majeſtatis noſtræ reus habetor.*

Pauermeiſter *de Juriſd. l. 2. c. 10. §. 24. Stephan. de Juriſd. lib. 2. Part. I. cap. 6. §. 115. Goldaſt. ord. præpn. Tom. 1. Conſtit. p. 55. Templum Judic. lib. 1. cap. 6. §. 1. Nicol. Intrigliol. ap. Stephan. loc. cit. §. 69. & ſupra §. 27. Nota Comitum Celejenſium exitum vid. in Spener. Herald. lib. 1. cap. 9. §. 71. Petr. de Andlo de Imper. Rom. lib. 2. c. 12. & lib. 1. cap. 15. Pauermeiſter l. c. §. 15. &c.*

Tales *Comites* fuerunt olim (juxta diviſionem ſimilem in aliis Imperii ordinibus numero quaternario, tanquam eminentiſſimo) quatuor, die Vier Grafen des H. Römiſchen Reichs. Quatuor Comites S. R. I. oder die Vier Schlechte Grafen. *Clivia, Swartzenburgi, Ciley, & Sabaudiæ.* Verum *Clivia & Sabaudiæ comitibus* in Duces evectis, & Comitibus *Ciley*, extinctis ante CLXX. circiter annos remanent ſolummodo *Swartzenburgii Comites in Thuringia*, hodieq; titulo tali fruuntur: der Vier Grafen des Reichs Grafe zu Schwartzburg. Habent autem Comites in Imperio pileos ſicut Duces. *Aliquis tamen de his dignitatibus* differens, utrique coronas aſſignat, pretio tantummodo diverſas. *Inſignitur Dux ſicut Comes, ſuperaddito, quod in Corona Ducis* (ſic verba ſonant, indicantia ambos coronas habuiſſe) *ſunt affixi & inſculpti lapides & gemmæ pretioſæ ad demonſtrandam ejus dignitatem magis eſſe præfulgidam & illuſtrem, cum regulariter ex æquitate ornamentorum cognoſcatur majoritas dignitatis.*

Sunt præterea *Comites* nullo *Comitatu* dotati: vocantur tamen *Comites* cujusdam territorii exigui vel caſtelli quod poſſident, & ſunt (ut inſignes quidam exiſtimant Juris Conſulti) ex poſteris illorum Comitum Imperii antiqui, antequam feuda his dignitatibus annecterentur, retinentes ſic Comitis titulum cum caſtello ſeu territorio ſuo: & tales vulgo dicunt eſſe Comites *Ottingenſes & Zollernos,*

lemnos, quos ratione nominis vel tituli ſui, quamvis non ratione naturæ & Inveſtituræ ſuæ omnino ad primi ordinis *Comites* referre decet.

Huc etiam referendum exemplum (quod mihi ſingulare videtur; ſimile enim ipſi non reperi) *comitatus Camerucenſis*, Grafſchafft zu Cambray / anno M VII. conceſsi *Earlwino* Epiſcopo *Cameracenſi* ejusque Succeſſoribus à Sancto *Henrico* II. Imp. Sic ut potuerit illic *eligere Comitem* atque *Comitatu frui*. Verba ſunt.

In Nomine S. & individuæ Trinitatis, Heinricus, *divina clementiâ favente, Rex; Omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, præſentibus & futuris, notum fieri volumus, qualiter nos, tàm animæ noſtræ conſultu, quàm Venerabilis* Hereberti *Archi-Epiſcopi* Colonienſis *interventu*, Chambracenſi *Eccleſiæ, in honore S. Mariæ conſtructæ*, Comitatum Cameracenſem, *hâc noſtræ auctoritatis præceptali paginâ, prout firmiſſimè potuimus, in proprium donavimus, præcipientes igitur ut prælibatæ ſedis venerabilis* Earlvvinus *Epiſcopus ſuiq; Succeſſores, liberam dehinc habeant poteſtatem, eundem* Comitatum *in uſum Eccleſiæ prædictæ, tenendi*, Comitem eligendi, *bannos habendi, ſeu quicquid ſibi libeat modis omnibus inde faciendi. Et ut hæc noſtræ traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propriâ roborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum* (*) *Domini* Henrici *Regis invictiſſimi* Eberhardus, *Cancellarius, vice* Willegeſi, Archi-Capellani *recognovit. Data XI. Kalend.* Novembris *Indictione V. anno Dominicæ incarnationis M VII. anno Domini* Henrici *ſecundi regni VI. Actum Aquigranienſi palatio feliciter, Amen.*

(*) *Signum hoc fuit Monogramma juxta morem illorum temporum, ut videre apud* Georgium Colvenerium *not. in* Baldrici Chronic. Camerac. *lib. 1. c. 119. p. 495. deſumtum ex annalibus Eccleſiæ Cameracenſ. Ap. Aubert. Miræum. Diplom. Belgic. Tom. I. cap. 46. Ibid. Tom. 2 cap. 41. & 44*

Aliquamdiu hic Epiſcopi Comitem conſtituerunt ſuo regimini ſubditum, quem puto eundem eſſe cum *Caſtellano Civitatis* in *Baldrico*. Et in *Manaſſis* Epiſcopi *Cameracenſis* confirmatione, pro *Wenemaro Caſtellano Gandavi*, cujus privilegium fundationis *Barbeimii* ſcriptum anno M C I. *Gandavi*, ſic ulterius legitur *regnante Philippo Francorum Rege, Epiſcopante Manaſſe Cameracenſi Pontifice, Roberto Roberti filio in Comitatu agente*, unde colligo hunc *Robertum Roberti filium* fuiſſe *Comitem* ab Epiſcopo conſtitutum. Videor etiam Comitatus quosdam Monaſteriis conceſſos, quæ num Comitis titulum uſurparint,

rint, neſcio. Poſtea vero ipſi Epiſcopi hoc uſi ſunt *Comitis* titulo, dictique *Comites Cameracenſes* ut ſupra videre eſt. §. 29 Obſervari quoque meretur, quæ *Aubertus Miræus* in illa privilegii verba. *comitem eligendi* commentatur Cap. 27. Tom. 1 ad Diplomata Belgica. *Lector curioſus notet, olim Lotharingiæ ſuperioris & inferioris, adeoque Belgiæ noſtræ Epiſcopos, habuiſſe jus eligendi & conſtituendi Comites in ſuis Civitatibus, qui jus gladii exercebant. Hinc Comites* Cameracenſes, Atrebatenſes, Treverenſes, Metenſes, Virdunenſes, Tullenſes & *alii paſſim in medii ævi hiſtoriis occurrunt.* Coloniæ Agrippinæ *etiam num Comes* Grevt *ab Archi-Epiſcopo conſtitui ſolet, qui jus gladii exercet. Inſolescentibus poſtea Comitibus* (*ut de Cameracenſibus* Baldricus *in Cronico teſtatur*) *Epiſcopi plerique Comitativam dignitatem ac titulum ad ſe traxerunt. Hinc* Tullenſes, Virdunenſes, *& alii Epiſcopi hodieque Comites nuncupantur.*

XXXIII. *Comites Palatini* Pfaltz-Grafen/ oder des H. Römiſchen Reichs Hofe-Grafen etiam *Comites Palantini* dicti, ejusmodi Comites ſunt qui in titulo ſuo habent relationem quandam eminentis dignitatis ad Imperatoris aulam vel Palatium. *Palatinus* enim derivatur à *Palatio*, Anglisque idem denotat quod *Officers of the Houshold, Officiales Domeſtici.* Verum duplex iſte eſt titulus: vel origine ſua feudalis, & cum territorio connexus, mit einer Grafſchafft/ & cum ejusmodi *Juribus Imperii & Majeſtatis* qualia non habent ordinarie Principes alii, ut præſertim videre eſt in *Comitibus Palatinis Rheni:* vel perſonalis tantum eſt & absque territorio dignitas. Illi qui vel ex ipſa origine feudalem hanc poſſident dignitatem, optimè dignoſcuntur ſi quomodo nomen feudis coaluerit, inquiramus: nam utut ambo iſti *Comites Palatini* nomine conveniant, aſt ex ipſo inſtituto & origine differunt. Titulus vel nomen ſolummodo primi deducitur ex conſvetudine & ſtylo *Francorum* veterum; utut res ipſa antiquior fuerit & in Romanorum Imperio ſatuerit ſub *Præfecti Prætorio* nomine, ut mox oſtendemus. Verum & Titulum vel nomen & rem ipſam ſecundi generis Comitum ex Imperio Romano accerſere poſſumus. *De primo*: olim (& quidem ante *Francorum* imperium) in aula *Regum Francorum* magnus miniſter dictus eſt *Comes Palatii*, ſive Magiſter domeſticorum,

NOTA: Ille *iterum ſcribit Seldenus* the French. *quod* Francos *Vertere lubet. Vide ad Part. I. cap. 5. §. 7.*

corum, & vicem Regis gerens, inſtar *Prefecti Prætorio* in Imperio antiquo, & Juſtitiarii Primarii ſub antiquis *Angliæ* Regibus vel in proportione ad Regem, Sicuti Cancellarii vel Vicarii generales reſpectu Epiſcoporum; i. e. exercebant jurisdictionem ſummam (vice & nomine Regis) in cauſis omnibus immediate ad Regem delatis. Ex. gr. *Andobellus* erat *Comes Palatii* apud *Clotharium III.* Galliæ Regem (circa annum DC LX.) & vi officii hujus ſedebat *ad univerſorum cauſas audiendas, juſtoque judicio terminandas.* Alia teſtimonia de hoc officio habes ap. *Walafridum Strabonem de reb. Eccleſ. c. 31. Hincmarum Epiſt. 3. cap. 19. & 21. Gregorium Turonenſem Hiſtor. lib. 9. cap. 30. & videſis & capitul. Caroli M. lib. 3. c. 77. alia porro ap. Freherum Originibus Palatinis lib. 2. pag. 2. capit. lib. 5. cap. 151. Leg. Longob. lib. 2. tit. 45. Aventini Annal. lib. 5. &c.* Obſervari præ reliquis meretur *Adalhardus Comes Palatii* apud *Carolomannum Franciæ Regem. Comitis autē Palatii* (refert ex ipſo *Hincmarus*) *inter cætera pene innumerabilia, in hoc maxime ſollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi orta propter æquitatis judicium Palatium adgrediebantur, juſte ac rationabiliter determinaret, ſeu perverſe judicata ad æquitatis tramitem reduceret, & coram DEO propter juſtitiam & coram hominibus propter Legum obſervationem cunctis placeret.* Unde *Comitis* vox juncta illi, *Palatii*, denotans magnum illum miniſtrum, facile intelligitur quid ſignificet, ſi conſideres dicta de vario *Comitum* uſu in Imperio antiquo, cujus mores & lingva per totam Europam diſperſæ ſunt, ante translationem ad Francos. Hic officii titulus in *Francorum* Rep. ſic uſurpatus perſeveravit. Deinde in Imperio ad ipſos devoluto. Et ſicuti ordinarius *Comitis* titulus conjunctus Provinciæ, illud *Comitum* genus conſtituit, cujus titulus conſiſtit ſolummodo in appellatione *Comitis* Grave / addita Territorii der Grafſchafft voce, ita titulus *Comitis Palatii, vel Comitis Palatini* connexus Provinciæ (non vi vocabuli, ſed aſſignatæ Jurisdictionis vel Poteſtatis in Provincia, qualem *Comes Palatinus* in aula exercuit) fuit origo Comitum Palatinorum in Provinciis. Atque ſic patet, cur *Palatini* vox (quæ alias ſaltem ex Palatio illos eſſe indicat) cum Provincia conjungatur. Nam cum alii vulgares *Comites* habebant tantum ordinariam jurisdictionem & poteſtatem ſibi conceſſam, & ſubordinatam Comiti Palatino, ſummam jurisdictionem in Imperato-

Chron. MS. Diſtinctus ſup Bignon. in Marculph. l. 1

Videſis porro de officio Comitis Palatii in Goldaſti Conſt. Imper. Tom. 3 p. 403. quod magis ad Hungaria Regnum ſpectat. ubi moris illius veteris imitatio.

toris aula ipſi9 nomine exercenti; iſti *Comites* territorium acquirentes jurisdictionem exercuerunt æqualem *Comitibus Palatinis* in aula, ac omnino ſummam in Provinciis iſtis ſuis; *jura* quoque *Imperii* ipſis idem impoſuit Comitis Palatini titulus, ut ſic vox illa nihil differet in Provincia, ab illo ſplendido in aula titulo: acſi Imperator in creatione ejus, vel traditione provinciæ dixiſſet, quod cum Provincia debeat creandus habere, poſſitque uſurpare titulum *comitis Palatini*, quoniam in Provincia ſua non ſolummodo futurus ſit *Comes vulgaris*, ſed æqualis poteſtate & dignitate Comiti Palatino in aula locum tenenti ſuum. Idem cernimus in priſcis *Prætorio Præfectis*. Nam manifeſtum eſt *Præfectum Prætorio* ſignificaſſe ſolummodo *Magiſtrum Domeſticorum* ſeu *familiæ*, ut *Francorum Comes Palatii* ab initio. Prætorium enim & palatium temporibus mediis mera fuerunt Synonyma. Ut in illo *Hincmari*, vel potius *Adelardi* apud ipſum. *Epiſt. 3. c. 15. Prætoria nunc Regia*, & *uſitatius Palatia nominantur*. Nec nomine ſaltem, verum & reipſa conveniunt *Comes Palatii & Præfectus Prætorio*: nam *Præfectus Prætorio* erat in aula veterum Imperatorum tenens eorum locum, ſicut *Comes Palatii* in *Francorum* Republica.

Jam videmus quod nomina Dignitatum & officiorum *Præfecti Prætorio orientis*, *Præfecti Prætorio Illyrici*, *Præfecti Prætorio Italiæ*, & *Præfecti Prætorio Galliarum* à Prætorio ad Provincias translata ſunt, ad denotandum, quod officiis iſtis inſignes (tanquam vice-Reges in Provinciis ſuis) æqvam debeant habere poteſtatem, jurisdictionem, & dignitatem in Provinciis ſuis, acſi vi nominis, *Præfecti Prætorio*, ſemper in aula cum Imperatore vixerint. Et revera nihil in Romano Imperio magis reſpondet Comitibus Palatii in *Francorum* regno, quanquam eruditi quidam dicant, quod à *curâ Palatii*, vel *Curopalates* in Imperio Rom. & ab ipſo nomine *Comitis Palatii* tum frequentato, origo & indoles præſentis tituli, videlicet, *Comitis Palatini feudalis* repetenda ſit. Verum eſt quod *Cura Palatii* (ut in *Codice* legitur) vel *Curopalates*, olim inſignis fuerit in Aula, idque ſive dicas Præfectum ſatellitii Imperatorii, ſive Magiſtrum operarum in Palatio. *Nicetus David* locutus de *Michaële* Imperatore, hodienum vocato *Michaël Curopalata*, quoniam iſto functus eſt officio ſub *Nicephoro*, Socero ſuo, inquit *in vita Igna-*

Unic. tit. de Comit. trib. Scholarum.

Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani, ſub initium : Habuit τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῷ παλατίῳ πεμφίναν. Κυροπαλατὴς γὰρ ἦν, *primum in aula dignitatem. Curopalates enim fuit.* Certum vero eſt, neminem qui *Curopalates* dictus eſt, exercuiſſe aliquam, jurisdictionem vel poteſtatem extra palatium : nam male interpretantur illos *Corippi* verſus de *Juſtino* deſignato ſucceſſore *Juſtiniani*

Par extans curis, ſolo diademate diſpar.
Ordine prorerum vocitatus cura Palati.

Citatos *Frehero Orig. Palat. part. 1. fol. 3.* qui volunt inde probare magnitudinem dignitatis iſtius, & æqualem facere cum *Præfecto Prætorio* vel in *Francorum Regno* cum *Comite Palatii.* Illa autem verba *Par extans curis*, non referenda ſunt ad *Curam Palatii*, verum ad verſum proximum *Diſpoſita nam Cæſar eras* &c. acſi dixiſſet, quod quoniam fuit ei commiſſa *Cura palatij* vel extitit Curopalates, vel Dux Statellitii, ſeu Cuſtodiæ regiæ, vel Præfectus operarum in Palatio, ideo gubernavit tanquam Locum tenens ſub Imperatore, fuitque par ei curis, præterea vero (inquit) fuit *Cæſar*, ſeu deſignatus Succeſſor, exiſtens tum temporis & *Cæſar & Curopalates.* Quoad nomen *Comitis Palatii* deinde in Romano Imperio, verum eſt in nonnullis editionibus *Codicis* haberi titulum *de officio Comitis ſacri Palatii*, & in omnibus, aliũ reperiri, *De Comitibus & Archiatris Sacri Palatii.* Verum neuter horum probat nomen & officium *Comitis Palatini* noſtri, primi ordinis, originem trahere aliunde quam ex diverſiſſimo uſu vocabuli, *Comes Palatii* in *Francorum* Republ. Nam prior ille titulus *de officio Comitis ſacri Palatii*, quanquam in recentioribus editionibus reperiatur, non legitur tamen in vetuſtioribus ; & duæ leges quæ ſub eo continentur, ſubſternuntur titulo *de officio Comitis rerum privatarum*, & res ipſa docet ſic fieri debere. Inſignes quoque aliquot Jurisconſulti (præſertim *Cujacius*) non absque ingenti, & prout judico juſta ratione legunt ibi *De officio Comitis Sacri Patrimonii*, non vero *Palatii.* Et quicquid ſit, nulla certe Lex ſub iſto titulo aliquam ejusmodi innuit poteſtatem vel jurisdictionem, quali prædituſ fuit Comes Palatii in *Francorum Imperio.* Neque *Comes Palatii* (ſi ibi linquimus vocem) tale quiddam ſignificat. Poſterior titulus, *De Comitibus & Archiatris S. Palatii*, reſpicit ſolummodo Perſonalem Dignitatem illam Comitis qua

Sed ut Curopalata dignitatem plenius intelligas V. Alemannum ad Procopii hiſtoriam arcanam p. 28. Greſſer. ad Codin. p. 185. 1 9 30. Codin Περὶ ὀφφίκ. *c. 5. §. 26. Caſſiodor. l. 7. Variar. form. 5. Meurſii Gloſſar. Salmaſ. ad Trebell. Poll. p. 336. ad Spartian. p. 137 Dempſter. ad Corippum l. 1. Jure Græco-Rom. Tom. 1. lib. 2. pag. 184.*

qua donati ſunt in aula Imperatoris viventes; vel *Comitivam vacantem*, (unde ſecundus ordo Comitum Palatinorum mox derivabitur, non vero reſpicit aliquam eminentiam Poteſtatis & Jurisdictionis, ſupra alios, qualis fuit *Comitis Palatii* (unde hic derivamus primum ordinem Comitum Palatinorum) in *Francorum* regno tum ante tum poſt Imperium ad ipſos devolutum, nec omnino diverſa ab illa *Præfecti Prætorio* in Imperio Romano. Sunt & aliæ derivationes frivolæ (præſertim ap. Scriptores Germanos) hujus tituli, quæ neque recenſere decet, neque refutare. Vide illas in *Münſtero, Frebero Huberto Thoma* & aliis.

XXXIV. Titulus iſte vel poteſtas (titulum conficiens) Comitis Palatini connexus Feudis vel Territoriis, primo in *Francorum*, deinde in *Germanorum* Imperio dedit iſtas feudales dignitates *Comitum & Comitatuum Palatinorum*, Pfaltz-Graven/ und Pfaltzgrafſchafften in Imperio. Galli *Santoniam* circa *Blayz* habitantes dicunt famigeratiſſimum *Rolandum* (in prælio *Roncivallenſi* occiſum) fuiſſe Comitem Palatinum ſuæ regionis ſub *Carolo M. P. Merula Coſmogr. libr. 3. part. 2. c. 34. Hub. Thom. Leodius de origine Palatin. p. 5. ſubjunct. Freheri Origin. Palat.* Præterea eodem uſi titulo in Germania illi de Habſpurg/ Tübingen/ Witelenſpach/ Schiern/ Ortenberg/ & alii vide *Freber. part. 1. cap. 2. & part. 2. c. 1. de Orig. Pal. Otto Comes Palatinus* de Witelenſpach (quem *Guntherus* aliquando nominat *comitem aulicum*, aliquando *Palatinum*) ſæpe occurrit in *Conradi Philoſophi Chronico Schirenſe*, & in teſtibus Privilegii *Eberhardi Epiſcopi Babergenſis* anno MCLIV. ſcripti. *Vide Chronic. Reigerſperg. pag. 193.* Idem cum Fratre ejus Friderico de Schiern & Witelenſpach legitur ſubſcriptus diplomati creationis primi Ducis *Auſtriæ*. Supra §. 28. Alius *Otto Comes Palatinus de Witelenſpach* occidit Imperatorem *Philippum* ann. MCCVIII. Et *Rigordus* antiqvus *Galliæ* ſcriptor nominat ipſum *Comitem Palatinum* absque additamento alio, interpretaturque, neſcio quare, per verbum *Landanga*, acſi illud in *Germanica* denotaret lingva. *Quidam Comes Palatinus* (verba ſunt in liberis impreſſis) *qui eorum lingva* Landanga *vocabatur, i. e. Comes Palatii Philippum Romanorum Imperatorem interfecit.* Fortaſſis Land-Grave ſcripſit, & per errorem exiſtimavit denotare Pfaltz-Grave/ vel ſcripſit revera Pfaltz-Grave/ & amanuenſes ſub-

Sed Rolandus *erat, ſi fides* Eginharto *in vita* Caroli Britannici littoris Præfectus *& Anſelmus tunc temporis* Palatii Comes. *Inde et. tam alii Rolandum* Britanniæ Comitem *appellant. Baron. A. 813. Tom. 9. Paul. Lanius Chron. Zitizenſ. ſub an. 1208.*

ſubſtituerunt illam vocem. Et revera quidam hujus criminis reum egerunt *Landgravium Thuringiæ*; unde *Rigordus* ſeductus nominavit *Ottonem* Landgravium, ignarus ſcil. titulorum in *Germania*. Et *Arnolfus* Rex (ſcribit *Andreas Ratisbonenſis* in Chronico *Bavariæ*) *Caſtrum* Scheyrn *in terra Bavariæ conſtruens, Comitatus Palatinos ibidem inſtituit.* Sic in antiquis *Saxoniæ* legibus *Qualibet Provincia Teudonica terræ ſuum habebat Palantzgravionatum; Saxonia, Bavaria, Franconia, & Svevia, quæ antequam à Romanis ſuperabantur, regna fuerunt.* In quibusdam indicibus Principum Imperii quatuor numerantur *Archi Palatini*, die vier Ertz-Pfaltzgraven/ *Rheni, Saxoniæ, Franciæ,* (*Germanice* Francken/) *Hungariæ*. In titulis Imperatorum qui XVII. tenuerunt Provincias *Belgij* erat Pfaltzgrave zu Hennigau. *Palatinus Hannoniæ*; Ut ut igitur *Comites Palatini ad Rhenum* in ſpecie hac dignitate inſignes fuerint, ut præter ipſos vix alio nunc cognitus ſit Palatinatus, attamẽ & alii Principes eo gaviſi ſunt titulo, ejusmodi videlicet Principes, qui poteſtate *Comitum Palatinorum* uſi ſunt in territoriis ſuis, quanquam non Comites ſed Duces dicti fuerit. Sic *Saxoniæ* eſt *Palatinatus*; in illo enim territorio Dux *Saxoniæ* exercet poteſtatem *Comitis Palatini*, non tamen ſic vocatur quoniam eſt Dux, quæ vox raro conjungitur cum illa *Palatinus*. Fit quidem mentio *Archi-Ducum Palatinorum* in Diplomate Ducum *Auſtriacorum* ſupra §. 28. qui ut videtur denotant Magnos illos in Imperio Duces, qui jura habuerunt *Comitum Palatinorum*, quo ſenſu etiam fortaſſis habemus ἡγεμόνας Παλατίνους in *Chalcondyla Hiſtoria Turcica* Lib. i. e. *Duces Palatinos*. Verum hunc in finem obſervari meretur *Aurea Bulla Caroli IV.* ubi ſicuti jus pertinens ad *Comitem Palatinum Rheni* in interregno, *ratione Principatus ſeu Comitatus Palatini*, i. e. omne exercitium jurisdictionis (vice Imperatoris) ipſi addicitur in Territoriis *Rheni, Svevia, & Franconia*, ita & *Duci Saxoniæ in illis locis, ubi Saxonica jura ſervantur.* Creationis formulas ſpeciales, quibus iſtis donantur Feudis in Imperio nondum vidi. Neque exiſtimo multis, qui iis fruuntur, data eſſe, vel alicui. Tantummodo res eſt: ratione ſupremæ Jurisdictionis & poteſtatis (qualis eſt *comitum Palatinorum Rheni* aliorumque Principum in Imperio ſummorum excedens illam *Comitum* vulgarium) & qualis fuit in territorio juxta illam *Comitis Palatii* in aula, nomen hoc aſſumſerunt, & tribuerunt ipſis

Rolewinck ſæculo temp.

Specul. Sax. lib. 3. art. 53. & 62.

Goldaſt. in ord. præfix. Tom. 1. Conſt. p. 45. & Comites Palatinos habes in legg. Langobard. lib. 3. tit. 41. editis à Goldaſto in Collect. Legg. & conſtitutionum Imperii.

Vid. Freher. Part. 2. pag. 6. Dux Palatinus item, dictus eſt Dux Bavariæ in Epiſtol. dedicatoria Joh. de Beka Hiſtoriæ ſuæ de Epiſcopis Ultrajectinis præfixa.

ipſis alii (ſi Comites eſſent;) ad minimum territoria illa vocarunt Palatinatus Pfalz-Grafſchafften, ſi Duces eſſent, ut factum eſt in *Gallia Anglia* & alibi, prout impoſterum oſtendemus. Inde *Conradus Philoſophus* antiqvus ſcriptor Germaniæ loquens de *Ottone primo Comite Palatino* de Wittenſpach, ait: *Eckardus filium egregiæ ſtrenuitatis Othonem qui & poſtea Palatinus Comes dictus eſt, habuit;* acſi dixiſſet acceſſionem *Palatinatus* ob ingentem ejus ſtrenuitatem factam. Verum & alii Comites variis modis æqualem acquirentes poteſtatem in territoriis ſuis cum illa priſcorum *Comitum Palatii* in aula, non uſi ſunt iſto nomine quoniam ſine invidia non fuiſſet, ejusmodi titulorum innovatio, gloria vero exigua, cum proprie pertineat ad eos quibus poteſtas & jurisdictio iſta competit à prima creatione ſua.

Chron. Schirenſe.

XXXV. Hodie Titulus *Palatini Comitis* in Imperio cum *Palatinatu* ſolus remanet illis ad *Rhenum*.

Sacra Comes inclytus Aula,
Cujus erat tumido tellus circumflua Rheno.

Sic *Guntherus* deſcribit *Hermannum Comitem Palatinum Rheni* ſub *Friderico Barbaroſſa*. Initium tituli hujus nullibi apparet: neque ante Germanorum Imperium ejus aliqua fit mentio, niſi credere velimus *Capellatium* vel *Palas* in *Marcellino* idem denotare, ut dicunt quidam, abſque ſufficienti tamen ſuæ conjecturæ fundamento. Inferere ergo lubet potius verba *Marquardi Freheri* Conſiliarii eruditi, quam plura ex meo depromere penu. Sic autem ille Orig. Palat. lib. 1. c. 2. poſt teſtimonia quædam antiqua de titulo Comitis Palatini in Imperio feudalis: *Denique cum tot genera Palatinorum fuerint familiis & ditionibus diſtincta (quæ tamen omnes præter noſtros) Comites Palatinos Rheni (exoleverunt aut nominibus mutatis aut etiam familiis intermortuis) noſtri Palatini inter cæteros eò eminuerunt, quod non ab una aliqua arce aut ditione, ſed ampliſſima voce ab ingenti illo tractu Principis fluvii, Palatini Rheni vel ad Rhenum* (ut Germanicè *verterunt*) *dicebantur.* Proximô capite *ſic* de origine loquitur eorum; *illud negare non poſſum, quod verè eſt ab Iranico & Münſtero notatum*, Palatinatus Rheni *appellationem (nam de re ipſâ, id eſt, familia variter & ditione Palatinorum nihil conceſſero) non ita eſſe veterem, nec apud ullum ſcriptorem de temporibus* Carolorum *inveniri: Sed poſt Imperium de-*

Vita Frider. Barbarb. 15.

Videſis præter alios magis obvios Cluver. German. antiq. l. 3. c. 36. Baſil. Harold. de ſtationibus legionum in Veteri Germ. c. 20. 21. Lindebr. ad Marcellin. lib. 18.

Nota. *Bid. etiam du Freſne Gloſſarium ad Scrip. Palat.*

mum ad Germanos *translatum & confirmatum, id eſt*, Ottonum *tempora & Electores poſteà inſtitutos* Palatinos ad Rhenum *prius ferè inauditos, inclaruiſſe*; *utpote tum munere Electorio auctos. Quod cùm perpendo, in eam ſententiam venio, nulli quidem hactenus obſervatam, ſed valdè arridentem*; Palatinum Rheni *ad differentiam quidem cæterorum, ſed maximè* Palatini Saxoniæ *dictum fuiſſe. Cùm enim Imperium Romanum in duò regna*, Lombardicum & Teudonicum *eſſet diviſum; & hoc rurſus duplici jure regeretur*, Francico & Saxonico, *quorum hoc tractum* Saxonicum *usque ad mare* Balthicum, *illud tractum* Rheni *cum* Belgio, Sveviam, Franconiam, *orientalem*, Bavariam & Auſtriam *ad alpes usq; Italicas* (*omnia à veteribus Francis ſubacta*) *complectebatur, hinc factum eſt, ut duo etiam principales* Palatini *haberentur* Saxonicus & Rhenenſis. *Ita enim placuit hunc à tractu* Rheni, *tanquam antiquiſſima, optima & nobiliſſima*, Germaniæ *parta, potius quàm cæteris denominare. Unde etiam eſt, quod hi tuo Palatini, velut proximi à Rege Teutonia, eo abſente, diviſis inter ſe ad modum prædictum limitibus, vice ſacra Imperium totum gubernant*; *Quod à Majoribus ſine dubio ita receptum* Carolus *IV. Imperator confirmavit: Quoties ſacrum vacare continget Imperium, Illuſtris Comes* Palatinus Rheni, *S. Imperii* Archidapifer *ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni & Sveviæ, & in jure Franconico, ratione Principatus ſeu comitatus palatini privilegio eſſe debet Proviſor ipſius Imperii*; Et poſteà mox: *Et eodem jure proviſionis illuſtrem Ducem Saxoniæ S. Imperii Archimarſchallum frui volumus, in illis locis, ubi jura Saxonica obſervantur* (*hæc enim paſſim Sveviæ & Rheno opponi, in illorum ſpeculo obſervamus*) *ſub omnibus modis & conditionibus, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Et hinc* (ait) *Palatinorũ Rheni origo nobis deducenda eſt.* Et ſicuti feudales Comites Palatini fuerunt ſuper omnes Comites, ita Palatini Rheni fuerunt ſuper omnes Palatinos alios, ſicuti apparet ex hâc unica eminentiſſima jurisdictione ad ipſos pertinente, quâ Imperator ipſe juxta morem antiqvum eorum judiciô ſubditus fuit. En ipſa verba *aureæ Bullæ Caroli IV. Imperator ſive Rex Romanorum, ſuper cauſis, pro quibus imperitus fuerit, habet* (*ſicut ex conſuetudine introductum dicitur*) *coram Comite Palatino Rheni, S. Imperii Archidapifero Electore Principe reſpondere. Illud tamen judicium Comes ipſe Palatinus non alibi præterquam, in Imperiali curia, ubi Imperator ſeu Romanorum Rex præſens extiterit, poterit exercere.*

Quoad amictum non reperio Comites Palatinos Rheni differre à Comitibus & Ducibus Imperii aliis. Pileus ſolummodo corona cinctus talis eſt apud *Freherum:* Verum huic fere ſimilis cernitur impoſitus inſigniis Ducis *Bavaria.* Ut videre eſt in titulo libri *Marci Velſeri:* Res *Boica* inſcripti, & *Auguſtæ* excuſi MDCII. Atque tantum de *Comitibus Palatinis* feudatariis.

Nota. *Vide etiam quæ habet de Comitibus Palatinis Mabillonius de re diplomat. l. 2. c. 12. § 13. & ſeqq.*

XXXVI. Alia genera Comitum Palatinorum (absque feudis) ſunt quorum honor & titulus conſiſtit ſolummodo in perſonali dignitate, quod ſint Comites Palatini, vel *Sacri Palatii Comites* in genere. Nam utut aliqui habeant dignitati ſuæ connexam poteſtatem vel jurisdictionem aliquam, attamen privilegia illa ſunt varia juxta voluntatem creantis, & mere ſunt accidentalia. Perſonalis iſte titulus autem duobus acquiritur modis: primus eſt publica profeſſio ſeu lectio Legum Imperialium per XX. annos continuos, ut & juxta aliorum opinionem, *Juris Canonici.* Nam *Hieronymus à Laurentiis Avenione* (ubi Decanus fuit) edens deciſiones *Rotæ* nominat ſemetipſum *utriuſq; Juris Comitem*, per quod me judice innuit, titulum *comitis Palatini.* Alius modus eſt per literas patentes vel Bullas.

Legum titles.

Acquiſitio dignitatis hujus per profeſſionem legum Imperialium per annos XX. nititur decreto *Theodoſii* & *Valentiniani*, quo omnes ejusmodi Profeſſores XX. annorum in urbe Conſtantinopolitana æquantur *Comitivæ primi ordinis. Cum ad viginti annos obſervatione jugi, ac ſedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari & his quæ ſunt ex vicaria dignitate connumerari*, ut verba ſonant in *Codice Juſtinianeo*, in illo vero *Theodoſii* expreſsè ipſis decernitur *Comitiva primi ordinis* adeoque quoad ſenſum idem dicit cum *Juſtiniano.* Nam *vicaria dignitas* fuit Locum tenentium *Præfecti Prætorio* in eorum Provinciis, qui æquales etiam fuerunt, vel ejusdem ordinis cum Comitibus per inſignia negotia Reipubl. adminiſtrata primum ordinem merentibus. Cum igitur Dignitas ejusmodi Comitum & Vicariorum eadem eſſet, titulus etiam de his Profeſſoribus diſertam Comitivæ mentionem faceret; Profeſſores quidam Legum recentiores pro honore facultatis ſuæ interpretati ſunt, ac vocarunt ſemet-

Cod. de Profeſſoribus qui in urbe &c. L. unica, & Cod. Theodoſ. lib. 6. tit. 21.

C. de Comitibus Archiatris S. Palatii.

ſemetipſos (poſt XX. annorum profeſſionem) *Comites S. Palatii, vel Comites Palatinos.* Illo enim Romani Imperii tempore omnes Comites tantum honorarii, (ut illi primi ordinis absque alio additamento) recte dici potuerunt *Palatini* vel *Sacri Palatii*, ut apparet dictos eſſe in Cod. lib. 12. tit. 13. *de Comitibus & Archiatris S. Palatii*; ubi verba *Sacri Palatii* æque reſpiciunt Comites ac Archiatros: & in *Baſilicis* Ecclog. lib. 6. tit. 21. περὶ Κομήτων καὶ τριβούνων καὶ Ἰατρῶν τῶ Παλατίου *De Comitibus, Tribunis & Medicis Palatii:* ubi *comites Palatii* honorarios ſolummodo indicant Comites qui Palatini fuerunt vel aulici. Neque probari poteſt nomen *Comitis Palatii* in Romano Imperio antequam ad *Francos* perveniret aliam quandam denotaſſe dignitatem. Nam titulus ille Codicis 34. lib. 1. *de officio Comitis Sacri Palatii*, legesq; ſubſtratæ recentiores ſunt, quam ut iſtud nobis perſvadere poſſint; imo expunxerunt eum ſagaciſſimi Legum interpretes, nec non eruditionis hujusmodi ſtudioſiſmi, ut dictum §. 33. Cur vero Conſtitutio hæc tantum ad Conſtantinopolin in *Juſtiniano* reſtricta ad alias etiam transferri queat urbes, & cur Jurisconſultis tantam dignitatem per diutinam profeſsionem acquirentibus, *Grammatici* & *Rhetorici* nihil ejusmodi conſeqvantur, (utut inibi æq; ac iſti nominentur) meliori ſubmitto judici. Exiſtimant igitur alii, quod licet quidam Profeſſores aſſumant nomen illud, attamen non eſſe ſufficientem Conſtitutionem illam, cui innitantur: quandoquidem fuerint inſignes Jurisconſulti hoc elogium non aſſumentes, quanquam XX. & pluribus annis Leges profeſſi fuerint: Videl. *Angelus de Caſtro, Decius Jaſon* & alii apud *Fichard. in vitis Jurisconſultorum.* Pauermeiſter etiam titulum ait *de Jurisd. lib. 2. cap. 10. §. 19.* (ita & *Boetius de Autor. Mag. Concil. §. 109.*) eſſe infra omnes alios titulos Comitum qui additamento *Palatini* carent. *Menochius* loc. cit. & alii dicunt *Fridericum III.* Academiæ Patavinæ conceſsiſſe privilegio, ut per XVI. annos profitentes hanc dignitatem acquirere poſſent. Quomodo autem Comitis Palatini titulus tam eminens, officio & feudo (ut ſupra oſtenſum) in *Germanorum* & *Francorum* Imperiis aſſumi potuerit ab hominibus multo inferioribus, ac nihilominus derivari ex Romanorum veterum ſtatui; item quod cœperit uſus ejus in Imperio recentiori, mox trademus, poſtquam

Bart. ad ff. tit de militari teſt. l. 43 n 4. Vide DD. ad C. tit. de profeſſoribus in urbe. & Petr. Lenander de Doctorii priuilegiis Part. 2 §. 39 & alios

Menoch. de arbitr. Jud. quaſt. Lib. 68.

Vid Matth. Stephanid. de Jurisd. l. 2 P. 1. c. 6. Memb. 1. §. 4. 5. 6. l. 3 P. 2. cap. 4. §. 43. & diſputationem de hac re ab Arumæo inſtitutam habes in T. 2 de Jure publico diſc. 4

quam ſcil. docuerimus dignitatem Comitum Palatinorum mere perſonalium per literas patentes vel Bullam. Ratio enim utrorumque hic eadem.

XXXVII. Titulos Comitum qui Literis patentibus Cæſaris vel Papæ ſigillis obſignatis, creantur in duo dividimus genera: primum eſt ſingulare in unica tantum reſidens familia, honore & officio conjunctum: poſterius multis conceditur & honore ſolo præditum eſt. Illud eſt ſpecialis titulus *Comitis Palatii Lateranenſis*, conjunctus cum officio miniſtrandi in Palatio illo in *Coronatione Imperatoris Romani*. Conceſſit illum *Ludovicus Bavarus* Imperator *Caſtrucio de Antelminellis* Duci *Lucenſi*, ejusque hæredibus maſculis anno MCCCXXVIII. menſe circiter poſtquam Dux creatus fuiſſet.

Goldaſtus Conſtit. Tom. 1. p. 329. & Aldus Manut. in Vit. Ludov. 4.

De officio Comitis Palatii Lateranenſis Romani.

Ludovicus *DEI gratiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, illuſtri* Caſtrucio Duci Lucano, *Sacri Lateranenſis Palatii Comiti & Romani Imperii Vexillifero, ſuo & Imperii fideli dilecto gratiam ſuam & omne bonum.*

Dignum eſt & Majeſtati Imperiali proprium, ut, ſicut quotidiè fidelium augetur ſubſtantia & devotio, ita eis Imperiale culmen augeat dignitatis privilegia & honores. Sanè experientiâ docente novit Imperialis Majeſtas maximam fidem, devotionem & conſtantiam tuam, & antè, & poſt à nobis collatos honores, ultra cæteros fideles Imperii de bono in melius quotidie profeciſſe. Ut igitur præmiſſorum contemplatione ad ampliores dignitatum apices per Imperiale culmen tua devotio attollatur, de conſilio & aſſenſu procerum noſtræ Imperialis Aulæ, Tibi & ſucceſſoribus tuis ex te natis & naſcituris, per lineam maſculinam in perpetuum, Comitatum Sacri Lateranenſis Palatii (*quem ad fiſcum noſtrum & ſacrum Romanum Imperium juſtis & legitimis cauſis devolutum & applicatum pronuntiamus & declaramus & ad omnem dubietatem tollendam devolvimus & applicamus*) *damus, concedimus & donamus & ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis & te & prædictos ſucceſſores tuos in perpetuum eligimus, conſtituimus, præficimus & creamus* Comitem & Comites ipſius Sacri Palatii Lateranenſis, *vosque de* Comitatu *prædicto inveſtimus & infeuda-*

mus

mus tanquam veros Imperii Fideles & Vaſallos: dantes & concedentes & tribuentes tibi & eis, omnes & ſingulos honores & omnia & ſingula privilegia & emolumenta, quos & quæ Comites prædicti Sacri Palatii habent & habuerunt quoquò tempore, de conſvetudine vel de jure. Declarantes & nunc per hoc noſtræ Serenitatis indultum tibi & prædictis Succeſſoribus tuis ex prædicta comitatus dignitate competere jus aſſiſtendi perpetuò Benedictioni, Sacræ Unctioni & coronationi ſucceſſorum noſtrorum Principum Romanorum & omnibus & ſingulis coronationis iſtius ſolennitatibus: & præcipuè ſociandi & deducendi ipſos Romanos Principes tempore coronationis fiendâ de eis, ad Sacram unctionem de ipſis faciendam, & eosdem Romanos Imperatores ſucceſſores noſtros tenendi & juvandi in ipſa ſacra unctione & actu ipſius & eâdem unctione perfectâ eos reducendi & ſociandi ad altare & thalamum, prout & quoties Principes expediunt redire, ita jus levandi & tenendi Imperiale Diadema de noſtro & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Principum capite, tempore, quò Imperialis Coronationis ſolennia celebrantur, & quòcunque alio tempore, quoties publicè ipſum Diadema expedierit elevare de capite noſtro & Succeſſorum noſtrorum Romanorum reponi. Quæ omnia & ſingula ſupra ſcripta valere & tenere volumus, & jubemus ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, jure, aliquò non obſtante. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc noſtram paginam in aliquo violare, vel ei auſu temerario contraire. Si quis verò hoc attentare præſumſerit, gravem indignationem noſtram ſe noverit incurriſſe. In cujus rei teſtimonium præſentes conſcribi & ſigilli Majeſtatis noſtræ robore, cum annotatione teſtium ſubſcriptorum juſſimus communiri.

Rudolphi *Ducis* Bavariæ, *Principis & Patrui noſtri charisſimi.*
Henrici *Ducis* Brunſvicenſis.
Ludovici *Ducis* de Teck.
Hermanni de Linthelberg *Marſchalli noſtri.*
Meinhardi *comitis* de Hortenburg.
Ottonis *Comitis* de Corlamende.
Johannis *Comitis* de Claramonte.
Conradi *Comitis* de Truchendingen.
Conradi *de* Zolſelberg.

Nec

Necnon nobilium virorum Jacobi de Columna Sciaræ, & Jacobi de Sabellis *Senatorum Urbis. Datum* Romæ *XIV. die Menſis* Martii, *Indictione II. An. Domini M CCC XXVIII. Regni noſtri anno XIV. Imperii vero primo.*

XXXVIII. Alii *Comitum Palatinorum* tituli perſonales, eorumque natura, & dignitas optime dignoſcuntur, ex poteſtate creantis, ſtylo ipſis aſſignato, ſtatu limitato, privilegiis præcipuis varie ut plurimum diplomatibus eorum inſertis, nec non exercitio horum privilegiorum cum eorum valore ſeu æſtimio.

Poteſtas ipſos creans originaliter eſt in *Imperatore*; à *Papa* tamen etiam exercetur, quanquam Juriſconſulti in Imperio non Pontificii ea de re ipſi litem moveant, ſicut & in dubio relinqvunt num Imperatrix, Romanorum Rex, Reges alii, & Principes Electores iſtos creare poſſint. Hic ego non diſputabo. De Pontifice ſaltem hanc poteſtatem exercente, præter arbitrarium ejus uſum in creandis variis per Bullas, & confeſſionem Concilii *Tridentini* ſeſſione 24. cap. 2. obſervari merentur Referendarii, qui ſunt quaſi præſides duorum ejus ſigillorum gratiæ & Juſtitiæ. Inſtituit eos *Alexander VI.* & per Bullam *Pauli III.* unusquisque eorum ſic creatus eſt *comes Palatinus.*

Templ. Judic. l. 1. c. 1 § 4. de Comitib. Palatin. n. 3. & c. Th. Sagittarii de Jure & privileg. Comit. Pal. ad th. 6. Videſis Lallum Zecchium de Rep. Eccleſiaſt. c. 10.

Paulus *Epiſcopus Servus* * *Servorum DEI ad futuram rei memoriam. Debit â conſideratione penſantes quantùm venerabiles fratres Epiſcopi ac dilecti filii in minoribus conſtituti, utriusque Signaturæ, ſupplicationum videlicet & commiſſionum per nos, ſeu in præſentia noſtra ſignandarum, infrà ſcripti Referendarii noſtri, qui præ cæteris officialibus, & miniſtris noſtris propinquius nobis aſſiſtunt, circa ipſas ſupplicationes & commiſſiones pro noſtro, & Apoſtolicæ ſedis honore ac univerſalis Eccleſiæ utilitate & aliàs gratis, prompta voluntate, indefeſſè laborant; dignum, quin potius debitum reputamus, ut illos, ſpecialis benevolentiæ favoribus amplectamur, ac præclaris dignitatum titulis decoremus, & aliàs nos eis (prout convenit) gratioſos exhibeamus.*

** Laert. Cherubin. in Bull. Tom. 1. p. 647. in Paulo 3. Conſtit. 23. d. 30 Julii 1540.*

Hinc eſt quod nos fel. rec. Leonis X. & Clementis VII. *Romanorum* Pontificum *Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, eosdem infrà ſcriptos Referendarios noſtros, qui* Prælati ac etiam *familiares continui commenſales noſtri exiſtunt, condigni favoris gratiâ & excellentiæ dignitate ſublimare ac opportunis favoribus munire volentes, ipſosque Referen-*

ferendarios ac eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à jure vel ab homine, quávis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus vel quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, motu proprio, non ad ipſorum Referendariorum vel aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione & ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, præfatos Referendarios & eorum ſingulos, qui Præſules non ſunt, ac alios infrà ſcriptos & eorum ſingulos in noſtros, & dicta ſedis Notarios gratiosè recipimus eosque & alios, qui Præſules exiſtunt, ac eorum ſingulos in Sacri Palatii & Aulæ Lateranenſis Comites, *nec non qui nobiles non ſunt, nobiles facimus, conſtituimus, ordinamus & deputamus, ac nobilitamus, nec non nobilitatis titulo & favore decoramus ac aliorum noſtrorum, & Sedis prædictæ notariorum nec non* Palatii & Aulæ *hujusmodi* Comitum *ac ex Magno Baronum & nobilium genere procreatorum numero, & conſortio favorabiliter aggreganus, eosque deinceps nobiles eſſe, & pro nobilibus reputari, nominari, teneri, cenſeri & judicari, ac de cætero in quibuſvis conceſſionibus & literis, tàm Gratiam quam Juſtitiam concernentibus, à nobis ſeu de Sede prædicta impetratis ſeu impetrandis, vel eis à nobis, aut aliis quibuscunq; conceſſis & concedendis, ac inſtrumentis, ſeu aliis ſcriptis etiam authenticis & privatis, nobiles nominari, & pro talibus haberi poſſe & debere volumus.*

Eisque quod omnibus & ſingulis privilegiis, præeminentiis, indultis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, facultatibus, honoribus, antelationibus, prærogativis, etiam in aſſecutione quorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam vigore Gratiarum expectativarum, & illarum mutationum, extenſionum & revalidationum, collationum & quarumcunque aliarum gratiarum & indultorum, quibus cæteri noſtri, & dicta Sedis Notarii de numero participantium exiſtentes, & absque illorum præjudicio ac palatii aulæ prædictorum Comites, nec non veri & indubitati nobiles, & ex nobilium genere ex utroque Parente procreati, tàm de Jure, quàm conſvetudine, ſeu aliàs quomodocunque utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, in judicio, & extra, ac ubicunq; locorum uti, potiri & gaudere debeant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi Referendarii & alii infrà ſcripti, de dicto magno

Baronum & Nobilium genere ex utroque Parente, verè & non fictè procreati & geniti forent, concedimus.

Ac eorum ſingulis, ſublatis quibuscvis obſtaculis & impedimentis, veros Nobiles eſſe, & de Nobili ex dicto genere ex utroque Parente procreatos, cenſeri debere, decernimus & declaramus.

Et in ſignum honoris & nobilitatis hujuſmodi eis & eorum cuilibet, pro inſigniis & armis, quibus ipſi & ab eis deſcendentes & adſcendentes uti poſſunt in decorem, partem inſignorum noſtrorum, ſi eis uti voluerint etiam, cum vel abſque armis ſuis, ſi illa habuerint, vel illis uſi fuerint, aut ſine ipſis prout duxerint, ordinandum, ſeu eligendum adſignamus & perpetuò decernimus.

Habet Bulla etiam alia privilegia Comitibus Palatinis conceſſa, de quibus §. 40. Et *Clemens* VIII. *Paulus* V. in Bullis ſuis ſeu privilegio eorum qui in Conclavi fuerunt, cum in Pontifices electi ſunt, omnes eos faciunt *Sacri Palatii & Aulæ Lateranenſis Comites.*

Laërt. Cherubim. Bullar. tom. 3 conſtit. Clement. 8. 16 pag. 20. & Paul 5. Conſtit. 3. p. 177.

Huc etiam pertinet Bulla *Julii* III. apud *Cherubin. Tom. 1. p. 704. Conſtit. 12. April. 6. 1551.* qua creavit *Fabium, Chriſtophorum, Chriſtophorum & Johannem* Patriarchas *Conſtantinopolis, Alexandriæ, Hieroſolymæ, & Aquilejæ*, una cum *Andreæ Archi-Epiſcopo Spalatenſi* aliosque nonnullos Archi-Epiſcopos & Epiſcopos (quos vocat *Prælatos domeſticos noſtros & in Capella noſtra aſſiſtentes*) & elevat in ejusmodi nobilitatis gradum, ut poſſint uti omnibus aliorum nobilium privilegiis; & creare Notarios Publicos inſtar *Comitum* utut erant ex *Comitum genere*, prout verba ſonant; & ut poſſint creare Notarios inſtar *Comitum Palatinorum* vel *ad inſtar Sacri Palatii & aulæ Lateranenſis Comites*, ut Bulla loquitur.

Stylus perſonalem hanc Comitum Palatinorum dignitatem exprimens varius eſt: *Comes aulæ Cæſareæ, Comes Curiæ Cæſareæ, Comes Palatii Sacri, Comes Palatinus, Comes Conſiſtorii Imperialis & Comes Sacri Lateranenſis Palatii*; cum ab Imperatore creantur: à Papa vero creati vulgo vocantur *Comites Sacri Lateranenſis Palatii.* Et quanquam dudum Imperatores reliquerint Palatium ſuum Lateranenſe, attamen Palatium iſtud adhuc reſpicitur in creatione Comitum Palatinorum Cæſarea, æque ac in Papali. Deinde utut Latine vocentur *Comites Palatini*, Germanicè non nominan-

tur Pfaltz-Graven / hoc enim nomen manet Comitibus Palatinis feuda poſſidentibus, ſed des H. Römiſchen Reichs Hofe-Graven. i. e. S. R. Imperii Comites aulici vel domeſtici pro voce Pfaltz diſtinctionis gratia ſubſtituentes Hof. *Schönborn. Politic. lib. 5. cap. 15. & nom. Sagittar. ad theſ. 2. lit. d.*

XXXIX. Status limitatus in hoc titulo aliquando (præter illam limitationem ad vitam tantum) reſpicit hæredes creandorum aliquando etiam Succeſſores.

Joh. de Amatis creabatur *Comes Palatinus* à *Carolo IV.* cum extenſione ad omnes *ex eo legitime deſcendentes.*

Sic Comites in *Thurn & Valſaſſin* ſcribunt ſemet ipſos *Caſareos Comites Palatinos hereditarios.*

Johann. de Dominis (anteceſſor Archi-Epiſcopi nuperi *Spalatenſis*) Epiſcopus *Waradini* ob merita ſua præſertim in Concilio *Baſileenſi*, à *Sigismundo* Imp. hac dignitate ornatus eſt die 26. Auguſti 1427. cum extenſione ad fratres ſuos & hæredes ex illis genitos. *Te, fratres tuos, & hæredes eorum* (verba ſunt) *& deſcendentes in perpetuum legitimo tantum &c. noſtros & Imperii Sacri Lateranenſis Palatii Comites facimus, creamus, erigimus.* *Sagittar. ad Theſin. 15. lit. b. Mat. Stephan. de Jurisdict. l. 2. Part 1. cap. 6. membr. 1. §. 26.*

Sunt & alia hujus creationis exempla, quanquam non admodum frequens ſit dignitatem ultra primam perſonam extendere. Hæc de hæredibus: Succeſſoribus quoq; tradita nonnunquam dignitas iſta. *Maximilianus II.* creavit *Henricum Julium* primum Academiæ *Helmſtadienſis* Rectorem ejusque Succeſſores *Comites Palatinos.* *apud Daniel. Lonet. in Seriee primo eorum Chartarum &c. pag. 194.*

Sed & jam dictum Henricum Julium per nos deſignatum (verba ſunt Creationis à *Thoma Sagittario* recitata) *primum Rectorem, ejusque in illo officio & dignitate in poſterum feligendos, ex ſpeciali gratia & favore Sacri Lateranenſis Palatii aulaque noſtræ & Imperialis Conſiſtorii Comites facimus, creamus, erigimus, ac Comitatus Palatini dignitate clementer inſignimus, aliorumque Comitum Palatinorum numero, cœtui & conſortio adſcribimus, adjungimus & adgregamus; decernentes & ſtatuentes quod univerſo illo tempore quo dictæ dignitati Rectoratus præfuerint, omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, juribus, & immunitatibus, honoribus, exemptionibus & libertatibus uti, frui, potiti & gaudere poſſint & valeant, quibus cæteri Lateranenſis Palatii Comites hactenus uſi, potiti & gaviſi, ſive quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent conſvetudine vel de jure.* *Pragæ 9. Maji 1575. Sagittar. ad theſ. 13.*

XL. Primaria poteſtas & privilegia ſunt etiam varia, & ut plurimum arbitrariam quandam jurisdictionem involventia; ut aliquando etiam compellere queant, litesque dirimere: ex. gr. ſpurios omnes (infra Barones) legitimandi poteſtas ipſis frequenter conceditur, ut videre eſt in Diplomate *Rudolphi II.* quo *Nicolaum Reuſnerum* creavit, conceſſitque *natos illegitime legitimare, & eos ac eorum quemlibet ad omnia & ſingula jura legitima reſtituere, omnemque genituræ maculam penitus abolere, ipſos reſtituendo & habilitando ad omnia & ſingula jura ſucceſſionum, hæreditatum, bonorum paternorum & maternorum etiam, ab inteſtato, cognatorum & agnatorum, ac ad honores dignitates & ſingulos actus legitimos tam ex contractu vel ultima voluntate quam alio quocunque modo tam in judicio quam extra, perinde ac ſi eſſent legitimo matrimonio procreati, objectione prolis illegitimæ penitus quieſcente &c.*

Sagittar. ad theſ. 22.

Dummodo tamen legitimationes ejuſmodi non præjudicent filiis & hæredibus legitimis &c. - - Illuſtrium tamen Principum, Comitum & Baronum filiis duntaxat exceptis.

Sic *in Sigiſmundi* Diplomate quo creavit *Joh. de Dominis* Epiſcopum *Waradini* & Fratres ejus: *Dantes & concedentes vobis & hæredibus veſtris ſupradictis, quod poſſitis ubique locorum & terrarum unusquisque veſtrum, & ex vobis quilibet (illuſtrium virorum Principum, Comitum & Baronum filiis duntaxat exceptis) legitimare & in patriam poteſtatem reducere quoscunq; naturales, inceſtuoſos, Manzeres, nothos &c.*

Poteſtas etiam creandi Doctores Theologiæ, Juris, Medicinæ & Philoſophiæ nonnunquam additur, ut in *Reuſneri* Diplomate: iſta tamen conditione, *adhibitis in cujuslibet Doctoris creatione, Doctoribus eximiis de profeſſione creandi ad minus tribus, qui Doctorandum examini ſubjiciant.*

Sic & alios conferunt eruditionis Gradus, & in ſpecie Laurum Poëtis, prout Diplomata eorum docent. Addimus ergo hic Diploma *Rudolphi II.* quo creavit *Georgium Obrechtum* ejusque filium *Thomam* (utrumque Profeſſorem *Argentoratenſem*) & evexit ad hanc dignitatem, conceſſitque poteſtatem arbitrariam conferendi gradus Doctoris, Licentiati, Baccalaurei in Jure utroque, Magiſtri, & Baccalaurei artium, & Poëtæ Laureati.

Rudol-

Rudolphus *ſecundus divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus ac* Germaniæ, Hungariæ, Bohæmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. *Rex*, *Archi-Dux Auſtriæ*, *Dux* Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. *Marchio* Moraviæ &c. *Dux* Lucemburgiæ *ac ſuperioris & inferioris* Sileſiæ, Wittenbergiæ & Teckæ: *Princeps* Sveviæ, *Comes* Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Gloritiæ: *Landgravius* Alſatiæ, *Marchio Sacri Romani Imperii*, Burgoviæ *ac ſuperioris & inferioris* Luſatiæ *Dominus*, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. *Honorabili Docto noſtro & Sacri Imperii fideli dilecto*, Georgio Obrechto, *Juris Utriuſq; Doctori & in Academia* Argentoratenſi *Profeſſori primario*, Sacri Lateranenſis Palatii aulæque noſtræ Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comiti, *gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Pervetuſta atque laudatiſſima Divis prædeceſſoribus noſtris, Romanis Imperatoribus ac Regibus conſvetudo fuit: ut cum honorum & dignitatum incrementa, ab Imperatoriæ Majeſtatis ſplendore, tanquam lumen à ſole dimanent, ſingularem adhiberent curam, ut in iis decernendis, liberaliores ſe erga eos præberent, qui non tantùm ab honeſta generis origine, ſed etiam à præclaris actionibus & virtutum ſtudiis, ſibi commendarentur: Idq; non ſolùm, ut dignum illi ſe præmium conſequutos, ſibi gratulari poſſent, ſed ut alii etiam illorum exemplo accenſi, atq; inflammati, ad laudabilia virtutum certamina, ferventiore ſtudio incitarentur. Quam conſvetudinem laudatiſſimam & Nos, poſtquam ad excelſum hoc Imperatoriæ ſublimitatis faſtigium evecti ſumus, ſervare cupientes: Nihil ſanè libentius facimus, quàm ut præſtantium virorum, quorum virtus clara habeatur, & merita in Rempublicam ſingularia extent ornamenta, quantùm occaſio & rerum ipſarum ſtatus fert, augeamus. Edocti itaque fide digno teſtimonio*, Georgi, *honeſtis ac vitæ morumq; integritate conſpicuis te Parentibus ac majoribus ortum qui laudabilibus actionibus nomen ſibi decusq; pepererint, eorumq; veſtigiis te naviter inſiſtendo, id à primis temporibus ætatis tuæ, quàm maximè cura habuiſſe, ut domeſticum illud decus non modò continuares, verum etiam, quod ejus fieri poſſet augeres, magisq; illuſtratum ad poſteros tuos transmitteres.*

Quod quidem usq; adeò conſequutus fueris, ut poſt ſeptem artium liberalium curriculum abſolutum in utroque jure, ad quod animum applicuiſti, quodque noviter legendo & diſputando excoluiſti, tantùm profeceris

ceris, quòd gradatim magnâ cum laude & applauſu publico, laureâ Doctorali inſigniri mereueris, indeque ſingulari cum auditorum fructu à pluribus jam annis in Univerſitate Argentoratenſe *publicè jura docueris & etiam num ejusdem Academiæ Profeſſorem primarium & ſtrenuum in forenſibus cauſis Advocatum agas: tum vel maximè libris diverſis in publicum datis, inſignes ingenii tui dotes, & exactam, quâ polles, erudirionem, toti quaſi orbi teſtatam reddideris, prætermittere ſanè noluimus, quin pro ſingulari benignæ voluntatis noſtræ inclinatione, te inſigni aliquô munificentiæ noſtræ ornamento, quod virtutibus & meritis reſponderet, condecorandum ſuſciperemus. Motu itaq; propriô, ex certa noſtra ſcientia animo benè deliberato ac ſanô accedente conſilio, deq; Cæſareæ poteſtatis plenitudine te prædictum* Georgium Obrechtum *ſimul & filium tuum unicum* Johannem Thomam Obrechtum *poſt obitum tuum* Sacri Lateranenſis Palatii aulæ noſtræ Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comites *fecimus, creavimus &* Comitatus Palatini *titulô clementer inſignivimus, prout vigore præſentium facimus, creamus, & inſignimus aliorumq;* Comitum Palatinorum *numero, ordini, & conſortio gratioſè cooptamus, adſcribimus & aggregamus. Decernentes & Imperiali edicto noſtro firmiter ſtatuentes, quod prædicto modo omnibus ac ſingulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, Honoribus, Exemptionibus, & libertatibus uti, frui, potiri & gaudere poſſitis ac valeatis, quibus cæteri* Sacri & Lateranenſis Palatii Comites *hactenus uſi & potiti ſunt, ſeu quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, conſvetudine vel de jure.*

Præterea tibi prænominato Georgio Obrechto, *& poſt obitum tuum filio tuo* Johanni Thomæ Obrechto, *ſcientiâ motu & autoritate, quibus ſuprà clementer indulgemus, ut poſſitis & valeatis* Doctores, Licentiatos & Baccalaureos, *in utroq; jure:* Magiſtros *item* & Baccalaureos *liberalium artium* ac Philoſophiæ, nec non Poëtas Laureatos *creare, promovere, ordinare conſtituere ac facere: adhibitis tamen in cujuslibet* Doctoris Licentiati, Magiſtri Baccalaurei *creatione,* Doctoribus *eximiis de profeſſione creandi ad minus tribus, qui creandum examini ſubjiciant, ac ei, quem ſic idoneum invenerint, ſufficientemque comprobaverint, veſtram autoritatem interponendo,* Doctoratus, Licentiæ, Magiſterii, aut Baccalaureatûs, & Laureæ Poëticæ *inſignia (ut moris eſt) conferre: qui quidem* Doctoratus, Licentiæ, Magiſterii Baccalaureatus vel Laureæ Poëticæ *titulô per vos donari poſſint & valeant in omnibus civitatibus, terris & locis*

Sacri

Sacri Romani Imperii & ubilibet terrarum, omnes actus Doctorales & Magiſteriales, *legendi, docendi, interpretandi, cathedram adſcendendi & gloſſandi, diſputandi, conſulendi advocandi, ac cæteros actus Doctorales, Licentiæ vel Baccalaureatus in jure, nec non Magiſterii ac Baccalaureatus in Philoſophia facere atq; exercere ac omnibus & ſingulis privilegiis, prærogativis, Exemptionibus, honoribus, Præeminentiis, favoribus, indultis, Gratiis ac quibuscunq; aliis, quibus cæteri Doctores, Licentiati, Magiſtri, Baccalaurei & Poëtæ Laureati qui vel in Gymnaſio* Viennenſi, Pariſienſi, Bononienſi, Patavino, Peruſino, Colonienſi, Piſano, Ingolſtadienſi, *& quâlibet alio publico & privilegiato Gymnaſio promoti vel etiam à Nobis ac Divis prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus ac Regibus inſigniti, ſeu alter quocunq; modô talia inſignia acceperunt, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, quomodolibet conſvetudine vel de Jure, omni dolô, fraude, contradictione quorumcunq; ac ſiniſtrâ machinatione ſublata, penitus & remota. Mandantes idcircò & firmiſſimè præcipientes univerſis ac ſingulis Electoribus tàm Eccleſiaſticis quàm ſecularibus aliisq; Principibus Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Copitaneis, Vice-Dominis, Advocatis, Prafectis, Procuratoribus Heroaldis, Officialibus, Quæſtoribus, Civium Magiſtris, Judicibus, Conſulibus, Civibus, Communitatibus & deniq; omnibus noſtris & Sacri Romani Imperii ac Regnorum & Dominorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis, & fidelibus dilectis cujuscunq; ſtâtus, gradus, ordinis & conditionis extiterint, ut vos ſæpe fatos* Obrechtos, *legitimosq; veſtros liberos, hæredes, poſteros deſcendentes utriusq; ſexus, unâ cum uxoribus Servitoribus, Domeſticis, Subditis & Conjunctis, maſculis & fœminis ab hâc horâ in futurum, perpetuis temporibus omnibus ac ſingulis ſupra Scriptis, privilegiis, gratiis, Libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, Indultis, Conceſſionibus, Juribus protectione & Salva guardia aliisq; approbationis, Ratificationis, Confirmationis, Innovationis, Extenſionis, Augmentationis, Creationis, aſſumptionis, aggregationis, Conceſſionis, Indulti, Suppletionis, Derogationis, Statuti, Decreti, Voluntatis & Gratiæ, præſertim vero Nobilitatis & inſignium prærogativis vobis Cæſarei hujus diplomatis noſtri vigore cõjunctim & ſeparatim competentibus pacificè, quietè & ſine omni prorſus impedimento uti frui, potiri, gaudere ſinant, adeoq; Vos & illos in iisdem conſervare & manu tenere ſtudeant, hæcq; omnia & Singula ab aliis etiam quantum in ipſis erit, fieri curent; Si quis verò aliter fecerit & hoc noſtrum Cæſareum Diploma in parte, vel in univerſum temere auſus fuerit violare, is noverit ſe ipſô facto præter noſtram & Sacri Romani Imperii indi-*

indignationem graviſſimam, Sexaginta quoque Marcarum auri puri pœnam pro dimidia parte fiſco noſtro Cæſareo, & pro reſiduo injuriam paſſo vel paſſis, omni ſpe veniæ ſublatâ & ex æquo toties, quoties contra factum fuerit, ſolvendam incurſurum.

Harum teſtimonio literarum manu noſtrâ Subſcriptarum & Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum.

Datum in arce noſtra Regia. Pragæ, die decima nona menſis Novembris, *anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo; Regnorum noſtrorum* Romani *trigeſimo ſexto*, Hungarici, *trigeſimo nono*, & Bohæmici *itidem trigeſimo ſexto.*

RUDOLPHUS

V LEOPOLDUS à Stralendorf,

L. B. V. C.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium.

Jo. Barvitius.

Priſileg. Ferrar. de Bergamo, cujus mentio ap. Pitheum de Palat. Comp. lib. 1. Videſis Jacob. Canem. de officio Tabellionatus, tit. Forma inſtrumendi. Ap. Sagittar. ad th. 8. V. & priſilegia cui has dignitate conceſſa à Rudolpho II. Reimaro Seltrechio Jur. U. Doct. & Philippi Pomeraniæ Ducis Conſiliario ap. Stepan. de Jurid. l. 2. Part. I. cap. 6. membr. 1. §. 71. 72. 73.

Inſeritur etiam aliquando immunitas & poteſtas Notarios Judicesque creandi: *Ut poſſis & valeas per totum Romanorum Imperium, & ubique locorum Notarios Publicos & Judices Ordinarios creare & facere:* verba ſunt Diplomatis Reuſneri ap. *Sagittar. ad theſ. 34.* Aliquando poteſtas conſtituendi Tutores Orphanorum, adoptionis, manumiſſionis, creandi Equites, dandi inſignia, concedendi veniam, &c. ut in illo *Johannis de Dominis* ejusque fratrum diplomate. *Poſſitis inſuper facere & creare Notarios publicos & tabelliones, nec non judices ordinarios & delegatos, & per vos ipſos facere, exercere omnia ea quæ ſunt juriſdictionis ordinariæ, voluntariæ vel delegatæ.* In ſpecie autem obſerva verba *Caroli IV. ad Johannem de Amatis:* (quæ recitantur in diplomate *Comitis Ferdinandi de Amatis ad Bartholomeum Bilovium Paravinum in Decembri M DC.*) Dedit Imperator: (inquit *Ferdinandus* de poſteritate *Comitis Johannis*) *liberam poteſtatem non modo legitimandi, adoptandi, emancipandi, manumittendi, cives Romanos creandi, Tabelliones*

nes

nes ac Doctores pronuntiandum, verum etiam (morum prius & perſonarum qualitate indagata receptaque de fide Romano Imperio & Cæſarea corona præſtanda juramenta) Milites armatos in diuia faciendi, infames redintegrandi, crimen læſæ Majeſtatis abſolvendi, ignobiles nobilitandi ac porro illuſtres, ſpectabiles ac clariſſimos imo Comites, Valvaſores & Capitaneos, majores & minores & medicorumque cum earundem vel aliquarum ex eis dignitatum & poteſtatum, quas in alios transferre poſſimus, conceſſu creandi. Hic collatio dignitatum aliarum, & in ſpecie etiam *Comitiva* eſt inter privilegia *Comitis Palatini in hac Familia.*

In Bulla etiam *Pauli III.* ad Referendarios aulæ Romanæ, poſt verba ſupra allegata ſequitur poteſtas creandi Notarios Publicos, *ad inſtar aliorum dicti Palatii Comitum ubique locorum, extra tamen muros urbis ſeu locum in quo Romanam Curiam reſidere contigerit.* Conſtituendi Judices ordinarios eosque inveſtiendi *per pennam & Calamare ut moris eſt*, nec non juramentum ab ipſis exigendi in fine Bullæ deſcriptum, quo profitentur fidem Eccleſiæ Romanæ & juſtam muneris ſui executionem. Legitimandi etiam ſpurios ad omnes actiones *prout Collegium Archivii dictæ Romanæ Curiæ vel ejus officiales juxta facultatem eis per pia memoriæ Julium Papam II. etiam prædeceſſorem noſtrum conceſſam vel alias ipſi Comites Palatini de jure vel conſuetudine legitimare & habilitare reſpective poſſunt.* Creandi Doctores Licentiatos, Magiſtros, Bacalaureos utriusque Legis, Theologiæ vel Philoſophiæ, aſſiſtentibus duobus vel tribus Doctoribus, Magiſtris, Licentiatis, facultatis conferendæ. Et qui hos ab ipſis gradus conſequuntur pari dignitate & privilegiis fruuntur cum aliis in Academia creati. Specialia quoque privilegia in rebus Eccleſiaſticis ipſis conceduntur. Poſt hæc ſancivit *Pius V.* nullam debere legitimationem ab ejusmodi Comite Palatino factam valere *in præjudicium Vocatorum ex fidei commiſſo, aut teſtamento, vel quavis alia validatamen diſpoſitione* ut verba Bullæ ſonant Conſtit. 45 *Quamvis d. 30. Decembr. 1562.* Privilegium creandi Notarios itidem imminutum à *Pio V. conſtit. 87. Pridem.* Imo & poteſtatem creandi Doctores, Licenciatos, Magiſtros Legum vel Theologiæ omnibus ademit Comitibus Palatinis idem *Pius* (quoad ſcil. Papalis autoritas ſe extendit) jam etiam creatos à Comitibus Palatinis à beneficiis excluſit Eccleſiaſticis. *Decernimus & declaramus*, (ait *Conſtit. 60. quamvis*

Videſis Paull 5 Conſt. 71. Univerſi de Reformatione tribunalium. Tom. 3 Bullar. p. 378. Col. 2.

vii 1. Junii 1568. in Ballario & 7. Decretal. l. 3. tit. 4. De Comitibus Palatin.) *eos qui à Comitibus & aliis promoti fuerunt, quoad dignitates cæteraque beneficia Eccleſiaſtica nullà gradus prærogativâ frui & gaudere poſſe vel debere.* Errat autem *Lelius Zecchius* LL. Doctor, (niſi forte ante poſtremã *Pii V.* bullam ſcripſit; dudum quidem poſt eam editus eſt ipſius liber) dicens per Bullam *Pii IV.* prohibitas eſſe legitimationes *Comitum Palatinorum* (juxta ante citata) admittens vero autoritatem creandi Doctores, Licentiatos, Magiſtros utriusque Juris & Theologiæ. Iſtud enim æque prohibetur à *Pio V.* ac illud prohibitum eſt à *Pio IV.* Num Doctores aliique graduati à Comitibus Cæſareis creati paria habent privilegia cum Academicis fuſe diſputat *Matthias Stephani.* Cæterum Comites Cæſarei hodienum vigore privilegii ſui poſſunt gradus conferre in omnibus facultatibus. Papales etiam vi privilegiorum (per *non obſtante* Bulla iſta) ut proximum docebit exemplum. NOTA.

De rep. Eccl. t. 10. pag. 151. Verona 1599.

De Jurisd. l. 2. Part. 1. cap. 6. memb. 2. §. 74. 35. it. § 29. ſeq. de ſpuriis legitimandis. l. 3. p. 287. Roma 1621.

Vide præter JCtos *Paulini Lagographiam.* Sect. 2. cap. 6.

XLI. *Saluſtius Tiberius à Corneto in Formulario* ſuo hoc inſtrumentũ Doctorat9 in Philoſophia & Medicina exhibet, munitum ſigillo *Hieronymi Botis* Artium Doctoris, Medicinæ, & Theologiæ *Comitis* item *Palatini* creati à Pontifice, & conceſſum cuidam examinato prius in Philoſophia & Medicina à duobus Doctoribus utriusq; facultatis, diciturque ſufficiens eſſe.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus S. Amen. Hieronymus Botis Comes Palatinus, &c. *Artium, Medicinæ, Theologiæ Doctor, primus olim Peruſini Gymnaſii Philoſophus, ſuperordinarius,* &c. *Univerſis, ac ſingulis præſentes literas ſive præſens publicum Doctoratus inſtrumentum & privilegium viſuris, lecturis pariter & auditurisvotum facimus & atteſtamur qualiter vocatis magnificis* D. D. F. & N. Art. & Medic. Doctoribus, ut *magnificum D. B. q. D. B. q. D. A. & C. conjugum filium legitimum & naturalem in Artium Medicinæ & Philoſophiæ rigoroſè inquirerent & examinarent; Qui quidem Domini Doctores mandatis noſtris obſequentes, datis dicto B his punctis. Videlicet,* primò Phyſ. text. 42. omnia autem contraria faciunt principia &c. & *primo aphoriſmorum* Aphoriſmo 7 ubi morbus peracutus eſt, &c. & *eod. B. ſuper eis rigoroſè & diligenter inquiſito & examinato, ita eum tàm in legendo, inferendo, ſuſtinendo, quam etiam in aliis emergentibus: quæſtionibus, ac fortiſſimis & ſubtiliſſimis argumentis contra eum ſummò cum ſtudio factis reſpondiſſe & replicáſſe valde diligenter & ſubtiliter nobis juxta eorum conſcientiam retu-*

retulerunt, ut meritò ad hujusmodi Artium Medicinæ & Philosophiæ Doctoratus gradum tanquam idoneum & sufficientem promoveri posſit; ideò vigore indulti nobis à Sede Apostolica concessi (hic causa brevitatis inseri omissi; quod tamen volumus inseri quandocunque posse) de eorundem D. D. Doctorum unanimi consilio & assensu considerantes, quod ex annosa literarum radice debes, & gloriosè debeant recolligi fructus; ipsum R. ad Nos revocatum, & id postulandum ad gradum & insignia Doctoratus hujusmodi ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & gloriosissimæ ejus Matris Mariæ Virginis *omni meliori modò, quò magis & validius potuimus & debuimus, ac possumus & debemus, recipimus, & assumpsimus, ac aliorum Doctorũ in arte Medicina, & Philosophia numero & actui aggregavimus, prout tenore præsentium recipimus, assumimus & aggregamus Pronunciantes decernentes & declarantes ipsũ* B. Artiũ Medicinæ & Philosophiæ Doctorem *omnibus & singulis privilegiis, exemptionibus, prærogativis, libertatibus Immunitatibus, Honoribus, concessionibus, favoribus & Indultis quibus cæteri Doctores utuntur, potiuntur & gaudent, utipoturi & gaudere debere;* Sibiq; libros clausos & apertos Biretum in capite, annulum in digito, osculum pacis, ac sedem, sive cathedram, omniaq; & singula Doctoratus insignia *sibi tradidimus & concessimus, prout tradimus & concedimus per præsentes. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes manu nostrâ propria subscriptas & sigilli nostri appensione munitas fieri curavimus. Datum & actum Roma in ædibus nostris sub anno* &c. *præsentibus*, &c. *testibus* &c.

XLII. Quomodo Comites Palatini conferant coronam Lauream Poetis videre est in ejus receptione *Joh. Crusii* A. 1616. *Argentorati* ex manu *Thomæ Obrechti* LL. Professoris & *Comitis Palatini*, cujus diploma supra insertum §. 40. Primo locus & tempus à Comite indicuntur instrumento publico, ostendente quantum incrementum accedat literaturæ ne per ejusmodi honorum gradus; & quod *Paulus Crusius* jam Magister artium factus, ob felicem suam in Poësi venam laurũ meruerit, ideoq; ipsum Comitem vi potestatis & licentiæ ab Imperatore acceptæ indicere XXIII. Decembr. (die autem XX. hoc scripsit) ad solennia ista celebranda. *Quamobrem* (inquit) *omnes literarum studiorumq; amantes ac imprimis illustres & generosos Dominos, Comites atq; Barones, Patres Academicos omnes, omnium ordinum Doctores, Licentiatos, Professores Magistros, auditores, nobilissimos, præstantissimos, doctissimos ea qua decet animi veneratione invitamus, ut felicitatem hujus actus literarii illustri ac honorifica sua præsentia non solum illustrare, atque exor-*

Daphnis seu actus Cæsareus Argentorati 1616. in §.

nare, verum pia etiam vota hac præſertim conclamata tempeſtate pro ſalute Eccleſiæ, Scholæ & reip. ad Deum facere nobiſcum velint, majorem in modum rogamus ac obteſtamur. Die dicta auditoribus congregatis *Cruſius* ſic Laurum petit.

Cæſarei Comes *alme fori, clariſſime* Thoma
Si merui laurum, Phoebus adeſto mihi
Si minus, hic reddas juſta argumenta repulſæ,
Parebo monitis parte in utraque tuis.
Fallor? an adſpicio viridem ſub veſte Coronam
O Dii! quàm pulchrè Laurus amœna viret,
Cæſaris hæc munus, vigeat cum Cæſare Laurus:
Prævaleat vulgò Gratia Cæſarea.
Quæ mihi contingit per te, celeberrime conſe
Si mihi continget Laurea Cæſarea.

Comes Palatinus multa deinde locutus in Poëſeos laudem concludit tandem: *Audiviſtis hactenus ſatis ſuperque, uti ſpero, audit. Nobil. intellexiſtis, Artem Poeticam Reipubl. & utilem & neceſſariam eſſe, ejus cultores dignos afficiendos præmiis, titulum & Privilegia Poetæ Laureati, non quibusvis promiſcue & ſine diſcretione ſed iis tantum conferenda eſſe, in arte Poetica ſingulares qui fecerunt progreſſus.* Tum ad *Cruſium* converſus coronandum ait: *Cum itaque tu Magiſter Johannes Paulus Cruſius, Poëſeos Candidate ad eundem honoris & dignitatis titulum aſpirare cupias, tui jam officii tuarumq; partium erit, ut antequam petitus Honoris Titulus, ſolennicum applauſu tibi conferatur, eruditionis tuæ inſigne ac nobile aliquod ſpecimen illuſtri huic auditorio edas, exhibeas te talem, qualem te commendo ut omnibus & ſingulis liquido conſtet te eũ eſſe, quem ipſa eruditio ac doctrina Commendet, ipſa virtus & morum (fortaſſis leg. morum) integritas condecoret, ipſa juſtitiæ honore petito condecorandum dignum judicet nec ipſa etiam invidia, virtutis Comes, idem deneget.* Cruſius igitur Carmen elegiacum verſuum CCC. & ſupra recitat: cujus thema, ab ipſo ſelectum. *Quam nihil omnis homo!* Vocatur autem illud in creationis actu, *ſpecimen pro impetranda Laurea.* Poſthæc *Comes Palatinus* (nefides & authoritas huic actui deſit:) producit Imperatoris diploma, quo ipſe *Comes Palatinus* factus eſt & poteſtatem hanc accepit; recognoſcit illud ſigillum & ſubſcriptionem intuens Notarius publicus, ac legit. Inde in ſummam colligit auctoritatem ſibi con-

conceſſam, oſtenditque. Laurea coronandum primo debere jurare Imperatori ejusq; Succeſſoribus, jubet igitur ut Notarius prolegat juramentum *Cruſio*, *Cruſius* autem diligenter attendat. Eſt vero juramentum tale. *Promittes & jurabis quod velis eſſe invictiſſimo, potentiſſimo & ſereniſſimo Principi ac Domino, Domino Matthiæ Primo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto & eidem S. R. Imperio omnibus Succeſſoribus ejus Romanorum Imperatoribus ac Regibus legitime intrantibus, fidelis; nec unquam aſſiſtes conſilio, ubi periculum eorum tractetur; Sed bonum & ſalutem eorum defendes fideliter & promovebis, Damna eorum pro tua poſſibilitate & facultate vitabis & avertes; quæ in laudem & honorem Romani Imperii ſpectabunt aliquando carminibus celebrabis, amplificabis, nec licentia data, in maledicentiam & convitia prorumpes; ab omnibus famoſis libellis abſtinebis, & omnia quæ Cæſareum, verum, ſincerum, & Germanum Poetam jure vel conſvetudine decent, modo ſint honeſta & juſta, diligenti exercitio & morum ornatu facies & præſtabis.* Juſſa porro Comitis manum ſuam libro imponit & jurat: *Hæc omnia mihi prælecta ſumma qua potero obedientia & diligentia obſervabo & faciam, ut me DEUS adjuvet, & hæc ſancta DEI Evangelia.* Poſtquam ſic juravit, inquit *Comes*, non dubito, quin per totam vitam tuam ſis obſervaturus quæ juraſti, reliqvum igitur nihil eſt, quam ut coronem te Laurea deſiderata. *Te itaq; Johannem Paulum Cruſium Argentinenſem liberalium Artium ac diſciplinarum Magiſtrum in hac florentiſſima aſſidentium & adſtantium Corona ob inſignes ingenii tui dotes, præſertim vero artis Poeticæ doctrinam ſingularem, peritiam eximiam; ut moris eſt, vigore ac tenore Cæſarei hujus noſtri diplomatis, tanquam Comes Palatinus Auguſtiſſimæ Imperatoriæ ac Cæſareæ Majeſtatis auctoritate, hac Laurea Poetica coronamus, condecoramus, donamus ac Poetam & Vatem Laureatum pronunciamus, proclamamus, facimus, creamus, promovemus, aureoq; hoc annulo ornamus, condecoramus, & hoc ipſo Laureæ Poeticæ inſignibus ac titulis inſignimus, inveſtimus, aliorumq; Poetarum numero, ordini & conſortio cooptamus, adſcribimus, & aggregamus. Concedimus inſuper, plenamque facultatem, authoritatem & licentiam elargimur ut tu per nos Laureæ Poeticæ titulo ſis donatus, ab hac hora in futurum poſſis & valeas omnibus paſſim in urbibus, Civitatibus, Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis & Academiis quibuscunq; univerſi S. R. Imperii; & ubi libet terrarum in artis Poeticæ facultate publice legere, docere, ſcribere, interpretari, Commentari, Cathedram aſcendere, diſputare,*

ac omnes præterea eos actus Poeticos, quos cæteri Poetæ laureati ſolenniter inſigniti atque inveſtiti, ſubire facere, & exercere ſoliti ſunt, ſuſcipere & exercere ac omnibus deniq; & ſingulis quibus iidem Poetæ, quocunq; demum loco & à quibuscunq; poteſtatem facultatem q; Lauream conferendi habentibus, promott ornamentis, inſignibus, privilegiis, prærogativis, exemptionibus, honoribus, præminentiis, favoribus, indultis & gratiis uti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet, conſvetudine, vel de jure omni dolo, fraude, contradictione quorumcunque ac ſiniſtra machinatione ſublata penitus ac remota.

Cum Laurea, ut videmus, etiam annulo datus eſt. Deinde diſſerit *Comes* de utroq;, Laurea ſcil. & annulo, ac deniq; coronatus Poeta aliud recitat Carmen gratias agens pro dignitate collata, ſicque Actus finitur. Alia teſtimonia de *Laurea* & *Annulo* datis à *Comite Palatino* Poetis Laureatis habes in diplomatibus ſeu Epiſtolis teſtimonii iisdem extraditis; ut in *Reuſneri* ad *Caſparem Wagnerum* 29. Decembr. 1593. *Te per Laureæ impoſitionem & Annuli traditionem Poetam Laureatum fecimus.* Et in alia ab eodem *Reuſnero* & *Jacobo Graſſero* (utroque Comite Palatino) ad *Michaelem Bartſchium* 8. Julii. 1618. *Imperiali auctoritate fronti ejus ingenioſiſſimæ Lauream Poetam impoſuimus, & dextram in diviniore hac Poeſeos harmonia exercitatiſſimam annulo aureo exornavimus*, quæ vide apud *Sagittarium*. *Martinus* etiam *Cruſius* ait, de *Jacobo Baſilico Deſpota ſam & Comite Palatino, quod ab eo creatus fuerit Poeta Zacharias orbus, qui nobis cum Tubingæ fuit 64 & 72.* Concludimus hic oda *Pauli Melliſſi* (etiam *Comitis Palatini*) Laurea cingentis, *Mathiam Stephani Heidelbergæ*, (ubi etiam utriusque Juris Doctor creatus fuit) ann. 1599. d. 19. April. præfixa Math. Stephan. de Jurisdictione.

De jure & privileg. Com. Palat. ad lib. 3 1. tit. d. Turco Græc. l. 3. p. 248.

Annis à juvenilibus
Inſtinctus acri corda thyrſo
Caſtalios in hiare cœpiſti
Fontes amœnos, ô Stephane, *& tua*
Fœtus abundè ſapius indolis
Dias in arcas publicâſti,
Non ſine laude recentis ævi
Parteque famæ. Proinde etiam lucet
Te per ſupremos extulerit gradus
Dice triumphantem, foriq;
Curia, Romuleique faſces:
Adhuc poëtari ingenuè ſoles
Eò ſit, ut me Judice Lauream
Appollinarem cenſearis
Poſſe tuis merito capillis
Geſtare: quâ nunc te, vice Cæſaris
Fungens, corono: *juribus addi-tis*

Queis

Queis liberè utuntur, fruuntur,
Pieriæ Comites cohortis.
Tu quod decorum eſt, ſi tua poſtmodum
(Ut ante) lima ſcripta políveris
Seras ut æternum Nepotum
Ad ſoboles mereare nomen.

XLIII. Mos iſte cingendi Laurea Poetas (unde anſam arripimus de eodem plura dicendi) tanquam inſignibus Magiſterii in arte Poetica, & quidem autoritate Imperatoria vel ipſis Imperatoriis manibus coronantibus, vel Comite Palatino, vel aliis quibus iſta poteſtas conceſſa, ad minimum ſupra CL. annis duravit in Imperio. In *Francorum* Imperio nullum ejus memini exemplum. Neque aliquem *Poetam Laureatum* fuiſſe, dicunt poſt translationem Imperii usq; ad *Petrarcham*, Neque ab Imperatore coronatum fuiſſe, vel Comite Palatino, ſed ab urbe *Roma*, in capitolio, unde deductus magna cum pompa, Lauream ſuam conſecravit Eccleſiæ S. Petri: *Coronantur Poeta* (inquit *Matthias Stephani*) *à Comitibus Palatinis Lauru, quam Sacratiſſimi olim Imperii Romani Principes geſtarunt, quam Germani Cæſares non aliqua vicaria, ſed ſua manu Poetis qui id honoris virtute ingenii conſecuti eſſent, imponebant. Unde conjicere liquet, quid de ſtudio Poeticæ Imperatores judicarint. Quin & Senatum Urbis Romæ idem magnificare exinde conſtare poteſt, quod anno Chriſti MCCCXLI. defuefactum ab aliquot ſeculis morem Poetas coronandi revocaret & Franciſcum Petrarcham magna populi frequentia & acclamatione in Capitolio Laurea donaret, quam ille deinceps ingenti Nobilium pompa, comitatus tholo & umbilico teſtudinis Templi Petrini, exemplum poſteritati, ſuſpendit. Ludovicus Bavarus* tum rerum tenebat ſummam. (*Ab urſo autem Angvillariæ Comite & Jordano de filiis Urſi Romanis Senatoribus Petrarcha Idibus Apr. in Capitolio 1341. Coronatus eſt. Videſis Henricum Bullinger de Epiſc. Inſtit. lib. 2. cap. 19. Carol. Paſchal. de Coronis lib. 5. cap. 14. & Petrarchæ vitam à Papirio Maſſonio conſcriptam, præter ipſius opera, quorum T. 3. ipſum Laurea recepta* Privilegium legitur.) Verum & ante hunc *Petrarcham* dederunt Lauream Imperatores Germani & fortaſſis origo ejus referenda ad illos alios eruditionis gradus, frequentatos circa tempora *Friderici I.* Nam tempore *B. Franciſci* (qui vixit ſub exitum *Friderici*) legimus in vita ejus c. 4. *à Bonaventura ſcripta*, Poetam quendam ab Imperatore coronatum.

De Jurid. L. 2. Part. 1. c. 6. memb. 1. § 91. Lil. Ginaldus de Poetarum hiſtoria dial. 1. pag. 16.

tum. Inter plures videre cupientes *B. Franciſcum* venit *quidam ſecularium Cantionum Curioſus inventor, qui ab Imperatore propterea fuerat coronatus & exinde Rex verſuum dictus, virum DEI contemtorem mundalium adire propoſuit;* (vixit autem *Bonaventura* fere C. ante *Petrarcham* annis) deinde narrat quasdam coronati iſtius Poetæ viſiones. Poſthac tamen *Conradus Celtes* Lauream *à Friderico III.* recepit vocatusque eſt *primus Poeta Laureatus Germaniæ:* Conſtituit etiam eum *Maximilianus I.* Superintendentem vel Rectorem Collegii Poetici & Rhetorici *Viennenſis*: cum poteſtate concedendi Lauream merentibus. Diploma tale eſt.

Goldaſt. Conſtit. Tom. 3 p. 482. & in Scripſ. rer. Germ. Tom. 2 edit. à Freher. p. 237.

De Honore & Privilegiis Poetarum.

Maximilianus, *divinâ favente clementia, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac* Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. *Rex*: *Archidux* Auſtriæ; *Dux* Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Charinthiæ Carniolæ, Limburgiæ, Geldriæ; *Landgravius* Alſatiæ: *Princeps* Sveviæ; *Palatinus in* Habſpurg, & Hannoniæ: *Princeps* & *Comes* Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ, Arthois, Holandiæ, Selandiæ, Ferretis, in Kiburg, Namurci & Zutphaniæ: *Marchio* Sacri Romani Imperii ad Anaſum & Burgoviæ: *Dominus* Friſiæ, Marchiæ, Sclavonicæ, Mechliniæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. *ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præſentium univerſis; Cum poſt ſuſceptum divinô auſpicio Cæſareæ Majeſtatis titulum, officii noſtri imprimis duxerimus ad ea ſingula animum intendere, quæ & Reipubl. noſtræ decori & ornamento perpetuo fore arbitramur, & nationem noſtram* Germanicam *ac domum* Auſtriæ, *ex qua orti ſumus, quantis poſſemus honoribus apud omnes gentes ad poſteritatem notas faceremus, id potiſſimum occurrit pro æternitate literarum neceſſarium in humanis rebus fore, ut populis & urbibus noſtris Romanarum literarum Gymnaſia, laudato ordine & Romano more ſtatueremus, unde publicarum rerum moderatores ac Rectores ut plurimum excellentes prodiere, qui veterum rerum geſtarum lectione facti prudentiores, benè & beatè vivendi rationes multa etiam experientia poſteris ſcripſere. Directis itaq; à nobis in noſtro* Viennenſi Gymnaſio *civilis juris lectionibus, cùm in poetica & oratoria arte nihil hactenus ibi inſtituerimus, decrevimus pro ipſius univerſitatis noſtræ augmento* Collegium Poetarum *ibidem, priſcorum Imperatorum anteceſſorum noſtrorum more, erigere, obſoletamque priſci Seculi eloquentiam reſtituere. Imque de hac re provehenda & imtanda*

tanda duos in Poëtica & Oratoria, duos verò in Mathematicis disciplinis eruditos, ad ipsum Collegium deputamus: inter quos eum, quem pro tempore lectorem ordinarium in Poëtica constituimus, volumus eidem Collegio praesse, quem etiam praesentibus nostris ipsius Collegii & lectionum Superintendentem facimus & creamus. Quò autem praefatum Collegium uberiori à nobis gratiâ & privilegio decoretur, resq; ipsa felici gradu debitum sumat incrementum pro honore nostro & dignitate augendâ Viennensis *Universitatis, Caesarea nostra auctoritate ac motu proprio praefatum Collegium hôc praesenti privilegio & praerogativâ decoramus, ut quicunq; in praefata nostra Universitate* Viennensi *in Oratoria & Poëtica studuerit, Laureamq; concupiverit, is in praenominato Poëtarum Collegio diligenter examinatus, si idoneus ad id munus suscipiendum habitus & inventus fuerit, per honorabilem fidelem nobis dilectum* Conradum Celtem, *per Genitorem nostrum* Fridericum *tertium divae memoriae* primum inter Germanos Laureatum Poëtam & modò, in Universitate nostra Viennensi Poëtices & Oratoriæ *lectorem ordinarium, ac deinde per Successores ejus qui pro tempore Collegio praefuerint, laurea coronari possit. Sicq; per eum & Successores ejus Laureatus Poëta ab omnibus habeatur & celebretur; omnibusq; privilegiis & insignibus, quibus caeteri Poëtae laureati fruuntur, quomodolibet, Consuetudine vel de jure, uti & gaudere possit, ac si manibus nostris eâ dignitate fuisset insignitus. Cujus rei tenore praesentium damus concedimus & impartimur nostri Caesarea juris eidem legenti, Poëtae ordinario, ut praedictum est, omnimodam auctoritatem, non obstantibus quibuscunq; legibus, statutis, consuetudinibus, ordinationibus atq; aliis quibuscunq; in contrarium facientibus, reservato tamen nobis nihilominus jure Poëtas coronandi, quos idoneos duxerimus. Potestati enim nostrae per hoc privilegium nequaquam derogamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostrae concessionis & ordinationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quid is attentare praesumpserit poenam indignationis nostrae gravissimae ac quinquaginta marcarum auri puri irremissibiliter se noverit incursurum quarum medietatem Imperiali fisco nostro, ac reliquam partem praefato Collegio decernimus applicandam. Harum testimonio literarum, Sigilli nostri consueti appensione munitarum. Datum in oppido nostro* Bezano, *pridie Kalendas* Novembris, *anno Domino millesimo, quingentesimo primo, regnorum nostrorum Romani sexto decimo, Hungariae verò duodecimo.*

Hocq; illud est quod *Vincentius Longinus Eleutherius* intelligit his Panegyrici sui *Maximiliano* dicti Versibus: *In vit. Germ. Script. Tom 2 edit. a Frebero pag. 141.*

Audiit ut nuper Lyricum reſonare Poëma,
Germani vatis, Phœbi præſente caterva,
Obtulit huic hilari mox Regia munera vultu,
Munera, quæ donare poteſt tantummodo Cæſar,
Nam potis eſt Lauro ſacros decorare Poëtas,
Celtis *in* Auſtriaca *memorandi Principis Aula.*

NOTA.

Albertinum Muſſatum Patavinum coronatum Poetam, ante Petrarcham vide ap. *Voſſium de Hiſtoricis Latinis lib. 3. pag. 793.* Ajunt tamen Collocutores Monſtrui ad ann. 1691. pag. 950. Poſſe nihilominus credi *Conradum Celtem* fuiſſe ex *Germanis* primum qui Lauream ex Cæſaris reportavit manu.

Hæc Poetarum coronatio autem non antiqua in Imperio *Germanorum*, proceſſit tamen, ut videtur, ex *Romanorum* veterum conſvetudine quadam. Nam illa verba Diplomatis hujus: *priſcorum Imperatorum Anteceſſorum noſtrorum more*, tantundem volunt. Obſervanda igitur illa in *agonibus* vel *certaminibus Poetarum* aliorumque artificum à *Domitiano* inſtitutis, quæ duplicia fuerunt: *Agon Capitolinus*, in honorem *Jovis* quovis quadriennio vel *luſtro*, (ſic enim verbum hoc interpretari decet, quanquam ratione annorum IV. completorum, certamina iſta ut & Olympica vocarentur *quinquennalia*) & *Quinquatria Palladi Sacra*, & quovis anno celebrata. Utrobique inſignia victoriæ, judicio Cæſaris aſſidentiumque Judicum tributa, erant *Coronæ*. Ib. *Quercea*, ex foliis vel ramis quercus: hic *Oleaginea* cum lemniſcis aureis. Et ſi unus ſolummodo fuiſſet coronatus, omnesque alii rejecti, dicebatur eſſe coronatus *contra omnes Poetas*, quod intelligitur ex illo *Coronatus contra omnes Scenicos* in inſcriptione *L. Surredii* coronati in Agone quodam *Domitiani* & *Coronatus adverſus hiſtriones & omnes Scenicos* eſt in alia inſcriptione *M. Ulpii Apolauſti.*

Gruter. inſcript. p. 331. num 4 & 6. Lib. 4. ep. 14. & lib. 5. epig. 24.

Phraſis, me judice, admodum ſingularis, nec ap. autores Latinos veteres alicubi obvia. *Martialis* meminit utriusque actus in illo de *Domitiani* natali

Hic colat Albano *Tritonida multus in* auro,
Perque manus tantas plurima quercus *eat.*

In

In aliis quoque epigrammatibus meminit Coronarum traditarum. Ter Coronatus fuit *Statius* in *Quinquatriis*, ipſo teſte ad uxorem ſuam *Claudiam*: *Sylvar. 3.*

- - *Ter me vidiſti* Albana *ferentem*
Dona Comes, Sanctoque indutum Cæſaris auro
Viſceribus complexa tuis, ſertisque dediſti
Oſcula anhela meis. - -

Ejusdem honoris meminit in Celebratione feſti *Domitiani*. *Sylvar. 4.*

- - *talis longo poſt tempore venit*
Lux mihi Trojana qualis ſub collibus Alba,
Cum modò Germanicas acies, modò Dacа ſonantem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro.

Verum ſicut in *quinquatriis* ter coronatus eſt, ita victus eſt in *Agone Capitolino*, conqueriturq; de eo dedecore iſtis quæ ſequantur illa ad uxorem ſuam.

- - *tu cum Capitolia noſtræ*
Inficiata Lyræ, ſævum ingratumque dolebas
Mecum victa Jovem - - - -

Victus eſt autem recitans *Thebaiden* ſuam, ut diſcimus ex epicedio ejus in Patrem ſuum. *Sylvar. 5. de quo loco vid. potiſſimum Scaligeranum de emendat. Temp. lib. 5. p. 413. 454.*

Nam quod me mixtæ Quercus *non preſſit* oliva,
Et fugit ſperatus honor. &c.

Innuens, quod etſi adeptus fuiſſet *Oleagineam* Coronam, cum auro, quam vocat *Alba dona*, & *aurum palladium*, attamen non potuiſſe ſe acquirere *querceam*, quam expectavit in Capitolino agone.

Sub *Tragano* iſta Inſcriptio poſita eſt Honori *L. Valerii* pueri XIII. annorum, coronati in eodem agone cum aliis. *Gruter. pag. 322. n. 3.*

L. VALERIO L. F.
PUDENTI.
HIC CUM ESSET ANNORUM
XIII. ROMÆ CERTAMINE
JOVIS CAPITOLINI LUSTRO
SEXTO CLARITATE INGENI
CORONATUS EST INTER
POETAS LATINOS OMNIBUS
SENTENTIIS JUDICUM.

HUIC PLEBS UNIVERSA
HISCONIENSIUM STATUAM
ÆRE COLLATO DECREVIT.
CURAT R. P.

Initium hujus *luſtri Sexti*, ſi numeres à prima inſtitutione *Agonum Capitolinorum*, quæ fuit an. LXXXVI. Salvatoris (juxta vulgarem computum) vel An. DCCCXXXIX. ab V. C. incidit in ann. Salvat. CVI. vel *Trajani* medium. Poſthæc perſeveravit mos coronandi Poetas usq; ad *Theodoſium I.* ut obſervatur ad *Auſonium* tum viventem, ac ad *Atticum Tironem Delphidium* ſcribentem:

Profeſſor Burdegal. 6. & Scalig. Auſon. lect. lib. 1. cap. 10.

Tum pene ab ipſis orſua incunabilis | *Sertum* Coronæ *præferens* Olympicæ
Dei Poeta nobilis | *Puer celebraſti Jovem.*

Corona Olympica hic denotat *quercum Capitolinam*, i.e. Coronam querceam, vel *Tarpejas Quercus*, ut *Martialis* appellavit olim in illo ad *Collinum.*

Lib. 4 epigr. 54

O cui Tarpejas licuit contingere Quercus
Et meritas prima cingere fronde comas.

Ubi *prima fronde* intelligendam puto primam coronam, non vero excellentiam in genere, ut vox prima *ſæpe* ſignificat, quoniam & *Jovi* Sacra erat, & Imperatoris manu dabatur, ut obſervant eruditi. Nam cum multi coronarentur prima corona potuit indigitare primam dignitatem in illis actibus, ſecunda proximam, & ſic deinceps. Et licet *Martialis* ætate tam frequentes coronæ non fuerint, ut ſufficienter probent iſtam interpretationem; attamen in *Auſonio* aliam earum reperimus diſtinctionem ejusmodi Coronarum & per eas dignitatum, gradus ſuggerentem.

Et quæ jamdudum tibi palma Poëtica pollet
Lemniſco *ornata eſt, quo mea palma caret*

Epiſt. 20. Scalig. Lect. Auſon. lib. 1. cap. 10.

ad *Paulinum* inquit: illam *pollentem Lemniſco* digniorem ſua faciens. Et iſta ut videtur intellexit de coronis in *Agonibus Capitolinis* ſolummodo datis; num *Quinquatria* non fuiſſe Auſonii tempore in uſu exiſtimo; ideoque ſtatuendum videtur, in Capitolinis certaminibus ejus ætatis *Coronam Lemniſcatam* fuiſſe ejusdem naturæ cum *prima fronde Martialis.*

Ceſſarunt quoque *Auſonii* tempore *Agones Capitolini*, eadem ratione cum ludis aliis omnibus paulo poſt deſinentibus. Iſti enim

enim *Jovi* ſacri erant, ſicut hi Numinibus aliis; inde recte *Tertullianus*, *S. Chryſoſtomus*, *S. Ambroſius &c.* in eos invehuntur; nam Ludi iſti tum temporis juxta primam ſuam inſtitutionem absque idololatriæ crimine celebrari nequiverunt, & in Chriſtianiſmi infantia evitanda erant quæcunque aliqua ſaltem ratione idola attinebant. Ideoque omiſſis certaminibus *Capitolinis* nullos cernimus Poetas coronatos, usque ad *Fridericum I.* ſupra memoratum quem alii quoque ſecuti ſunt Imperatores, Comites Palatini, aliique Imperialem exercentes autoritatem.

Et quanquam inde à *Friderico* mos fuerit Laurea coronare Poetas (ramo arboris *Phœbo* Poetarum Patrono antiquo ſacræ; *amantes carmina Laurus* inquit *Statius*; quod tamen olim omiſſum, fortaſſis quoniam Laurus triumphantium Imperatorum fuit propria:) & quanquam coronatio iterata fuit in eadem Perſona, quod nunc fit minime, attamen docent eruditi hanc recentiorem conſvetudinem ab illis antiquorum moribus manaſſe, Germanosque Imperatores quantum Chriſtianiſmus permiſit, voluiſſe illos reducere. *Neque puta* (inquit *Scaliger* eruditiſſimus in *Auſonium*) *aliunde Poetarum Laureatorum morem manaſſe. Nam & ipſi antiquitus ab ipſis Cæſaribus Germanis coronabantur. Magnoq; in pretio habiti ſemper ap. Italos & Germanos, qui id honoris virtute ingenii conſecuti eſſent.* Idem & alii dicunt. Neque tamen putandum iſtos in agonibus coronandi actus tum primo inventos. Antiquiores ſunt & *Roma*, & in *Gracia*.

Inſignemq; meo capiti petere inde Coronam,
Unde prius nulli velârunt tempora Muſæ.

Lucretius ait, qui ante Monarchiam vixit Romanam. Datas etiam Poetis coronas ante & poſt *Domitianum* extra *Romam* plurima probant teſtimonia. Hæc tantum conſvetudo docet coronas proprium fuiſſe Imperatorum donum, à quibus etiam ad Succeſſores pervenit eorum. *Lib. 1. Videſis Carol. Paſchal. de Coronis lib. 5. cap. 12 13 14.*

Sicuti ab antiquo Imperio recentiores Imperatores coronandi Poetarum morem acceperunt, ita ab his & Angli aſſumſerunt aliquando. *Johannes Skelton* titulo *Laureati* claruit ſub *Henrico VIII.* eodemque tempore Robertus *Whitington* vocavit ſeipſum *Grammatica Magiſtrum, & Protovatem Anglia, in florentiſſima Oxonienſi Academia* *Baleus cent. 8. ſcript. 66.*

MS. in Biblioth. Cottonian. Cent. 7, script 23. Not. Bide & Voſſium de Hiſtoricis Latinis.

mia Laureatum. In opuſculis aliquot *Londini* tunc editis : & videſis *Antibosſicon* &c. *Londini 1520. Eduardo IV.* quidam *Johannes Kay* dictus dedicat *Rhodi* obſidionem & ſubſcribit *humilis Poeta Laureatus. Jo. mis Goveri* autem celebris Poetæ ſub *Richardo II.* ſepulti. In æde *S. Mariæ de Overes*, ſtatua corona hæderacea cingitur roſis immixtis. *Habet ibidem ſtatuam* (inquit *Balæus*) *duplici nota inſignem, nempe aurea torque & haderacea corona Roſis interſerta. Illud Militis; hoc Poetæ ornamentum.* Verum hucusque de Poetarum Laurea. Atque ſic non intempeſtiva digreſſione ſolvi promiſſa Tibi Cariſſime *Ben. Johnſoni.* Eruditio Tua & Judicium corrigat mea errata, addatq; quæ collectanea mea & memoria omiſerunt. Es enim

\- - - *omnia carmina doctus*
Et calles Mythūn *plaſmata & Hiſtoriam.*

Optime Tu noſti, quæ illam concerunt coronam, neque Te quisquam illa dignior. Redeo igitur ad poteſtatem *Comitum Palatinorum* in aliis etiam rebus occupatam.

Jacob. Canis de officio Tabellionatus §. forma inſtrumenti. De Notariis quos hujusmodi Comites creant extra Imperii territorium, vid Gail. lib. 2. Obſerv. 71. num. 13. Matth. Stephani. de Jurisdict. lib. 2. Part. 2. cap. 5.

XLIV. Forma creandi *Notarios Publicos* apparet in illo Comitis *Johannes Jacobi Canis. Idem Comes, L. publicum & autenticum* Tabellionem *creavit & fecit, ipſumque coram ſe flexis genibus conſtitutum devoteque ſuſcipientem*, de Tabellionatus *officio publicè exercendo, tàm inſtrumentis & ultimis voluntatibus & quibuscunque Judiciorum actibus autenticè conſcribendis, quàm in omnibus & ſingulis, quæ ad dictum ſpectant officium per omnes terras & loca, quæ Romanum profitentur Imperium, peragendis cum penna & calamis, ſeu per calamarii traditionem ſolenniter & legitimè inveſtivit &c.*

Qui L. ipſi Domino Comiti *vice ac Nomine Imperii Romani recipienti corporale præſtitit fidelitatis debitæ Sacramentum jurans etiam ad Sanctum DEI Evangelium, quod inſtrumenta tàm publica quàm privata, ultimas voluntates & quæcunque Judiciorum acta & generaliter omnia & ſingula, quæ ſibi ex officii debito facienda, ſeu ſcribenda occurrerent, juſtè purè, fideliter omni ſimulatione, machinatione, falſitate ac dolo remotis ſcribet, ſcripturas illas quas in publicam formam debuerit redigere in membranis & non chartis abraſis vel de papyro fideliter conſcribendo, & ſententias & dicta teſtium donec publicata fuerint & aperta, ſub ſecreto fideli retinebit, & omnia fideliter & rectè faciet, quæ ad ipſum pertinebunt.*

Hic

Hic videmus modum creandi Notarium, ejusque juramenti. Verba autem illa, *per omnes terras & loca quæ Romanum profitentur Imperium* videntur excludere hujus officii exercitium ab aliis regionibus Imperatori minime parentibus. Existimant etiam Juris Consulti eximii Comitem Palatinum. Pontificis Romani non posse creare Notarios in Imperatoris territorio; nec Comitem Palatinum Cæsareum in territorio Sedis Romanæ: quod etiam de legitimatione spuriorum valere dicunt, etsi quanquam & alii asserant, Notarium sic creatum in utroque territorio admitti, ut etiam olim admissus est in rebuspubl. aliis.

Vid. Butr. & Abb. in c. per Venerabilem extr. qui filii sint legitimi. V. Jac. Carum de offic. Tabellionat. § quia possit, &c. & Spec. tit. de Instrument. editione § 8.

Nam hic in *Anglia*, donec statuto quodam contrarium sanctum est, admissi sunt Notarii Cæsarei: postmodum vero visum ejusmodi admissionem esse contra Dignitatem Regum *Angliæ*, qui etiam summi sunt Principes, ideoq; prohibitum ne postmodum admitterentur; eumque in finem decretum mittitur ad *Archi-Episcopum Cantuariensem*, nec non Consulem Londinensem, quem *Majorem* nominant, adhuc extans, in Rotulis Turris Londin. & Regesto *Reinoldi* Archi-Episcopi. Vide etiam supra Part. 1. Cap. 2. §. 6. Verum ante *Eduardum* II. (postquam scil. Notarii frequentes esse inciperent, quod circa finem *Henrici* III. factum esse conjicio.) Cæsarei Comites non solum hic recipiendos crearunt Notarios, verum etiam per Delegationem quibusdam hic in Anglia concesserunt Potestatem illos creandi. Ejus speciale exemplum reperi in Regiſtro *Ecclesiæ Wintonienſis*, ubi dicitur *Rogerus de Monte florum* Comes Palatinus ad preces ingentes *Prioris Wintonienſis* concessisse potestatem duos creandi Notarios eosque investiendi per *pennam*, *Calamarium* & *Chartam*, ita tamen, ut primo diligenter eos examinet, num sint idonei & deinde juramentum exigat fidelitatis in Sedem Romanam, Imperatorem & Comitem ipsum.

Glanv. l. 3. Edw. 2. m. 6. in Scedula. Regist. Reinold. Archi-Episc. Cant. MS. fol. 96. a.

Regist. MS. Eccles. de diverſ. Episc. quatern. 21. fol. 7.

Viro venerabili & discreto Priori Sancti Svvithini Wintoniæ, Roger9 de Monte Florum *Dei gratia Comes Palatinus, pacem, gaudium & salutem. Sagax humanæ naturæ discretio, memoriæ hominum labilitate pensata, ne diuturnitate temporum ea quæ inter contrahentes aguntur oblivionis defectui subjacerent,* Tabellionatus *adinvenit officium, per quod contrahentium vota scribuntur, & Scripturæ ministerio postmodum longum servantur in ævum. Cum itaq; ex parte vestra nobis extiterit humiliter supplicatum ut*

vobis

vobis committere dignaremur pro autoritate noſtra & ſucceſſoribus, ſuper creando Tabellionibus *publicis à d vis Imperatoribus conceſſa, ut duos perſonas idoneas Clericos & Sufficientes literatos quos duxeritis eligendos creare poſſetis, ad dictum* Tabellionatus *officium exercendum, Nos de diſcretione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes nec non & de diligentia, quam ſuper vobis per nos in hâc parte commiſſis laudabiliter vos credimus adhibere, dictiq; ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ præmiſſa & eorum ſingula tenore præſentium duximus committenda, diligenti examinatione præmiſſa ſuper idoneitate perſonarum, Recepto poſtmodum ab ipſis* S. S. Romanæ Eccleſiæ *ac* Sacri Imperii *nomine ſolitò nec non de ipſo* Tabellionatûs *officio fideliũ & legaliter exercendo prout inferius annotatur corporaliter juramento, quas vos fungi volumus in hâc parte ipſis quibus ex tunc concedimus officium memoratum per* pennam, Calamarium *atq;* chartam *inveſtiatis de officio prædicto dantes & concedentes eisdem autoritate præſentium plenam licentiam & liberam poteſtatem & etiam facultatem inſtrumenta, acta, procurationes, codicillos, protocolla cujuscunq; tenoris & formæ ſcribendi, copiandi publicandi & in formam publicam redigendi, teſtes examinandi & recipiendi, examinationes & depoſitiones teſtium publicandi, teſtamenta conficiendi & tàm ultimas decidentium voluntates quàm quascunq; inſtrumenta ſuper quibuscunq; contractibus & negotiis vel actibus quibuscunque ſcribendi, copiandi, publicandi & in formam publicam redigendi, allegationes, exceptiones, propoſitiones ſcribendi & inſinuandi ac omnia alia & ſingula faciendi quæ ad prædictum officium ſpectare dicuntur, ut illa ubiq; fideliter & legaliter exequantur & ad eos tanquam ad Notarios ſeu* Tabelliones *publicos quotiens opus fuerit liberè recurratur.*

Forma juramenti de quo ſuprà fit mentio talis eſt.

Tu, jurabis ad hæc ſancta DEI Evangelia, quod de cætero fidelis eris S. S. R. E. ac Sacro Imperio gratiam & communicationem ſedis Apoſtolicæ habenti, ipſiq; Comiti ſupradicto, & quod dictum Tabellionatus officium fideliter & legaliter exercebis, non addens nec minuens aliquid quod in contrahentium vota aliquid prodeſſe vel obeſſe valeat. Scripturas verò per te in forma publica per te redigendas in charta papirea vel alias obraſa fuerit Scriptura in loco ſubſcripto, aut quæ de facili vitiari valeat, non conſcribes, prædictumq; officium ſemper abſq; fraude quotiens fueris requiſitus fideliter & legaliter exercebis.

In

In quorum omnium teſtimonium præſens privilegium conſcribi juſſimus per Notarium infrà ſcriptum & ſigilli noſtri appenſione muniri Datum Burdegald *in clauſtro prædicatorum anno à Nat. Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, Indict. IV. die XXII. menſis Novemb. Pontificatus Domini* Clementis *Papæ quinti anno ſecundo, præſentibus diſcretis viris* Guillelmo Leſerii, Guillelmo de Grantham, Joanne Raymundi *Clericis, cum pluribus aliis fide dignis ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis.*

Et ego Guillelmus de Gredone *Clericus* Miniacenſis *Dioceſios publicus Imperiali auctoritate Notarius omnibus præmiſſis & ſingulis & commiſſioni per prædictum Comitem factæ præſens interfui & ea omnia & ſingula ſcripſi & in hanc publicam formam redegi & ſigno meo ſolito ſignavi rogatus in teſtimonium præmiſſorum.*

Sed quanquam perſonalis iſta dignitas Comitum Palatinorum recipiatur in Imperio, etiam in Sedis Romanæ territoriis: æſtimatio tamen ejus fuit varia. Celebris *Petrus Pithœus* ait nunquam in *Gallia* admiſſam fuiſſe, vel agnitam pro legitima dignitate, quanquam Imperator & Papa tales crearent in territoriis ſuis: & in Parlamento *Toloſano* MCCCCLXII. *Johannes de Navarra* Comes Palatinus Pontificis reprehenſus eſt ob legitimationes conceſſas & notarios creatos in *Gallia* virtute Bullæ ſuæ; ejusque actus omnes irriti ſunt declarati. Magnus denique hujus ſeculi in Imperio Juris Conſultus, (qui & ipſe à *Rudolpho II. Ratisbonæ* MDXCIV. Comes Palatinus creatus eſt) facit hunc titulum inferiorem Comitibus aliis. *Horum etſi,* ait, *non vulgaris eſt exiſtimatio, & ampliſſima poteſtatis Politicæ pars, ſolis Imperatoribus ac Regibus reſervata conferatur, ut nimirum nomine ac vice Imperatoris poſſint creare tabellionis dignitatem, ac inſignia Nobilitatis conferre ac Natalibus reſtituere, ac alia ad ſummam Reip. poteſtatem pertinentia exercere, dignitate tamen Comitibus ſimpliciter dictis inferiores habentur, nec ad hæredes poteſtas eorum transmittitur.* Quod eloquitur etiam de iis qui poſt XX. annorum profeſſionem aſſument nomen iſtud. Illa tamen verba, *nec ad hæredes* intelligenda ſunt de iſtis, ubi hæredum nulla fit expreſſa mentio in diplomatibus.

des Comtes de Champagne lib. 1.

Codic. Decif. forenſ. lib. 10. tit. 16 acciſ. 10

Tob. Paurmeiſter de Jurid. Imp. Rom. l. 2. c. 10. § 19. vide Herman. Kirchner. de officio & dignitate Cancellarii l. 4. cap. 6. § 83 84 Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. Ca. 68.

XLV. Origine & natura *Comitum Palatinorum Feudalium & Perſonalium* ſic explicatis; reſtat, ſicuti promiſſum eſt, docendum, cur titulus (in generali denominatione) à *Palatinis Feudalibus* deduci

debeant, à *Francis*, *Perſonales* vero illisque minores ex Imperio Romano antiquo. Hic obſervandum in *Francorum* Imperio, & diu etiam poſt *Germanorum* Imperium titulum Comitis Palatini (prout nunc denominat Perſonales illos) in uſu minime fuiſſe. Ad minimum nulla ſuperſunt teſtimonia ejus uſum probantia. Sed durante *Francorum* Imperio, & poſtmodum usque ad *Fridericum Barbaroſſam* *Comes Palatii* vel *Comes Palatinus* denotavit ſolummodo vel officiariam dignitatem hoc nomine appellatam in familia Imperatoris, (ut ſupra dictum) vel ſuperioritatem Comitum in Provinciis æqualem cum illis Comitibus in domo Cæſaris, ideoque & idem nomen nacti ſunt. Neque illæ leges antiquæ Imperii Romani de *Comitibus Palatii* loquentes, unquam in praxin venerunt, aut lectæ fuerunt in *Francorum* Imperio ſicuti nec aliquis Legum Civilium illo tempore fuit uſus, exceptis ſolummodo feudalibus. *Capitularia vero Caroli M.* aliorumque Imperatorum *Francorum*, ut & Regum nonnullorum *Longobardorum in Italia*, & *Galliæ* erant (cum conſvetudinibus cujusque loci) ſolummodo Leges tum lectæ, & in Rebuspubl. illis obſervatæ: inque omnibus iſtis legibus & conſvetudinibus nulla fit mentio tituli *Comitis Palatini*, virtute nominis ſui, absque concesſione alia ſpeciali aliquod genus Jurisdictionis vindicantis. Sed exiſtente ſolummodo notione *Comitis Palatini* denotante aliquem eminenti jurisdictione præditum ſive in Imperatoris aula, ſive in Comitatu ſive in Provincia, hæc perſonalis ex profeſſione XX. annorum vel literis patentibus accepta, penitus in illo imperio fuit ignota. Cum vero circa an. MCL. Imperii Leges Civiles antiquæ, poſt tam longam intermisſionem reducerentur in Scholas, Profeſſores invenientes in Codice *Juſtiniani* honorarium titulum *Comitum & Comitivæ* aliasque ejusmodi perſonales dignitates Imperii antiqui, & in ſpecie *Comitum Palatii* (omnes enim iſti in Imperio antiquo honorariam *Comitivam* habentes, qvoniam reſederunt vel miniſtrarunt in Palatio, dicti ſunt *Palatini Comites*) perſvaſerunt, exiſtimo, Imperatoribus, qui reduxerant leges antiquas, ut hanc dignitatem legibus illis fundatam, conferrent aliquibus more Imperatorum veterum. Quoniam vero more ex *Francorum* Imperio deducto erat & alia notio *Comitis Palatini* exercen-

De hac re conſul. Sigon. de regno Italiæ. lib. 7. & 11.

centis Jurisdictionem in Imperatoris aula nec non provinciis quas per Feudum tenuit, ideo in Literis quibus hæc personalis dignitas collata est, expressa distinctio facta fuit ab Officiaria vel Feudali *Comitis Palatini* dignitate. Hæc scil. dignitas personalis tantum, & nulli connexa territorio clare discriminata est ab aliis feudalibus, vel feuda respicientibus titulis. Distinctio autem hæc à magno titulo Comitis Palatii, cujus origo ex *Francorum* est Republ. perficitur verbis istis quod dicantur *Comites Aulæ vel Palatii Lateranensis*, & his simil. (ut supra dictum) ad indicandum habere ipsos titulum, hunc prout olim dum sub *Constantino* Palatium *Lateranense* fuit, primarium Imperii Palatium, non autem prout usurpatus fuit, cum Palatia essent *Trevitis, Coloniæ*, &c. *Francis* imperantibus, quibus denotavit ille titulus magnum officium Locum tenentis seu vice Regis respectu Jurisdictionis sub Imperatore. Et hoc sensu quoque XX. annorum Professores sunt *Comites Palatini*, (si modo omnino sunt, negant enim aliqui) non vero aliter: ut etiam illi à Pontifice creati, ab aliisq; hanc suam creandi potestatem ex Imperatore derivantibus.

Videsis Donation. Constant. M.

Menoch. de arbitr. Jud. quæst. lib. 2. cas. 68.

XLVI. Comites quoq; Imperii personales invenio, ut personalis opponitur feudali, nõ vero hæreditario. Speciale ejus habemus exemplum in *Rudolpho II.* creante *Thomam Arundeliæ in Wardour Viltoniæ* postmodum *Dominum*, (*Lord*) *Arundeliæ de Wardour à Jacobo R.* factum. Diploma sic inscribitur: *Illustri sincere nobis dilecto.* Thomæ Arundeliæ *Nostro, & Sacri Romani Imperii Comiti gratiam nostram Cæsaream & omne bonum:* deinde post verba præfationis de evehendis viris dignis, Imperator primo ejus nobilem prosapiam considerans pergit.

Videf. de Comite Apostolico Camden. Britan. p. 175.

Ex autographo.

Insignes etiam virtutes, quibus illustre genus tuum magis ac magis domi forisq; illustras, ut liberalibus primùm disciplinis pectus imbueris, peregrinas provincias, adieris, multorum mores, multorum & Urbes videris, magnumq; rerum usum acquisieris, ut denique tandem hoc sacro, quod contra communem Christiani nominis hostem Turcam *gerimus, bello raro ac singulari zelo excitus tam longinquis & remotis ex partibus in* Hungariam, *propriis stipendiis nobis militatum veneris, teque in apertis prælijs in civitatum & castrorum oppugnationibus fortiter ac strenuè gesseris, ut omnibus nationibus admirationi Nobisque & à Serenissimo Principe Archiduce* Mathia *fratre nostro charissimo & à primariis*

mariis exercitus noſtri præfectis majorem in modum commendatus fueris, inſigni hôc inter alia exemplô ſpectato, quod in expugnatione oppidi Aquatici juxta Strigonium, *Vexillum. Turcis tuâ manu eripueris & in principiis tempore pugnæ te ſpectandum præbueris, prætermittere noluimus quin te poſterosque tuos legitimos inſigni aliquô gratiæ noſtræ documento benignè decoremus; Motu itaque proprio, ex certa noſtra ſcientia, animo benè deliberato ac ſanô accedente conſilio, deque Cæſareæ autoritatis atque poteſtatis noſtræ plenitudine, Te ſupra dictum* Thomam Arundelium *qui jam ante* Comitum *conſanguinitatem à Majoribus acceptam in Anglia obtines, omnesque & ſingulos liberos hæredes, poſteros & deſcendentes tuos legitimos utriusque ſexus natos aternâque ſerie naſcituros, etiam veros ſacros Romani Imperii* Comites & Comitiſſas *creavimus, facimus & nominavimus, Tituloque honore & dignitate* Comitatus Imperialis *auximus atque inſignivimus ſicut vigore præſentium creamus, facimus & nominamus, augemus & inſignimus, volentes præſentique Edicto noſtro Cæſareo in perpetuum valituro firmiter & expreſſe decernentes quod tu, ſupradicte* Thoma Arundelie *unâ cum univerſa prole atque poſteritate legitima maſcula ac fœmineâ in infinitum titulum nomen & dignitatem* Comitum Imperii *perpetuis deinceps temporibus habere & obtinere & deferre, eôque tam in literis quàm nuncupatione verbali in rebus ſpiritualibus & temporalibus, Eccleſiaſticis & profanis, honorari, apppellari & reputari ac denique omnibus & ſingulis honoribus, ornamentis, dignitatibus, gratiis, libertatibus, privilegiis, juribus, indultis, conſvetutinibus, præeminentiis & prærogativis liberè & citra cujuslibet impedimentum uti, frui, potiri & gaudere poſſitis & debeatis quibus cæteri noſtri Sacri Imperii* Comites *fruuntur, potiuntur & gaudent jure vel conſvetudine. Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuscunque etiamſi talia forent, de quibus in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio fieri deberet quibus omnibus & ſingulis quatenus obſtarent, ſeu obſtare quôvis modo poſſent Cæſarea autoritate noſtra ſcienter derogamus ſufficienterq; derogatum eſſe volumus & declaramus per præſentes: Sereniſſimæ tamen Principis & Dominæ* Eliſabethæ Reginæ Angliæ, Franciæ & Hiberniæ *ſororis & conſanguineæ noſtræ Chariſſimæ Juribus ac Superioritatibus ſemper illæſis & ſalvis. Nulli ergò omnino hominum cujuscunq; gradus, ſtatus ordinis, conditionis & dignitatis extiterint & quacunq; præfulgeant eminentiâ, liceat hanc noſtræ conformationis, ratificationis,*

tionis, approbationis, corroborationis, erectionis, auctoritatis, voluntatis. gratia & decreti paginam infringere aut ei quôvis ausu temerario contravenire.

Quisquis verò id fecerit, is noverit sese ex ipso facto in nostram & Sacri Romani Imperii indignationem gravissimam & pœnam centum marcarum auri puri (quarum mediam partem fisco nostro Imperiali residuam verò injuriam passorum usibus solvendam & applicandam decernimus, omni veniæ seu remissionis spe prorsus sublatæ) incursurum. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.

Datum in arce nostra Regia Pragæ *die decima quarta mensis* Decembris, *anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, regnorum nostrorum,* Romani *vicesimo primo,* Hungarici *vicesimo quarto,* & Bohemici *itidem vicesimo primo.*

RUDOLPHUS

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium

Jo. Barvitius.

Hoc titulo qui gaudent (inquit eruditus *Camdenus* annal. *Elisabeth.* R. sub ann. 1596. pag. 126. edit. Lontin. ubi plura de hoc diplomate) *& ejusmodi privilegiis gaudere perhibentur, ut in Diætis Imperialibus sedem & suffragium habeant, prædia in Imperio comparent, milites volones conscribant & Judicio, nisi in Camera Imperiali, non sistantur.*

XLVII. Sicuti Comites Provinciarum vulgo hujus vel illius Provinciæ dicuntur, ita quibus regimen Provinciarum in limitibus Imperii commissum est, dicti sunt *Marchiones*, & *Marggravii* Germanice Marggrafen. Italice *Marchese* unde Græcorum Μαρκιων & Μάρκισσα pro Marchionis uxore. Eine Marck enim limi-

tem ſignificat,& de Imperio dicitur ſicuti apud nos dicunt *the Marches* reſpectu *Scotiæ ſeu Walliæ.* Eſtque ea vox tum veterum, tum recentiorum Germanorum,vel potius gentium Chriſtianos oppugnantium ſub nominibus *Vandalorum, Gothorum* aliorumque, quæ deinde immixtæ fuerunt *Germaniæ Europæique* populis aliis. De his limitibus oder Marcken ſuperſunt teſtimonia in legibus *Alemannorum* Tit.46,47.*Bojorum* tit. 12. c.9. *Ripuariorum* tit.60.§.5.*Longobardorum* 2. tit.30. & hiſtoriis latina pronunciatione formantibus vocem *Marcha.* Hinc *Commarchani* pro vicinis in Legibus *Bojorum* tit.II.c.5. & *Margus* (eadem vox,terminatione ſaltem maſculina:) *Sugerio* notat *Normanniam* ceu in extremo *Galliæ* limite ſitam. Sic *Marca Hiſpanica, Marca Britannica,* & his pl. invenimus in temporibus priscis, & *Marchiſer* Gallis hodienum dicit *vicinum eſſe* angrenßen. Hiſpani quoque dicunt *la Civdad o ſus Comarcas* Civitas cum ſuis limitibus. Sic vox è *Germania* ad omnes tranſiit *Europæos.* A *Marcha* igitur facile facti ſunt *Marchiones, Marcheſi, vel Marchiani* (ut vocantur aliquando)latinis terminationibus,& Marggraven/i e. *Duces Limitanei, vel Comites limitanei* prout *Dux & Comes* illis temporibus indifferenter uſurpabantur pro eadem dignitate. *Ut Comes & Dux Sorabici limitis* in annal. *Franc. Anonymi edit. à Pithœo ſub an.873.Sidonius etiam Apollinaris* ſic deſcribit dignitatem illam in *Anthemio* antequam Marchionis nomen, ut videtur, *cognitum* fuit.

Aimoin. l 4. c. 109. Annal. Franc an.861 Ditmarſi Chron. lib.7.

Andreas Aldus Floriac.de mirac. S. Benedict.cap.33 Pet de Vineis l.2 ep. 15.

Panegyric. Anthemii. Annal. Bojor. lib. 6. & 4. Alciatus de ſingul. certamine cap. 32 V. autorem libri de regimine Princip. lib.3. cap 20. Paurmeiſt. de Jurid l.2.c.10 Stephan. de Jurid. lib 2. part 1. c 6. §. 90. Lancelot. Templ.Judic. Beſold. Alciat. de ſing. certam c.32.

Comitis *ſed jure recepto*
Danubii ripas & tractum limitis ampli
Circuit, hortatur, diſponit, diſcutit, armat.

Et *Aventinus Majores noſtri unumquoque regnum, qui citeriora ejus tutiora forent, juxta Cardines cœli, in limites, quibus Præfectos cum Præſidiis militum & equitum impoſuere, diviſerunt. Illos* Marcos, *hos* Marcigraphos *appellant.* Omittimus teſtimonia alia. Et ab hac origine derivatur *Marchionis* titulus, quanquam alii a *Mare vel March* antiquæ *Galliæ* vel *Germaniæ* vocabulo, eqvum denotante, deducere velint. In *Jure feudali lib.2. tit.10. quis dicitur:* legimus : *Qui de Marchia inveſtitur Marchio dicitur. Dicitur autem Marchia, quia Marcha & utplurimum juxta mare ſit poſita.* Hic quantum de Marchione dicitur reſpectu *Marchæ* verum eſt ; ſi verò exiſtimavit Autor vocem *mare,* dediſſe Marchionem , certe fallitur. Licet enim

nim *Marca Anconitana*, & *Trevigiana* in *Italia*, ut & *Marchionatus* Imperii in *Brabantia*, *Marcha* item *Normannica*, & *Britannica* in *Gallia* mari vicinæ ſunt, attamen Marchionatus *Miſniæ*, *Luſatiæ*, *Brandenburgica*, *Moraviæ*, *Auſtriæ*, *Montisferratenſis* & *Seguſii in Sabaudia* (etiam ſic vocata, quoniam *Marcæ* ibi fuerunt, i. e. limites, indeque *Marchionis*) in continenti terra reperiuntur, Marchionatusque nomen acceperunt, cum eorum Marchiones titulo iſti conjunctas habuerunt terras ſeu provincias limitaneas.

Origine nominis ſic oſtenſa, uſus ejus primus ex *Francorum* deducendus eſt Imperio, niſi velimus *Duces limitaneos* & *Comites* qui rexerunt Provincias in limitibus, fuiſſe Marchiones in Imperio Romanorum antiquo. Et revera iſtæ dignitates officiariæ eædem fuerunt, quoad rem ipſam. Vox tamen *Marchionis* non legitur ante *Carolum M.* Rectores tales præfecit in *Vaſconia*. *Reliſtis Marchionibus* (inquit *Aimoinus*) *qui fines regni tuentes, omnes ſi forte ingruerent, hoſtium arcerent incurſus.* Et in Conſtitutione ejus *de Regia Imperii Tranſalpini ſede tenenda* reperiuntur *Duces & Marchiones* ap. *Goldaſt. Conſtit. Imp. tom.* 2. Verumlicet initia Imperii *Francorum* diſtinxerint à Comite & Duce Marchionem, reſpectu limitum ipſi commiſſorum, attamen, fortaſſis, officiaria tantummodo dignitas fuit; ad minimum non Feudalis, ut his temporibus, usque ad *Henricum I.* Imp., ante ipſum enim non reperio creatum aliquem Marchionem, cujus Marchionatus nunc adhuc ſuperſit. Contra *Danos* autem ipſe conſtituit unum *Sleswici*, alium contra *Vandalos Brandenburgi*, alium in *Miſnia*. *Apud Sleswik quæ nunc Heydebo dicitur* (inquit *Helmoldus*) *regni terminos ponens ibi & Marchionem conſtituit & Saxonum Coloniam habitare præcepit.* Verum iſte Marchionatus cum morte Marchionis tum creati deſiit; *Dani* enim cito poſt Imperatoris mortem abegerunt eum cum copiis ipſi additis. Et *Cranzius* de *Sleswici* loquens Marchione & Imperatore *Brandenburgum* occupante addit, quod is & hic Rectorem reliquerit, *cui ſimile indidit honoris vocabulum, ut Marchio dicerentur.* Dicens vero hoc Marchionis nomen non reperiri in Imperio ante *Henricum*, fallitur, ut ex dictis patet. Poſt has plures Marchiones facti ſunt. *Vid. Andr. Knichen Comm. in*

De geſt. Franc. l. 5. c. 2. & Adhemar. ſita Ludov. pii ibid. item Johann. P. P. 8. epiſt. 219.

Chron. Slav. l. 1. c. 8. V. Cranzii Dan. l. 4. c. 18 Wandal. l. 3. c. 18 & Saxon l. 3. c. 9. Ludovic. Dec. lib. 2 rerum polonic. in Miſcellan. 2.

Jus Saxon. cap. 4. pag. 118. & Duces quorum Provinciæ in limitibus ſitæ fuerunt nominarunt ſe æque Marchiones ac Duces. *Lotharingia Dux* & *Marchio* ſæpe legitur in titulis horum Ducum antiquis. Alii nominantur *Comites & Marchiones* eodem ſenſu. Creatio *Marchionum* ſimilis fuit illi Ducum & Comitum: aliquando etiam Ducis titulo decorati ſunt, nec non Marchionatus in Ducatus dignitatem evecti: ut *Auſtria.*

Lipſius Lovan. lib. 1. c. 13. & Franciſcus de Roſiers in diplomatio, quæ Stemmat. Lotharing. præfix. ſæpius. Petr. Cluniac. lib 2. ep 32.

Poſtremis temporibus ſicut inter Duces & Comites quatuor eminuerunt, ita & Marchiones; vocanturque die vier hohen Marggrafen; eorumque territoria die vier hohen Marggravſchafften / & ſunt *Brandenburg, Moravia, Miſnia, Badenſis.* Indeque fortasſis eſt, quod in maxime barbaro Poemate *Henrici Aquilonipolenſis* Marchio *Brandenburgicus* vocatur *Archi-Comes.*

De primordiis urbis Lubecanæ l. 2. c. 8.

Dux Luneburgi infeudatus non minus iſthic
Albertus Brandenburgicus Archicomes.

Nota.

Sic utitur verbo in enumeratione Principum *Lubecam* venientium cum *Carolo* IV. anno MCCCLXXVI.

De Archi-Comite Gide et iam ſupra ad diſtinctionem Comitum.

Inter veſtes ſolennes Comitis Imperii eſt Pileus, qualis Ducum, *Birro & ipſe munitus*, inquit *Lancellotus Connadus*, innuens primarium Marchionis inſigne; *Nicephorus autem Gregorus* inquiens *hiſt. lib. 7.* apud Latinos (ſic Græci omnes occidentales appellant Europæos, præſertim vero Imperium) non eximia eſt Marchionum dignitas, & addens ὅπερ ἐν τοῖς Ῥωμαίων ϛρατεύμασιν ὁ βασιλικὸν καλούμενον σημαίαν τὸ τῶν Φράγγων λαβίνον Μαρκίωνα *tantum inſtar ſigniferi apud Romanos*, valde errat, nam neque titulus Marchionis, neque nomen aliquo modo Vexillum reſpicit. Aſt ſic errare ſolent *Græci* de occidentis rebus loquentes: & fortasſis *Nicephorus* audivit officium eorum quos *Gonfallonier* in Italia vocant, (quod nomen ſecundum literam Vexilliferum denotat) à Marchionis titulo non differre, (quod etiam verum eſſe poteſt de Marchionibus *Italiæ*, nomen potius quam dignitatem, qualem alias nomen requirit, poſſidentibus) ideoque deceptus eſt, vel forte an Marchio ille, de quo loquitur tenuit Marchionatum ſuum per id quod eſſet Vexillifer Imperatoris in occidente, habuitq; (ut ait) τὸν τοῦ Μαρκεσίου κλῆρον μικρὸν πάνυ καὶ τῇ ὑπερχύσει σκεύῃ ἀνάλογον exiguam Marchionatus dignitatem, & proportionatam exiguo ſuo territorio.

XLVIII.

XLVIII. In illis aliis titulis Landgrave & Burggrave/ſimilis additio eſt vocis Grave ad illas Land vel Burg/ ſicuti in Marggrave. Significat verò Land provinciam vel territorium; & qvanqvam ditiones aliorum Comitum feudalium vocari poſſunt Land/ ut etiam dici poſſent Landgraven/i.e. *Comites Provinciales*, (ſic enim latinè vertitur) attamen ratione amplitudinis Provinciarum vel territoriorum, nec non eminentiæ, qvam intuitu amplitudinis iſtius Comites illi habuerunt præ aliis intra imperium conſtitutis, iſti primi acceperunt nomen compoſitum ex Land & Grave/ ceu excellentiæ notam, prout nunc videre eſt in *Landgraviis Haſſiæ*. Sic *Domini Veronæ*, vel familia *de la Scala*, i.e. *Scaligerorum, Mirandulæ, Patavii, Mediolani* olim appellati ſunt Landherren/i.e. *Domini Provinciales*. Et qvanta fuerit æſtimatio nominis hujus, videre licet in *Rigordo* ſupra citato, *de Ottone Comite Palatino in Witlenſpach*, ubi (ſi bene intelligo) *Rigordus* ait titulum æqvipollere *Comiti Palatino*, &, erroneè tamen, ſignificare idem. Qvatuor autem numerantur Landgravii (uti qvatuor Duces, qvatuor Marchiones, qvatuor Comites, & in aliis plerumqve dignitatibus) præ reliqvis in Imperio inſignes. Landgravius *Haſſiæ, Thuringiæ, Alſatiæ, & Lüchtenbergi*. Titulus vero iſte ab aliis Comitibus diſtinctus, videtur in Germanorum demum Imperio ortus. Nam *Landgraviatus dignitas incognita videtur Longobardis*, ait *Knichen.* ſpecialiſſima, nec non antiqviſſima creatio Landgravii, ſi rectè memini, eſt *Ludovici III.* Comitis *Thuringiæ*: qvi exiſtens hic Comes per hæreditatem (Comites enim inde à prima inſtitutione ſua ſemper increverunt,) à *Lothario* Imp. ſocero ſuo donatus eſt titulo *Landgravii* ann. MCXXVI. *Imperator*, ait *Hiſtor. Erfordienſ. anonym. de Landgraviis Thuring. cap. 18.* videns *Ludovicum generum ſuum eſſe militem ſtrenuum & potentem in Thuringia & Haſſia, de conſilio Principum, ipſum eum vexillorum feſtina exhibitione, ut moris eſt, Imperatoria legatione ſolenniter extulit, & cum magno Præconio ei nomen Principis impoſuit*, & Landgravium Thuringiæ *ipſum proclamari ab omnibus fecit. Hic Ludovicus primus Thuringiæ Princeps & Landgravius genuit Ludovicum primogenitum, qvi ſibi ſucceſſit in Principatu, item Ludovicum Comitem, qvi mortuo patre reſedit in* Tungiſbrucke/ unde corrigere poſſumus *Hiſtoriam ſecundam* de his Landgraviis ſcriptam, & aſſerentem, *Ludovicus Comes* (Pater *Ludovici III.*) *genuit Ludovicum primum principalem Comitem*

Cranzii Vandal. lib. 10. c. 4. Cujac. de Feudis ad lib. 1. tit. 1.

Goldaſt. in ord. præfix. tom. 1. Conſt. p. 36.

ad Jus Saxon. cap. 4 p. 417.

v. Hiſtor. ſecundâ de Landgraviis p. 956. & 958 in rerum Germ. Script. edit. 1583. Francof. ex Biblioth. Joh. Piſtorii.

Nota. *Vid de hu C ſparem Sagittarium in variis de Thuringia Tractatibus.*

tem Thuringia. Sine dubio legendum *Provincialem*, non *Principalem*. Et deinde qvoqve titulus iſte attributus eſt aliis præter iſtos ingentes Landgravios.

NOTA.

Sicuti alios Germanorum titulos minime verti vult *Feltmannus de tit. honorum lib. 1. c. 28.* ita ſtultisſimos appellat eos qvi hodie *Landgravium* reddunt per *Comitem Provincialem*. Ratio ejus videtur eſſe qvod ejusmodi interpretamenta minime dignitatem titulorum exprimant: uti nec Gallorum *Marqvis* ſufficit ad nominandum Celſiſſimos Germanorum Marchiones.

XLIX. Titulus *Burggravii* denotat Comitem Caſtelli. Burg enim ſignificat Caſtellum, fortalitium, & ſim. *Knichen*, inqvit, qvod *Burggraviatus eminentia* nomen **habuerit** *à Præfectura Arcis cujusdam Imperii, ut ſunt Præfecti Caſtellani:* Et *Matthias Stephani; Burggravii arcis præſidiiqve Præfecti.* Sic *Cujacius, Beſoldus* & alii, unde etiam Burggravii vocantur *Comites Caſtrenſes.* Sunt autem qvatuor Burggravii, *Stromburg, Nürnberg, Magdeburg, Reineck,* & alii minoris notæ. Titulus hic ut videtur in Germanico ortus eſt Imperio. Nam ille *Magdeburgi* licet annexus ſit Epiſcopatui, attamen titulus remanet apud Duces *Saxoniæ*, cui titulum & territorium attribuit *Rudolphus I.* Imp. qvi & tradidit Burggraviatum *Norimbergii* Comitibus *Zolleranis*, unde nunc derivatus eſt ad *Marchiones Brandenburgenſes. Et magna*, inqvit *Beſoldus*, hæc olim *dignitas erat, adeo ut in civilibus, etiam Marchionibus jus dicere poſſent, ni nos fallit Autor* des Sachſen-Spiegels *Part. 3. artic. 52. ad finem.* Hic enim legimus *Palatinus ſeu Palatgravius Imperatoris Judex eſt. Burggravius verò, id eſt, perpetuus Caſtellanus, Judex Marchionis. Aliqvando etiam*, inqvit *Beſoldus, in Epiſcopatibus exercebant Jurisdictionem, unde Peucerus lib. 5. Chronic. eos illarum terrarum Judices eſſe cenſet.*

ad Jus Saxon. c. 4. pag. 118. Jacob. Wernher de Ganerbiis Caſtrorum, Diſc. 3. §. 148. Knichen loc. cit. Idem ibid. & Beſoldus diſſ. de Comitibus & Baron. Imper. cap 4. §. 11.

In his autem duobus titulis *Landgravii & Burggravii* in Germanorum tantum Imperio reperiendis, (ubi etiam origo erat qværenda) obſervandum, qvod ſicut in aliis, non ſemper aliqvam ſingularem dicant eminentiam, ſed communicentur etiam aliqvibus ex vulgo. Nam in monumentis qvibusdam Germanorum fit mentio *Landgraviorum*, qvi ſolummodo fuerunt Barones. *Burggravii* etiam ſolummodo Nobiles. Verum iſtud procedit ex vario verborum uſu, Titulos Honorum conſtituentium. Uſurpantur enim aliqvando

Stumpf. Chron. ap. Beſold Diſſert. c. 4. §. 12.

do juxta literam, & aliqvando denominant Honores ſpeciales: ſic *Landgravius* eſt Judex minor ejusdem territorii (Comes enim judicem ſignificavit, Land verò juxta literam æqve denominat parvam ac magnam regionem) ideoqve & Baronis titulus eſſe poteſt, aliqvod poſſidentis territorium & jurisdictionem exercentis. Idem intelligendum de *Burggravio*: cum enim titulus eſt honoris, denotat Præfectum eminentis fortalitii: juxta literam verò denominare poteſt omnem etiam obſcurum regentem fortalitium & vix æſtimandum, unde nullus honor inſignis acqviritur, licet vox afferat. Deniqve ſicut dignitates aliæ, ita & iſtæ *Landgravii* & *Burggravii* hæreditariæ factæ ſunt, præſertim in principio Germanorum Imperii. Inveſtituræ etiam eorum ſimilis fuit Ducum, Comitum, Marchionum.

L. Titulus *Wajewode* inter Imperii titulos rarus eſt reſpectu aliorum. In ordinibus Imperii à *Goldaſto* publicatis memorantur tantum *Vaivoda Walachiæ*, & *Vaivoda Moldaviæ*, cum hac epicriſi: *Sunt inter Principes Imperii allecti, ſed ſub Patrocinio Principis Tranſylvaniæ, à qvo eximuntur. Qvanqvam id in præſentia ſupradicti Principis* (intelligit Sigiſmundum Principem Tranſylvaniæ, nonnunqvam etiam Vaivodam appellatum) *me rogante, illuſtriſſimus Dominus Caſpar Vaivoda Valachiæ negaverit; aſſerens Principatui Valachico eſſe eadem jura ab Imperatore conceſſa qvoad ſuffragia & dignitates conſeqvendas, qvæ ipſi Sereniſſimo Tranſilvano.* Sed infra plura de *Vaivoda* titulo, cum de dignitatibus Poloniæ, ubi etiam de titulo *Deſpotæ* à *Vaivoda Moldaviæ* aſſumto. Loco illius etiam uſurpatur titulus Principis, de qvo mox etiam plura.

Corp. membr. German. Imper. tom. 1. Conſtit. p. 18. Diplom. Rudolphi II ap. Goldaſt Conſtit. tom. 1. p. 379.

LI. *Barones* Freyherren in Imperio ſunt poſſidentes territoria & Jurisdictionem ab Imperatore, una cum dignitate *Baronis*, qvi titulus etiam communicatur jurisdictionem non habentibus, neqve territorium, & hic accidentalis ſolummodo eſt, ex ſpeciali cauſa, gratia vel conſvetudine deſcendens. Nam ordinariè ad ejus pertinet eſſentiam jurisdictio & territorium. Horum *Baronum* intuitu qvi abſqve territorio ſunt, ait *Pauermeiſter*: **Barones in genere deſignio Proceres proximo poſt Comites habilitatis gradu ornator. Baldus* verò territoria & jurisdictionem primariam dignitatis eorum facit partem: †dicit enim *Baronem* eſſe, qvi habet *merum miſtumqve Imperium in aliqvo Caſtro, oppidove, conceſſione Principis*; ac ſi dixiſſet, Baronem eſſe, qvi

* *c. 10. §. 31.*

† *ad c. innotuit, X. tit. de elect. & Alciat. lib de ſingul. cert. c. 32.*

qvi minus habet territorium qvam Comes, cum Jurisdictione tamen in cauſis civilibus & criminalibus. Inde Dignitas hæc qvoad naturam ſuam (ad Comitem prope accedens) licet nomine diverſa à Juriſconſultis in Imperio claris æqve æſtimatur ut Comitis. *Qvidam Germanis moribus* (ſcribit *Pauermeiſter*) *inter Comites & Barones, praeter nominis ac ordinis rationem, parum vel nihil intereſſe arbitrantur.* Inqve eum finem adducit teſtimonia Scriptorum de Feudis, *Zaſii, Schenkii & Roſenthalii.* *Beſoldus* adhuc clarius: *Tandem ex moribus noſtris Comitis Baro aqviparatur, nullumqve inter eos cenſetur eſſe diſcrimen; niſi qvod Baro non eſt inveſtitus de Comitatu; qvi tamen aliis in rebus ſuſcipiendis honoribusqve adminiſtrandis haudqvaqvam Comite inferior cenſeatur.* Verum utut iſti fere confundant Barones Imperii cum Comitibus, dignitate iſtis ſuperioribus, attamen alii non ſolum ſeparant, qvoniam territoria habent minora, & inveſtitura in Comitatus carent, titulo etiam Comitis, (nam hic tituli diſtingvunt) verum & diſtingvunt inter illos ipſos. Qvidam ſex conſtituunt eorum genera, varia qvoqve aſſignantes iplis nomina. Primos appellant die Freyen/ (i.e. *liberos*) ſecundos Freyherren/ i.e. *liberos Dominos*, ut Freyherrn zu Wallpurg/ zu Aulendorff &c. Tertios Semper-Freyen, i. e. *ſemper liberos*, qvomodo vocantur qvatuor illi Barones Imperii zu Limpurg/ Dußis/ Weyſterburg und Alwalden. Qvartos Herren/ *Dominos, Lords*, ut Herrn zu Plettenberg/ Herren zu Kranichfeld/ &c. Qvintos Edle Herren/ ſeu *Nobiles Dominos*, ut Comites *Mansfeldia* vocantur Edle Herren zu Heldrungen. Sextos tantum appellant Edlen/ *Nobiles*, ut Edle von Overfürſt/ pro *Baro de* Overfürſt: & aliqvando Edle/ poſt mentionem Baronatus, ut Evert von Werberge der Edle/ pro Everhardus Baro de Werberg/ ut legitur inter teſtes diplomatis antiqvi *Magni* Ducis *Brunſvicenſis* anno M CCC LX. Alii duo tantum *Baronum* genera conſtituunt, Freyherren ſimpliciter dictos volunt eſſe illos, qvi *Baronias* ſuas per Feudum tenent. *Semper*-Freyen verò qvi ſub ſe habent Feuda, Baroniæ verò eorum feuda non ſunt. *vid. Petr. de Andl. de Imp. R. lib. 2 cap. 12.* Alii deniqve tria conſtituunt genera: Semper-Freyen/ Freyherren/ & Herren. Sunt autem Semper-Freyen iſti qvatuor, *Limburg, Dußis*, &c. Herren/ diſtincti à Freyen vel Freyherren/ reperiuntur in qvibusdam Imperii Conſtitutionibus, ubi nominantur Chur-Fürſten/ Fürſten/ Graven/ Freyen und Herren. Video tamen &

Diſſert. de Comit. & c cap. 4 §. 20.

ap. Pauermeiſt. de Juris d. l. 2. c. 10. §. 37.

Videſis Rutger. Ruland. de Commiſſionib. Part. 2. lib. 3. c. 4. n. 13. Münſter. Coſmogr. lib. 3. cap. 20. Beſold. Diſſert. de Comitib. c. 4. §. 19.

& alios accuratè iſta examinantes, nullam hic diverſorum ordinum admittere diſtinctionem, & verba illa, Freyen/ Freyherrn/ Edle Herren/ Edlen/ indifferenter uſurpare. *vid. poſt Paurmeiſt. Lib. 2. cap. 19. §. 39. Stephan. de Jurisd. lib. 2. part. 1 cap. 6 §. 118. Beſold. l. c. Sixtin. de Regalibus, I. cap. 4. n. 37. Petr. Eritz de Nobil. Civili, ad Concluſ. 18.* Obſerva etiam obiter, non dicere in Germania ſuperiore *Baronem*, niſi cum velint denominare einen Freyherrn/ ſed aliis illis nominibus ſemper denominare; qvanqvam in Germania inferiore verbum Baronis nonnunqvam uſurpetur, ut in ſubſcriptione *Philippi Comitis in* Hohenloe, Germanicè legitur Baron zu Liecfelt/ inter alios ipſius titulos. *Ego Baronum genera nulla eſſe arbitror*, inqvit Pauermeiſter §. 9. *& quocunqve nomine Semper* Freyen / Freyherren / Freyen / Edle Herren / *vel ſingulariter* Herren/ Edle/ *vel* die Edle *appellantur, Nobilitate ac dignitate pares eſſe. Omnes enim generali vocabulo* Herren *comprehenduntur, ut perpetuo habet Decretorum Comitiorum ſubſcriptio*, von der Graven und Herren wegen/ i. e. *aſſenſu nec non authoritate Comitum ac Baronum.* Ita ut *Barones* Imperii omnes immediatè ad Imperatorem, unius ſint ordinis, atqve indifferenter illis nominentur nominibus, excepto titulo *Semper*-Freyen/ ad qvatuor illos tantum pertinente, qvi, ut videtur, hoc nomine non diſtinguuntur à Baronibus aliis, ſed antiqviſſimi in eorum ordine eſſe dicuntur, qvanqvam alii velint originem tituli hujus repetere ab illis verbis ſolennibus: *Semper ingenuus exiſtat*, vel ſimil in antiqvis manumiſſionibus, ac ſi inde vocabula relicta fuiſſent in creatione Baronum antiqva in Imperio. Verum haud fundamentum ejus conjecturæ ſufficiens video. Sicuti Herren vulgò appellantur germanicè *Barones*, ita Herrſchafften/ *Baronia.*

Decret. Ratisbon. 1603. ap. Pauerm. d. l. §. 35.

Goldaſt. rer. Alemann. ſcr. 1. fol. 21 &.

Nota. *vide de Baronibus plurima in Gloſſar. du Freſne*

LII. Nominibus *Baronem* in Germania ſuperiore denominantibus, (in *Italia* enim, & ſæpe in *Belgio*, ipſam *Baronis* vocem retinent) ſic explicatis, jam etiam conſtat qvid ſignificent. Unde verò Latina vox *Baro*, per Europam diſperſa, deſcendat, & qvid ſignificet, qvæſtio eſt admodum diſceptata inter illos qvi ejusmodi litigiis nullius momenti delectantur. Aliqvi derivant à Baronibus *Ciceroni* memoratos, & *Perſio*:*

Epiſt. ad Attic. l. 9. ep. 11 & de Fin. lib. 2. Satyra 3. ubi videſis Elium Vinetum.

Baro *reguſtatum digito terebrare Salinum*
Contentus perages, ſi vivere cum Jove tendis.

Ubi vetus Scholiaſtes *Cornutus* legit *Varo*, aitqve: *Varones dicuntur ſervi*

servi militum, qvi utique stultissimi sunt, servi scil. stultorum. Et sine dubio æqve apud *Persium* ac *Ciceronem* denotat Baro stupidum vilemqve homuncionem. *Concurritur* (inqvit *Hirtius de bello Alexandrino*, loqvens de violentia *Minutii Silonis,*) *ad Cassium defendendum. Semper enim Barones* (vel *Berones*) *complures qve evocatos cum telis secum habere consueverat.* Hic *Berones* vel *Barones* videntur esse mercenarii milites; qvare & *Isidorus Origin. lib. 9. cap. de Civibus* ait, *Mercenarii sunt qvi serviunt accepta mercede; iidem & Barones graco nomine, qvod sint fortes in laboribus.* In vetusto qvodam Glossario Arabico Latino legimus *Barones fortes in laboribus*, unde glossa *Isidori* corrigenda, qvæ habet, *Bargines fortes in bello.* In aliis qvibusdam Glossariis *Baro* vertitur *μίσος & exosus*, & *Barosus fastidiosus*, *servus.* Qvomodo igitur ab his significationibus derivari possit dignitas de qva loqvimur, non intelligo. Alii deducunt ab Hebræa voce בר *bar*, filius. Illi autem genuinam tradunt radicem, qvi derivant à *Bar*, *Barn*, *vel Bern*, Lingvarum Septentrionalium vocibus, qvæ incursionibus *Gothorum & Vandalorum* &c. factis, per omnem Europam dispersæ sunt, & virum, seu hominem masculini sexus denotat, vel prout homo vulgatissima acceptione marem solummodo nominat, ut illa *Hommes, huomini, & hombres* pro viro. Qvod *Baro* istud significarit, probant non solummodo Glossaria antiqva, per *ἀνὴρ* interpretantia, sed etiam Piccardorum lingva, & leges nostræ Gallicæ (nam omnes vel plurimas in Europa lingvas assumsisse aliqvas Septentrionalium voces, vel hæc *Baronis* docet, qvæ ferè in omnibus Europæ Rebuspublicis reperitur) ubi *Baron & femme* denotant *virum & fœminam.* In legibus etiam *Salica tit. 33. de via Latina*, *Alemannorum tit. 76. & 95. & Ripuariorum tit. 58. §. 12. Baro vel Barus & fœmina* occurrunt pro viro & muliere. *Si qvis mortaudit Barum aut fœminam*, &c. *si qvis fœminam ingenuam colpo percusserit*, &c. *si Barus fuerit similiter*, *& si qvis*, *&c. tam Baronem qvam fœminam.* Vox igitur virum significans ad dignitatem tandem restricta est, ut *Dux & Comes* à vulgata significatione ad particularem pervenerunt, & *Miles* sæpe *equitem*, nonnunqvam nobilem denotat in Jure Feudali. Hinc *Barones* aliqvando nominantur a Scriptoribus latinis magni officiales seu ministri *Sultani*, in cujus tamen imperio certe titulus iste nulla fuit honoraria dignitas, prout est & diu fuit apud Christianos, ubi qvi *Duces* non erant, nec *Comites*, territoria autem habebant &

per

vid. & Alciat. Parerg. 5. cap. 16.

Pirhæus in adverf. lib. 1. cap. 8. & de regimin. Princip. lib. 3. cap. 20. vide originationem Baronis futilem.

Nota. Baar / Bahr / *liberum notare & filium probari dicit ex antiqvo rythmo Dn. Rhetius J. P. lib. 1. tit. 17. §. 16.*

Chronic. Richersperg. sub ann. 1190. pag. 281.

per *homagium* acqvirebant, ſeu cum *fierent homines* (prout Phraſis hodienum ſonat in Homagiis apud Anglos) vel qvi ab Imperatore accipiebant territoria ſua & urbes cum jurisdictione, poſtmodum Barones appellati ſunt. Et qvanqvam vox iſta *Baronis* virum denotans admodum ſit antiqva, etiam *Barones noſtri* in legibus *Longobardorum* dicantur *Regis viri*, attamen videtur connexionem nominis hujus cum feudis, indeqve reſultantem dignitatem poſterioribus temporibus inoleviſſe, cum ſcil. & aliæ dignitates, prout oſtenſum, feudales factæ ſunt. Et ad combinandum vocem *Baronis* cum Germanorum Freyen/Freyherren/dicunt nobis eruditi qvidam, qvod Germanorum lingva antiqva Bar/ denotans virum vel infantem marem rectè vertatur Frey vel Free. Sic *Goldaſtus* ad *Winsbekium* veterem Germaniæ Poetam, ubi etiam ex *Cicardo* allegat antiqvum authorem Gloſſarii, cui *Baro* (ut libertatem notat) eſt *Dominus* vel *Princeps*. Sic tractationem de *Baronis* voce (cui major lux affundetur ex conſideratione ejusdem dignitatis in regionibus aliis) finimus, obſervantes qvod Græci recentiores in Germaniam ſcribentes *Baronem* nominent Μπαρῶν, & Baroniam Μπαρωνία more ſuo *Beta* exprimentes per μπ.

lib. 1. tit. 13. Lunic.

ad Paraenetic. vett. Poët. t. pag. 414.

Liter. Joachim. Patriarchæ Alex. ap. Cruſ. Turco Græc. l. 3.

Præterea Germani dicunt Banner-Herr/vel Panner-Herr/ pro *Baronе*, ac ſi diceres *Dominus vexillifer*, & ſimil, vel *Banneretus*. Vicinitas & nonnunqvam identitas horum nominum ap. Respublicas alias ſeqvitur ſuo loco. Id verò non memini occurrere apud Scriptores Germaniæ de hac regione loqventes, qvanqvam mos ibi ſit tradere imperiale vexillum in ſignum conſtituti Ducis bellici, qvem *Generalem* vocant, ut videre eſt in literis *Rudolphi II.* ad Imperatorem *Ruſſiæ*, Principem *Moldaviæ*, & Ducem *Zbaraviæ*, qvibus indicat: tradere juſſimus *Vexillum noſtrum Cæſareum imperiali aqvila inſignitum Stanislao Clopitzi, qvo ſecundum morem militarem, qvamdiu in ſervitiis noſtris fuerit, utatur*; ad qvæ verba *Goldaſtus* in margine obſervat; *mos inveſtiendi Principem Imperii*. Et verum eſt, traditionem vexilli antiqvam eſſe ceremoniam inveſtiendi Duces ac Comites Imperii, ut ſupra oſtenſum.

Prage 3. Feb. 1594. ap. Gold. Conſtit. Imp. tom. 3. p. 579. ſed & Bannereti memorantur ſæpius in legibus Sabandiæ editis Auguſtæ Taurinorum 1588. ubi etiam à Baronibus diſtinguuntur.

Qvi apud Germanos immediatum geſſerunt titulum der Freyherren/ (vel Banner/ ſeu Panner-Herren/) & latinè dicti ſunt *Barones*: in Conſtitutionibus *Longobardicis* vocantur *Valvaſores Regis*, & *Val-*

Valvaſores Majores, item *Capitanei*. *In Jure Feudorum* (inqvit *Capiblancus*,) *Baronum nomen non reperitur*, *ſed* Magni Valvaſores *vel* Capitanei, *aut* Proceres *nominari ſolent*. Verum de Valvaſoribus & Capitaneis plura §. 55.

Proœm. ad Rubric. de Baron. §. 5. & vide Frecc. de Feud. lib. 1. tit. 2.

LIII. Titulis *Ducum* Herʒog/ *Comitum* Grave/ & aliis hinc formatis, *Baronum* etiam ſic explicatis, ſeqvitur nunc vox *Principis*, ein Fürſt/ qvam citius tangere non licuit, ob variam ejus acceptionem & uſum in Imperio, qvæ vix intelligitur ante cognitionem dignitatum hactenus oſtenſarum: huic etiam jungimus ingens *Electoris*, Chur-Fürſt/ nomen (qvod ut ſeculare eſt) tribuitur illis, qvi & alias ſunt *Palatini*, *Duces*, & *Marchiones*, nec non Regi *Bohemiæ*: ideoqve præcedere neqvivit dignitates illas, ſed ſeqvitur. Tanqvam Corollarium verò addimus tandem & alia nomina ex *Longobardorum* conſvetudinibus, comprehendentia dignitates feudales varias, ut *Valvaſor & Capitaneus*.

Princeps, ein Fürſt/ (omittimus autem ſignificationem, qva nunc & Imperatorem ipſum innuit, prout etiam olim apud Romanos veteres, non obſtante qvod & tum minores in Republ. miniſtros denominaverit, ùt freqventer legimus in *Notitia*, *Caſſiodoro*, *Codice*, & alibi) in Germania tria ſignificat. Primo dignitatem, cui junctum eſt territorium, denotatqve ſingulare & diſtinctum honoris nomen. Secundò tribuitur vox *Principis* in ſpecie ejusmodi perſonis, qvæ & aliis ſplendent dignitatibus. Tertiò comprehendit omnes Imperii Status, exceptis urbibus liberis. Sic differt dignitas hoc nomine veniens in *Italia*, de qva capite ſeqventi, ubi ſpecialis titulus *Principis* in Regno *Neapolitano* explicatur.

Pauermeiſt. de Jur. lib. 2. c. 10. §. 21. Stephani de Jurisd. l. 2. part. 1. c. 5. §. 22. Goldaſt. in ordin. præfix. tom. 1. Conſt. p. 18

Primæ ſignificationis exemplum eſt *Princeps Anhaltinus*, Fürſt von Anhalt/ qvi neqve eſt Dux, neqve Palatinus, neqve Marchio, neqve Landgravius, neqve Burggravius: hoc ſolo titulo ſpeciali fulgens. Comites etiam nonnulli per indulgentiam Imperatoris Principes creati ſunt, vocanturqve Gefürſtete Graven/ ſeu Comites Principes facti, ut *Hennebergici* præter *Comitem de Arnberg*, qvi Princeps creatus eſt à *Maximiliano II.* & *Mansfeldium* à *Rudolpho II.* Sic & alii fuerunt Principatus, Fürſtenthümer/ ut vocant, in Imperio, ut videre eſt in titulis Marchionis *Brandenburgici*, ac Ducis *de Mecklenburg* (qvorum alter eſt *Princeps Rugiæ*, & alter *Princeps Vandalorum*) & aliis. Hic vero non reperio numerum qvaternarium, ut in aliis Imperii dignitatibus.

NOTA.

NOTA.

Henricum I. dicit Sagittarius, primum Principem Anhaltinum fuiſſe renunciatum anno circiter M CC XVIII. Vid. hiſtoriam ejus Anhaltinam. cap. 2.

Initium tituli hujus ad territorium applicati, & elevati ad dignitatem Comitibus Territoriorum proxime ſuperiorem, nullibi apparet. Periti ſaltem (nec absqve ſingulari eruditione) rerum Germanicarum exiſtimant titulum derivandum ex conſvetudinibus, qvæ in Germania fuerunt ante Romanorum gubernationem. Obſervant ex *Cæſare*, qvod apud Germanos *in pace nullus erat communis Magiſtratus; ſed* Principes *Regionum atqve pagorum inter ſuos jus dicebant, controverſiasqve minuebant;* & ex *Tacito*: *eligebantur &* Principes, *qvi jura per pagos vicosqve reddebant. Centeni ſingulis ex plebe* Comites *conſilium ſimul & auxilium aderant.* In his locis exiſtimant *Principis* vocabulum traductum eſſe à Germanorum Fürſten; qvo tempore non tot erant honorum poteſtatumve diſtinctiones, qvot nunc. Et intuitu qvod Duces, Hertzoge / majore in dignitate eſſent, qvam illi *pagorum Principes*, Fürſten / & Comites Territoriorum, Graven / iſtis minores vel ſubordinati, inde (ajunt) venit, ut Principis titulus cum additione territorii, Duce Hertzog minor ſit, major verò Comite Grave / in Imperio, utut in aliis Europæ locis Ducis titulo ſit ſuperior. *Hæc una eſt ratio* (ſcribit *Cluverus*) *cur hodieqve* Ducis *dignitas in Germania ſuperior ſit ordine* Principum; *qvum è diverſo aliis in gentibus Europæ*, Principalis *dignitas ſuperet* Ducalem. Iidem Authores originem *Comitum & Ducum* in Imperio ex *Germania* ſolum petunt, atqve huc trahunt *Cæſaris Taciticve* verba, uti ſupra §. 12. oſtenſum. Et qvoniam voces hæ, Fürſt / Princeps, ſe invicem exacte interpretantur, & ambæ propriè ſignificant ſingularem eminentiam, veriſimile eſt, ad minimum videtur, qvod Principis vocabulum Romanum (Germanis applicatum) redditum ein Fürſt / qvi titulus ante Romanos à Germanis uſurpatus eſt, idem deinde ipſis ſignificarit, qvod Romanis *Princeps.* Verum certum qvoqve eſt *Principis* vocem & Romæ fuiſſe titulum honoris, anteqvam Imperium vel nomen Romanorum innotuit Germanis. Apparet illud ex vocabulis *Princeps Senatus*, *Princeps Juventutis*, omiſſo qvod Imperatores ipſi ſic fuerunt nuncupati. Et declinante Imperio dicebantur *Principes agentium in rebus*, directores primarii curiarum & actio-

de bello Gallic. com. 6.

de morib. Germ.

Phil. Cluverius in German. lib. 1. cap. 39. 41.

C. de Princip. ag. in reb. & C. Theodoſ. eod. tit. lib. 6. tit. 28.

ctionum civilium: locus hujus Principis vocabatur *Principatus bonor*, variaqve ad eum pertinebant Privilegia. *v Panciroll. ad Notitiam utramqve cap. 9. & in Notit. Orient. cap. 103.* Qvidam eorum adjuncti ſummis Provinciarum Præfectis (nam iſti in aula ſua habebant *Principes* ejusmodi) Provinciarum qvoqve aſſumebant nomina, qvalis fuit *Princeps Dalmatiarum*, ſub Comite ibi gubernante. *Nicephorus Gregoras Hiſt. Rom. lib. 7 p. 166.* ait, Principis titulum *Conſtantini M.* ævo datum eſſe cum territorio: ſcribit enim hunc Imperatorem creaſſe *Principem Peloponneſi.* Ὁ δὲ πελοποννησίαν ϑ τὸ ἀξίωμα τῦ πρίγκιπ ϑ κικλήσοται: indeqve apud *Phranzem in Chronic. lib. 1. cap. 4.* occurrit Princeps *Peloponneſi* & *Achaiæ.* In poſterioribus etiam Scriptoribus Græcis leguntur nomina πριγκιπάδες, πριγκίπισσα, πριγκίπες, πριγκιποι & πριγκιπάτον pro Principatu. Qvæ teſtimonia Romana cum fragmentis iſtis Scriptorum Græcorum ſatis docent uſum tituli hujus, ejusqve originem Romanam eſſe firmant, indeqve feudalem factum, cum annexum ſortiretur territorium, ſicut illi *Comitis* & *Ducis.* Evidens enim eſt, qvod, moribus Romanis ad Germanos delatis, Princeps & Fürſt non ſolummodo idem ſignificaverint, verum & juxta literam pro eadem habita fuerint. *Tacitum* verò & *Cæſarem* innuere vocem Fürſt juxta literam, haud æqve manifeſtum. *Princeps* enim ipſis eſſe potuit & alius qvis viam inſignis Gubernator præter eum qvem Fürſt nominarunt. Ideoqve certiſſima derivatio fit ex antiqvo Imperio Romano, ubi, nemine dubitante, Principis vocabulum dignitatem denominavit, & è regione probari neqvit, Germanorum Fürſt idem denotaſſe, anteqvam Romanorum huc delatus eſſet *Princeps.*

Cassiodor. lib. 7. form. 24. Pancir. ad Not. Occid. cap. 64. conſule Meurſii Gloſſariũ Græco barb. in πριγγ.

Secunda *Principis* ſignificatio eſt in titulis Statuum Imperii, qui aliis præditi nominibus, *Principes* etiam vocantur, eoqve vocabulo diſtingvuntur ab iis qui Principes non ſunt hac notione alterutra. Sic vocantur non ſolummodo *Electores* (qui & aliquando appellantur *Archi-principes*) *Duces* & *Comites* in nominibus ſuis gerentes additamenta illa Pfaltz/Land/Marck/Burg. Comites deniqve Principes facti; ſed & Epiſcopi, Abbates nonnulli, Præpoſiti & Abbatiſſæ, intuitu poteſtatis ſuæ ſecularis. Hoc ſenſu loqvitur *Limnæus** de illis, qui ſub *Maximiliano I.* ad Comitia *Wormatienſia*, anno M CCCC XCV. convenerunt. *Principes in propria perſona XLV. Comites*

*Pauerm. l. 2. c. 10. §. 20. M. Stephani l. 2. Part. 1. c. 6. §. 20. ad 53. Goldaſt. Conſtit. Imper. Tom. 3 p. 438. & Tom. 4 Concil. pag. 225. edit. 1618. * in Faſcic. temp. appendice. A. 1495.*

mites vero ſine illis qvi cum Principibus erant circiter LXVII. qvi per ſe venerant. Sic & alibi. Hinc legimus qvod *Principatus*, Fürſtenthum/ Abbatiæ *Lorshemenſis* vel *Lauriſſenſis* prope *Heidelbergam*, ab Imper. *Friderico II.* translatus fuerit ad Archiepiſcopatum *Moguntinum. Nos conſiderantes* (inquit Imperator, prout legimus apud *Trithemium in Chron. Sponheimenſe ſub an. 1232. & in Append. ad Annal. German. edit. 1624. à Marqvardo Frehero*) *tenuem ſtatum Eccleſiæ Lauriſſenſis ab honore & Principatus proceſſu temporis collabentem, ut non minus Imperio, qvam ſibi deficere videatur*, &c. *Cum deliberatione & conſilio Principum de innata providentia & noſtræ gratia Majeſtatis eundem Principatum Eccleſiæ Lauriſſenſis cum omni honore, Vaſallis, Miniſterialibus, caſtris, oppidis, proventibus, juribus & pertinentiis ſuis, ſicut ad nos & Imperium noſcitur pertinere, eidem Moguntinæ Eccleſiæ, dicto Moguntino Archiepiſcopo* [Siffrido] *& ſuis Succeſſoribus, Imperiali autoritate in perpetuum donavimus & conceſſimus, & nominatum Principem noſtrum venerabilem Archiepiſcopum Moguntinum præſentibus Principibus ſolemniter inveſtimus, ut eadem Eccleſia Moguntina, idem Archiepiſcopus Moguntinus & Succeſſores ejus à modo Principatum ipſum teneant & poſſideant, & ad honorum noſtrum & Imperii illum foveant & conſervent, ſalvo jure qvod inde debetur Imperio*, &c. Verùm de hoc titulo plura vide poſtmodum in enumeratione Statuum Imperii, ubi invenies quosdam *Landgravios & Burggravios, Comites* item, qvi hoc in ſenſu minime ſunt Principes, & alios quosdam Principes, ſeu Principibus æquales, qui tamen ſolummodo dicuntur *Domini*, ſeu Herren.

Tertiam ſignificationem reperio in qvibusdam expreſſionibus JCtorum Germanorum, Status Imperii dividentium. Status hi, ajunt, dividuntur in *Electores, Principes, & civitates liberas.* Principum autem vocabulo complectuntur omnes qui votum habent in Imperii Comitiis, præter Electores, qui etiam Principes ſunt citra omnem dubitationem, imo Principes maximi. Qui vero illic vota habent, ſunt Barones, & ſuperiores Baronibus, vel Domini ipſis pares. Cum vero Principes ſinguli ſeu Electores ſingula habeant vota, Comites & Barones duobus tantum votis gaudent, quæ dividuntur in *Suevicum* & *Wetteravienſe.* Hic tamen vocis *Principis* uſus reperitur ſaltem in iſtis Scriptorum expreſſionibus, nunquam vero in titulis, niſi illorum qui Comitibus ſuperiores ſunt. Comites enim & Barones inſcribuntur dem Wohlgebohrnen Herrn / non Für-

Pauermeiſt. lib. 2. de Jurisd. cap. 2 §. 21. 22. Math. Stephan. lib. 2. part. 1. cap 6. §. 22. &c.

ſten / i.e. *admodum generoſo Domino*, cum alii præter Imperatorem ad ipſum ſcribunt: is verò ſcribit: dem Edlen / unſerem und des Reichs lieben getreuen / i.e. *Nobili, dilecto & fideli noſtro Imperiiqve noſtri.*

videſis Titular-Buch / & Nolden. Synopt. Tract. c.1. §. 61.

Eſt præterea & alia Principis notio in Conſtitutionibus Imperii, multum ab his diverſa, ut videmus in illo dum *Carolus V.* dediſſet filio ſuo *Philippo*, tum *Angliæ* Regi *omnes Ducatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus, (ſic enarrantur) Baronias, aliasqve terras XVII. Provinciarum, eorum ipſum conſtituens *Principem* & Dominum. Sic poſtmodum Archiduciſſa ab *Hiſpaniæ* Rege accipiens Provincias illas, vocatur *Domina* & *Princeps* earum.† Verum ſtylus fœminæ huic uſurpatus ex aliis tantum conſtitit titulis, ſcil. Archiduciſſa, Duciſſa, Marchioniſſa, &c. Obſervari præterea meretur, qvoad titulum Principis in Germania, illud *Matthiæ Stephani* ex *Speculo Saxonico* deſumtum ad lib.3.tit.58. ſeu antiqvis Saxonum legibus. *Inter Status Imperii* (ut loqvitur, de Principibus Imperii juxta tertium diviſionis noſtræ membrum differens) *poſt Imperatorem & Regem Romanorum refero Electores tam Eccleſiaſticos, qvam Seculares, itemqve alios Duces, Principes, Marchiones & Comites, qvi realem habent adminiſtrationem ſuorum Ducatum, Principatum* &c. *& propriè dicuntur Principes Imperii. Qvi enim adminiſtratione deſtituuntur, & territorium non habent, illi habent qvidem jura Principis perſonalia, at jura realia, ſeu territorialia non item. Dici enim de aliqvo reqvirit inesſe, & dicuntur ejusmodi Principes abſqve adminiſtratione Domicelli. In Jure Saxonico vocantur* ſchlechte Fürſten / *item* Fürſten Genoſſen.

**25. Octob Goldaſt. Conſtit. Imp. tom. 1. p. 585.*

†Les Eſtats, Empires &c. à Paris 1613. p. 351.

Lib. 2. de Jurisd. part. 1. c. 7. §. 23. vide & lib. 2. Part 2. c. 6 §. 50. ubi etiam habet verba Gloſſæ Speculi Saxonici teutonicè qvæ fuſius rem explicant.

LIV. De magno illo titulo *Electoris*, qvo eminent tres Archiepiſcopi *Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis*, Rex item *Bohemiæ, Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgicus*, nihil attinet dicere, ſatis enim cognitus eſt ex ipſorum electione qva Imperatorem eligunt, & ſpeciatim ex *Aurea Bulla Caroli IV.* Origo ejus variè traditur: aſſerentibus eam nonnullis *Gregorio V.* P.M. & *Ottoni III.* aliis *Gregorio X.* Proſtant etiam hac de re qvæ ſcripſerunt *Baronius, Schardius, Knichen, Onuphrius, Goldaſtus, Binius, Cubachius*, & alii minorum gentium. Neqve ego hic inqviram! Nam licet vellem, felicior non eſſem JCtis in Imperio ſtatuentibus, *omnem opinionem qvæ Electorum originem huic vel illi vindicat tempori, conjecturis ſaltem niti, nullis verò argumentis certis: verum etenim eſt, nihil

**Pauerm. lib. 2. cap. 3. §. 38. Petr. Erita de Nobilit. ad Conſul. 18. lit. d.*

nihil hac in re certius esse, qvam tacito consensu Statuum & Imperii, (postqvam ad Germanos delatum esset) hunc Septemviratum electionis cœpisse, & in tres istos Ecclesiasticos, nec non qvatuor Seculares Principes collatum. Qvando verò istud factum, nullum satis evidenter probat testimonium, qvæstionemqve definit.

NOTA.

Qvæ de Electorum origine, potestate & numero nunc qvoqve tractant Juris Publici apud Germanos Scriptores, videre est præprimis in *Cassandri Thucelii Electis Jurispublici curiosis*, inter alia examinatis, an Imperator absqve Statuum in Imperio consensu possit novum creare Electorem, occasione Novemviratus Serenissimæ Domui Luneburgicæ nuper concessi: & narrantis, qvomodo *Bavarus* Anno 1623. d. 25. Febr. loco Palatini in Electorem fuerit creatus. Videl. declaravit in Consessu amplissimo coram Imperatore ejusdem Cancellarius, Palatinum ob rebellionem dignitate Electorali indignum, eiqve alium substituendum: annunciarunt hoc qvidam delegati Bavaro in alio conclavi commoranti, qvi gratias jubens agere Imperatori, & officia qvæqve promittens, accitus est deinde, ac coram Imperatore solito more apparens pileum Electoralem ac pallium à nonnemine ex adstantibus sibi imponi & circumdari passus est, juramentum fidelitatis illico jurans, gladium, qvem Imperator tenuit, vel ejus capulum osculatus est.

LV. Illi duo tituli *Capitanei & Valvasores* succedunt. Capitaneus sumitur vel propriè, vel impropriè. *Propriè* in Feudalibus consvetudinibus *Longobardicis* sumtus, denotat & comprehendit *Comites*, omnesqve Comitibus superiores, qvi feudales suas dignitates derivant immediatè a summa potestate: verba sunt lib. 1. tit. 1. *Dux Marchio & Comes feudum dare possunt, qvi propriè regni vel regis* Capitanei *dicuntur.* Impropriè vox sumta & cum speciali restrictione significat tales qvi non sunt Duces, neqve Marchiones, neqve Comites, & investiuntur vel à potestate summa, vel Duce qvodam, Marchione aut Comite, vel Republica, qvæ habet potentiam per infeudationem investiendi in territorium qvoddam, vel in Feudalem commissionem, vel *qvi de plebe aliqva, vel plebis parte per feudum sunt investiti.** Hi etiam sunt *Capitanei*, sed impropriè. Omnes enim qvi nullum ex istis splendidis gerunt titulum, habent tamen territoria, vel mandata immediate à Summo Principe, vel ab illis, majoribus istis

* *Feud. lib. 2. tit. 10. & ibid. Cujacius. vid. Horoman. disp. feudal. cap. 3. Sigon. de regn. Italia lib. 7.*

ibid. & lib. 1. tit. 14. & de Valvaſoribus vide ſis Legg. Sabaudiæ lib. 5. cap. 4. Auguſt. Taurin. 1588.

iſtis titulis, claris, erant potius ex more Longobardorum *Valvaſores Majores*, ſeu *Valvaſores Regis*. Iidemqve erant (ſi ad minimum immediati ad ſummum Principem) cum Baronibus Freyherren Imperii. Uſitatior alias tum temporis diſtinctio feudalium dignitatum apud Longobardos erat generaliter in *Capitaneos & Valvaſores*, qvorum illi comprehendebant omnes majoribus titulis ſplendidos, hi omnes territoria & jurisdictionem per feudum absque titulis iſtis poſſidentes. Manifeſtum id eſt ex *Ottone Friſingenſi de rebus geſtis Friderici I. lib. 2. cap. 13.* Origo vocis *Capitanei* manifeſta eſt, nec ſignificatio abit à litera, ſæpe legitur apud *Petrum de Vineis Lib. 6. epiſt. 22.* cui qvoqve abſtractum eſt *Capetania*. Et ſicut *Dux* ac *Comes* feudis connexa facta ſunt vocabula, ita & *Capitaneus* in Longobardia. *Valvaſor* autem unde derivetur, vel qvid ſignificet, juxta literam non liqvet. Deducunt qvidam a *Valvis*; ſed Paronomiæ ejusmodi ſæpe ſunt frivolæ. Neqve aliam inveni veritati propiorem qvam *Hotomanni*, eumqve ſeqventium: à *Vaſſus*, ſeu *Vaſallus*, & *Valvaſini*: qvomodo vero hinc formetur, non dicunt: nec operæ pretium eſt inqvirere largius. De Feudalibus dignitatibus Imperii, earumqve nominibus qvæ aliqvando tantum ſunt perſonalia, hactenus. Nunc progredimur ad *Eqvites percuſſos*, geſchlagene Ritter/ qvæ dignitas merè perſonalis eſt.

LVI. *Eqves Percuſſus*, ein geſchlagener Ritter / vel Eqves Calcaris fit apud apud illos, ſicut & apud nos. Ceremoniæ enim neqve hodie, qvantum novi, ſunt aliæ. Ordinarie perſona ad iſtam dignitatem admittenda genua flectit, & blanda percuſſio Imperatoris, (nam lenis gladii impoſitio pro verbere potius habenda, qvam pro impoſitione aut attactu, ſicut vulgo loqvuntur; & revera olim percuſſio erat, ipſo verbo geſchlagen / id ſignificante) atqve pronunciatio Imperatoris, Eqvitem creat. Aliqvando ſolitaria pronunciatio absqve enſe (ad minimum absque uſu ejus in tangendo vel percutiendo) ſufficit ad creandum Eqvitem. Sic *Carolus V.* poſt victoriam a *Friderico* Duce *Saxoniæ* reportatam, multos ſimul creavit Eqvites, pronuncians ſolummodo, qvod debeant eſſe *todos Cavalleros*, i. e. toti ſeu omnino Eqvites. De hac dignitate (qvæ nunqvam extenſa fuit ultra perſonam creatam) obſervamus in ſpecie antiqvam Imperii legem definientem, qvi hujus dignitatis poſſit eſſe capax, qvæ ſint privilegia ejus, origo, ceremoniæ olim uſurpatæ, & perſonæ creantes.

Mennen. Delic. eqveſt. p. 20.

creantes. Nemo fuit hujus dignitatis capax ex Conſtitutione *Friderici II.* (qvæ etiam adſcribitur *Conrado IV.*) niſi qvi ex *Milite* genitus eſſet, qvod intelligo de *Nobile*, non vero *Equite*; Nam *Eques*, Ritter/ & *Miles*, ſæpe in jure feudali Imperatorum antiqvo *Nobilem* ſignificat (à Gentleman Edelman/) non vero *Equitem percuſſum*, qvem vocant *Militem factum*, vel *cingulo militari donatum*: Sicut apud nos in *Anglia, qvi ſuſcepit ordinem militiæ* eſt Eqves percuſſus, eumqve in genere vocamus *Equitem à Knight*: utut etiam *Milites* nominentur *Nobiles, Gentlemen*, libere in regno habitantes, *Freeholders in the Country*. Iſti vocantur *Knights*, Eqvites ſeu milites in legibus noſtris, qvæ concernunt vel Coronatores, vel Eqvites Parlamenti, qvamvis milites facti non ſint. Hinc Nobilitas in Imperio vulgo dicitur die Ritterſchafft/ac ſi diceres *Militia*, utut nemo ſit Miles ſeu Eqves illo ſenſu, qvalem notat *Eques auratus*, vel *cingulo Militiæ donatus*, ſed tantum illo, qvo dicitur qvis in *ordinem militarem cooptatus*. Conſtitutio, de qva loqvimur, eſt diſpenſatio conceſſa cuidam qvi Eqves creatus eſt, etſi Parentes nobiles non habuit. *Goldaſt. tom. 3. Conſtit. p. 398.* *Petr. de Vineis lib. 6. ep. 17.*

Notum facimus, inqvit Imperator, *univerſis, qvod A. de N. Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut cum fieri velit Miles, & Pater ſuus Miles non eſſet, ſibi exinde largiri licentiam dignaremur. Nos autem ut fidei ſuæ meritum & ſuorum, per Imperialis gratiæ præmium imperialiter compenſemus, ſupplicationibus ipſius benignius inclinati, de poteſtatis noſtræ plenitudine ſibi concedimus poteſtatem, qvod qvanqvam Pater ſuus Miles non fuerit, & noſtris Conſtitutionibus caveatur, qvod Milites fieri neqveant, qvi de genere Militum non naſcuntur, ipſe tamen de culminis noſtri licentia decorari valeat Cingulo Militari; mandantes qvatenus nullus ſit, qvi ipſum ſuper hoc de cætero moleſtare vel impedire valeat aut præſumat.* Conſtitutio Friderici de pace tenenda apud Hotomann. de Feud. diſp. c. 5.

Goldaſtus vero exiſtimat eſſe hoc creationem Eqvitis per diploma; titulus namqve ejus eſt; *De cingulo militari per Principem concedendo*. Adde his, qvod aliqvi adducunt ex Conſtitutione antiqva in Annalibus *Lovanienſium*, qvod nemini liceat hanc dignitatem aſſumere, niſi antehac tribus interfuerit expeditionibus bellicis. *Vid Mennen. Delic. Eqveſt. & Lipſ. Lovan. lib. 3.*

LVII. De Privilegiis Eqvitum. Qvoniam antiqvæ leges Imperiales varia privilegia conceſſerunt his in conficiendo Teſtamento, immunitatem ab incarceratione &c. (qvæ multi collegerunt JCti, & imprimis *Claudius Coteraus* in Tractatu de Privilegiis militum) qvi revera fuerunt milites, inqve bellum prodierunt, conſcripti fuerunt

runt, & ſacramento recepti ſolenniter, ut apparet in *Polybio, Vegetio,* aliisqve *Romanam Militiam* deſcribentibus; qvæſtio agitata eſt inter Doctores, num omnia vel aliqva tantummodo privilegia ad Eqvites in Imperio factos pertineant; ad *Eqvites qvoqve auratos,* (ab aureis calcaribus dictos, qvæ ipſis accingebantur in eorum creatione) qvi nominantur etiam *Milites facti,* vel *in ordinem militarem cooptati?* Si in bello degerent, atqve ſic vere milites eſſent, nullum, ajunt, de hac qvæſtione dubitaſſe; & alii: Milites iſtos non potuiſſe ob debita qvædam incarcerari, neqve torturæ ſubjici. * Verum, qvoniam hæc dignitas non facit ipſos eſſe ex numero alicujus exercitus, neqve aliqvam bellicam commiſſionem habet annexam, communiſſima opinio eſt, qvod ad ipſos hæc Privilegia non pertineant. *Soli namqve hi qvi pro tutela Rom. Imperii militant, privilegiis Militum digni habentur, alii non habentur,* ait *Zoannettus.* Et *hinc eſt,* pergit, *qvod a Cæſare creatis militibus auratis, qvos armatæ militiæ non incumbere conſtat, prærogativæ militares eo ſolo nomine neqvaqvã debentur, ſecundam veram, communem, & receptiſſimam Doctorum omnium ſententiam:* atq; hunc in finem multa producit teſtimonia Doctorum. Obſervari autem hic meretur Privilegium antiqvum omnibus Eqvitibus in Marchionatu *Namurcenſi* conceſſum, videl. qvod ex Eqvitis defuncti bonis cedat Marchioni non aliud qvam *melius mobile, qvod qvidem melius cathelum dicitur:* † ut verba habent in *Philippi Marchionis Namurcenſis* ſtatuto ann. MCCXII. ſanxit autem id, *conſvetudines qvasdam indecentes, qvas contra bonum militarem injuſte uſurpaverat, iniqvas eſſe decernens,* ut Privilegium habet.

LVIII. Origo horum Eqvitum non petenda ex veteris Romæ uſu, ubi *Eqveſtris Ordo,* vel *Ordo Secundus* (ut *Statius* appellat *Epiſtolarum ad Sylvar.* 4.) ex Eqvitibus conſiſtebat. * Hi ordinem ſuum habebant ſolummodo ex *cenſu ſuo Eqveſtri,* cenſorisqve electione vel aſſenſu. Similitudo tamen aliqva eſt cum Eqvitibus in Imperio & alibi factis, intuitu, qvod ſicuti illi ad Senatum pertinebant, tanqvam gradu ab ipſo proximi, ita hi *Dominos* reſpiciunt in Rebusp. aliis. † Verum neqve Cenſoris electio, neqve *Cenſus Eqveſtris* (qvi fuit circiter MMM.XXV. librarum noſtrarum) neqve eorum *jus aureorum annulorum* unqvam apud hos fuit Eqvites. Et qvanqvam hic

* *vid. Tiraqvell. de Nobilitate & Petr. Bellugam Spec. Princ. rubric. 20. §. 8. Bald. ad leg. 1. C. it. qvi bonis cedere poſſint, & videſis Fr. Zoannet. de Imp. Rom. §. 68 ſeq. & 77.*

† *ap Autorum Belgic. tom. 2. cap. 67.*

* *De militiis vero & militũ apud Romanos generibus, prater eos, qvi de eare volumina ſcripſere, eaqve ſatis trita, videſis Ludov. Charondam Pithanon. lib. 1. c. 14.* † *Videſis Bud. ad L. fin. ff. de Senatoribus.*

hic præſertim in *Anglia*, (ut oſtendetur deinceps) alibi etiam, à multis ſeculis ſit qvispiam *Cenſus Eqveſtris*, attamen plane non reſpicit illum antiqvæ *Romæ*. Nonnunqvam declinante Imperio integra Corpora vel Societates accipiebant *Eqveſtris Ordinis* dignitatem *Romæ* per Imperatoris Reſcriptum, ut *Naviculariі*, qvod tamen nullatenus congruit cum ceremoniis tradendi eandem dignitatem in Imperio *Francorum*. Neqve poteſt hæc dignitas originem ſuam repetere à militibus Imperii antiqvi; utut & iſti haberent *cingulum ſuum & Sacramentum*, nec non *militis* nomen, *juratus Miles* etiam ſæpe occurrat temporis illis, eo ſenſu qvo nunc *Eqvitem* denotat: nam iſta fuerunt omnibus militiam exercentibus communia. *Julianus* in epiſtola qvadam permittit *Leontio* τὴν τῶν ὅπλων χρῆσιν, *armorum uſum*. Verum hæc militum origo non aliunde qvam à *Germanis* accerſenda, eorumqve moribus, ut & aliarum in Septentrione gentium. Solebant enim in publicis conventibus, ſolenni traditione Lanceæ vel Scuti, ejusmodi conferre dignitatem: idqve fiebat vel à Principe qvodam in Republ., aliqvando à Patre vel Agnato. *Tacitus* teſtis eſt. * *Nihil neqve publicæ, neqve privatæ rei niſi armati agunt. Sed arma ſumere, non ante cuiqvam moris, qvam Civitas ſufficiendum probaverit. Tum in ipſo Concilio vel Principum aliqvis, vel Pater, vel Propinqvus, ſcuto frameaqve juvenem ornat. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos. Ante hoc domus pars videntur; mox Reipublicæ.* Hujus naturæ erat adoptio *per arma*, qva *Theodoricus* Oſtro-Gothorum uſus eſt ad *Herulorum Regem*. Illis enim temporibus, uti & poſthac, unus Princeps ab alio dignitates recipiebat. Diploma adoptionis hujus adhuc extat.

Per arma fieri poſſe filium, (ait Theodoricus) *grande inter gentes conſtat eſſe præconium. Qvia non eſt dignus adoptari, niſi qvi fortiſſimus meretur agnoſci. In ſobole frequenter fallimur. Ignavi autem eſſe neſciant, qvos judicia pepererunt. Hi enim gratiam non de natura, ſed de ſolis meritis habent. Qvam vinculo animi obligantur extranei, & tanta in hoc actu vis eſt, ut prius ſe velint mori, qvam aliqvid aſperum patribus videantur infligi. Et ideo more gentium & conditione virili, filium te præſenti munere procreamus, ut competenter per arma naſcaris, qvi bellicoſus eſſe dignoſceris. Damus qvidem tibi Eqvos, enſes, clypeos, & reliqua noſtrumenta bellorum, ſed qva ſunt omnimodis fortiora, largimur tibi noſtra judicia. Summus enim inter gentes eſſe crederis, qvi Theodorici ſententia com-*

C. Theodoſ lib. 13. tit. 5. l. 16.

Cod. Gregor. lib 13. tit. 1.

* *in Germania. vid Avent. annal. Bojor lib. 6. ubi Ludovicum Ducem Bojorum armis militaribus donat Frederico Imper.*

Caſſiodor. Var. lib. 4. For. 2. & videſis Olaum Magnum Hiſt. Septent. lib 8. cap. 5. 6. 9. & 10.

probaris. Sume itaqve arma, mihi tibiqve profutura. Ille à te devocionem petit, qvi te magis defensare disponit; probat tuum animum & opus non habebit obsequium. Adoptas te talis, de cujus gente tu potius formideris. Nota sunt enim Herulis Gothorum, Deo juvante, solatia. Nos arma tibi dedimus: gentes autem olim virtutum pignora præstiterunt. Salutantes proinde gratia competenti, reliqva per illum & illum Legatos nostros patrio sermone mandamus, qvi vobis literas nostras evidenter exponant, & ad confirmandam gratiam, qvæ sunt dicenda subjungant.

Sic *Euthericus* Pater *Athalarici*, Regis Oſt-Gothorum *factus eſt per arma filius* a *Juſtiniano*, cujus & aliud vide exemplum *in Caſſiodoro Var 8. form. 1. & 9.* Neqve aliud fuit hæc *per arma adoptio* qvam publicatio ſententiæ Principis de perſona adoptata, ejusqve ſolenni confirmatione in filium ſuum, qvo armis uti poſſet. Nulla hic autem ſucceſſionis ſpes, neqve cognatio aliqva civilis, ut in adoptione Romanorum veterum. Singulare ejus exemplum eſt in *Procopio* referente, *Cabaden* Perſarum Regum a *Juſtino* ſeniore per legatos vehementer poſtulaſſe, ut adoptaret filium ſuum *Cosroën*, qvod iſte inconſiderate promptus facere volebat; admonitus vero eſt à Cancellario ſuo *Proclo*, adoptionem juxta leges Romanas involvere jus ſucceſſiones; poſſe igitur illam præjudicare *Juſtiniano*, qvem *Juſtino* jam deſignaverat ſucceſſorem. Svaſit itaq; *Juſtino*, ut ad ſatisfaciendum *Cabadis* petitioni, & nec tollendam ſucceſſionem deſignatam, reſpondeat, velle ſe adoptare filium ejus more apud Barbaros recepto, non vero Romano, ὅτι δὴ (verba ſunt *Procopii*, ὡς βαρβάρῳ πρεσήκει, δηλονότι, ἃ γράμματα οἱ βάρβαροι τοὺς παῖδας ποιῶνται ἀλλ' ὅπλων σκευῇ i. e. *barbarorum more, non ſcripto, ſed gladio.* Hæc tamen reſponſio Perſarum Regi (qvi revera jus ſucceſſionis qvæſivit filio ſuo in Imperio Romano) potius convitium viſa eſt, qvam ſatisfaciens declaratio; qvandoqvidem manifeſtum erat, ex adoptione per arma nullum ſucceſſionis jus enaſci. Neqve aliter accipio Phraſin *à Rege gentis exteræ arma ſuſcipere* uſurpatam *Paulo Wernfredo*, loqventi de *Alboino* filio *Andoini* Regis Longobardorum, accedente ad *Turiſendum* & Eqvitis dignitatem petente, aliud ſignificare, qvam *per arma adoptari.* Temporibus enim iſtis phraſes illæ & ἐσποιεῖσθαι ὡς βαρβάροις πρόσηκεν i. e. *adoptari more barbarorum*, videl. gentium Septentrionalium idem ſignificabant. Ab hoc Septentrionalium more deſcendit conſvetudo faciendi Eqvites in Impe-

Perſicorum a pag. 16.

de geſt. Longobard. lib. 1. cap. 23. & 24.

Imperio, qvi ſub *Carolo M.* & poſt ipſum non fuerunt alii qvam ex Septentrione orti, aut ipſis poſt incurſiones ſæpius factas mixti, ideoqve ipſorum more recepti. Nam gladius accinctus, calcar item & alia his ſimilia, qvæ fecerunt *adoptionem per arma* ſæpe adhibita ſunt in traditione dignitatis hujus tum in Imperio, tum alibi apud illos qvi ex his orti ſunt gentibus. Antiqviſſimum ejus exemplum cum additamento honoris in Romano Imperio reperio in ſubſcriptione *Lietberti Epiſcopi Cameracenſis* ad privilegium fundatæ illic Abbatiæ *S. Sepulchri.* Legimus enim hic *Signum Chriſtiani Militis, S. Johannis Militis, S. alterius Johannis militis, Signum Herisberti militis,* & ſimil. Scriptum vero eſt ann. MLXIV.

LIX. Verum utut inde ſumpta fuerit origo, ubi armorum traditio fuit ceremonia creationis primaria, qvæ poſtmodum, uti & hodie fieri ſolet, utplurimum in plagam gladii lenem permutata eſt, annexo Imperatoris teſtimonio, ſolenniqve pronunciatione perſonam iſtam pro Eqvite habendam: attamen Ceremoniæ inter hanc originem, & tempora poſt ſubſecuta fuerunt variæ. Solennitas accingendi, percuſſio dorſi, & calcarium induitio, una cum precibus ſacris reperiuntur apud ſcriptores probatos hanc in Imperio dignitatem deſcribentes: nonnunqvam etiam juramentum recitatum, de qvo capite ſeqvente. *Carolus M.* in Conſtitutionibus qvas (ejus enim eſſe exiſtimant) *Friſiæ* Statibus præſcripſit, ſtatuit, ut ibi Gubernator exiſtens accincto gladio, & percuſſa aure perſonæ creandæ (ut tum mos erat, vel iſta edocent, qvod fuerit) creet eqvites, nec non inſigne dignitatis iſtius tradat, cum imperiali corona adpicta. *Statuimus* (verba ſunt) *ut ſi qvis ex ipſis ſuſtentationem habuerint, vel militare voluerint, dicta poteſtas* (is fuit titulus Gubernatoris, ut *Poteſta* in *Italia*) *ſicut conſvetudinis eſt, manu colapho, ſic milites faciat, eisdemqve firmiter injungendo præcipiat: ut deinceps more militum Sacri Imperii, aut regni Franciæ armati incedant; eo qvod conſideramus, ſi prædicti Friſones ſecundum ſtaturam Corporis & formam eis à Deo & natura datam ſic militaverint, cunctis in orbe terrarum militibus, ſua fortitudine, ingenio & audacia* (dummodo, *ut prædictum eſt, ſint armati*) *facilè præcellent & prævalebunt. Qvi Friſones ſignum ſuæ Militiæ à dicta poteſtate recipere debent, in qvo Corona Imperialis in Signum ſuæ libertatis à nobis conceſſa debeat eſſe depicta, &c. Datum Roma in Lateranenſi Palatio Anno Dominicæ Incarnationis DCCCII.* In hiſtoriis hæc tem-

Hanconius de reb. Friſ. & ap. Franc. Mennen. in Delic. Eqveſtr. pag. 7. & ap. Favin. in Theat. honoris lib. 3. pag. 529.

tempora ſeqventibus Eqvitum creatio ſæpe occurrit, ſed raro alia cum ceremonia, qvam cum accingendi ritu. *Fridericus I. curiam famoſiſſimam & celeberrimam apud Moguntiam edixit, ut Filium ſuum* (ſcribit *Arnoldus Lubecenſis*) *Henricum Regem Militem declararet, & gladium ſuper femur ejus potentiſſimum accingeret.* Sic Legati Imperatoris in Oriente ab eodem Imperatore flagitarunt, ut crearet Eqvitem *Fridericum Ducem Svevie. In præſentia ſua gladio accingi* (verba ſunt *Radevici*) *& militem profiteri poſtulant & impetrant.*

Hiſtor. Slavor. 3. cap. 9.

de geſt. Freder. I. lib. 1. c. 6.

——*Ut Princeps puerum, præſentibus illis,*
Accingi gladio Fredericum *vite juberet.*

inqvit *Gunterus*. His ſimilia reperiuntur in geſtis Imperatorum ſcriptis. Percuſſio tamen auris vel genarum (ut videtur) communiſſima fuit ceremonia, innuiturq; percuſſione gladii, vel hæc ejus in locum, ut videtur, ſucceſſit. *Johannes* enim de *Beka* Canonicus *Ultrajectenſis*, qvi ducentis abhinc annis ſcripſit, loqvens de ſuæ ætatis more, ait, qvod utut aliæ ſolennitates fuerint omiſſæ, iſtam tamen fuiſſe adhibitam. *Plerique milites moderno tempore*, ait, *parſimoniis intendentes, omiſſis ſumptuoſis ſolennitatibus, ſaltem per colaphum, Militarem dignitatem accipiunt. Ideoque multi regulam ejusdem ordinis ignorantes, debite militare neſciunt.* Deinde recenſet antiqvum morem & ſolennem methodum, qvibus Eqvitatus dignitas fuit tradita *Wilhelmo Hollandiæ Comiti*, cum electus eſſet in Imperatorem anno MCCLXXII. qvo de mox plura. Ibiqve colaphus inflictus, vel in dorſum plaga. *Sigismundus* vero Imperator creans eqvitem *Signellum* Galliæ nobilem, gladio non ſolum percuſſit eum & accinxit, verum & tradidit unum ex Calcaribus ſuis aureis. Obiter hic obſerva potentiam creandi eqvitem in alterius Territorio a Principe exercitam; idqve juſtè, (ut putarunt) *qvia ex Jureconſultorum ſententia* (inqvit *du Tillet*) *Eqvites ubique, & in Imperio, & in alieno dominatu inſtitui*

Hiſt. Epiſcop. Ultrajeſt. p. 65.

Till. de reb. Gall. lib. 2.

Mennen. Delic. eqveſtr. pag. 22. videſis Nolden Synopt. Tractat. cap. 2. §. 190.

NOTA.

Et aliud hujus adoptionis exemplum adducit Mabillon de re diplom. lib. 2. c. 16. §. 4. ex Aimoini lib. 1. cap. 41. apud qvem legimus, *Chlodoveum Magnus ad Alaricum miſiſſe Legatos, ut juxta morem antiqvorum, barbam Chlodovei tangens adoptivus ei fieret Pater.* ubi vide qvæ de barba prima juvenum ponenda hic habet & alibi *Mavillon*, a. hujus loci non ſunt

ſtitui poſſunt. Verum ſæpe etiam Eqvites creati ſunt in Imperio diplomate ſaltem Imperiali. Cum his temporibus (inqvit *Petrus Cateſatus* Profeſſor Juris *Piſanus*, libro de *Eqveſtri dignit.*) *Ordo Senatorius urbis Romæ non inveniatur, ſeqvitur ut hodie primum ordinem in Civitatibus (excepta Venetiarum urbe) tenere videatur Eqveſtris dignitas, qvam Imperator his verbis, codicillis ſuis, concedere ſolet.* Dehinc formula ſeqvitur.

Te N. Præſenti noſtro edicto, & de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis, Militem *ſive* Eqvitem auratum *facimus & creamus, ac titulo ac dignitate Militari decoramus, & ad ſtatum & Ordinem militarem aſſumimus.* Militaris *qvoque* Cinguli & Baltei *decore, faſcibusqve & ſtemmate* Auratæ Militiæ *inſignivimus, & fortitudinis Gladio accingimus, ac aliorum Militum numero & conſortio clementer aſcribimus & aggregamus, volentes & decernentes qvod deinceps ubiqve locorum & Terrarum pro vero milite habearis & honorer.s, poſſisqve & debeas pro hujusmodi ſuſceptæ dignitatis ornamento,* Torqvibus, Gladiis, veſtibus, phaleris ſeu eqvorum ornamentis aureis, *cæteriqve omnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, Dignitatibus & franchiſiis uti, frui, & gaudere, qvibus viri ſtrenui per nos ſtricto Enſe facti & creati milites utuntur, fruuntur, & gaudent, & etiam admitti, ad qvæcunqve admittuntur, qvomodo libet de Conſvetutine vel de Jure.*

Nonnunqvam traditio ſcuti & impoſitio galeæ olim his accedebant ceremoniis, ut *Goldaſtus* obſervat ad Poemata qvædam Germanica veruſta. *Nobilium qvondam filii* (inqvit) *appenſione ſcuti, Galeæ impoſitione & accinctione enſis in eqveſtrem dignitatem lecti.* Has ceremonias ipſi perfecerunt Imperatores (ut plurimum) cum ſubditos ſuos crearent eqvites: Epiſcopi vero perfecerunt easdem, cum Imperatores hanc reciperent dignitatem. *Henricus III. per conceſſionem Archiepiſcopi Bremenſis, primum ſe arma bellica ſuccinxit Goslariæ. Hotomanni* obſervatio eodem ſpectat; *Dandæ militiæ ritus feudiſtico qvidem inſtituto hic fuit, ut ſiqvidem Imperator in militarem ordinem cooptandus eſſet, tum Epiſcopi aliqvot ſolenni precatione adhibita, cingulum ei cum gladio apponerent, ſin autem alius, ipſe Imperator.*

ad Winsbek Poet. Germ. p. 402.

Lamb. Shafneburg in Chron.

Diſput. de feud. cap. 5.

LX. Exemplum Imperatoris ad hanc dignitatem recepti maxime memorandum eſt *Wilhelmi Comitis Hollandiæ, Anti-Cæſaris* contra *Conradum IV.* electi.

Regula Militaris Ordinis præscripta VVillielmo, cum in Regem Romanorum eligeretur à Principibus Imperii in Comitiis Colonienſibus, An. Domini. MCCXLVII.

Goldaſt. Conſtit. tom. 3. pag. 400. Memineres hujusce formulæ Snouus Hiſtor. Batav. lib. 7. Dempſterus l. 3. de juramento cap. 9. Meruius in Delitiis equestrib. pag. 8. & vide potiſſimum Johann de Beka in Epiſcop. Ultraject. pag. 65. ubi de Ottone III. Epiſcopo agit.

Quoniam Wilhelmus, *deſignatus Romanorum Rex, adoleſcens eſt* Armiger, *viſum nobis eſt, ut cum feſtinatione præparentur omnia, quæcunque ſunt neceſſaria, ut ſecundum ritum Chriſticolarum Imperatorum miles fieret, antequam Aquisgrani diadema Regni ſuſciperet, & ut ſecundum Chriſtianam inſtitutionem* Miles *effectus, & Regulam Militaris Ordinis profeſſus, ex eo diſceret, cujusmodi jugum in ordine ſuo ſuſceperit, & quale votum in proceſſione ſua Regulæ emiſerit. Itaque ex conſenſu noſtro, præparatus in Eccleſia* Colonienſi *omnibus poſt Evangelium ſolemnis Miſſæ, prædictus* Wilhelmus *Armiger coram Cardinale Apoſtolicæ ſedis Legato productus eſt per Regem Bohemiæ, dicentem in hunc modum: Veſtræ* Reverentiæ, Pater almiflue, præſentamus hunc electum Armigerum, devotiſſime ſupplicantes, ut veſtra paternitas votivam ejus profeſſionem ſuſcipiat, qvo Militari noſtro Collegio digne aſcribi poſſit. *Dominus autem Cardinalis in Pontificalibus aſſiſtens ornamentis, eidem Armigero dixit ſecundum Etymologiam ejusdem nominis, qvod eſt Miles:* Oportet, *ait*, unumqvemqve militare volentem, eſſe magnanimum, ingenuum, largifluum, egregium & ſtrenuum: Magnanimum qvidem in adverſitate, ingenuum in conſanguinitate, largifluum in honeſtate, egregiam in Curialitate, & ſtrenuum in virili probitate. Sed anteqvam votum tuæ profeſſionis facias, cum matura deliberatione jugum Regulæ prius audias.

Iſta itaqve *Regula eſt Militaris Ordinis.* Inprimis cum devota recordatione Dominicæ Paſſionis Miſſam qvotidie audire; pro fide Catholica corpus audacter exponere, ſanctam Eccleſiam cum miniſtris ejus à qvibuscunqve graſſatoribus liberare; viduas, pupillos ac orphanos in eorum neceſſitate protegere; injuſta bella vitare; iniqva ſtipendia renuere; pro liberatione cujuslibet innocentis duellum inire; Imperatori Romanorum, ſeu ejus patricio reverenter in temporalibus obedire; Rempublicam illibatam in vigore ſuo permittere; bona feudalia Regni vel Imperii neqvaqvam alienare, ac irreprehenſibiliter apud Deum & homines in hoc mundo vivere. Hæc Statuta Militaris regulæ ſi devotè cuſtodieris, & pro virili diligenter adimpleveris, ſcias, temporalem te honorem in terris, & poſt hanc vitam reqviem æternam in cœlis mereri,

Qvo-

Qvibus expletis, Dominus Cardinalis conjunctas manus ejusdem Tyronis clausit in Missali, supra lectum Evangelium ita dicens: Vis ergò Militarem Ordinem in Nomine Domini devotè susci pere, & Regulam tibi verbotenus explicatam, qvantum potes, perficere? *Cui respondet Armiger*, volo. *Et tunc Dominus Cardinalis subseqventem professionem Armigero dedit, qvam idem Armiger palam omnibus in hunc modum legit.* Ego Wilhelmus Comes Hollandiæ, militiæ Princeps, Sacriqve Imperii Vasallus liber, jurando profiteor regulæ militaris observantiam, in præsentia Domini mei Petri, ad Velum Aureum Diaconi Cardinalis, & Apostolicæ sedis Legati, per hoc sacro sanctum Evangelium, qvod manu tango. *Cui Cardinalis*: Hæc devota professio peccatorum tuorum sit vera remissio, Amen. *Istis itaqve dictis, Rex Bohemiæ ictum impegit in collum Tyronis, ita dicens*: Ad honorem Dei omnipotentis, te Militem ordino, ac in nostrum Collegium gratanter accipio. Sed memento, qvoniam Servator mundi, coram Anna Pontifice pro te colophisatus, & illusus coram Pilato Præside, & flagellis cæsus, ac spinis coronatus, coram Herode rege chlamide vestitus & derisus, & coram omni populo nudus & vulneratus, in cruce suspensus est, cujus opprobria meminisse te svadeo, cujus crucem acceptare te consulo, cujus etiam mortem ulcisci te moneo.

Qvibus ita solenniter adimpletis, novus Tyro post dictam Missam cum stridentibus buccinis, perstrepentibus tympanis, & tinnientibus cymbalis contra filium Regis Bohemiæ tribus vicibus concurrit in hastiludio, & exinde cum gladiis enitentibus, dimicationis tyrocinium fecit.

Erant autem ei eadem sua electione & Curia Præsentes:

Petrus *Caputii, Cardinalis Legatusqve sedis Apostolicæ.*
Rex Bohemiæ *cum filiis suis.*
Arnoldus *de* Isenborch, *Archiepiscopus Trevirensis.*
Conradus *de* Hoystaden, *Archiepiscopus Coloniensis.*
Gerhardus, *Archiepiscopus Moguntinensis.*
Heinricus *de* Geldria, *Electus Leodiensis.*
Otto *de* Hollandia, *Episcopus Trajectensis. Cum multis aliis Archiepiscopis & Episcopis.*
Marchio Brandenburgensis, *cum pluribus Ducibus & Marchionibus & Vasallis Imperii.*

Sic aliqvando ante coronationem, aliqvando post eam Imperatores, sicuti & Reges alii hanc assumserunt dignitatem, unde liqvet qvanti æstimaverint eam. Et *ad notitiam vestram perducimus* (in-

(inqvit *Conradus* Rex *Romanorum*, in Edicto de tempore creationis
Goldast. eodem tom. pag. 605. suæ, vel receptionis in Eqvestrem ordinem, ad *Panormitanos*) *qvod licet ex generositate sanguinis, qvâ nos à primis componentibus natura decoravit, & ex dignitatis officio, qvâ duorum Regnorum Nos in solio gratia divina præfecit, nobis militaris honoris auspicia non deessent; qvia tamen Militiæ Cingulum, qvod reverenda sancivit antiqvitas, nondum Serenitas nostra susceperat, die præsentis mensis Augusti, cum solennitate tyrocinii, latus nostrum elegimus decorandum, ut ex hoc ætatis nostræ victoriosæ floriditas signa majoris strenuitatis indueret, & originalis nobilitatis gratiam renovaret novæ militiæ claritudo. Qva etiam die, ut honoris nostri solennia dignis militantium studiorum titulis ornaremus, præter celebrandæ magnificæ festivitatis, qvæ tanti boni jucunditas, & personæ nostræ magnificentia requirebat, ad locum victoriosi exercitus nostri castra perduximus, & abunde sub felicitatis futuræ præsagio, pace data, plene fidelibus contra hostes nostros continuatis gressibus procedamus.* Et circa magnam æstimationem hujus dignitatis in Imperio observo verba *Giovanni Selini*, citata ab *Alfonso Ciacarelli* in historia *di casa Monaldesca. Conradus Imperator decoravit illustrissimam domum de Monaldis aurea Eqvestri dignitate, qvæ summa omnium dignitatum est in Imperiali Palatio, & vocavit eam collateralem Imperii.*

LXI. Est etiam *in Pontificali Romano* forma creandi Eqvitis ejusmodi.

De Benedictione novi Militis.

Miles creari & benedici potest qvacunqve die, loco, & hora; sed si inter Missarum solennia creandus est, Pontifex in eo habitu, in qvo Missam celebravit, aut illi interfuit, in faldistorio ante medium Altaris stans, vel sedens, prout convenit, finita Missa id peragit. Si autem extra divina, in stola supra Rochetum, vel si sit regularis, supra superpelliceum id facit. & primo Ensem, qvem aliqvis coram eo genuflexus evaginatum tenet, stans, detecto capite, benedicit, si non sit benedictus, dicens:

Vers. *Adjutorium nostrum in Nomine Domini.*

Resp. *Qvi fecit Cœlum & Terram.*

Vers. *Domine, exaudi orationem meam.*

Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Vers. *Dominus vobiscum.*

Resp. *Et cum Spiritu tuo.*

Ore-

Oremus.

EXaudi, qvæsumus Domine, preces nostras, & hunc Ensem, qvo hic famulus tuus circumcingi desiderat, Majestatis tuæ dextra dignare bene† dicere, qvatenus esse possit Defensor Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, omniumqve Deo servientium contra sævitiam Paganorum, atqve Hæreticorum, aliisqve sibi insidiantibus sit terror & formido. Per Christum Dominum nostrum.

Resp. *Amen.*

Oremus.

BEne†dic, Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, per invocationem sancti Nominis tui, & per adventum Jesu Christi filii tui Domini nostri, & per donum Sancti Spiritus paracleti, hunc Ensem, ut hic famulus tuus, qvi hodierna die eo tua pietate præcingitur, visibiles inimicos conculcet, victoriaqve per omnia potitus semper maneat illæsus. Per Christum Dominum nostrum.

Resp. *Amen.*

Deinde dicit stans, ut prius.

Benedictus Dominus Deus meus, qvi docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meum: Susceptor meus, & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speravi: qvi subdit populum meum sub me.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in Principio, & nunc & Semper, & in secula seculorum, Amen.

Vers. *Salvum fac servum tuum Domine.*

Resp. *Deus meus sperantem in te.*

Vers. *Esto ei Domine turris fortitudinis,*

Resp. *A facie inimici.*

Vers. *Domine exaudi orationem meam,*

Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Vers. *Dominus Vobiscum.*

Resp. *Et cum Spiritu tuo.*

Oremus.

DOmine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui cuncta solus ordinas, & recte disponis, qui ad coërcendam malitiam reproborum, & tuendam justitiam, usum Gladii in terris hominibus tua salubri dispositione promisisti, & Militarem Ordinem *ad populi protectionem institui voluisti, qui que per beatum Johannem Militibus ad se in deserto venientibus ut neminem concuterent, sed propriis contenti essent stipendiis, dici fecisti. Clementiam tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut sicut* David *puero tuo* Goliam *superandi largitus es facultatem,* & Judam *Macchabæum de feritate gentium nomen tuum non invocantium triumphare fecisti, ita & huic famulo tuo, qui noviter jugo Militiæ colla supponit, pietate cæleſti vires & audaciam ad fidei & justitiæ defensionem tribuas; & præstes ei fidei, spei, & charitatis augmentum; & da tui timorem pariter & amorem, humilitatem, perseverantiam, obedientiam, & patientiam bonam, & cuncta in eo recte disponas; ut neminem cum Gladio isto, vel alio, injuste ledat, & omnia cum eo justa & recta defendat; & sicut ipse de minori gradu ad novum Militiæ promovetur honorem, ita veterem hominem deponens cum actibus suis, novum induat hominem; ut te timeat, & recte colat, perfidorum consortia vitet, & suam in proximum charitatem extendat, Præposito tuo in omnibus rectè obediat, & suum in cunctis juste officium exequatur. Per Christum Dominum nostrum.*

Resp. *Amen.*

Tunc *Ensem* aqva benedicta aspergit. Si autem Ensis sit prius benedictus, omnia prædicta omittuntur. Posthæc Pontifex sedens, accepta mitra, dat Ensem nudum novo Militi ante se genu flexo, in manum dextram, dicens:

Accipe Gladium istum in nomine Pa†tris, & Fi†lii, & Spiritus† Sancti, & utaris eo ad defensionem tuam, ac sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad confusionem inimicorum crucis Christi, ac fidei Christianæ; & quantum humana fragilitas permiserit, cum eo neminem injuste ledas, quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Resp. *Amen.* Dein-

Deinde Enſis in vaginam reponitur, & Pontifex cingit Militem novum enſem, dicens:

Accingere Gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, & attende, quod Sancti non in Gladio, ſed per fidem vicerunt Regna.

Enſe igitur accinctus Miles novus ſurgit, & enſem de vagina educit, & evaginatum ter viriliter vibrat, & ſuper brachium ſiniſtrum tergit, & in vaginam reponit.

Tunc Pontifex dat novo Militi oſculum pacis, dicens: *Pax Tecum.* Et iterum enſem evaginatum in dexteram accipiens, Militem novum ante ſe genuflexum cum ipſo enſe evaginato ter ſuper ſcapulas leviter percutit, interim ſemel tantum dicens:

Eſto Miles pacificus, ſtrenuus, fidelis, & Deo devotus.

Deinde repoſito enſe in vaginam, Pontifex manu dextera dat novo Militi leniter alapam, dicens:

Exciteris à ſomno malitiæ, & vigila in fide Chriſti, & fama laudabili.

Et Milites aſtantes, imponunt novo Militi calcaria; & Pontifex ſedens cum mitra, dicit *Antiphonam.*

Specioſus forma præ filiis hominum, accingere Gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.

Surgit Pontifex, & verſus ad novum Militem, ſtans, & detecto capite, dicit:

Verſ. *Dominus vobiſcum.*

Reſp. *Et cum Spiritu tuo.*

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſuper hunc famulum tuum, qui hoc eminenti mucrone circumcingi deſiderat, gratiam tuæ benedictionis infunde, & eum dextera tuæ virtute fretum fac contra cuncta adverſantia cœleſtibus armari præſidiis, quo nullis in hoc ſeculo tempeſtatibus bellorum turbetur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Reſp. *Amen.*

His dictis, novus Miles oſculatur manum Pontificis, & depoſitis Enſe, & Calcaribus, vadit in pace.

Verum hæc benedictionis formula, ajunt, pertinet ſaltim ad Equites à Pontifice creandos, vel ab ipſo derivantes poteſtatem ſuam, *Gregor. Lopez. ad lib. 14. tit. 21. partid. 2. c.*

Et videſis Greg. p. 7. lib. 9 poſt epiſt. 3.

am, minime autem à Principibus laicis creatos. Vide ſupra creationem Eqvitis *S. Petri* §. 27. ubi de Ducibus. Eſt etiam in antiqvo *ordine* Romano, Ordo ad armandum Eccleſiæ defenſorem, vel alium *militem*, valde diverſus ab hac Pontificalis Romani formula.

NOTA.

Non indignetur Nobilis Lector, qvod in hac materia *percuſſionis* vocabulo uſi fuerimus: non aliud permittebat Tractationis indoles. Luſimus nuper (*Anno 1694.*) verbo iſto, cum in Sereniſſimi Electoris Brandenburgici *Friderici III.* Pacifici præſentia, Frater ipſius *Carolus Philippus* adoptaret in ordinem militarem ſ. Johannis Baptiſtæ Fratrem minimum, nec non duo Fratres alii ſpectatores adeſſent ſerenisſima fronte.

Indulta Fratris Frater dat verbera Fratri,
Applauduſſt Fratres, omina læta! duo.

Plura autem de hac creatione moderna ſi vis cognoſcere, lege *Beemannum*, Ordinem iſtum poſt alios peculiari libro deſcribentem. Poſſent qvidem hic ex ſingulari *ſtabilimento* Ordinis addi preces, qvas adhibere ſolemus in creatione Eqvirum, ſed qvoniam certæ non ſunt, nec aliud à Deo poſtulant, qvam conſervationem Eccleſiæ, pietatem, & fortitudinem creandorum, hic omittere eas vilum eſt.

LXII. Perſonæ hanc dignitatem conferentes agnoſcuntur ex ceremoniis hactenus deſcriptis. Mox qvoqve ea de re plura ſeqventur, ubi agemus de ſubordinatis in Imperio Principibus, qvi dignitates conferre qveunt. Hic ſolummodo addam (ut hic legatur cum aliis Jurisconſultorum dictis obviis) Nicolai Uptoni Jurisconſulti Anglicani (qvi vixit ſub *Henrico* noſtro VI.) verba, ſub titulo: *Qvi poſſunt creare milites.* *Non exiſtentes Milites* (inqvit Uptonus) *aliqvando milites faciunt & creant, qvales ſunt Papa & Magni Barones, non Milites.* *Sed ille Miles qvi creatur per Dominum Papam debet degradari ſi militaverit contra Eccleſiam, ut* in L. 1. C. *de obſeqviis.* *Et in neceſſitate Scutiferi & Sacerdotes, qvi tamen ſunt milites inermis militiæ notatur* C. de Eqveſtribus dignitatibus L. 1. *Sed certe ſcias, qvod tales qvi ſunt Milites, & à non militibus creantur vel neceſſitate, vel Conſvetudine, qvæ habent vim legis, ut* ff. de Legibus L. 1 de qvibus, *ubi iſta materia tractatur per Doctores, & ſpecialiter per Dominum Bartholum in fine cujuſdam repetitionis, qvam facit in dicta lege* de qvibus. *Neceſſitate, ut forte*

De re militar. MS. lib. 2. cap. 2 videſis Philoth. Achillin. Som. Viridarii lib. 1. cap. 129. Petro Bellug. in Spec. Princip. Rub. 20. §. 4.

qvotidie videmus qvod unus miles facit alium militem.

forte aliqvis volens esse miles apud sanctum sepulchrum Domini nostri Jesu Christi, non reperiens ibi aliqvem Militem, potest Sacerdotem requirere ut ipsum ordinet, ut est multotiens visum, qvod verum est tàm de necessitate, qvàm de consvetudine, ut in dicta lege, de qvibus per Doctores. Et ut dictum est, si Sacerdos ibi non fuerit, potest ille ordinandus requirere aliqvem Scutiferum volentem ut ipsum ordinet. Multi dicunt tamen qvod requiritur, qvod talis scutifer ordinans sit in actibus bellicis & armis antea notabiliter approbatus, & tunc sufficit. Ex qvibus jam insurgit qvæstio: Numqvid non ordinatus possit alium ordinare? & qvod non sic, probatur per naturam tituli extra de Clerico non ordinato ministrante. *Ad qvod respondit Bernardus ibidem* in c.1. *allegans pro se necessitatem ut ibi, cum qvo concordat Heinricus de Bowycho* in c. accedens extra, de Purgatione canonica. *Sed tu dic breviter, qvod officium militare officium est oneris & non honoris, maxime ut dicam infra ordine suo; qvia miles est servus Reipublicæ, ut patet in* L. milites C. Locati, *& per naturas titulorum* ff. de re militari, & C. lib. XII. de Testamento militari C. ff. & Inst. *ubi supra patet, qvod dictum officium militare est onerosum, qvamvis fuerit in multis privilegiatum, ut ibi. Et contraria sunt vera in illis Ordinibus per qvorum collationem imprimitur character in animam ordinati. In creatione militis nullus imprimitur character. Qvare voco illud officium militare proprie & non ordinem, ut inferius dicam. Creantur autem milites, ut dixi, per non milites Consvetudine vel Statuto. Ut forte est consvetudo vel Statutum in civitate Jerosolima, qvod hostiarius sive custos officii hostii sancti sepulchri solus creabat milites ibi creandos. Scutifer ibi hostiarius vel custos, qui de consvetudine vel Statuto, ut prædixi, habet exercere ea, qvæ pertinent ad suum officium, & sic de facto creati. Pro istis est Dominus Bartholus in* L. omnem ff. de Legibus. *Et sic habes qvales possunt creare milites.* At hic confundit, ut videtur, Eqvitem S. Sepulchri (qvi potius vulgo habetur pro Eqvite regulari) cum Eqvite calcaris, seu Eqvite percusso. Hic annotamus factum Domini *Wilhelmi de Badensel*, Eqvitis Germani, qvi anno M CCC XXXVI. in peregrinatione ad terram sanctam, duos fecit Eqvites ad Sepulchrum, accingendo ipsis gladios. Verum num intelligat Eqvites calcaris, (nam ipse recenset) vel illos in specie, qvi sunt Eqvites S. Sepulcri, minime scio. *Supra Sepulchrum Christi* (verba ejus sunt) *pulchram feci de Resurrectione Domini Missam celebrari, & aliqvi de meis sociis corpus Christi devotè susceperunt. Post Missam feci duos Milites Nobiles supra sepulchrum Gla-*

Guil. de Badensel. Hodeporic. in Terram Sanctam.

dios accingendo, & alia observando, quæ in professione Militaris Ordinis fieri consueverunt. Qvod Civiliſtæ qvidam dicunt, Doctores regentes ſeu profitentes ſpatio X annorum fieri Eqvites, rejicimus. Nam revera Eqveſtris hæc dignitas acqviritur ſolummodo ex creatione ad arma reſpiciente. Et qvanqvam etiam togati donati ea fuerunt, attamen *Militiæ*, Ritter/ titulus, vel ſimilis, cum gladio vel calcaribus, vel aliis ejusmodi rebus, arma vel militare ſervitium denotantibus, oſtendit re ipſa titulum primariò pertinere ad ſagam, juxta illud noſtri *Dan. Lidgat.**

Nicol. Upton MS de officio militari lib. 1. cap. 3. & Bartol. citat. ad C. de Profeſſ. in urbe Conſtantin. l. unic.

Eqves ab Eqvo *is ſaid of very right,*
And Chevalier *is ſaid of Chevalrie,*
In which a Rider *called is a* Knight,
Arragoners done alſo ſpecifie;
Caballiero *through all that partie*
Is name of Worſhip, & ſo took his girning
Of ſpores of Gold, & chiefly Riding.

**MS. de Eqvo, ovo & anſere.*

Sunt etiam in territoriis, ad qvæ hujus capitis dignitates pertinent, qvidam ſpeciales Eqvitum Ordines, ut ille *Annunciationis*, inſtitutus ab Anna Comitiſſa *Sabaudiæ* Anno MCCCCIX. *Sanguinis Salvatoris Mantuæ*, cœptus à *Vincentio Gonzaga* ibidem Duce, anno MDC VIII. & deſcribuntur ſat diligenter ab aliis huc intentis, illic Lector qværat, hic enim abſtinemus ab illis recenſendis.

LXIII. Sicuti per accincturam gladii (qvæ fuit præcipua in creandis Eqvitibus ceremonia) Eqvites facti ſunt, & per colaphum, ut in exemplis ſupra adductis cernitur, ita & alia dignitas per gladii ſolius traditionem, junctam percuſſioni auris vel genarum, fuit collata, deditqve libertatem geſtandi gladium, & arma alia, in ſatellitio eqvitis, eines geſchlagenen Ritters/ non tamen eodem more accinctum geſtarunt gladium hunc, qvo Eqvites. His ſolennibus ceremoniis decorati, & libertate geſtandi arma in ſatellitio Eqvitis præditi, vocabantur *Armigeri*, Schild-Knaben oder Waffeners. Non enim alii cuipiam licebat geſtare arma temporibus illis antiqvis, abſqve ſpeciali indultu Imperatoris, utut libertas gerendi ea, ſeu Wehrhafft machen/ (ut vocant) his temporibus omnibus in Imperio ſubditis communicetur. Goldaſtus locutus de moribus antiqvis recipiendi Nobilium filios ad Eqvitis dignitatem, addit, *Miniſtrabilis adjuncti alapa & gladio injuſ arma ferendi. Neverat cujus licitum arma por-*

videſis Feud. lib. 2. tit. 27. §. 5.

Gold. ad Winsbek. p. 402.

portare. Audi etiam illud *Noldeni: Notanda eſt differentia, qvæ antiqvitus in Weſtphalia obſervabatur inter Nobiles, ut ex antiqvis inſtrumentis apparet, hoc modo:* Wir Johann von F. Ritter / und Heinrich der Knape / &c. *Qvi enim reipſa dignitatem Equitis Aurati legitime adeptus erat,* der zum Ritter geſchlagen war/ *vocabatur eo nomine* Ritter. *Qvi vero vir armipotens erat, qvem nos* Rittermäßig *nominamus, vocabatur Armiger,* ein Wapener. Juniores verò, die Jungen Geſellen/ *nominati ſunt* Knapen. Hic etiam adducit ſubſcriptiones qvasdam olim in Imperio uſurpatas cum additamento Armiger, ut *Joannes Morſaim, & Henricus Bock Armigeri.* Obſerva etiam hoc nomen attributum *Wilhelmo Comiti Hollandiæ*, electoqve Imperatori, anteqvam Eqves creatus eſſet, ſupr. §. 59. *Noldeni de Stat. Nobil. c. 6. §. 72. vide ſis Beſold. de Ordin. Equeſtr. §. 3. & qvod notat Hotomannus Diſp. Feudal. cap. 5. è Speculo Saxonico de Scutis.*

Hodie verò (indeqve ab annis aliqvam multis) exiſtimo titulum Armigeri in Imperio evanuiſſe. Adduxi ego ſaltem, tum qvoniam reſpicit Eqvitem, einen geſchlagenen Ritter/ tum qvoniam idem remanet in aliis Rebuspubl., de qvibus ſuo loco. *Armiger & Scutarius* (unde *Eſcuyer* Gallorum, & noſtrum *Eſqvire*) freqventer obvia ſunt in monumentis Imperii antiqvi. Speciatim in *Ammiano Marcellino*, & *Notitia. Paſqvierius* etiam invenit Nobilium & Eqvitum, *Eſqvires & Gentlemen* apud Gentiles, *Scutarios* vero in *Marcellino.* vide ejus *Recherche de la France, livre 2. cap. 15.* *De Gentilibus præter ea qvæ magis obvia ap. Scriptores habentur, videſis qvæ habet Marcq Velſerus rerum Auguſtarum Vindelic. lib. 8*

LXIV. Sicuti hi tituli hactenus pertractati proveniunt à ſumma in Imperio poteſtate, ad eamqve pertinent, vel prout eſt in Imperatore, vel prout Papa eam ſibi vendicat: ita & Principes qvidam magni intra Imperatoris territorium (qvi utur Imperialem vel Regiam exerceant poteſtatem, & ſunt *ſupremi Domini in terra ſua*, vel *Imperatores in Patria ſua*, qvos titulos duos dederunt *Lotharingiæ* Duci,* feudatarii tamen ſunt, & ſubordinati) conceſſerunt ejusmodi titulos, aliiqve ſubipſis tenuerunt. Huc pertinet diploma *Maximiliani* Regis Romanorum ſub *Friderico III.* creantis *Carolum Comitem de Chymay* Principem ejusdem nominis, una cum hæredibus utriusqve ſexus. †

MAXIMILIANUS, *Divina favente clementia, Romanorum Rex, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Luxemburgi, & Gheldriæ, Comes Flandriæ, Haſpurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgis, Arthe-*

* Franciſc. de Roſiers in *Diplom. & Stemm. Lotharing p. 17.* † J. Schobier, *en la Genealogie de la Maiſon de Croy, pag. 59.*

Artheſiæ & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ: Marggravius Sacri Romani Imperii, & Burgoviæ Landgravius Alſatiæ: Dominus Friſiæ, Marchæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Salinarum, & Mechliniæ, &c. Nobili Carolo Comiti de Chimay, *ex illuſtribus de* Croy *deſcendentibus ex vera & legitima progenie ſeu origine Regum Hungariæ, noſtro & Imperii Sacri dilecto, gratiam Regiam, & omne bonum. Illuſtris, fidelis, dilecte; Etſi Regalis ſublimitas, nec non ejus circumſpecta benignitas univerſorum exaltationi ſtudioſè conſoleverit intendere, & ea, quæ Reipublicæ conducibilia eſſe crediderit, perpendere, ad illorum tamen ſublimationem procurandam proniori & ſingulari quodam fervore inclinatur uberius, quos firma conſtantia & inſeparata fidei diuturnitas, evidentibus teſtimoniis in conſpectu Regiæ Majeſtatis non mediocriter commendant. Sanè conſideratis multiplicibus & ſtudioſis tuis, & progenitorum tuorum obſequiis, & nobilium tuarum virtutum inauſtriis, quibus tu & progenitores tui ſolida & integra probitate, cura pervigili, nobis & Sacro Imperio Romano indefeſſe claruiſſe, & complacuiſſe dinoſcuntur, & in antea ferventius clarere & complacere poteris & debes, quanto majoribus honorum prærogativis, larga noſtra manu Regali, te ſenties frugalius refectum, atque conſolatum. Ideoque Regalis noſtra Majeſtatis oculos ſingulari quadam ferventia, in te gratioſius dirigentes, Te, tuosque utriusque ſexus hæredes, ac eorundem ſucceſſores legitimes, qui de lumbis tuis aut ſuis deſcenderunt, vel impoſterum deſcendent in veros* Principes illuſtres Principatus de Chimay, *Principum Sacri Imperii ad hoc accedente conſilio, animo deliberato, auctoritate noſtra Regali, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis, in nomine Domini Salvatoris noſtri, à quo omnis honor & poteſtas prodire dinoſcitur, elevavimus, ereximus, ſublimavimus, atque creavimus, prout elevamus, erigimus, ſublevamus, & creamus, auctoritate & poteſtate prædictis decernentes, & hoc Regali noſtro edicto, quod tu & hæredes tui eorundem ſucceſſores legitimi ſinguli uterusque ſexus ex lumbis tuis & ſuis nati & naſcituri ex nunc & in antea perpetuis Temporibus quandocunque & quotieſcunque caſus ſe obtulerint,* Titulo Principes illuſtris *dicti Principatus* de Chimay *frui, nominari, & appellari poſſint, ac de dandis & recipiendis juribus, & in conferendis ſeu ſuſcipiendis feudis, ac in omnibus aliis conditionem & ſtatum* Principum illuſtrium *concernentibus, teneri, honorari, & ubique ab omnibus reputari, atque privilegio, honore, gratia, dignitate, & immunitate frui poſſitis & debeatis, quibus alii Sacri Imperii Principes illuſtres hactenus jure vel conſuetudine freti ſunt,*

ſunt, noſtris tamen & Sacri Imperii juribus auctoritate & ſuperioritate in præmiſſis ſemper ſalvis. Mandamus igitur omnibus & ſingulis Principibus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, officialibus quibuscunque, Capitaneis, Burgraviis, poteſtatibus, Ancianis, Gubernatoribus, Præſidibus, Judicibus, Regibus Armorum, Haraldis, perſonandis civitatum, oppidorum, villarum, & locorum communitatibus, cæteriſque noſtris & Imperii Sacri fidelibus dilectis cujuscunque ſtatus gradus, ſeu conditionis exiſtant tam in Imperio Sacro, quam alibi ubilibet conſtitutis. Quatenus te & hæredes tuos ac ſucceſſores tuos utriusque Sexus legitimo præfatos illuſtres Principes *nominent, intitulent & revereantur, vosq; dignis honoribus ſemper proſequantur, cunctis temporibus futuris, ad evitandam noſtram & Sacri Romani Imperii indignationem graviſſimam & quadraginta Marcarum auri puri pœnas, qui contra facient toties quoties contra factum fuerit ipſo facto noverint ſe irremiſſibiliter incurſuros, quarum medietatem Regalis fiſci ſeu erarii, reſiduam verò partem injuriam paſſorum uſibus decrevimus applicandas. Dat. in Civitate noſtra Imperiali* Aquiſ-grani *ſub Regalis Sigilli appenſione & Teſtimonio literarum ipſo die Coronationis noſtræ Aquiſgrani habitæ. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo octuageſimo ſexto, Regni noſtri Romani Anno primo.*

Errat hic *Aubertus Miræus* exiſtimans eſſe diploma *Maximiliani* Imperatoris. Pater ejus *Fridericus III.* tum adhuc in vivis erat nec dum Imperator erat *Maximilianus* usque ad ann. M CCCC XCIII. i.e. ſeptem annis poſt hanc creationem: creavit itaq; Comitem, Romanorum tantum Rex exiſtens, ſeu deſignatus in Imperio Succeſſor. *Diplom. Belgic. Tom. 2. cap. 100.*

Sub Archi-Duce *Auſtriæ* eſt Comes *de Hardek*, ſub Marchione Brandenburgenſe Comes de *Hoſtein*, & ſub Duce Pomeraniæ Comes de *Neugarten*. Verum iſti non induuntur cum ejusmodi Privilegiis qualia habent Comites generali Principum vocabulo in Imperio incluſi. Inde *Matthias Stephani* poſtquam locutus eſſet de Comitibus immediate Imperatori ſubjectis, & Statibus Imperii annumeratis, addit *ſine ſunt & alii Comites qui non ſunt in matriculam relati, & ſine regalibus Imperii inveſtiti, reperiuntur in aliquibus partibus Germaniæ, ut Hardeck ſub Auſtriacis; item* Grafen von Honſtein / *ſub Electore Brandenburgenſi*; Grafen von Newgarten *ſub Duce-*

Ducibus Pomeraniæ, & Episcopo Commensi. Hi quia Regalia integra non habent, & aliis principibus subsunt, iisdem jura eorum Comitum, qui sunt status Imperii, non competunt. Ita *Rutgerus Rulandus de Commissariis part. 2. lib. 5. cap. 4. §. 28.* loquens de *jure Archivi* ad Comites etiam pertinente; ait, *aut sunt comites Imperii, & ratione Regaliorum &, quod unà statum Imperii repræsentant, idem in iis quod in Ducibus & Marchionibus statuendum erit. In omnibus enim qualitatibus hoc loco requisitis conveniunt. Aut sunt Comites non in matricula Imperii relati & sine regalibus investiti quales in aliquibus partibus Germaniæ,* (*qui* Landsassen *vocantur*) *& in Italia & Lumbardia magno numero reperiuntur, & hic qui Regalia non integra habent & alii etiam Principibus sunt subjecti, Jus Archivi, nisi specialiter à superiori concessum non habere statuo. Nam in his deficiunt requisita. Primò enim non concedunt leges per se, sed statuta suorum Dominorum timent, nec creant Notarios, quia non Imperium immediatè, sed alium Principem superiorem cognoscunt.*

De Dignitatibus sub Duce *Sabaudiæ*, vide antiquas ejusdem leges impressas, ubi occurrunt Barones, Banneretti & Valvasores; Ducatus etiam *Bavariæ* antequam *Austriæ* Ducali dignitate prædita esset, habuit sub se, præter Barones & Comites, quatuor Marchiones, videt. *Austriæ, Styriæ, Istriæ & Cambensis*, uti & nunc habet Comites nec non Barones. *Hucusque* (inquit *Stero* loquens de anno MCLVI. & alii sequuntur eum) *quatuor Marchiones Austriæ & Styriæ, Istriæ & Cambensis, qui dicebatur de* Bolsburg *, evocati ad celebrationem curiæ Ducis Bavariæ veniebant, sicut hodie Episcopi & Comites ipsius terræ facere tenentur.* Similia sunt in Ducatibus aliis. Exempla Potestatis, qua creantur Comites Palatini, habes in *Carolo IV.* eam tradente *Johanni de Amatis*, supra ubi de Comitibus Palatinis. In *Longobardorum* jure etiam feudali legimus potuisse Duces,

Feud. l. 1. t. 10. Marchiones & Comites *aliquos de plebe aut plebis parte aliqua alios investire*, & sic facere *Valsores minores*, hos vero facere *Valvasores minores*, ut etiam concedere feuda : Minores deniq; simili indultu & tenemento reservato crearunt *Valvasinos*, qui titulus fuit minimus apud Nobiles feudatarios. Adde his ceremoniam creandi Equites Principibus Imperii usurpatam. *Henricus Saxoniæ* Dux equitem *Rostochii* creavit *Albertum de Mikelburg*, cum jungeret sibi in

Sect. l. 5. c. 28. uxorem *Euphemiam* filiam *Magni Sveciæ* Regis. *Ericus*, (inquit

Kran-

Kranzius) *Dux inferioris Saxoniæ militari cingulo Sponſum Albertum exornavit:* factum id anno MCCCXXXVI. Sic *Fridericus* Dux *Auſtriæ* creavit CXL. Equites die *S. Georgio* Sacra *Viennæ* ann. MCCXLV. *Centum & quadraginta juvenes de terra ſua nobiles apud Viennam honorifice donavit gladio & cingulo militari.* Vide & ſupra diploma quo *Caſtruccius de Antelminellis* factus eſt *Dux Lucenſis.* *Fridericus II.* etiam dedit Regi *Auſtriæ* (cum terram hanc ad Regni dignitatem eveheret) poteſtatem erigendi *Carniolam* in Ducatum. *Julius III.* Papa per Bullas ſuas varia concedens privilegia Patriarchis *Conſtantinopolitano*, *Alexandrino*, *Hieroſolymitano*, & *Aquilejenſi* aliisque Archiepiſcopis & Epiſcopis, familiæ ſuæ Capellanis exiſtentibus, dedit inter alia ſingulis poteſtatem creandi *Milites & Equites deauratos octo ac eisdem Militibus ſolita Equitum deauratorum inſignia concedere.* Ut verba Bullæ ſonant apud *Laert. Cherubin. Bullar. Tom. 1. pag. 705. Bull. 12.* Alia hujus rei exempla ſat multa ubique proſtant. Nam temporis præſcriptio, nec non privilegia antiqua ejusmodi poteſtatem attulerunt diverſis ſubordinatis Principibus in Imperio.

Annal. Auſtriæ an. 1245.

Petro de Vineis l. 6. ep. 26 & de ſubinfeudationibus, quibus inſignieres tituli à Principibus Imperii conferuntur, ſide prater Commentatores in jus Feud. iſtic. Andr. Knieben. ad ad jus Saxon. Serb. Duc. c. 6.

LXV. Reſtat in juxta promiſſum noſtrum ſummatim diverſos Imperii ſtatus deſcribamus; faciemus autem id enumerando Feudales illic titulos, qui immediate ſubſunt Imperatori prout eos exhibet *Goldaſtus*, ex Imperialibus inſtrumentis deſumtos. Poſt *Imperatorem & Romanorum Regem* collocat tres Electores *Eccleſiaſticos*, deinde quatuor *Seculares* tum Reges (quos deſumſit ex veteribus æque ac novis inſtrumentis) Archiducem *Auſtriæ*, *Magnos Duces*, Patriarcham *Aquilejenſem*, Primates, Archiepiſcopos, Magiſtros ordinis Teutonici in *Boruſſia*, Epiſcopos, Magiſtros ordinis Teutonici in Germania & *Italia* in *Livonia* etiam, & Equitum *S. Johannis* in Germania; tum *Abbates Principes* ut *Fuldenſem*, Campidunenſem in *Svevia*; Murbachenſem in Alſatia, & alios. Seqvuntur deinde *Præpoſiti* tres cum elogio *Principis* ut *Weſſenburgicus* in *Alſatia*, *Elvangenſis* in Svevia, *Berchtold ſgadenſis* in *Bavaria*. Hos comitantur Abbatiſſæ, etiam *Principis* titulo inſignes, ut *Quedlinburgenſis* & *Gandersheimenſis* in *Saxonia* & aliæ. De his vero Abbatiſſis, inquit *Pauermeiſter*, *Etſi plerique Principum honorem & titulum gerunt, tamen quoad locum in conſeſſu, ac dictionem ſententia,*

In præfatio Conſtit. T. 1.

De Jurid. l. 2. c. 8. §. 17.

CAPUT II.

1. *Tituli in* Svecia, *præsertim creatio Equitum illis in Partibus septentrionis.*
2. *Creatio & investitura Ducis in* Polonia.
3. *Investitura* Wajevvodæ *à* Poloniæ *Rege facta. Titulus* Wajevvodæ *seu* Palatini *hoc in regno*; Bojari & Armigeri *in* Moldavia.
4. Barones *in Polonia*, & Bojarones *in* Litvania *aliique* Polonorum *tituli.*
5. *Tituli* Hungariæ.
6. *Tituli* Bohemiæ.
7. Titolati, *ut* Principes, Duces, Marchiones, & Comites *cum suis Corollis*, *in regno* Neapolitano. *Titulus* Archiducis *ibi semel.*
8. *Generalis distinctaque Notio* Baronis *ibidem.*
9. *Titulus* Equitis aurati S. Marci *à* Venetis *collatus.*

POst illos Imperii titulos venimus ad titulos earum rerumpubl. quæ aut proxime adjacent, aut territorio ejus immixtæ sunt.

I. Adjacentia vel immixta regna consimiles titulos habentia utplurimum sequuntur Germanorum consvetudinem. *Svecia* fere eadem retinuit nomina, ex Germanica tantum lingva in suam transmutata, ut *Hispani* aliique ex Latina. Titulus hæreditarii Principis illic est *Arff-fürstar*, *Svecis*, *Gothis & Vandalis* Ducem appellant Hertig/vel Hertug/Comitem Greffur Baronem Freyheere. Sic *Daniæ* Rex vocatur Hertug udi Slesvvig/Holsten/Stormorn / oc Dytmersen / Greffur / udi Oldenborg oc Delmenhorst. *Dux Slesvvici, Holsatiæ, Stormariæ, & Ditmarsiæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorstii.* In antiquis autem *Svecie* legibus nullam invenio mentionem secularis dignitatis (quæ mere sit officiaria) præter *Militis & Militaris*, uno, ut existimo notante Equitem, altero Nobilem: aliquando legitur *Militares Militibus similes* quod intelligo de Nobilibus bonæ conditionis & dignis qui fiant Equites. Creatio autem

Andr. Jun. Gothus Iberfaur. Epistol. l. 2. c. 9.

Reginald. Ingemund. Leo Sver. lib. 2. cap. 8. & 11.

tem Equitum his in regionibus fit pluribus aliquando cum ſolennis præter gladii percuſſionem. Cingulum, gladius, & ſcutum traduntur aliquando cum feudis, juramentum etiam præſtat creandus præſertim coronationum tempore. Septentrionales Reges ſcribit *Olaus* Archiepiſcopus *Upſaliæ*) poſtquam coronati ſunt, ſolent creare *milites auratos, feudis abundanter diſtributis, cingulo & enſe ac clypeo præſitis, tali tamen interveniente, juramento in manibus alicujus Prælati aſſiſtentis:* juramenti formula eſt ſequens.

Hiſt. Septem. l. 14. c. 21.

Ego N. opto mihi ita DEum propitium & Beatam Virginem ac Sanctum Ericum quod solo juxta extremum meum poſſe per vitam & bona mea defendere fidem Catholicam & Sanctum Evangelium & tenere ac protegere Eccleſiam & ejus miniſtros in ſua libertate & immunitate & ſtare contra omne quod iniquum eſt & Conſervare pacem & juſtitiam, & defendere pupillos & orphanos, Virgines, viduas, & pauperes, & ſeu fidelis & ſecurus meo Regi & regno ſeu patriæ meæ, & juſtè exhibere & exercere militarem ſtatum ad honorem DEI ſecundum ultimum poſſe meum; Sic me DEus adjuvet, & omnes Sancti ejus. Amen.

Hoc juramento, ait *Olaus*, Equites crediderunt ita ſe obſtrictos, ut bello indicto, contra infideles (Turcas) vel Schiſmaticos (Moſcovitas) promptiſſime, & propriis ſumptibus ſe in exercitu ſiſterent. Formula vero illa juramenti per nomen *DEI*, *Beatam virginem*, & *S. Ericum* facta eſt juxta alias juramentorum formulas illo in regno uſurpatas: nam & ipſi Reges coronandi jurarunt: *Sic mihi DEUS ſit propitius, in corpore & anima, ac Virgo Maria, & S. Ericus, omnesque Sancti ac reliquiæ Sanctorum, quas manibus teneo, quod omnes & ſingulos enumeratos articulos tenebo, ſervabo &c.*

Ragvald. Ingemund. Leg. Sveor. l. 2. c. 4

Ordinem *Elephanti* in *Dania*, & *Gladii* in *Svecia* qui ſcire vult adeat ordinum ejusmodi ſcriptores; omnes enim quos vidi omnia habent quæ hic dici poſſunt: tædet igitur deſcribere ea. Diploma vero ad manus meas perveniens, cum hucusque jam pressum proceſſiſſet, & creatum Equitem à Rege *Svecia* aſſerens, hic inſerere lubet, quoniam unicum eſt, quod vidi in hoc genere. Eques autem creatus eſt Dominus *Henricus Saint-Georgius* Eques delegatus nuper in *Sveciam* & Regi *Periſcelidem* iſtiusque ordinis dignitatem afferens.

Nos

Nos Guſtavus Adolphus *DEI gratia Svecorum, Gothorum, Wandalorumque, Rex, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux Eſthoniæ & Careliæ, nec non Ingriæ Dominus &c. Significamus vigore præſentium quorum intereſt aut quomodolibet intereſſe poteſt univerſis & ſingulis, inprimis haſce noſtras viſuris, lecturis audituriſve; Quod cum Sereniſſimus ac Potentiſſimus Princeps Dominus* Carolus *eádem Gratiâ Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, fidei defenſor* &c. *Conſanguineus, frater, & amicus noſter chariſſimus, in arctioris amicitiæ nexum, & evidentiſſimum amoris erga nos ſui perpetuo duraturi pignus, præteritis biſce diebus auream nobis Periſcelidem* Ordinis Sancti Georgii, *per legationem Solennem, offerri curaverit; in eaque nobili viro* Henrico Saint-Georgio Armigero *ex Heraldis ſuis ad arma uni, illum locum ſummo cum honore aſſignaverit, ut per eum quæ ad ritus ejus Ordinis abſolvendos ſpectarent, maximâ ex parte perficerentur; Idcirco quemadmodum ob multas cauſas gratiſſima fuerit nobis præſens Legatio: ita viciſſim æquum arbitrati ſumus, ut legatis ipſis aliquod gratiæ & favoris noſtri ſpecimen exhiberemus. Quoniam igitur maximum erga bene meritos favorem noſtrum, ſingulari alicujus honoris adoreæ metiri ſolemus: atque inter omnes gentes ſummæ ſemper æſtimationis habita fuit dignitas ordinis Equeſtris, ideoque tam ratio ſuorum Principalium, quam ſua ipſius merita poſtulabant, ut hac cum favoris teſſera dignandum cenſeremus. Quemadmodum enim à mutuâ quæ nobis cum Sereniſſimo Magnæ Britanniæ Rege, intercedit amicitia, haud alienum videbatur, ut quæ nobis legatio Equeſtris dignitatis inſignia attuliſſet, eidem nos viciſſim, in ſuo gradu, Equeſtrem honorem tribueremus: ita maximè conveniebat, ut & legato, ob civilis prudentiæ merita, & Armigero, Heraldoque ad arma, propter bellicæ fortitudinis conformitatem, hujus dignitatis præmia darentur: quo poſteritati etiam ſua conſtaret, hoc eum, non modo viri fortis brabæum, ſed etiam fideliter adminiſtratæ legationis encomium, cum laude reportâſſe. Præterea tot etiam alia virtutes nobis ejus perſonam inſinuavere, utpote, quod non tantum claris majoribus ortus, verum etiam egregiis animi & ingenii dotibus excultus; in aulicis officiis laudabiliter obeundis verſatus; multarum experientia ornatus, adeoque & Regi ſuo integræ fidelitatis obſequium chariſſimus (& omnibus bonis ob animi moderati laudem morumque concinnitatem gratiſſimus eſſet: ut meritò gratia & benignitate noſtra tanto digniorem judicaremus, quanto pluribus nobis virtutibus commendatus*

quam illi denegari, vel per alios malitioſe derogari quidquam patiantur. Sed potius ei convenientem honorem & omnia humanitatis officia in noſtri gratiam exhibeant, eundemque dignè promoveant. Noſtratibus verò ſecus facturis & in hanc Regiam noſtram conceſſionem, malitioſè & contumelioſè commiſſuris, mulctam quadraginta librarum auri puri irrogamus; eosque à modo condemnamus, ad partem dimidiam noſtro fiſco, alteram nominato nobili & Equiti Sanct-Georgio, ſine ulla requiſitione perſolvendam. In quorum omnium fidem, majuſque Robur, præſentibus manu noſtra ſubſcriptis, Sigillum noſtrum Regium ſcienter appendi juſſimus. Actum in Caſtris noſtris ad Dirſcaviam *die viceſimo ſexto Septembris, Anno Milleſimo Sexcenteſimo Viceſimo Septimo.*

Priluſ. ſtat. Polon. lib. 5. cap. 3. p. 766. & Tom 1. rerum Polon. p. 226.

II. Juxta morem in Imperio *Poloni* etiam dediſſe Feudales dignitates dicuntur. Exempla quæ reperi attinent titulum *Ducis* & *Wojewodæ*. *Sigismundus* I. in Tractationibus *Cracovienſibus* M. D. XXX. inter articulos, alios conceſſit *Alberto* Marchioni *Brandenburgico* tum Magiſtro Ordinis *Teutonici* in *Pruſſia*, terram illam *tanquam Duci in Pruſſia, in legitimum* (verba ſunt Transactionis) *& hereditarium feudum; & ejusmodi infeudationis literas ab uno fratre ad alios & eorum hæredes tanquam ſuper indiviſo feudo juxta tenorem tranſactionis conficere.* Concluſum etiam eſt, ut ſi quatuor fratres Marchiones *Brandenburgici Albertus, Georgius, Caſimirus, & Johannes* absque maſcula decederent prole, Ducatus iſte ad *Poloniæ* redeat Regnum, *Albertus* autem inveſtiatur per vexillum homagio præſtito, frater vero ejus *Georgius Marchio*, inveſtituræ præſens *ſuo & fratrum nomine vexillum contingat.* Concluſa ſunt iſta Dominica Palmarum dicto anno, & die Lunæ inſequente peracta: illo enim die diploma ſcriptum eſt, quo creatus dicitur *Albertus Dux Boruſſiæ* vi pactorum. Dignitas & Territorium traduntur ipſi ejusque hæredibus maſculis (& inveſtitura facta *per vexilli noſtri traditionem*, ut verba diplomatis habent) Fratribus etiam ejus ſucceſſive. Conditio eſt ut aſſiſtat Regi cum centum equis, quandocunque ipſe exiverit adverſus inimicum quempiam. Sunt & alia inſtrumenta inveſtituræ hujus apud iſtius hæredes: quæ inter obſervari meretur, quod ſi vexillum traderetur hæredi inter competitores, admitteretur

NOTA. *Quomodo Fridericus Wilhelmus M. Summum tandem in Boruſſia acquiſierit Dominium ſupra diximus ad dignitates Imperii de creatione Ducum, ex Puffendorfio iſtius Vitam deſcribente.*

Orat. Vice-Cancell. Poloniæ in Comitiis Lublini habitu 1559. ap. Chytræ. Saxon. lib. 22. Priluſ. ſtatut. Polon. lib. 5. cap. 5. & Tom 1. rerum Polonic.

teretur tantum *ad contactum extremitatum vexilli ejusdem.* Contigit hoc *Sigismundo* II. regnante MDLIX. cum *Albertus* Dux investiretur, & *Marchio Onolzbachiensis, Brandenburgici*, item *Fridericus & Joachimus* Ducatum illum ambirent. Alia instrumenta creandi Ducatus *Feudales* ibi publicè extant apud Prilusium &c. Vocant autem Duces *Xiaize.*

III. Exemplum *Wojewoda* Feudalis (in plurali vocant *Wojewodowie*) est illud *Casimiri* III. Regis creantis *Stephanum Moldaviæ*, Wojevvodam *Moldaviæ*, Mens. Septemb. MCCCCLXXXV. Hæc tamen prima creatio *Wojewodarum* non fuit, sed investitura solummodo solennis, qua *Moldavia* recepta est tanquam feudum à Rege *Poloniæ.* Pactum erat utrinque firmatum, quo *Wojewoda* (alias Imperio parens) promisit velle se submittere protectioni Poloniæ, atque terram suam istamque dignitatem recipere à Rege hoc tanquam feudum. Ceremoniæ erant hæ Rex Throno insidens, *Stephanus Palatinus* (sic appellant latinè *Wojewodam*, de quo mox plura; ista autem hic subnectenda ex annalibus Polonicis ita se habent) *à Majestate Regia per magnificos nuncios ad veniendum faciendumque ea quæ debet, avisatus & conductus cum omnibus suis Armigeris, Bojaris vulgari eorum dictis eques venit, ad latus verò per universum, fidelem habebat, cui* Banderium *quoque magnum Sericeum coloris rubri in quo arma terræ Moldaviæ pulchrè auro depicta erant, præferebatur. Sui vero omnes Terrigenæ bona hereditaria in Moldavia habentes & alii omnes curienses notabiliores Banderia parva, quolibet suum equum in sedendo, manu tenebant; Ipsius & Regis clagentibus tubis. Accedensque ad solium M. R. equo descendit, dein Banderium manibus corripuit, ac mox cum Banderio versus solium processit. Id etiam suo omnes post eum fecere; immediateque solium accedens flexis suo more genubus & capite prono, Banderium usque ad terram inclinat, similiterque facientibus subditis tenorem Omagii his verbis proferebat. M. R immota sedente, sed stantibus Dominis, his verbis in facie M. R.*

Clementissime mihi Rex, ego Serenitati Vestræ Omagium facio cum omnibus terris & hominibus meis, & peto tuitionem Serenitatis Vestræ, & circa Jura, in Jureque meo & dignitatibus conservari.

Ex Archivis Polon. Prilus. stat. Polon. lib 5. cap. 10. fol 906. & Tom 1 in rerum Polon. pag. 154 & de Palatinis Poloniæ Vid. plura ap. Cromerum de situ Poloniæ lib. 1 & Salomon. Neugebauerum Polonis. hist. lib. 2.

His

Hic adhuc Banderium tenuit, pro genu autem flexione, de ritus sui more, capite inclinato, acto signo crucis Sanctæ Jusjurandum fecit corporale, his verbis.

Gratiosissime Rex, Ego Omagium præsto, & juro ac etiam promitto fideliter sine dolo & fraude Vestræ Serenitati, Successoribusque; Serenitatis Vestræ Regibus & Sacræ Coronæ Regni Poloniæ cum omnibus terris, Baronibus & hominibus meis, fidelitatem, esseque fidelis & obediens Serenitati Vestræ Successoribus & Coronæ Poloniæ Regni; Sic me Deus adjuvet, & Sancta Christi Crux.

Mox Juramento finito, hæc respondit M. R. verba, residens in Sede M. sua.

Nos te & terras tuas in nostram protectionem recipimus, & circa omnes Dignitates & Jura omnia Terrarum tuarum tanquam Palatinum nostrum relinquimus. *His dictis osculata est eum Majestas Regia.*

Osculo facto, recepit Banderium M. R. manibus suis de Palatini manibus, in manusque Mareschalli Regni illud dedit. Hic primum Armigeri omnes, Palatini Moldaviæ stantes circa solium Majestatis, sua Banderia parva è manibus in terram straverunt, Mareschalloque Regni prædicto Banderium magnum de solio Majestatis juxta ac conclusum erat ad thesaurum Regium deferente, & parva illa per Cubicularios M. Regiæ collecta itidem ad thesauri locum ferebantur servanda. Noluit quippe Palatinus & Armigeri consentire, ut intra tractandum diriperentur: quin petiit ipsorum ut Banderia Omagialia *honestè servarentur propter majoris amicitiæ autoramentum. Quo facto M. R. non longè à se Palatinum tanquam amicum & suum Omagialem penes se locavit, & consedentibus illis, Armigeri ipsius omnes sub hac forma juraverunt, tacta cruce.*

Nos *Barones*, *Vasalli* & tota *Terra Moldaviæ* præstamus Omagium nostro & totius communitatis Terræ *Moldaviæ* nomine, Serenissimo Principi Domino *Kazimiro* & Successoribus Regibus *Poloniæ*, & *Coronæ Regni Poloniæ*, promittimusque & juramus omnem fidelitatem, Subjectionem, & obedientiam in perpetuum Serenitati Suæ Regno & Regibus Poloniæ, Ita Nos Deus adjuvet, & Sancta Christi Crux.

Juramentum fiebat tum manus imponendo cruci, tum extendendo eas super illam. In relatione autem hac ceremoniarum observari etiam obiter merentur tituli in *Moldavia*, & quod *Amigeri* vel *Bojari*, (idem significantes) etiam comprehendant Barones illa in regione. Verba enim ista *Armigeri ipsius omnes sub hac forma juraverunt*: quæ referuntur ad *Nos Barones Vasalli* &c. Videntur tantum innuere.

Vid. Leuncl. Pand Turc. cap. 71. & 174. Cromer. in Polon. lib. 2.

Nomen vero *Wojewoda* illis in regionibus juxta literam denotat *Capitaneum*, seu *Militiæ Præfectum*, inque moldavia tum temporis feudalem notavit dignitatem, utut *Wojewoda* postmodum *Despotæ* sumserit nomen & *Principis*, acsi (dicunt quidam) *Wojewoda* vocabulum in regnis vicinis nimiam diceret subjectionem. Vide supra ubi de *Wojewoda* loquimur ceu Principe in Imperio. Et revera in *Polonia* nec non *Magno Ducatu Litvaniæ*, alibique inter membra istius Regni multi reperiuntur *Wojewodæ*, omnesque officiarii, & quoad Vitam tantum, commissionesque recipiunt in diversis Territoriis exercendas, quodammodo similes *Lords Lieutenants* in *Shiris* seu Provinciis *Angliæ*, habent Castellanos suos, tanquam *Deputy Lieutenants* i. e. Locum tenentes deputatos, sub se omnibus in locis, excepta *Cracovia*, ubi *Castellanus Wojewodæ* superior est, in perpetuam memoriam turpis fugæ, qua regnante *Boleslao Krzivousto*, prælio se subduxit Cracovienſis *Wojewoda*. Verum hi tituli *Wojewodarum* omnino feudales non sunt, neque ad titulos honorum pertinent, verum ad officia: Admodum antiqui tamen sunt, & (ut dicunt) ante M. abhinc annos orti. Græci recentiores lingva sua pronunciant Βοεβόδας, ut videmus in *Constantino Porphyrogeneto* loquente de *Wojewoda Chazariæ*, ubi vult primum ejus Principem fuisse Βοεβόδαν, quod sine dubio *Wojewodam* significare debet. Ὄνομα τῆς ἀξίας ὡς καὶ οἱ λοιποὶ μετ' αὐτὸν βοεβόδας καλεῖται, *nomen dignitatis ejus, ut & Successorum est Wojewoda.* Historici vero & JCti Poloni vocant latine *Palatinum*, quæ vox juxta literam minime reddit illam. Usus æquipollere voces illas jussit. Atque sic hunc *Wojewodam Moldaviæ* feudalem videmus in relatione investitura superiori ubique nominari *Palatinum*.

De iis consulas si placet Joh. Herburt. Statut Polon. fol. 174. & 239. b. & Privil. lib. 2. c. 3. & 6. Dabrowiae in Historia Polonice editio 1600. ex Andrea Prochnicki.

Cagrin. circa init. Chron. Polon.

De adminiſt. Rom. Imp. cap. 38.

IV. In

IV. In legibus *Poloniæ* nonnunquam Status seculares vocantur *Comites*, *Barones*, (vel *Panowie*, quo nomine insigniunt *Barones* i. e. *Dominos*, *Pan* enim in plurali *Ponowie*, significat *Dominum*, ut etiam in Regiis titulis frequenter est *Ruśtei y Pruski*, *y Mazowickie y Zmudzie Pan y Dziedzic est pro Russia & Prussiæ, Morcoviæ & Samogitiæ Dominus & hæres.*) *Milites*, *Proceres*, *Nobiles*, *Burgenses cæteriquc subditi & Incolæ*, &c. aliquando *Principes*, *Barones*, *Nobiles* &c. aliquando *Barones*, *Milites*, *Nobiles*; qui Tituli frequentes sunt apud *Herburtum & Prilusium.* *Gnesnensis* vero Archi-Episcopus subscribit (præter illa: *Legatus natus & Regni Poloniæ Primus*) *Primus Princeps* in epistola ad *Baronium* de ejus Annalium translatione in lingvam Polonicam; Sic etiam *Baronius* eum nominat in responsione sua: nec aliud est quod de ordine Dignitatum in Polonia scripsit *Dabrowice*, in libro suo de Legibus, edit. *Cracoviæ* MDC. ex *Jendozuja* (Andrea) *Prochnickiego*, *Canonico Cracoviense*, easdem Romæ illa ipsa lingva edente. *Præfat. Tom. 4. Baronii.*

In Instrumento, quod tradit conjunctionem *Litvaniæ* cum *Polonia* (quod factum ab *Alexandro*, alias *Witwod*, *Magno Duce Lithvaniæ & Wladislao I.* anno MCCCC.) *Alexander* Dux inquit, facere se illud consensu *omnium Baronum*, *Nobilium*, *Procerum & Boyaronum ejusdem terræ.* *Herbort. Herb. unic. pag. 294 & 6. Prilus. lib. 5. cap. 1.*

Sic *Barones*, *Nobiles*, *& Boyari ejusdem terræ* sæpe leguntur in instrumento illo, ubi etiam Poloniæ *Barones & Nobiles* occurrunt.

Videntur autem *Barones & Nobiles* significare potius Officiarios *Palatinos & Castellanos*, quos *Dignitarios* vocant, aliosque Senatores, quam aliquam dignitatem particularem, ut in Imperio & alibi.

Boyaronis denique vox (vel *Bojari*) usurpatur non modo in *Moldavia*, ut supra videmus, sed & in aliis Europæ orientalis regionibus, & significat potius *Nobiles*, quam dignitatem aliquam. *Sigismund. Lib. in Moscovia.*

Equites sicut alibi, ita & hic à Rege creantur; is *Wojewodam Moldaviæ* investiens, creavit etiam Equites qui digni videbantur in satellitio istius, omnesque *Bojaros vel Armigeros* ipsius.

BIBLIOTECA GIORGIO UNIVERSITÀ DI ROMA

Prilusius l 5. cap. 10. p 807.

Omnes Palatini armigeros, universam denique curiæ suæ juventutem militiæ Symbolis insignivit.

De aliis titulis honorariis recentioribus in *Polonia Andreas Prochnicki Canonicus Cracovienſius* in deſcriptione Status Polonici editi *Romæ* MDC. quam inſeruit *Dabrowicé* collectioni ſuæ Legum Polonicarum, inquit; *Sunt in Regno titulo Ducali & Marchionatus inſigniti. Sed qui cum reliquis Regni Proceribus, Comitibus, Baronibus, &c. Nobilibus jure utuntur communi.*

Ordo etenim equeſtris, cum magnam ſibi apud ſuos Principes & Remp. paraſſet laudem & merita Bellicis artibus, ac fortitudine militari, ad eam cum titulatis æqualitatem pervenit ut æquo jure & ad capeſſendos honores & ad liberam novi Regis electionem pertineat, unde tanta omnium & par libertas. Ita *Cromerus* Epiſcopus *Warmienſis* ſcribit vix ullam apud ipſos eſſe diſtinctionem; *Eſt pari dignatione Polonica Nobilitas*, ait, *Nec eſt ullum in ea Patritiorum, Comitumve diſcrimen, exæquata quodam tempore omnium conditione.* Addit vero deinde: *Nuper adeò paucis quibuſdam parentum vel ipſorummet amplitudine atque meritis & Principum Beneficio, comitum decus denuò partum eſt. Ducum qui peculiares haberent dominatus vel territoria nunquam aliud genus fuit apud Polonos quam id quod à* Boleslao Krzivvouſto *Principe propagatum fuit, cum is principatum inter liberos diviſiſſet. Verum id jam defecit.*

De ſitu Polon. lib. 1.

Hic videtur attribuere initia feudalium Ducatuum *Boleslao Krzywouſti*, qui moriens reliquit Regnum filiis ſuis quatuor, ita ut tres tenerent portiones ſuas tanquam feuda à Maximo natu. Sic fortaſsis ſupponit, niſi fallor. Et *Salomon Newgebauerus* Pruſſus eadem affirmat. Mortuus autem eſt hic *Boleslaus* MCXXXIX. Et juxta conſvetudinem tradendi Ducatus, dicunt quidam, olim *Siradiam & Maſoviam*, Ducatus duos traditos fuiſſe Regis filio ſecundo genito.

Huſt. Polon. lib. 1.

Alex. Gvagvin. in deſcript. Polon. Werbeucz jur. conſuet. Hungar. Part. 1. tit. 2. Part 2. tit. 4.

Nota.

De Titulis honorum in *Polonia* fere omnia congeſsit *Hartknoch* in libro quo Rempubl. illam compexus eſt: Excerpta inde, ut & alia nonnulla, hic accipe.

Hæres

Hæres regni in *Polonia* nullus, quoniam Rex eligitur. *Rex* quidem *Hæreditarius Svecia* scriptus est olim *Johannes Casimirus*, ast evanuit titulis iste. *Krolewic*, nunc appellatus filius Regis, more aliorum liberorum à Titulatis progenitorum: nam sicuti à *Krol*, Rex, fit *Krolewic*, ita ex vocabulo dignitatis Polonicæ *Wojewoda*, fit *Wojewodzic*, ex *Starosta*, Capitaneus, *Starosciis*, & ex *Castellani* appellatione *Castellanic*, ac si diceres, *Castellanides*, *Capitaneides*, &c. Prærogativa prolis regiæ aliquando fuit, quod Ducis Titulo eminuerit, & in Senatum fuerit admissa. Teste Hartknoch. de rep. polon. lib. 2. cap. 5. §. 4. & cap. 3. §. 19.

Duces, *Principes*, *Comites* & *Barones*, in Polonia, fuerunt & sunt ii, qui ex regio sangvine orti, vel ex magnis Ducibus *Litvaniæ* procreati sunt, vel etiam ex aliis regnis in Poloniam transiverunt, præsertim ex Imperio Romano, cujus Imperator missos ad se Nobiles Polonos, sæpe his ornavit Titulis.

Observandum vero, Nullam ex Titulis istis (qui & sæpe non adscribuntur personis istas dignitates nactis, accedere alicui dignitatem vel prærogativam in Polonia, neque eorum causa acquiri locum in Senatu, in quem nemini patet aditus, nisi qui meritis egregiis viam sibi paravit ad officia *Castellani*, *Palatini*, vel *Episcopi*, utpote ex quibus, si paucos alios addas, consistit. Vide id in Illustrissimo Domino *Raphaële Comite de Leszno*, qui dudum in Majoribus suis, Comitivam S. R. J. nactus non nisi proprio nisu, annuente post Dei, etiam Regis gratia ad summum ascendit culmen Capitaneatus per Majorem Poloniam Generalis: Addam hic diploma, quoniam inde discuntur quædam de Prærogativa ad caput hujus partis ultimum afferenda.

Videl. anno 1470. apud Okolski in orbe Polono. Part. 3. tit. Wieniawa pag. 296.

Johannes Tertius, *Dei gratia Rex Poloniæ* Magnus Dux *Lithvaniæ*, *Russiæ*, *Masoviæ*, *Samogitiæ*, *Kyoviæ*, *Volhiniæ*, *Podoliæ*, *Podlachiæ*, *Livoniæ*, *Smolenscii*, *Severiæ*, *Czernechovieque*.

Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest universis & singulis; Inter Clarissimas & vetustissimas Regni nostri familias, Celeberrima Illustrium Comitum in Leszno *Domus*, *incorrupta quadam Nominique suo constanter famulante eminet felicitate*, *quod*

quod per longam retroactorum annorum seriem & seculorum magna & fortunata propagine, quod viros, tot heroes, Patriæque produxerit Proceres, nunquamque non fuerit certum, hac de stirpe nasci & ornari senatum. Eam inclytam Prosapiam, dignationibus & honoribus conspicuam, toties intimiori complectimur sensu; quoties prosperam ejus Magnificus Raphael Lesczynski Palatinus Posnanienſis *plenitudine meritorum ac velut assumpto in se decorum compendio repræsentat memoriam. Etenim eo semper fuit animo, ut præstantissimô Generi suo, plurimum desiderare autumaret, nisi eam propriis exornaret illustraretque virtutibus, quibus memorandis ac in rarius exemplum referendis, vel id sufficeret, quod eo cursu ætatis, quo Cæteris tyrocinia deponere svetum, Comitiorum Sacra Colligationis & Fœderis contra Turcas Mareschalcus omnium plausu dictus, latissimum Meritis suis, Nostrisque erga se gratiis aperuerit campum, nullamque inde prætermiserit occasionem, qua insignis de Rep. obsequii non exhiberet specimen. Per gradus itaque complurium dignitatum, à Nobis usque ad* Palatinatum Posnanienſem *provectus, ubi ad sustinendam brachii nostri Regalis authoritatem in Provincia* Majoris Poloniæ *sese porrigit occasio, qui toties à Nobis decoratus, etiam ad hujus* summæ Prærogativæ apicem *sui promovendi justæ nostræ de se existimationi ac respectui, quandam imposuit necessitatem. Vocantem proinde Morte olim Magnifici* Petri de Bnin Opalenski Palatini Lancicienſis Generalis Capitanei Majoris Poloniæ, Generalē Capitaneatum Majoris Poloniæ, *ad dispositionem Nostram devolutū, prædicto Magnifico* Raphaeli Lesczynski Palatino Posnaniel *dandum & conferendum esse duximus, uti quidem damus & conferimus, cum omnibus Jurisdictionibus, Castris, Muniis & Officiis, Proventibus, obventionibus, immunitatibus, prærogativis, omnique ad id spectante jure, ad extrema vitæ sua tempora. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Dignitariis, Officialibus, totique Nobilitati* Majoris Poloniæ *ad notitiam deducentes, Mandamus, ut memoratum Magnificum* Raphaelem Lesczynski, *ab hinc pro vero & legitimo* Capitaneo Generali *suo habeant & agnoscant, eique de loco, Juribus, prærogativis, immunitatibus, obventio-*

ventionibus de lege & consuetudine huic muneri servientibus respondeant, & ab aliis quorum interest responderi curent; Juribus Nostris Regalibus Reipub. Ecclesiaque Catholicæ salvis manentibus. In cujus rei fidem præsentes manu nostrâ subscriptas, Sigillo Regni communiri mandavimus. Datum Javorovia die 30. Mensis Januarii; anno Domini 1692. Regni verò Nostri 18. Anno.

Joannes Rex.

Capitaneatus Generalis Major Magnifico Raphaeli Leszczynski Palat. Posnan. post fata olim Magnifici Petri de Bnin Opalenski Palati. Lancicien. Generalis Capitanei Major. Polon.

Franciscus Michael Denhoff Starogardiensis Capitaneus. S. R. M. Secretarius.

Sicuti verò non admittunt in collegia sua, neqve ad officia exterorum Titulos Polini, ita, nec immeritò, admittunt exteros bene de suâ republica meritos, atqve civitate donant. Vocant id *Indigenatum alicui conferre*, qvo collato ad omnia etiam privilegia & jura nobilissima patet accessus. Monstrat id diploma Familiæ in Marchia & aula Brandenburgica iqde â pluribus annis illustrissimæ nec non longa meritorum serie clarissimæ, qvod ita se habet.

Joannes Casimirus, D. G. Rex Poloniæ, Magnus Dux Littov. &c. &c.

IN nomine Domini, Amen! Universis & singulis nunc & in posterum harum notitiam habituris significamus Felicitatem regnantium decusve in eo præcipuè stare, ut primarios viros, ac in exemplum editos, quos alta & Divina virtus supervexit terreno mortalium Vulgo, intentiore delectu sibi ac Reipublicæ admoveant, secundis rebus in ornamentum, adversis in præsidium. Ornamentum verè; Quid enim Principem magis illustrat, & Venerandum exponit? quam si præstantium Amicorum Coronâ cingatur: Sicut in annulis videmus ingentis pretii gemmas sive adamantes minoribus lapillis stipari qui peritâ artificis manu circumpositi, splendidæ vibrantique à gemma luci, geminatum reddunt & reverberant fulgorem; ita planè, qui penes Reges sunt, insigni virtute magnorum Principum famam, decusque magis provehunt, neque omnino dignitatis, & Ornamenti amplius à Dominantium fortunâ accipiunt, quam in eosdem refundant. Præsidium diximus; Quippe non muri aut turres, non Alpium juga aut præcipita, & circumfusum mare, ac perpetuis ignibus colluentes Phari, perinde

inde Regnorum munimenta sunt, atque Principum ministri, quorum excubiæ & labor somnos otiumque cunctorum defendit, qui Magistratibus clari, ac rebus magnis exerciti velut sinum præstant, in quo salus, integritas, fortuna Principum, & Imperiorum securè acquiescat. Convertit in-se oculos flexitque animum Nostrum Regium Magnificus Otto Liber Baro â Schwerin, *Dominus in veteri Landsberga, Oldevigshagen & Drewitz, Electoratus Brandenburgensis Camerarius hereditarius, Serenissimi Electoris Brandenburgensis Consiliarius status intimus & negotiorum feudalium Director, nec non Serenissimæ Electoricis supremus Aulæ Præfectus & Capitaneus Oranienburgensis, ut eundem Libenter ac meritò inter caros nostros adnumerandum ducamus, dignumque existimemus, quem â multis retrò seculis Pomeranica Nobilitate fulgentem, atque à Centum jam annis deducta, in Ducatum Nostrum Samogitiæ ejusdem familiæ colonia* (: *ubi Nobilissime* Schwerinianæ *Domus velut traduces Posteri dignitatibus & opibus hodièque pollent* :) *nonnullis Regni Poloniæ & Magni Ducatus Litthuaniæ familiis innexum, speciali Indigenatus Polonici prærogativa & velut Civitate Regni nostri donemus. Neque id gratia magis hospitantis apud nos, post amicitiam pacem conjunctionem arctissimè firmatam Serenissimi Principis Domini Friderici Wilhelmi Marchionis Brandenburgensis Sacri Romani Imperii Archi Camerarii & Electoris &c. &c. &c. quam excellenti Magnifici Baronis à Schwerin erga Nos & Rempublicam Polonam meritò tributum imus. Auctoritas viri in aula Electorali facile Princeps, singularis prudentia, bonarum partium studium, tranquilli-*

qvillitatis communis cura, in fama & are omnium versantur. Et profectò non obscurum est, coërcita inter nos & serenissimum Electorem dissidia, restrictas inimicitias redintegratum amorem, rem Polonam egregiè confirmatam, & in spem lætioris successus erectam prudentiæ dexteritati, legitimoqve studio erga Nos Regnumqve Nostrum illius magna ex parte deberi. Quo circa declaramus ex senatus consulto & consensu Consiliariorum Nostrorum tam Spiritualium, qvam secularium Regni Nostri, per præsens nostrum diploma Magnificum Baronem à Schwerin *pro vero indigena & Nobili Polono ab hinc habendum esse ac fore, omnibusqve Privilegiis prærogativis libertatibus honoribus emolumentis & commodis qvibus omnes Nobiles Regni Nostri Poloniæ de Legum præscripto & recepto usu gaudent & fruuntur, cum Liberis suis Legitimis utriusqve sexus frui & gaudere, stemmaqve illius inter stemmata Equitum Regni Nostri Magnique Ducatus Lithuaniæ locum cum omnibus prærogativis nobilitaribus obtinere perpetuis temporibus debere, idqve in proximis Generalibus Comitiis Regni authoritate & consensu omnium ordinum approbandum & ratificandum fore. Qvod omnibus, qvorum interest præsertim vero Dignitariis Officialibus ac toti Nobilitati tum & Magistratibus qvibusvis, ac in universum omnibus subditis nostris Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ notum esse volentes mandamus ut memoratum Magnificum* Ottonem Liberum Baronem à Schwerin *pro Vero & legitimo Indigena & Nobili Regni nostri Poloniæ habeant, eique de stemmate juribus Privilegiis prærogativis honoribus Libertatibus immunitatibusque respondeant, responderiqve ab omnibus curent*

curent pro gratia nostra. In cujus rei fidem hoc diploma Nostrum manu nostra subscriptum Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Bydgostiæ die Sexta, Mensis Novembris, Anno Domini M DC LVII. Regnorum Nostrorum Poloniæ IX, Sveciæ verò X. Anno Præsentibus in Christo Patribus Magnificis Venerabilibus ac Generosis Floriano Casimiro Duce in Clevan Czartoriiski Vladislavienſ. & Pomeraniæ, Andrea Trzebicki Premisliensſ. Episcopis Nominato Cracovienſ. vice-Cancellario Regni, Joanne Comite de Leszno Posnanienſ. Capitaneo Mariæburgenſ. & Joanne Casimiro Krasinski Placens. Palatinis, Stanislao Laskowski, Podlachiæ Referendario Regni, Constantino Lubstowski Bydgostienſ. Castellanis, Nicolao Prazmowski Secretario Majori, & Gotthardo Butler, Succamerario Regni, Boleslavienſ. Novem. Capitaneo Œconomiæ Grodnenſ. Administratore, Boguslao Radziwil, Duce Bierzarum Dubinkorum Plucko & Kopyſtabuli. M. D. Lith. supremo Præfecto Branscenſ. Barenſ. Capitaneo Michaële Radziwil, Duce in Olyka & Nieſwiz Pocillatore, Theodoro Denhoff Incisore Urzedovienſ Capitaneo, Christophoro Pac vexilli fero, Wilkiscenſ. Ostrinenſ. Duden Capitaneo Alexandro Naruszowicz. Notario Magn. Duc. Litt. Lindenſ. Luboszanenſ. Miedzialenſ. Capitaneo Martiano Wisuszi Gnesnenſ. Glogovienſ. Lovicienſ. Præpoſito, Matthia Ponia-towski, Decano Cracovienſ. Andrea Miaskowski Scholaſtico Gneſnenſ. Secretar. Nostris, Joanne Zaleiski Præfecto Culinæ Regni, Surasienſ. Capitaneo Joanne Tanski Instigatore Regni, Andrea Morſtyn Dapifero Sendomirienſ. & aliis complurimis, Dat. per manus memorat: Rendi in Christo Patris, Domini Andrea Trzebicki Episco-

pi Premislienſ, Nominati Cracovienſ. vice-Cancellarii Regni Syncere Nobis dilecti.

Joannes Caſimirus.

Indigenatus Magnifico Ottoni

Libero Baroni à Schvverin.

Plura de dignitatibus Poliniæ, vide infra ad Caput octavum de nobilitate: feſtinante enim prælo, alia hic adjicere prohibemur.

V. In legibus Hungariæ collectis à *Stephano Werbeucz Barones, Magnates, Nobiles & Proceres Regni* inveniuntur ſæpe diviſim, in ſpecie vero *Barones & Nobiles.* In conſtitutionibus antiqvioribus Regum Hungariæ ante annos DC. *Barones, Comites & Milites* occurrunt, nec non *Duces.* Vide *S. Stephan. Reg. Decret. lib. 1. cap. 4. & 42. & Privileg. S. Stephan. Reg Protoabbat. S. Martini Anno Chriſti 1001.* Verum *Duces* in legibus antiqvis & *Comites* in legibus antiqvis & novis freqventiſſime notant officiarias dignitates, non Feudales: nam in unaqvaqve Provincia (*Comitatus vocant*) Rex conſtituere ſolebat *Comitem*, (cui etiam *Vice-Comes* adjunctus fuit) tanqvam Locum tenens præſertim civilis regiminis ergo. *Matthias* I id ſanxit MCCCC LXXXVI. Ejusmodi Comites officiarii vocantur *Comites Parochiales*, vel *Parochiani.* Alii vero ſunt *Comites perpetui*, qvos Feudales eſſe exiſtimo. Talis eſt *Comes Scepuſie*, titulo ad Familiam *Zapolya* pertinente (neſcio tamen an adhuc contineat.) *Emericus de Zapolya* in ſubſcriptione ad Decretum *Matthiæ* dicitur *Comes perpetuus terræ Scepuſienſis.* Sic etiam ſcribitur *Johannes de Zapolia, ſub extremum juris conſuet. Hung. Steph. Werbeucz in Decret. fragmento*, & alii.

Matth. Reg. Decret. 5. c. 67. & vide Dubravii hiſtor. Bohem. l. 6. ſub initio In Conſtit. Hungar. ſubnexa Bonfinio pag. 113.

De geſt. Frederic. lib. 1. cap. 31.

De hoc Comitum genere intelligendum etiam illud *Ot-*

tenii

tonis Frisingensis de *Hungaria* sic loqventis: *Hinc est, ut cum praedictum Regnum per LXX. & amplius divisum sit Comitatus, de omni Justitia ad Fiscum Regium duæ lucri partes cedant, tertia tantum Comiti remaneat.* Vide hic morem tertiam lucri partem ad aulam Comitis pertinere, sicut & olim in Anglia factum, ut postmodum ostendetur. Cum vero *Isthuanfius* in nupera sua *Hungariæ* Historiæ meminit *Stephani Zapoliani Palatini Comitis Scepusiensis*, non existimandum ipsum Comitem Palatinum feudalem esse in Scepusia, nullus enim puto in *Hungaria* est *Comes Palatinus* hujus vel illius Provinciæ; sed est minister maximæ dignitatis & speciei generalis locum tenentiæ sub Rege, qvem hodienum *Palatinum* vocant Latina lingva in legibus & Historiis suis. Et qvoniam hic *Comes Scepusiensis* officium illud in *Aula* administravit, uti etiam Antecessor ejus *Emericus*, ideo *Palatini* vox inseritur titulis ipsius. Verum officiaria hæc *Palatini* dignitas (ut vulgo nominatur in testimoniis adductis de eâ his novissimis temporibus) olim etiam appellationem dedit ea fungenti, *Palatinus Comes*; ut videre est in Legibus *Ladislai & Colomanni* antiqvorum duorum in Hungaria Regum: recte etiam hoc nomen tulit, nam re ipsa dignitas eadem fuit quæ *Comitis Palatii* in *Francorum* Imperio, de qvo supra satis.

Isthuanf. hist. lib. 6. p. 84.

Decret. l. 7. c. 3. & lib. 1. c. de ejso donato Regi: V. Gold. dasi. Constit. Imper. tom. 3. pag. 403. & Decret. Alberti II. Imper. Buda edit. 1439. art. 2. ibid. p. 458.

Sicut *Comitum* appellatio apud ipsos est Officiarius & honorarius seu feudalis titulus, ita & illa *Baronum*: qvos distinguunt in Barones in officio, & Barones non in officio existentes. Hos postremos judico esse Feudales & Honorarios. *Werbœcz* locutus de Baronibus & nobilibus ait omnes eadem frui libertate, exemptione & immunitate, & æqva processio juris adversus omnes. Neqve aliam inter ipsos facit distinctionem, nisi quod Homagium eorum (ut vocat) seu *Weregild* (est pretium pro homine absq; malitia occiso) differat, ut etiam dos uxoribus relinquenda. Baronis Weregildum est C. Marcarum, Nobilis vero L. Vidua Baronis in officio Constituti potest reqvirere C. Marcas *propter ejs defloration*e (ut loqvitur) præter alia ipsi con-

Werb. Conf. Jur. Hung. Part. 1. cap. 2. Part. 3. tit. 5. & Part. 1. tit. 93.

Equitatus dignitas hic confertur (ut in *Anglia* & alibi) leni humerorum percusſione. Rex *Maximilianus* MDLXIII. coronatus, multos hoc more creavit equites. *In Fratrisſcanorum templo* (ait *Iſthuanſius*) *editiore in loco podium gradibus excelſum, auleisq; ſtratum, erectum erat, in quo ſedens haud paucos milites & Præfectos Equeſtri dignitate, humeris de more, gladio leviter percuſſis, ornavit.* *Hiſtor. l. 31. p. 445.*

VI. *Bohemia* Regnum olim habuit omnes Dignitates Feudales à maximis ad Equites usque, quæ ſunt in Imperio. In Diplomate *Rudolphi* I. probante jus *Electoratus* eſſe in illo Regè (ex quo idem confirmat *Carolus IV.*) mentio fit *Comitum & Ducum* ſpecialis cum generali nominatione ſtatuum ſecularium: *Cæteraque Duces, Principes, Barones, Proceres & Nobiles Regni Bohemiæ.* Antiquiſſima illis creatio Ducis, ſeu inveſtitura Ducatus, quam invenio, eſt ſub *Johanne* R. circa an. MCCCXXX. *Johannes R. Bohemiæ contulit Ducatum Oppaviæ Nicolao eleganti juveni. Chron. Aulæ Regiæ p. 28.* Hic *Nicolaus* fuit filius alterius *Nicolai* Ducis ejusdem Ducatus. Sic *Henricus* Dux *Sileſiæ* permittens integrum Ducatum ſuum iſti *Johanni*, partem tantum ejus retinuit ad dies vitæ, ſub nomine Ducatus, cum penſione Mille Marcarum argentearum ex Regis Ærario. *Hinc Rex Provinciam* (ibid. p. 58.) *Glacenſem ad tempora vitæ Ducis poſſidendum pro Ducatu aſſignat, ſicq; deputat mille marcas argenti annis ſingulis à fiſco Regio, quoad vixerit, percipiendas.* Antehac vero Dux totum Ducatum *Sileſiæ* à Rege tenuit. Hiſtoria enim refert, tractaſſe ipſum cum Rege, *de Ducatus ſui reſignatione*, quod ſupponit, puto, feudalem poſſeſſionem ejus, ſicut & aliæ feudales ibi videntur fuiſſe dignitates, juxta morem Imperii. Idem Rex creavit filium ſuum *Carolum* (qui poſtmodum factus eſt Imperator ejus nominis IV.) *Marchionem Moraviæ.* Iſta enim Territoria, *Sileſiæ, Moraviæ & Luſatiæ* annexa fuerunt *Bohemiæ* Regno, ab Imperatore *Henrico IV.* circa an. MLXXX. Et nunc quoque Rex *Bohemiæ* illa poſſidet, ibidemque pro arbitrio creat Comites & Barones. *In Bohemia & incorporatis provinciis*, inquit *Nolden*, *utpote* Moravia, Luſatia, Sileſia, &c. *Summam poteſtatem obtinet Rex & non ſolum Nobiles ſed etiam Comites & Barones creat, quemadmodum in Sileſia ad Quatuor Primarios Baronatus nemo admittitur, niſi vel ab Imperatore vel Rege Bohemiæ Baro creatus fuerit.*

Anno 1348 & habetur inter. Bohemiæ Sol. edit. à Freherò 1602.

Dubrau. Hiſt. lib. 22.

Æn. Sylvius de ſitu Bohem cap. 22, Gold. ſt. Conſt Imp. Tom. 1. p. 345.

Nolden de Statu Nobil. cap. 2. § 86.

Ac de *Barone*; cujus creationem narrant eædem hiſtoriæ ante ſex circiter ſecula, ſcil. *Hierommirius* Dux *Bohemiæ* (Duces enim non Reges tum dicebantur *Bohemiam* tenentes, ſicut & alii in iſtis Orientalibus regionibus) fidelitate & robore cujusdam, cui *Honoro* nomen, liberatus ab aſſultibus quorundam inſidiantiũ ipſi venanti, dedit ei præmii loco in feudum, officium primariæ ſaltuum præfecturæ, cum omnibus terris circa *Stemben* (ubi liberatio facta erat) *Primumq; (Dubravii* verba ſunt *Hiſt. lib. 6.) inter Barones autoritate Cæſaris Henrici, (intelligit* Imper. *Henricum I.) ad eum Procerum gradum provehebat, qui nunc Barones à quercu in Bojemia appellantur.*

VII. In territoriis Regni *Neapolitani*, ubi major Nobilitas ſine exemplo multa eſt, ſunt *Principes*, *Duces*, *Marchiones*, *Comites*, *Barones*, quos omnes vocant *Titolati*, & *Antonio ſurgenti* latine nominantur *Titularii*: Nam licet omnes iſtos majores titulos, ſub generali notione *Baronum* complectantur, attamen & diſtincta ibi eſt Baronum dignitas, ut mox dicetur. Equites eadem autoritate & ceremonia fiunt ibi, qua & alibi. Titulus vero Principis ibi vetuſtior eſt quam Regni, quod cepit an. MCXXX. in *Rogerio* Duce *Calabriæ & Apuliæ*, regis titulum acquirente. Nam Longobardorum ævo cum plures feudales Ducatus erigerentur in *Italia* (ut ſupra oſtenſum) *Beneventanus* primus fuit; ac Dux *Arechi* ejus nominis II. (latinè vocatur *Arnigiſius*, & *Archis*) Dux vero *Beneventanus* XIV. ambiens majores titulos, quoniam auxerat ditiones ſuas, non tamen auſus *Regis* aſſumere elogium (*Pipinus* enim & ejus pater *Carolus* tum *Italiæ* Reges erant) nominavit ſemetipſum *Principem Beneventi*, ac ab Epiſcopis ſuis unctus nec non coronatus eſt, ſubſcripſitq; in epiſtolis & inſtrumentis, *Scriptum ex noſtro Sacratiſſimo Palatio.* Hisque primus extitit hoc nomen aſſumens, ceu minus Regio, majus autem Ducali: tale enim illis eſt nomen iſtud, quanquam in Germania, Ducis vocabulo ſit inferius. Et quanquam ſuccedentes in *Italia* Reges hujus *Aragiſii* poſteros ſatis ad obedientiam revocarent, Titulus tamen *Principis* manſit ipſis perpetuo. Exemplum *Ducis Beneventani* & alii ſecuti ſunt; unde Tituli *Principis Capuani*, *Principis Tarantini*, *Principis Salernitani* & ſim. Ac poſtquam *Neapolis* Regis axioma fuit adepta, Regum filii hoc vulgo appellati ſunt nomine, Territoriaque habuerunt annexa.

Neapol. Illuſtrat. lib. 1. cap. 23. §. 1. 7.

Hircbemperum apud Leon. Caſſin. Hiſtor. lib 1. cap. 10. Sigon. de Regno Italiæ lib. 4. ſub an. 786. Scipio Mazzella nella deſcrit. del Regno di Napoli lib. prim pag. 99. & lib. 2. pag. 500.

Prin-

Principatus *Salerni* nonnunquam cedebat Hæredi manifesto, cum titulo *Principis Salernitani*, idque cœpit in *Carolo*, filio & hærede *Caroli Andegavensis* & *Neapolitani* Regis regnantis usque ad an. MCCLXXXV. Deinde vero *Dux Calabriæ* cognominatus est Hæres manifestus, & denique *Princeps Capuæ*. Instrumentum quoddam de hoc Principatu habemus in Rotulis nostri *Henrici III.* qui aliquando *Burdigalæ* commorans, ceu Tutor Filii sui *Edmundi* Regis *Siculi* tum annos XI. nati, narrat, *cum* Edumundus *Dei gratia* Siciliæ *Rex, natus noster de assensu & voluntate nostra dederit & concesserit per cartam suam dilecto Avunculo nostro* Thomæ de Sabaudia *Comiti pro homagio & servitio suo* Principatum Capuæ *cum omnibus appenditiis & pertinentiis suis & omnibus honoribus juribus exactionibus & eum omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus ad principatum illum pertinentibus sine aliquo retenemento dicto* Thomæ *& haeredibus suis utriusq; sexus imperpetuum possidendum* &c. Confirmat quoque ut habeat *Robur irrevocabile*, sub Sigillo suo quotum usus est in *Vasconia*. Qui gaudent titulo *Principis Neapolitani* possunt imponere insignibus suis coronam, cujus radii margaritis ornati sunt, fere similem illis quas gestant Comites in *Anglia*, & istius est Formæ.

Rotul Vasc. n 38. Henr. 3. membr. 2. Num. 10.



Ducis Titulus his in regionibus æque antiqvus ut ille *Beneventi*, sub *Longobardorum* Regibus circa an. DLXX. orti, post initia vero Regni *Neapolitani* primus creatus Dux, non ex familia Regia, fuit *Francesco del Balzo*. Creabatur Dux *Andriæ* à Regina *Joanna I* Post *Jacopo Marzano*, creatus est à *Ladislao, Dux Sessæ*. Hos plurimi secuti sunt alii.

Duces in insignibus suis habent Corollam, aliquatenus similem illi Vice-Comitum in *Anglia*, solummodo quod sit gemmata, & absque radiis, ut hæc ostendit pictura.

Archi-Ducis etiam titulus in hoc fuit Regno. Nam *Carolus VIII. Galliæ*, qui & *Siciliæ* Rex, creavit *Gilbertum Bourbonium* Comitem de *Montpensier*, suum in Regno Locum tenentem Generalem, *Archi-*

Ducem de Sessa, qui ad distinctionem dignitatis suæ à Principe tanquam superiore, & à Duce tanquam inferiore, imposuit in insignibus suis, pileo Ducali, formam Coronæ Principum perfectam, nisi quod radii gemmati non essent. Figuram ejus hic habes ex *Scipione Mazzell.*



Verum utut *Duces* & *Principes* ibi fuerint olim, recens tamen est *Marchionum*, qui nunc sequuntur titulus. Primus eum gerens fuit *Cecco dal Borgo*, creatus *Marchio de Pescara* à Rege *Ladislao* CC. abhinc annis. *Marchio* hic imponit insignibus suis corollam seu



circulum gemmis ornatum, absque ullis radiis, aut angulis aliunde surgentibus; sicque pingi debet ut apertura ejus quam minime videatur. *Cerchio di Gemme S. nza cosa veruna, di sopra e con pochissima apertura*, ut *Mazzelli* verba sunt describentis hanc & alias.

His proximi sunt *Comites*, ejusdem hic originis, cum Comitibus in Imperio & *Longobardorum* Regno. Possunt eandem corollam imponere insignibus suis, quam *Marchiones*, modo gemmas excipias.

Hæc olim usurpata est à Comitibus diversis. *Un semplo Cerchio* (inquit Mazzella) *non in altro da quello del Marchese, differente, che dall, essere senzagioce, Sicome usarano i Conti d'Altavilla, d'Aquino, di Conza, di Marsico, di Nola, di Isernia, di Milito, di Potenza; di Troja & altri anticamente.* Et cum nectit Catalogum *Titulariorum* sui temporis, i. e. viginti abhinc annis, ponit hanc corollam vel circulum super unius cujusque Comitis insignia, sicut & alias super insignia diversarum dignitatum ipsis propriarum.

VIII. Omnes

VIII. Omnes hi *Titolati* vocantur generali nomine *Barones*. Diſtribuuntur Titularii, inquit *Marcus, Antonius Surgens, in Comites, Marchiones, Duces, Principes, omnesque appellantur Barones.* Sic *Franciſcus Capiblancus. Baronem nomine Comites aliosque Titularios comprehendi nos dicimus. Nam iſtud verbum* Baro *eſt ſcala & caput dignitatum regalium.* Atque *Comes dicitur Baro ac deinceps ceteri; inde videmus communi Sermone Duces & Principes vocari Barones de ſuis Terris.* Idque quoniam *Dignitas Baronalis ſtat ut genus; ſicut etiam in Longobardorum* Conſvetudinibus, ſeu Legibus feudalibus lib. 2. tit. 10. *Capitanei & Valvaſores Majores* comprehenderunt omnes iſtas dignitates ingentes *Ducum Marchionum & Comitum.* Multis etiam gaudent privilegiis *Titolati* ait *Surgens*, ut apparere ſemper per *Attturnatum*, i.e. Procuratorem, non incarcerari niſi expreſſo conſenſu Vice-Regis, non publice puniri, non ſubjici torturæ, neque ſuſpendio plecti; ſedere in præſentia Regis, tegere caput coram Vice-Rege, & ſim. Vocat ipſos etiam *Conſiliarios Regii à Latere, Comites*, ait, *Precedono ne Parlamenti à tutti gli Signori è Baroni che non hanno titolo.* Præcedunt omnibus Dominis & Baronibus non *Titulatis*. Habent enim & ibi multos *Baronum* nomine inſignitos, qui infra omnes *Titulatos* ſunt: in quo *Baronis* vox adhuc *Valvaſſorũ* nomini ſimilis eſt. Nam in legibus illis magnæ dignitates comprehenduntur in *Valvaſſorum* nomine, utut *Valvaſſor* etiam ſpecialem dixit feudalem dignitatem, i. e. dignitatem ejus, qui feudum tenebat cum jurisdictione à Summo Principe, vel alio quocunq; majore dignitate prædito, abſque titulis illis.

Neapol. illuſtr. lib. 1. cap. 23. §. 2. Ad rubr. de Baronibus & eorum officio §. 21. & 32. & ad Pragm. 5. num. 63.

Origo nominũ horũ referenda ad feudorũ initia; quando vero vel quomodo nomina iſta in *Neapolitanum* pervenerint Regnum, aliasq; *Italiæ* partes, mutato *Valvaſoris* nomine in *Baronis*, fateor, non dum me didiciſſe. Creari eos duobus modis, refert *Capiblancus*, magnus illius Regni Jctus; uno, ſi Rex concedat Caſtellum vel Territorium cum Jurisdictione & Baronis titulo; *altero*, ſi concedat Rex Feudatario ſeu Tenenti territorium cum Jurisdictione, ut poſſit facere ſubinfeudationem, vel aliis feuda conferre. Utut enim largitio Territorii abſque Titulo Baronis, non faciat Baronem, attamen ſi feudum Tenens licentiam habeat feuda aliis dare, ratione tenementorum iſtorum inferiorum, implicite Baro factus eſt.

Sic *Capiblancus* cujus addere libet verba, ſuper Rubric. de Baronibus & eorum offic. §. 12. 13. 14. 34.

In Regno DD. concludunt eos dici Barones, qui praeminentiam Jurisdictionis ſuper Vaſallos habent in terra ſibi infeudata. Sed intende ſi expreſſe ea terra ſit in Baroniam conceſſa in inveſtitura. Nam ſolum Feudi quaternati conceſſio non tribuit dignitatem Baronalem, ſi praecipuè data non ſit. Nam cum ſit dignitas & caput dignitatum, ſpecificè eſt tribuenda à Principe cujus eſt eas conferre cum ab eo Fluent & Reſtuant. Alias ſi ſine qualitate Baronia Terra vel Caſtrum concederetur, ille Feudatarius non Baro dicetur. Altero modo quis creari poteſt Baro, ſi Rex permittat quod Feudatarius aliquis ex terris ſibi infeudatis ipſe alteri ſub-infeudare poſſit; tunc ob ſubfeuda quae ab eo tenentur, ille dicitur effectus tacite Baro. Quae Concluſiones non probantur lege feudi, ſed ita in Regno conſtitutum reperitur ex obſervantia quae noſtri leges comprobarunt. Ac paulo inferius, *unde labuntur aſſerentes ſufficere debere terram cùm Vaſallis, ut vocari debeat Baro. Nam non omne feudum quaternatum dici poteſt Baronia. Extra dictos caſus quis non dicitur Baro, ita ut benigna vel poenali appellatione Baronis propriè comprehendatur.* Videatur etiam circa dignitates Neapolitanas *Marinus Freccia, de Sub-Feudis Baronum & inveſtituris Baronum. In Paulo Merula* eſt enumeratio variorum *Titulariorum*, eorumque qui Barones ſunt ſimpliciter. *Titulatos* quoque leges apud *Mazzellam.* Poteſtas & Jurisdictio *Titulatorum* aeque ac *Baronum* aliorum fuſe traduntur à *Capiblanco*, in *deciſionibus, ab Antonio Capycio, Marco Anton. Surgent. in Garſia Maſtrilli libro 4. De Magiſtratibus*, &c. Quomodo vero deſcendant dignitates ad filios docet *Thomas Minadoi in repetitione Regni conſtitutionis, in aliquibus*, una cum *de Succeſſione filiorum Comitum & Baronum.*

Coſmog. Part. 2. lib. 4. cap. 25.

IX. *Venetorum* Reſp. confert dignitatem Equitis, quae vocatur *S. Marci* ita dicitur, ut exiſtimo, quia Reipubl. hujus Patronus eſt *S. Marcus.* Eſt enim notus Equitum ordo, à Summis Principibus collatus collatus, vel aliis eandem poteſtatem habentibus. Formã Creationis videmus in nobiliſſimo Amico meo, qui nec minus nobilis inter eruditos ſtella eſt, Dn. *Daniele Heinſio*, cujus Excellentia omnem ſuperat ſplendorem ex ejusmodi Titulis refulgentem. Illico poſt Fœdus JCrum inter Remp. Venetam & Provincias unitas, hoc Diploma ei tranſmiſſum eſt ſub Sigillo Reipubl. quod

quod est Ducis nomen cum elogio, *Dei Gratia Dux Venetiarum*, ut & integra effigies *S. Marci* nec non Ducis, quem iterum circumdat nomen ejus scriptum, & *S. M. Venet.* ex altera Parte.

Antonius Priolo *Dei Gratia* Dux Venetiarum. *Verè ac sapienter dictum fuit, virtutem adeo esse pulchram, ut si humanis oculis conspici posset, mirificum sui excitaret amorem. Quod quidem satis ex eo probari constat, quod viros virtute præditos singulari amore prosequimur. Cum igitur* Daniel Heinsius, *egregiæ Virtutis vir, omnique liberali disciplina excultus, scriptis suis publice editis non modo summa eruditionis sed etiam sui in Rempublicam nostram obsequentis animi specimen *dederit; æquum est, ut, quem meretur, fructum percipiat: ac Nostri pariter erga illum gratis animi aliquod extet Testimonium: quo fiat ut neque sui in Nos devoti affectus eundem pœniteat, & aliis de Republica nostra bene merendi præbeatur exemplum. Propterea cum Senatu dignum duximus, ipsum Danielem, per Oratorem nostrum, penes Amplissimos & Potentissimos Ordines residentem*, aureo, *torque cum* Numismate nostro *donare* ac illum Equitem Auratum facere & creare, *quemadmodum facimus & creamus, titulo & dignitate decoramus, ac stemmate Auratæ militiæ insignimus, omniaque illi concedimus, concessaque esse volumus quæ ad Equestrem hanc dignitatem cumulatissimè spectant. In quorum fidem has fieri jussimus ac soliti Sigilli nostri appensione muniri. Datæ in nostro Ducali Palatio, die X.* Aprilis *Indictione sexta*, MDCXXIII.

* *Videsis Dn. Heinsii gratulationem de fœdere inter Venetorum Rempubl. & Ordines Belgii fœderatos, quæ jam extat in orationibus ejus, num. 4. edit. 1627.*

Antonius Antelmus,
Secretarius.

Tradidit hæc ipsi *Marcus Antonius Mòresini Venetorum* Legatus, ad Provincias unitas, hac ceremonia creationis addita: Legatus imposuit ipsi genua flectenti gladium suum (prout mos est in creatione Equitum) appenditque collo ejus torqvem, & præterea splendido excepit convivio, Hagæ Comitum in domo sua, ubi hæc omnia facta sunt. Præses Ordinum Generalium illo pariter tempore eandem natus est dignitatem. Pro se autem & isto verba fecit *Heinsius* ad Legatum talia, quæ docere queunt, quanti æstimaverit

Orat. 6. edit. 1627.

rit dignitatem iſtam, & quam virilis ac generoſa ipſi mens fuerit, recte judicans de omni ejusmodi honore collato.

Qui res Veſtras, Legatorum ſplendor, Marce Antoni, *ab ætate omni florentiſſimas legerunt, ſciunt neque majus apud vos deferri cuiquam poſſe quam quod nobis hodie delatum eſt, neque poſſe fieri, quin qui de nobis cogitet, Heroas ſimul tot ac tantos animo, percurrat: Qui priusquam ad Honorem hunc admiſſi ſunt, ad ſummum prius dignitatis aut Virtutis fuerunt evecti. Quidam totas acies totasque Claſſes manu ac virtute profligarunt.*

Porro, cum virtutis magnitudo omnis, omnis ſplendor, ſit ab animo cujusque, quo, ſi verè generoſus ac erectus ſit, ne illi quidem qui naſcuntur illuſtriſſimi, cum omni laude ſua ac ſplendore, majus quicquam ſibi vindicant; quemadmodum fortaſſe nihil dignum beneficio hoc veſtro polliceri de me auſim, ita animum hunc exhibere vobis poſſum, qui Honorum omnium oblivione ſupra omnes eo ſe recepit loco, ultra quem ambitio, ne quidem honeſtiſſima, procedit.

Eum exhibere, vobis poſſum, qui Honorem nullum eo nomine dignatur, niſi qui ambitionem antevertit, niſi qui à magnis illuſtriſſimisque viris ſponte offertur: quem ab oſtentatione & inani Hiſtrionia quam vulgus in his talibus exercet, ad modeſtiam ac moderationem revocare, illius eſt profectò, non qui Hoſtem bellica virtute profligavit, ſed qui totum vitæ apparatum, intra Sapientiæ præſcriptum ac virtutis continere intellexit. Cum hoc animo, ſi dignum eo judicatis, quem in Principes non raro contuliſtis, emitendum nobis erit, ne ſi ſponte oblatum declinemus, illos ipſos quibus ornamento ſemper fuit, aut Rempublicam, qua nihil ſapientius in terris extat, contemnamus. Si quid ſupereſt poſt illa, Ducum ſanguis Marce Antoni, Principi ac Reipublicæ renuntiabis, nullos melius Honores collocari quam qui Eruditis impenduntur. Nam & animum capacem veræ laudis huic generi mortalium adeſſe: neque præter illos eſſe qui diuturnitatem beneficio conferre poſſunt. Quod in iis erit apud quos oblitteratur, &c.

CAP.

Cap. III.

I. *Titulus Delphini in Gallia.* Le Roy Dauphin, Filz aiſne du Roy de France, & Filz du Roy de France, *& de Titulis Filiorum ejus minorum.*

II. *Principes Sanguinis,* Primieur Prince du Sang, & Monſieur *una cum Pilcis ſuis vel Corollis,*

III. *Alii Principum Tituli, Perſonales & Feudales, Captal, Capitalis, Capitaneus, vel Capdaw, horum Corollæ.*

IV. *Feudalis Titulus Principis Gvienna* ab Edvardo III. *Rege Angliæ conceſſus* Edvardo *Principi nigro* quoad vitam. Nonnulla de hujus Principis gubernatione ibidem, & reſignatione.

V. *Officiarii Tituli Ducis & Comitis, quando in Gallia cœperint eſſe Feudales, & Summa poteſtas quibusdam olim addita.*

VI. *De Creatione & Inveſtitura veterum quorundam Ducum in Gallia per gladium atque Ducalem pileum, cum aliis primariis inveſtituræ ceremoniis.*

VII. Iohannes *Dux* Lancaſtrenſis *creatus Dux* Aquitaniæ *in Parlamento Anglicano ſub* Richardo II. *ejusque inveſtitura per Ducalem pileum, & virgam auream.*

VIII. *Pilei ſeu Corollæ Ducum recentiorum in Gallia, nec non modus eos creandi recentior.*

IX. *Comitis Titulus, qualis ille* Comitum Majorum, *ejusve promiſcuus uſus cum Ducis vocabulo; ut* & Ducis, *ceu* Majoris, *ab eodem diſtinctio.*

X. *Comites minores Ducibus.*

XI. *Creatio inveſtitura Comitum, eorumque pilei.*

XII. *Forma tradendi Comitatus Bononiæ ac Flandriæ, ceu Comitatus immediate ad Coronam pertinentes.*

XIII. *Traditio Comitatus Bigorrenſis ab* Edvardo *Principe Aquitaniæ.*

XIV. *Antiquæ & novæ diplomata Comitum absque mentione rituum inveſtiendi.*

XV. *Ritus accingendi gladii, memoratus in quibusdam diplomatibus Comitum in Ducatu Normanniæ.*

XVI. *Titularis additio Palatini in Gallia.*

XVII. *De Paribus Franciæ, nec non forma creandi Pariatum.*

XVIII. *Marchiones, eorum antiquæ & recentiores creationes ac pilei.*

XIX. *Vice Comites, antiqua eorum creatio, varia genera, & pilei.*

XX. *Origo & Natura Vicedominorum,* Vidames.

XXI. *Barones, generalis ac ſpecialis ſignificatio tituli verbi ac eorum Creatio, Caſtellani, mitra vel Corolla Baronis.*

XXII. *Summa Legum de plurimis Galliæ dignitatibus Feudalibus ex Codice* Henrici IV.

XXIII. *Equites,* Chevaliers, *& Equites* Banneretti, *eorumque creatio, jus habendi vexillum, vel inſignia in* Drappean quarre.

XXIV. *Equites Baccalaurei, eorum creatio, vocis origo, varia Baccalaurei acceptio; nonnulla de eorum jure uſurpandi Sigilla.*

XXV. *Equites Ordinis Stellæ, S. Michaelis, Spiritus S. & aurei velleris.*

XXVI. *Ordines Equitum minoris notæ, ſpeciatim Puellæ egregiæ in viridi campo, ſub* Carolo VI *inſtitutus, a* Meſſire Boncicant *Mareſchallo Franciæ.*

XXVII. *Ibidem Armigeri.*

Sub-

SUbordinati in Gallia Tituli sunt *Delphinus* cum *Filz aisne du Roy de France, & Filz du Roy de France, Monsieur, Prince du Sang*, & *Prince* in acceptione alia, *Dux, Comes, Comes Palatinus, Pairr. Marchio, Baro, Bannerettus, Chastellain, Chivallier, & Armiger.*

I. Hæres *Galliæ* certus si est Filius Regis, vocatur *Delphinus*: & antequam hoc nomen reciperetur, nullus fuit distinctus titulus Filii natu maximi, vel hæredis certi ab aliorum Regis Filiorum, nisi quod *Primogenitus filius* vocaretur, seu, ut volunt aliqui, *Monsieur.* *Paul. Æmilius lib. 8. in Phil. Longo Duchesne antiq. & recerches lib. 4 c. 2.*

Origo vocis *Delphinus*, sic usurpatæ, est ab *Humberto* Domino *Viennæ*, & Territoriorum adjacentium, quæ nunc Delphinatus vocantur, vel potius ab eorundem *Delphino*: sic enim olim appellarunt hujus regionis Dominos; rationem ejus hanc reddunt. Quidam *Guy* seu *Gvigo* dictus multis abhinc annis ejusdem Territorii Dominus, ut appellaretur *Provincia Delphinalis* voluit, ex Singulari amore, quo perpetuum esse desideravit nomen *Delphini Comitis Albonis & Viennensis* cujus filio nupserat filia sua. Indeque *Delphini* nomen mansit apud Dominos huic succedentes, *Delphinatus* vero apud provinciam. *Delphinus Comes Viennensis & Albaniæ Ann. Dom. 1227. idem ea les preuves de l'hist. de la maison de Vergy lib 3 p. 158. Gallut lib 6. de ses memoires chap. 46. P. Merula l. 3. part. 2. cap. 40. & 17. lib. 9. sub Phil. Valesio, V. P. Mathi ad Guid. Papæ decis. 233. Theodor. Niehem. Histor. 2 c. 25. Choppin. de Domano lib. 3. tit. 3. §. 12. & lib 1. tit. 6. §. 18. & de iisdem dict. Guid. decis. 361.*

Verum hoc nominis initium satis certum non est, utut manifestum sit olim Dominum terræ istius assumsisse illud, uti in epistola *Frederici II.* ad suum Capitaneum in *Sicilia*, legitur: *Delphinus* Comes *Vienne Consanguineus & Amicus noster*: apud Petr. de Vineis lib. 2. epist. 49. Insignia etiam *Delphini* tantundem indicabant. *Humbertus* certe expresse vocatur in epitaphio, existente adhuc in Monasterio *Jacobitarum Parisiis*, *Dauphin de Viennois*, qui post obitum filii sui unigeniti & hæredis, extra spem constitutus alius masculæ prolis, & male habitus ab hoste suo *Sabaudo*; Statuit primo omnem regionem suam tradere Sedi *Romanæ*, ast dissuadentibus Delphinatus incolis, qui maluerunt *Galliæ* Regi subjici, quam Papæ, mutavit mentem suam, ac *Galliæ* Regis filio sic legavit, ut semper apud hæredem apparentem esset. Teste *Æmilio*. *Placuit filii Regum, ut quisque in proximum hæredem regni susceptri essent, Delphini vocarentur, junguque Delphinatibus redderent.* Dicunt & alii (*du Haillan, du Chesne &c.*) non solum *Delphini* nomen sed & insignia una cum *Francicis* assumenda fuisse ab iis qui hac donatione frui vellent. Instrumentum donationis confectum volunt XXX. *Martii* MCCCXLIX. adeoque

traditum *Carolo*, qui fuit filius & hæres *Iohannis* Ducis *Normanniæ* filii & hæredis *Philippi Valesii*, qui tum fuit *Galliæ* Rex: hicque *Carolus* postmodum V. dictus in regno successit Patri suo *Normanniæ* Duci. Donatio quidem eadem ante 6. circiter annos fieri debuit *Philippo* Duci *Aurelianensi* secundo *Philippi* Regis filio, ad *Carolum* tamen devenit, primum inde *Delphinum* juxta & Successorem in regno certum. Alii vero confundentes finem hunc cum statu sic postmodum ordinato, admodum erronee tradunt originem ejus. Fuerunt præterea *Humberto* filiæ duæ, a quibus geniti sunt Comites *Delphini Alvernia*, (qui titulus etiam fuit in Ducibus *Borbonii*.) *Delphini* autem *Viennensis* titulus erat filiis Regis & successoris evidentis. Rabbinus id quoque confirmat, cujus testimonium hic addo

ויקרבו ימי אימבירמז דלפינו מואנה למות ויאמר אליו
המלך הנך הולך בדרך כל הארץ ועתה זה הסדך
אשר תעשה עמדי צו את ביתך ותן את הדאלפינאטו
אל קארלו בן בני הבכור לאחוזה ויאמר אימבירטו אליו
יהוה שומע בניתנו אם לאברכך ארוני המלך כן
אעשה היום הזה מהיום ההוא והלאה היה הדלפ ינאטו
למלכי ארפת או לבניהם הבכור עד היום הזה

i.e. In *Diebus* Imberti (sic vocat Humbertum) Delphinus viennensis *morti vicinus erat*; *dixitque ad ipsum Rex* (Francia) *Observa Domine quod sis Iturus viam omnis terræ. Nunc præcipe ut promissio tua facta mihi, mea habeatur a domo Tua, conferaturque Delphinatus Carolo filio meo primogenito in possessionem: Respondit ei Imberto: Deus audit, quod juxta verba Tua o Domine Rex hodie facturus sum. Ab illo tempore Delphinatus apud Galliæ Reges fuit vel filius eorum primogenitos.* Rabbi iste est *Ioseph Sacerdos* vel *Joseph Ben Ioshua*, scribens historiam *Franciæ* Regum & *Ottomannorum*, ad ann. Servatoris nostri 1553. collocatque in principium regni *Philippi Valesii*, ut solent Scriptores Galli. Primus igitur *Delphinus* & hæres certus (postmodum *Caroius V.*) ostendens se assumsisse titulum hunc. Delphinatusque insignia, in magno suo sigillo Duobus insidet Delphinis. In nummis etiam quibusdam *Delphinus* cernitur cum *Lilio* & inscriptio *Dalphs Viens*: pro *Viennensis*, alii vero ejus nummi aliter delphinum exhibent. In *Caroli VI.* legitur ad Delphini imaginem solummodo *Dalphs Vienn.* loco tituli,

ספר דברי הימים
Holech. t. pag. 93.

&c

& nonnunquam *Carolus Francorum Rex*, & *Dalphs Viennæ*. In quibusdam vero *Ludovici* XI. Delphinus in utroque latere quadripertitus conspicitur cum insignibus Gallicis, & circumscriptione *Ludovicus Dalphinus Viennensis*. Plurimi post sequentes Galliæ Reges in suis exhibent nummis (qui extant publici) absque Dalphini tamen titulo quem post *Carolum VIII.* non reperio. Verum utut Reges, quamdiu fuerunt Reges, sic usurparunt Delphini titulum in suis nummis, filii tamen eorum & certi hæredes, inde ab hoc primo Delphino, *Carolo*, dicti sunt *Delphini* Gallice *Daulphin*, hancque tenuerunt provinciam jure primogenituræ suæ pertinentem ad nomen suum, post quam (ad minimum) ad ætatem acceptionis capacem pervenerunt. Reges alias, ut ostensum ex nummis, appellantur post regium *Francia* nomen, *Delphini Viennenses*. Ideoque *Æmilius* semper *Carolum* filium *Johannis* Regis nominat *Delphinum*, quoniam Delphinatus in ipso fuit. Sic & alios nominat filios successoresque per integram historiam suam. Sic insignis I.Ctus *Guido Papa* vivens sub *Carolo VIII.* & Præses Parlamenti *Grationopolitani* existens, *Ludovicum* Filium & Successorem *Caroli* istius post *Ludovicum XI.* nominat *Dalphinum Viennensem*. *Quia usus*, inquit, *rescriptorum frequens est in hac Patria Dalphinali propter residentiam illustrissimi Principis Domini nostri* Ludovici Regis *Francorum primogeniti Viennensis Dalphini de Præsenti in hac patria Dalphinali residentis* &c. *Dominus Delphinus* est *Monsieur le Daulphin* sæpe eidem decis. 233. 455. &c. nonnunquam vero (juxta vetera illa numismata) videtur appellare ipsum & Regem & Delphinum; Regno & Delphinatu quasi in una manu existentibus: ut cum loquitur de illo Delphinatus statuto: *Si quis per literas* &c. addit factum esse a *Wilhelmo de Area* Gubernatore Delphinatus an. MCCCCVIII. & confirmatum *per Dominum nostrum tunc Regem Delphinum ut patet in Camera Computorum Delphinatus*. Rex hic, qui fuit Rex & Delphinus simul, videtur fuisse (si iste ejus sensus) *Carolus VI.* & quidem XXIX. regni ejus anno. Præterea video etiam Gallos quosdam asserere Delphinum quandoque vocari *le Roy Daulphin* ob excellentiam dignitatis ejus juxta morem Galliæ antiquum, quo filius & hæres vocatur *Rex* Patre adhuc vivo. Atque sic istud intelligi potest de *Ludovico* filio *Caroli VI.* natu maximo, qui fuit Delphinus Anno MCCCCVIII. sed ante Patrem mortuus est.

Nota: de Delphini insignibus ut & Corona vide si *lubet* Speneri op. Heraldic. part. General p. 254 & 313. & part. speciali pag. 118.

Guido Pap. Libell. de rescript. imit.

V. Carol. Le Oyseau, des Ordres, c. 7. §. 38.

In proem. ad Comment. in statut. Delphin.

Le Oyseau des Ordres &c. Chap. 7. §. 41. Tiraquell. de primogen. quæst. 33.

est. Potuit etiam titulus *le Roy Daulphin*, Rex *Delphinus* eo frequentius usurpari, quoniam *Principes Delphini* absolute nominati sunt, qui fuerunt ex *Delphinatu Alvernie.* Sic usurpatur in Edicto *Henrici III.* sancito cum filius & hæres certus non esset, vel *Delphinus Viennensis*, qui Titulus est filio & hæredi proprius. *Delphinus* (inquit l' Oyseau des Ordres cap. 7 §. 40.) vocat semetipsum *par la grace de Dieu fils aisne du Roy de France, Daulphin de Viennois*: atque sic ponit voces *filz aisne* ante *Daulphin*, ut etiam præponit Titulis Regiis, si aliquod Regnum possidet, ut apparet in illis qui fuerunt Reges *Navarræ*, & in *Francisco II.* qui Delphinus existens, fuit etiam Rex *Scotiæ* intuitu Reginæ, quam duxerat in uxorem. Si vero Delphinus sit Dux, postponit titulum Ducis Delphini vocabulo; ut *Henricus II.* existens Delphinus sub *Francisco I.* hoc ordine titulum scripsit *Daulphin de Viennois, Duc de Bretagne.* Existimat tamen *l' Oyseau* id factum quoniam *Britannia* ut alii Ducatus (his novissimis temporibus) non prædita fuerit Summa potestate, sed jurisdictione tantum subalterna, cum Dominatio *Delphinatus* sit Summa potestate instructa. Et revera si olim Ducatus aliquis summa potestate fruens fuit apud Delphinum, Ducis titulus præcessit. Primus *Delphinus* & hæres certus scribitur *Carolus Dux Normanniæ & Delphinus Viennensis* in Confirmatione pacificationis apud *Bretigny* inter *Gallias & Angliam.* *Carolus* vero *Delphinus Caroli VI.* in fœdere inter ipsum & Ducem *Burgundiæ* An. MCCCCXIX. nominatur *Daulphin de Viennois, Duc de Berry, & de Torain & Conte de Poytou.* Verum sicuti illud *Filz aisne* in Delphini titulis ponitur ante Regna quæcunque, ad ipsum tanquam Delphinum pertinentia, ita *Filz du Roy de France* (ad omnes filios Regis minores pertinens) ponitur post omnes regni titulos. Sic *Carolus* Comes *Andegavensis* & filius minor *Ludovici VIII.* Regis, existens *Siciliæ* Rex vocavit semetipsum *Roy de Hierusalem, Naples & Sicily, Filz du Roys de France, Counte d' Anjou* &c. Et *Carolus* Comes *Valesiæ*, filius minor *Philippi III.* donatus à Papa titulo Regis *Arragoniæ* & *Valencienne* sic scribitur: *Roy d' Arragon, & de Valence, Filz du Roy de France & Count de Valoys.* Si vero destituerentur ejusmodi titulis ac apanagio, vocabantur solum Christianis suis nominibus, cum additione *Monsieur*, ut *Franzois Monsieur, Henrie Monsieur* etsim. Et sicubi habent apanagium, additur ejusdem nomen.

Edicts des Roys Tom. 2. lib. 1. tit. 5. Chopin ad Legem Andium lib. 1. cap. 6. tit. 6. p. 441. Bertrand. d' Argentre Histoir. de Bretagne lib. 13. c. 70. 71. Froissart. fol. 3 Chap. 212. Ex Regist. Parl. Paris. ap. Thom. Bab. Epist in collect. MS de jur. reg. Anglie in regno Francie sub Henr 5. script fol. 138. in biblioth. Cotton. Item instantiis Delphinat. lib. ut videre est in Ducianum en les preuves del lib. 8 de l' hist. de la Maison de Vergy pag. 379. Pasquier en les recerches lib. 8. Chap. 1. les edicts des Roys de France Tom. 2. lin. 1. tit. 4.

Sed

Sed concludimus titulos *Delphini* illis *Roberti Canalis* verbis. Perioche 14 pag. 108. *Duo tantum* (inquit) *reperiuntur toto orbe Gallicano tituli nulla adjectione decurtati. Rex enim sine pluri eorum lingua appellatur* Sire; *Delphinus autem* Monsieur. *Rursus quemadmodum Rex Christianissimus omnium consensu appellatur; ita &* Delphinus *Galliarum Prorex, tantum non unctus. His accedit quod per Universam Galliam* Archidux *omnium in Gallia Ducum supremus habetur, non honorarius tantum (uti Austriacus) imo nisi pusilla vitæ ætas, Dicaarcha.*

II. Proximi a Regis filiis, vel Rege, filios si non habeat, sunt *Principes Sangvinis*, qui licet præsentis Regis filii non sint, habent tamen successionis spem. Origo hujus tituli (sic in Gallia communicatus, ut nullibi alias) non apparet. Deducunt quidam a distinctione filiorum minorum eorumque hæredum, qui magni Duces & Comites cum essent, divisere semetipsos ab illis, qui ex sangvine regio orti non sunt, & nihilominus Duces ac Comites existentes, Principes quoque appellati sunt illo tempore, quo honorarii Ducatus & Comitatus illo in regno fuerunt frequentes. Verum si inde eorum repetenda Origo, cur minores filii istorum minorum filiorum, omnesque inde pullulantes, qui non poterant ostendere aliquam successionis spem, isto usi sunt titulo? Omnes enim fuerunt *Princes du Sang*, non vero omnes Duces vel Comites. Prioribus seculis vocantur aliquando *Seigniors du sang*: *Domini sangvinis*. Titulus *Principis* omittitur, memoria vero sangvinis regii adhuc servatur, sicuti ætate illa, antequam Carolina oriretur linea, per gestationem crinis oblongi, quod erat (ait *Agathias*) γνώρισμα καὶ γέρας ἐξαίρετον τῶν βασιλείῳ γένει, *spectate insigne & honor ex regio sangvine genitorum*: de quo & alia vide testimonia apud *Gregorium Turonensem hist. 3. cap. 19. Aimoinum de gest. Francor. lib. 2 cap. 12. Hotomann. in Francogall. &c. Landulphus Sagax* etiam loquens *Histor. miscell. lib. 12.* De Dominis vel Principibus Sangvinis illius temporis hanc ridiculam de ipsis habet opinionem: *Dicebantur ex genere illo descendere Christi quod interpretatur Trichomchati. Pilos enim habebant natos in spina veluti porci.* Habet illud a quibusdam Græculis recentioribus, & quidem ut puto a *Theophane*; *Cedrenus* habet eadem in *Hist. Comp. pag. 373.* Ἐλέγοντο, ὅτι ἐκ δὲ γένους ἐκείνου καταγόμενοι κερατᾶται, ὁ ἐμφυτευ-

Vid. Filium. de reb. Gallicis lib. 2.

de stirpe & Origine domus de Courtney. pag. 149.

ται

ται τειχηροχάπι· Ἔιχον γὰρ κ᾽ τ᾽ ῥαχίως αὐτῶν τείχας ἐκφυομένας ὡς χοίρεοι.

Græci (ut ſolent) male intelligentes, exiſtimarunt crines hic dependentes in tergo Principum, creviſſe ex tergo veluti Porcorum. Quando iſte mos ex dependentis Cæſarei vel crinis deſierit, nondum didici. Ille autem Princeps Sangvinis hodienum, qui & Regis Frater, eſt *Primier Prince du ſang*, vocaturque *la ſecond Perſon du France* & Titulum *Monſieur* abſolute uſurpat, vel *Monſieur ſans quere* (ut loquantur) vel *Monſieur le Prince*, ſicuti Filius & hæres illum *Delphini* titulum. Si vero Frater non ſuperſit, vel ad minimum proximus hæres Regis filius non extet, tum titulus *Primier Prince du ſang*, conceditur per literas adoptionis, ſeu declarationis a Rege (quibus nonnulli opus non eſſe Fratre ſuperſtite exiſtimant,) & ejusmodi Princeps habet ſolummodo *Apanagium*, non vero titulum *Monſieur* ſicuti frater. Principes ſangvinis eminent privilegiis & loco. *Sunt Conſiliarii nati Conſilii intimi.* Si etiam annis majores ſint quam Rex, vocat eos Avunculos ſuos, ſi prope ad ejus ætatem accedentes, Conſangvineos; & ſi multo inferiores, Nepotes: fruuntur etiam privilegiis Parium *Franciæ*. De quibus mox plura: immunes ſunt à ſportulis Sigilli, vectigalibus omnibus, Chartula Duellorum, & aliis, quæ vide apud *du Haillan*, *du Tillet*, & *l' Oyſeau*.

diſtinguendi Principes de Sangvine.

l' Oyſeau des Ordres chap. 7. §. 54 ſſ. Fauchet Orig. des dignit. lib. 1. chap. 6.

l' Oyſeau. cap. 7. §. 80. 103.

Locus eorum conſiderari meretur vel inter ipſos, vel reſpectu aliorum. Antehac multæ inter ipſos lites obortæ, utrum dignitas Dominationis (*Seigniory*) & Feudalium Titulorum, vel proximior conſangvinitas, ejusque gradus, debeant eſſe menſura dignitatis. Verum receptum tandem, quod juxta ſangvinis proximitatem debeant locari. Dignitates enim illorum ex ſangvine regio ipſis tantum conceſſæ ſunt, qui omnes ſuperat feudales dignitates, ut Galli ratiocinantur. Eadem quoque ratio evehit eos ſupra omnes dignitates alias quaſcunque in regno. Cum enim eminentia Regis ſangvinis inter ipſos (quorum nonnulli ſemper ſummas tenent feudales dignitates) talis ſit, ut reſpectus habeatur alius, quam ut prope accedunt ad regem; veſte non alius attendendus reſpectus, quando cum aliis comparantur, qui feudales poſſident dignitates, ſed ex regio ſangvine orti non ſunt. Neviſ-

l' Oyſeau ibid. §. 31. 61. Tillius de reb. Gall. lib. 2.

ſimis

similis autem temporibus oborta lite inter *Pares* sangvinis, & *Pares* qui ex sangvine regio orti non essent sententia non adeo manifeste dicta est; Decrevit saltem *Henricus III.* ut imposterum perpetuo Pares sangvinis locum obtinerent.

Les edicts des Roys de France &c. Tom. 2, libr. tit. 5.

Henrie *par la grace de Dieu* Roy *de France & de Pologne, à tous presens & a venir salut.* *Sçavoir faisons, que pour mettre fin aux procez & differens cy devant advenus entre aucuns* Princes de nostre Sang Pairs de France, *& autres* Princes *aussi* Pairs de *France, sur la preseance a cause de leurs dites Pairries, & voulans obvier a ce que telles controverses & difficultes n'adviennent cy apres: Nous, apres avoir sur ce meurement de liberè avec la* Royne *nostre tres honoree Dame & mere, nostre treschier et tresame frere le* Duc d'Anjou, *& es presences de noz treschers & amez Cousins le* Cardinal de Bourbon, Duc de Montpensier, & Prince Daulphin, *Princes de nostre sang,* Cardinal de Guyse, Ducs de Guyse, de Nyvernois & du Mayne, *Archeveseque &* Duc des Reims, les Sieurs de Morvilliers, de Lenencourt, de Lanssac, *Eveseque de* Lymoges, de S. Suplice, de Chaverny, de Biron de Chavigny, de Pyennes, de Villequier, *& autres, tous Conseillers en nostre Conseil privè avons dit, statuè & ordoune, disons, statuons, & ordonnons par edict irrevocable, voulons & nous plaist que d' oresnanant lesdits Princes de nostre* Sang Pairs de France *precederont, & tiendront rang Selon leur degree de Consangvinitè devant les autres* Princes & Seigneurs Pairs de France *de quelque qualite quils puissent estre, tant es sacres & couronnemens des Roys, que es seances des cours de Parlement, & autres quelconques Solennitez, assemblez, & ceremonies publiques, Sans que cela leur puisse plus al' advenir estre mis en disputte ne controverse, souz couleur des tiltres & priorite d' erection des pairries des autres Princes & Seigneurs, ne autrement pour quelque cause & occasion que ce soit. Si donnons du mandement à nouz amez & feaux, les gens tenans nostre cour de Parlament a Paris, que noz presente dict, Statut & Ordonance, vouloir & intention, ils facen lire, publier & enregistrer, & le contenu garder, observir, & entreteiner de poinct en poinct selon la forme, & teneur, sans y contrevenir ny soufrir y estre countrevenu en ascun manier que ce soit: Cartiel est nostre plaisir. Et a fin que ce sois chose firme & stable a tousiours, nous avons fait metre nostre seele à cesdits presents, Sauf en autres Choses nostre droit & l' autruy en toutz; donne à Bloys au moys de Decembre, Lan de grace mil cinque cens septant seize & de nostre Regne le troisiesme.*

P. Oyseau des seigneuries chap. 5. § 69. Moreau ou le Tableau des Armories, chap. 6. pag. 246. & 247.

Principibus Sangvinis attribuunt nonnulli ad minimum in-signibus licentiam geſtandi coronam ſurgentem in lilia, & roſas ut *Favinus* interpretatur. Quas vero coronas geſtent vel pileos, nondum convenit inter ſcriptores *Gallos*. Quidam non permittunt coronam niſi Regiis liberis, alii a filiis minoribus arcent; *Ludovicus Aurelianenſis en les overtures des Parlaments chap. 11. pag. 172.* obſervat quod apud *Iacobitas Pariſienſes* ex familia *Borboniorum*, ibidem ſepulta, ſic exhibeatur; duo habent circulum gemmis ſaltem conſitum *une ligne de pierreries*; tertius vero circulum nudum absque gemmis & floribus. De illis vero qui obſcure vivunt, quoniam deſtituti ſunt feudalibus dignitatibus, quæ poſſent ſupplere Apanagium, vel alia ratione in quæſtionem veniunt circa nativitatem ſuam ex ſangvine regio, multa habent *Antonius Peregrinus*, *Polydorus Ripa*, & alii ICti celebres in libro edito *Pariſiis* an. 1607. *de ſtirpe & origine Domus de Courtney*:

Huc pertinet ſpecialis titulus *Henrici V.* noſtri Regis. In famoſo illo fœdere MCCCCXX ipſius cum *Carolo VI. Franciæ* convenerat inter ipſos, ut, *Delphino* excluſo, *Henricus* ad Regnum *Galliæ* eveheretur poſt *Caroli* mortem, ac interea eſſet Regens, vocareturque *Hæres Franciæ*: hinc in *Anglia* ejus juſſu mutata fuerunt ſigilla & loco vocis *Franciæ* lectum, *Hæres Regni Franciæ*; omiſſum itaque fuit *Regentis* vocabulum, utut *Thomas Walſingham* referat edicto, promulgatum eſſe ut poſthæc in *apicibus ſuis* obſervetur ſtylus ejusmodi, *Rex Angliæ & Regens vel Rector Franciæ & Hæres apparens regni prædicti.*

Mich. 8. Henr 5. in Scacc. ex part. Rein. Regis; alibi.

III. Hac *Principis* voce, ex ſangvine regio ortis conceſſa, & alii varie appellantur intra *Galliam*: eſt enim tum perſonalis tum feudalis appellatio. Perſonalis eſt vel ex creatione, vel nativitate. Nativitate Regis naturales liberi, eorumque proles maſculæ ſunt Principes, quo intuitu etiam Principes Sangvinis aliquando nominantur *Regni Principes, ſeu Coronæ*, tanquam nota ulterioris diſtinctionis, quoniam additio iſta *du Corone* oſtendit relationem quam habent ad Coronam, qua vero alii deſtituuntur Principes. Et quanquam iſti quoque ex ſangvine regio progeniti ſunt; attamen quo-

P. Oyseau chap. 7. §. 86. & 99.

quoniam primus eorum ratione nativitatis illegitimæ jura civilia sangvinis non acquisivit, ideoque nec ad posteros suos deferre potest, qui Titulo saltem *Principis* decorantur.

Ex creatione assecuti Titulum illum sunt, quos eo dignos Rex censet, ut (*l' Oyseau* asserente §. 93.) filius cujusdam alii summi Principis. Sic ergo duo sunt Principum genera (mere personali titulo fruentium) in *Gallia*, primo Principes naturales seu Gallici, ut vocat, ex illegitimo thoro prognati, eorumque proles masculæ, deinde extranei, vel Principes civitate donati dum creantur. Ambo, ait, multa cum Principibus sangvinis habent privilegia communia & prærogativas. Præcedunt omnes alios magnos Dominos, qui Principes sangvinis non sunt: & quanquam feudales vel Titulares sint alio respectu; attamen locum occupant juxta hunc Personalem Principis titulum, excepto si in Parlamento sedeant tanquam Pares: tunc enim locus eorum est juxta Pariatum. Habentur etiam pro Consiliariis Status natis, salutanturque Avunculi, Consangvinei & Nepotes, ut Sangvinis Principes: plura vid. in *l' Oyseau*. Feudalis Principis titulus occurrit sæpe in vetustis instrumentis Magnorum illis Ducum & Comitum, qui olim tenuerunt provincias suas jure feudi cum omni fere potestate summa. *Tu Tillet* affert exempla de Ducibus *Aquitaniæ*, Comitibus *Tolosanis* & aliis. In Consvetudinibus *Normanniciis* & *Andegavensibus* Duces nominantur *Principes*; Et inscriptio *Arnoldi Squereri* posita *Gastone Comiti de Foix* Anno MCCCCLVI. habet *tres haut & puissant Prince Hist. de Foix Bearn. per P. Oligarhay. Vide Bert. de Argentr. Hist. de Birt. lib. 4. cap. 31.* Sic & alia sunt passim obvia. Hi magni Duces & Comites dudum desierunt, ut mox docebitur. Verum sicut isti assumserunt Principis titulum intuitu summæ potestatis suæ, quæ paulo minor quam Regia fuit; ita verisimile est, quod ex Dominis quidam eminentiores, qui tamen Duces & Comites non fuerunt, utentes tamen æquali potestate jurisdictione & Privilegiis, vel ex præscriptione vel usurpatione ita ut potuerint æque ac Duces illi & Comites vocari Principes; assumserunt (temporibus illis cum Regalis potestas admodum distraheretur inter Nobiles) hunc Principis titulum hodienum durantem in Dominiis variis, indeque vocati sunt *Principautes*; ut *Arausionenſis*, & alii minores, ut *de Croy in Campania*,

Cust. de Normandie cap. 12. d' Anjou, part. 2. Vid. Chappin de jurisd. Andegavens. lib. 1. pag. 441 & l' Oyseau de Seigniories cap. 3. §. 88.

V. Choppin de Domanio Franc. libr. 3. tit. 6. §. 30. & lib 1. tit 5. §. 10. item de jurisd. Andegav. lib 1. tit. 6. p. 441.

pania, de Guemeine in Brizannia, de Crequy, de Marcillac, de Carenoy, de la Daulphine d' Auvergne, de Chaſtellainon, de Ianville. &c. Hos ſolum, inquit *(boppinus) poſſeſſionibus inditum nomen eſt, feudatarieque poſſeſſionum dignitati verius quam perſonarum celſitudini.* Et ſicut tituli iſti (prout volunt) aſſumti ſunt, ita & alios largiti ſunt Reges *Gallie*. Titulus *Principatus* cum relatione ad territorium datus, coæVus eſt *Gregorio Turonenſi*. *Ennodius* inquit Hiſtor. Franc. lib. 9. cap. 2) *cum Ducatum Urbium Turonice, atque Pictave miniſtraret ad hæc & vici Iulienſis atque Benarne urbium Principatum accepit.* Hic ipſum Principatum *Bearnie* nomen eſt, indicans, quod etſi non fuerit illo tempore feudale, ad minimum tamen extiterit officiarius a *Childeberto* traditus. Atque poſthæc officiarii iſti tituli facti ſunt feudales; ſicut & *Bearnia* hodienum eſt Principatus. Magni quidam Domini magnas ambientes nomina quæſiverunt quibusdam territoriis ſuis Principatus dignitatem, unde & ipſi Principes nominarentur, titulumque hunc ſuum transmitterent ad filios ſuos primogenitos, ut Comites in *Anglia* tranſmittunt Baroniarum & vicecomitatuum ſuorum. *L' equivoque d' entre les Princes & les Seigneurs des Principautes* (inquit *l' Oyſeau des Seigneuries & chap. 5. §. 76.* adeoque ſollicitus eſt circa nomen hoc, ut nolit ab ullo juſte uſurpari poſſe, niſi a Principibus Perſonalibus) *ou, pour mieux dire, d' entre les Princes de race & les Princes a cauſe de leur terre erigee en principauté, eſt cauſe, que pleuſieurs princes que enaignent qu' on revoque en dout leur qualité, & pleuſieurs grands des Seigneurs que deſirent eſtre tenus pur Princes, ſont curieux de faire eriger une de leur terres en Principauté; dont par apres ils bailent volunters le tiltre a leur filz aiſne*, quod dicit fieri *a l' imitation de ce que la plus part des Roys de la Chriſtienté ſont appeller leur aiſne le Prince inde ſuit-ment.* Verum in æſtimatione dignitatis hujus non video conſentire ſcriptores Gallicos. *Du Tillet*, (quem *l' Oyſeau* ſequitur) vult Comite eſſe minorem, ac ſupra Baronem, oſtenditque quomodo eorum Principatus ſubordinati fuerint Comitatibus: concludit itaque, quod Principes ſangvinis ejusmodi Principatus pro ſe erectos acquirentes, imminuerint potius dignitatem propriam, quæ ſuperat omnes Feudales Principes, quam lucrati fuerint aliquem eminentem titulum ſe dignum- Recordor etiam in Edicto quodam *Caroli V. Tom. 1. lin. 3. tit. 38. Edict.* de Criminibus, poni titulum

Choppin. de jurisd. And. lib. 1. pag. 441. in margine.

Nota Vide etiam de Principis Varia ſignificatione, apud Freſne Gloſſarium ad Scriptores medie & infime Latinitatis & Mabillon de re diplom. lib. 3. cap. 1. §. 9. Vid. Choppin. de Dom lib. 3. tit. 6. §. 30.

Prin-

Principis poſt Barones, ita. *Prælatus, Baro, Princeps, Eques.* Verum quantus ſit Baronis titulus, mox dicetur. De hoc autem *Principis* elogio alii aliter. *Choppinus* utut nominet *Minorum gentium Principes*; attamen his verbis videtur annuere Titulum hunc æqualem eſſe ſummis dignitatibus Feudalibus. *Principalium Feudorum ſpecies appellatioque Feudiſticis legibus incognita. ſed a noſtris recepta commentitio jure quaſi Principalis ſummique feudi ſimia quodammodo ac imitatrix.* *Carolus Paſchalius* etiam loquens de *Ducibus Majoribus & minoribus* (per Majores intelligit omnes iſtos antiquos *Galliæ* Duces, omnem in Territoriis ſuis poteſtatem ſummam exercentes; per *Minores*, quales hodie exiſtunt, non aliam niſi Regi ſubordinatam poteſtatem habentes) ſimiliter etiam *Principes* dividit in *Majores & Minores*. Majores ipſi ſunt *Principes ſanguinis*, *minores autem Feudales Principes*. *Minores Principes* (verba ipſius ſunt de Coronis lib 9.cap. 13.) *voco illos qui ſtemma nequaquam ducunt a Regibus, ſed quibus eſt conceſſus ager, urbs, ditio, Feudum, cui nomen* Principatus, *ejusque Domino ac Poſſeſſori permiſſum ut vocetur* Princeps *propria nimirum ac peculiari appellatione, qua talem Dominum diſtingvit ab aliis aliorum Feudorum Dominis, hoc eſt Marchionibus, Comitibus* Baronibus. *Nempe hi omnes in hoc ſunt ſimiles, ut ſint in perpetua clientela atque adeo in ditione* Regum. Addit deinde hos Principes minores adeo prope accedere ad Duces minores, ut difficile ſit definire, quinam ex ipſis emineant. *Hic quoque minor Principatus eſt minori Ducatui* (ipſius verba ſunt porro) *æmulus, nequeui prærogativam des, facile dictu eſt.* Specialiſſima vero nota eorum magnitudinis, quam affert eſt, quod eädem geſtent coronam, quam *Principes majores*, quo in tamen errat, niſi *Favinus* fallit: hic enim ait, *Principes ſanguinis*, (qui iidem ſunt quos *Paſchalius* nominat *Principes majores*) uſurpare coronam ſurgentem in lilia & roſas, (vel ut alii volunt in folia quercea, vel alia) ut ſupra dictum. Aliorum vero Principum, utut Summa poteſtate prædictorum Corona juxta *Favinum* eſt *Eſpanouie de Roſes* ex *Roſis germinantibus* hac forma; aurum geminis interſtinctum. Alii quoque dicunt, quod hi Principes feudales debeant ſolummodo habere circulum ex auro puro foliis conſtitutum. Sic *Philippus Moreau*, aſſerens itidem Titulum



en le tableau des Armoiries de France chap. 6. p. 245.

de jurisdict. Andegav. lib. 1. tit. 6 p. 441. quē interim. *Vide loco libri 3. de Domanio jam cinto.*

tulum *Captall & Captalat* in quibusdàm Galliæ locis denominare Principes iſtos & Principatus; exempli loco adducit Comites in *Candall*, nominatos *Captals de Buch*, Latine vero *Principes*. Addit porro in feneſtra Conventus *Recollectorum Burdigalenſium* imaginem cerni ejusmodi *Captalis* ipſiusque caput circumdatum ejusmodi circulo aureo, cui aliquid artificis manu inſcriptum ſeu inſertum. Et quod inſignia poſteriorum Dominorum *Candalli* habeant floridas corollas; *ſont tymbres de Couronnes a hauts Fleurons* ipſius verba ſunt. Verum non perſvadet vel circulum cingentem unius caput, vel corollam alterius inſignibus impoſitam pertinere ad *Capitalem*. Nam & ille vetus Capitalis, & reliqui fuerunt etiam Comites (ut ipſe fatetur) prior in *Benanges*, alter in *Candalle*. *Candalle* quod vero dicit eſt noſtrum *Kendall* in *Anglia*, cujus *Johannes de Foix, Captall de la Buch* (Anglice *Capdaw*, ut ſæpe in monumentis appellatur noſtris, latine *Capitalis, Capitaneus*) *Count de Longeville & Benanges*, creatus fuit Comes ab *Henrico* noſtro VI.

Rot. Part. 28. Henr. 6. art. 31. Rot. Vaſcõ. 44. Edw 3. membr. 8. n. 4. Vaſc. 4. Henr. 6. m. 1. n. 1. & ſæpiſſime in Archibis regiis.

NOTA.

Capitalis, Gallis *Captau & Capitau* Dignitatis nomen quibuſdam ex illuſtrioribus Aquitaniæ Proceribus attributum, quos præcipui duo ſæpe occurrunt videl. *le Captal de Buch, & le Captal de Trene*. Du Fresne in Gloſſario, qui & addit: *Capitalis*, id eſt, primus præcipuus, ut *Capitales Barones, Capitales Eccleſiæ &c.* i.e. primarie.

IV. Non poſſumus hic omittere Feudalem Principis titulum datum a Rege noſtro *Edvardo III*, cum filium ſuum *Edvardum Principem nigrum* crearet *Ducem Gviennæ*. Leviter id tangunt utriusque gentis hiſtoriæ, nec quidem omnes; plenius igitur trademus tanquam ſpeciale creationis exemplum. In famoſa illa Tractatione in *Bretigny* prope *Carnutum* inter Reges *Edvardum Angliæ* & *Johannem Franciæ* conſenſerunt, ut Civitas, Caſtellum, & Comitatus *Pictavienſis* omnesque Provinciæ *Poictu, Thovars, Belville, Xaintes & Xantogne, cum urbe* & fortalitio *Rupellarum*, Civitate & Caſtello *Aginnenſe*, Comitatus, *Aginnenſis, Perigort, Limoges, Cahors, Tarbe Bigorre, Gaure, Engolesme*, omniaque huc pertinentia, una cum aliis nonnullis regionibus, & quæ Rex Angliæ poſſedit in *Gvienna & Vaſconia* ipſe retinent ejusque hæredes & ſucceſſores, *ſans nul reſort & Souveraigntie au Royaume de France* vel prout largius dicitur in Confirmatione Pa-

Froiſard. vol. 1. chap. 212. Vid. Paul. Æmil. lib 9. Thom. Walſingham. ann. 1360. &c.

Pacificationis. *En tout Franchese & liberte perpetuel, come Seigneur Sovenigne, & Liege & voisin au Roy de France & au Royaume de France, sans y cognoistre sovenignty ou faire obeysance, hommage, ressort, & subjection & sons faire an temps avenire aucun service ou Recognisance au Roy au a la Couronne de France, des cites, countes, Chasteaux, Pays, terres, Iles, Lieuz & Personnes devant nommes ou pour aucun d' icelles.* Sic & in alia specialia consensum est ex utraque parte. Rex *Eduardus* paulo post occupationem horum territoriorum juxta Transactionem istam (cujus etiam pars extitit *Delphinus* postmodum *Carolus V.*) per diploma dedit *Gviennam & Vasconiam* cum titulo Principatus *Principi nigro* ad dies vitæ, inque eodem diplomate *Gvienna* creavit Principem, aliaque tradidit Castella, urbes, Comitatus, cum eorundem regimine, reservans tantum sibi potestatem evehendi *Gviennam* in regnum, & retinens appellationem seu provocationem ac summam potestatem in utrumque principatum ac omnia reliqua hic tradita. Diploma hoc signatum est XIX. Julii ann. MCCCLXII. vel XXXVI. *Edvardi III.* Præter diploma vero creationis & aliud eo ipso die signatum est explicans quæ Rex reservaverit sibi circa appellationem summamque potestatem præter unciam auri, annuatim sibi pendendam a Principe in aula sua Westmonasterienſe quovis die Paschatos. Diploma hoc explicans eadem habet quæ diploma creationis; In margine vero rotulæ legitur: *Pro* Edvardo *Principe Aquitaniæ & Walliæ.* *Rot. Vascon. 36. Ed 3. membr. 18. num. 17.*

Le Roy a touz ceux qui ces lettres verront ou orront, salutz. Comme nous ayons donneez a nostre tresecher ainsnez fitz Edward Prince de Gales, *le noun, renomee, & tiltre de la Principalitee d' Aquitaigne, transportanz en sa persone a sa vie tantseulement, toutes les Citez, Chasteux, terres, pays, villes, Fortresses, Isles, Provinces, & lieux que nous avons & devons avoir per my la paix faite darreirement, entre noz & nostre tresecher frere le Roy de France au pays d' Aquitaigne, & celles ausi que noz avons & tenons ou devons avoir & tenir en toute Gascoigne ensemble homages, ligeances, honores, obeissances, vassaulz, feez, arrerefiez, Services, recogneissances, cogneissances droitz, mier & mixte Empire, & les, Jurisdictions hautes, moyenes, & basses salvez gardes, advoesons, & Patronages des Eglises Metropolitiques, & Cathedrales, Abbeyes, Priories, Monstiers, Hospitalz tant Seculeres, que reguleres, & de quelcunques autres benefices desglise appur-*

appurtenantz a noz per cauſe ou occaſion des choſes deſſuſdites, devoir, Cens, Rents, Confiſcations, Emoluments, Profitz, Reverſions, & toutes maneres dez droitz & toutes leur autres appurtenances, & appendances auſſi entierement & perfaitment come noz les tenions ou aucuns de noz Progenitors les tindrent en aucun temps paſſe, a tenir, deſouz nos & noſtre Seigniorie d' Acquitaigne per homage liege, ſicome ceſtes choſes & autres ſont pluis largement compris en nos autres letres ſur ce faites, dont la tenor enſuit.

Edwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ & Aquitaniæ *cariſſimo Primogenito noſtro* Edwardo Principi Walliæ, *Salutem.* A *Regale ſolio, velut à ſole diſtenſi radii, Singulæ Temporales prodeunt dignitates ut ex his primæ ſublimitatis integritas minorationis detrimenta non ſentiat, ſed à ſuis potius curis & ſollicitudinibus relevata tanto ſecurior perſiſtat, in proſperis regatur, & protegatur continue, in adverſis quanto pluribus & excellentioribus ſubſidiis fulciatur. Stat tutum tribunal Regium multorum Principum ſtipatum potentia. Gaudent eo ſubditi Domini ſui Principalis perſonam in Sanguinis & generationis ſuarum effigie frequentius intueri, & ſibi fore proſperum reputantes quod ubi eorum Dominus Principalis per ſingulas dominationis ſuæ Provincias non poterit perſonaliter intereſſe, hæredem ſuum futurum, ſi natum ſuum rectum ordinem perſequatur, continuatis Temporibus aſſiſtere ſibi vident, quo tranſgreſſorum inſolentiæ ex honore & poteſtate Juris ſibi traditi, ad tutelam fidelium puniantur frequentius, & aliorum laudabilia & fructuoſa obſequia dignæ retributionis commercio compenſentur. Hac igitur conſideratione Fili noſter cariſſime, nec non multis aliis cauſis rationabilibus excitati; te, qui nuper in* Aquitaniæ & Vaſconiæ *partibus, dum in ipſis guerrarum turbatio frequens ingruent, eſtivos pro nobis pulveres & ſudores bellicos non vitaſti, ſed ſub titulo & vocabulo locum tenentis noſtri noſtras ſollicitudines & abſentiam tuæ ſupplens præſentiæ prolixo ſatis tempore ſupportaſti, intendentes viciſſitudine gratuita honorare ſubſcriptarum terrarum & Provinciarum ac totius* Aquitaniæ & Vaſconiæ Principatum, *præſentium literarum noſtrarum Epigrammate tibi, de prærogativa poteſtatis* Regiæ, *conferimus & donamus, volentes & concedentes quod omnium & ſingulorum locorum, terrarum, & Provinciarum hujuſmodi ſub nominibus & Dominii noſtri ſolio & regimine ſis de cætero verus* Princeps & Principis Aquitaniæ *honore, titulo, appellatione, & vocabulo poteris libere quamdiu manſeris ſub hâc vitâ, etiam ſi per nos hujuſmodi Provincia ad Regalis honoris titulum & faſtigium im-*

pe-

posterum sublimentur, quam erectionem faciendi per nos ex nunc specialiter reservamus. Et ut collatus honor hujus nominis tibi sit imposterum faciente Domino, fructuosus, de mera nostra liberalitate & ex certa scientia damus tibi & concedimus & in personam tuam duntaxat transferimus jure & modo quo possumus meliori Civitates, Castra, Villas, Terras, Loca, & Provincias infra scripta & quicquid Juris possessionis & proprietatis habemus vel quovis modo habuimus, aut progenitorum nostrorum aliquis habuerit habeamus ad eadem quomodolibet vel in ipsis (directo eorum dominio ac Superioritate nobis semper specialiter reservatis) videlicet Civitatem & Castrum, nec non totam terram & Patriam Pictavensem, *una cum feudo* Thoarcii, *& terra de* Delleville, *Civitatem & Castrum totamque terram & patriam* Xantonensem *citra & ultra* Carentonium, *Civitatem & Castrum totamque terram & patriam* Agenensem, *Civitatem & Castrum totamque terram & Patriam* Petragoricensem, *Civitatem, Castrum totamque terram & Patriam* Limovicensem, *Civitatem, Castrum totamque terram & patriam* Caturcensem, *Civitatem, Castrum totamque terram & patriam* Tarnicensem, *terram, patriam, & Comitatum de* Bigorra, *Comitatum, terram & patriam de* Gaura, *Civitatem, Castrum, terram & Patriam* Engolismensem, *Civitatem, Castrum, terram & patriam* Ruthenensem; *Et insuper Civitatem & Castrum* Aquensem, *& Villam, & Castrum* Sancti Severi, *ac omnia civitates, Castra, Villas, Loca, terras universamque patriam tam* Aquitaniæ *quam* Vasconiæ. *Habendum & tenendum à nobis sub homagio ligio, (prædictis Dominio directo ac superioritate nobis, ut præmittitur reservatis) Tibi quoad vixeris, omnia & singula Civitates, Castra, Villas, loca, terras, Comitatus, & Provincias supra dicta una cum omnibus Insulis eisdem adjacentibus, homagiis, ligeantiis, honoribus, obedientiis, vassallis, feudis, retrofeudis, Servitiis, recognitionibus, Juribus, mero & mixto Imperio, & cum Jurisdictionibus altis, mediis atque bassis, salvis gardiis, advocationibus, & Patronatibus Ecclesiarum Metropolicarum & Cathedralium, tam Secularium quam Regularium & aliorum Ecclesiasticorum Beneficiorum quorumcunque ad nos præmissorum occasione vel Causa pertinentium seu spectantium, deveriis, Censibus, redditibus, proventibus, Confiscationibus emolumentis, & Proficuis, reversionibus, universisque juribus & pertinentiis ipsorum, adeò integrè & perfectè sicut nos ea tenemus ad presens tenuimus & habuimus & tenuerunt aut habuerunt progenitorum nostrorum aliqui ullis unquam temporibus retrolapsis. Ad cuorum insuper hono-*

ris & nominis validius fulcimentum hanc tibi autoritatem & potestatem specialiter impertimus de terris, locis, & juribus antedictis, personis benemeritis donandi & concedendi in Feudam & Domanium perpetuò vel ad tempus illa videlicet terras & loca, quæ de Domanio nostro antiquitus nullatenus extiterunt prout tibi placuerit & fore videbitur; faciendi, cudendi & fabricandi monetas auream & argenteam, & aliam qualemcunque, ac magistris & operariis earundem, indulgentias & privilegia talibus dari solita largiendi, amortizandi & insuper terras loca & redditus liberè aut sub finantia quæ ad manum mortuam dantur ad præsens, dabuntur successuris temporibus vel etiam relinquentur; Nobilitandi etiam personas ignobiles; Seneschallos, Judices, Capitaneos, Consules, Tabelliones publicos, Procuratores receptores, & quoscunque officiarios alios creandi instituendi & ponendi in Singulis locis Provinciarum hujusmodi, & quando & quoties opus erit institutos & positos officiarios antedictos amovendi & loco amotorum alios subrogandi; bannitos & Criminosos quoslibet Provinciarum hujusmodi præsentes Præteritos & futuros ad statum famam & patriam ac bona eorum mobilia & immobilia restituendi & revocandi & plenam per donationem & remissionem de commissis & committendis criminibus in Provinciis antedictis etiamsi propterea fuerunt ultimo supplicio condemnati, seu condemnandi & fuerunt de Provinciis alienis, concedendi, danda & faciendi eisdem; quibuscunque Civitatibus, Castris, Villis, & locis, Ecclesiis, Ecclesiasticisque Personis, Monasteriis, Collegiis, Universitatibus, & personis singularibus cujuscunque conditionis existant, Privilegia, immunitates, franchisias, libertates, & indulgentias perpetuas ac Temporales quaslibet largiendi & etiam concedendi & concessas eis antiquitus nec non ipsorum usus & Consuetudines alios (si tamen contraria non fuerint paci & accordo facto ultimo inter nos & Carissimum fratrem nostrum Regem Franciæ) autoritate nostra confirmandi quando & quoties super hoc fueris requisitus, & quælibet alia faciendi & exercendi quæ verus Princeps Provinciarum *hujusmodi ad tutelam & regimen earundem incolarum & subditorum suorum quietem posset facere vel deberet. Quæ omnia & singula supra dicta donata, alienata, concessa, largita, autorizata, restituta, revocata, perdonata, remissa, concessa, confirmata, facta, gesta, & expedita per te & deputatos tuos habere volumus & ex nunc prout ex tunc perinde habebunt perpetuam firmitatem ac si ea per nos ipsos gesta facta & expedita ut præmittitur extitissent; Et ex habundanti & quatenus opus fuerit pro ipsorum*

for-

firmitate majori exnunc prout extunc laudamus, acceptamus & approbamus eadem ac tenore presentium confirmamus. Datum sub magni Sigilli nostri testimonio in Palatio nostro Westmonasterii die XIX. Mensis Iulii, Anno Domini millesimo CCC. Sexagesimo secundo & Regni nostri tricesimo Sexto.

Nous pur ouster toutes doubtantes & contextions que purroient avenir en ampres sur ceste matire, &, a fin que la chose soit le plais clere, per habondant & dereschiefe Nous reservons a nous & a nostre Magestie Royale per expresse & per la tenor des presents, la directe Seigniorie, toute la Soverantee & resort de toute la Principaltee d' Aquitaigne, & deGascoigne, & *de toutes les Citees, Countees, Chastealx, Terres, Pays, Villes, Fortresses, Iles Provinces, & lieux & de touz les Prelats, Contes, Viscontes, Barons, Nobles, & autres Subgiz & enhabitantz les dites Provinces les queux nous avons dones a nostre dit emsores filz & transportez en sa persone par le tenor de nos letres per dessus encorpores. Et volons & declarons que la directe Seigniorie toute la Soverantee & le resort adessus touthes, soient & demoerent a touzjours a noy & a nostre dite Magestee a user les ditz reforts en lieu & temps a sicome bon nous semblera que les nos ne volons ne pensons delaisser ne transporter a nostre dit filz per le dit tiltre de* Principaltee *ne per autre chose quecunque comprise en nos dites letres. Et a indice overte & clere demonstrance que nostre dit filz tendra & deura tenir desouz nos a nostre dite magestee &, per homage liege la quele il nos ad fait de present, toutes les dites choses & chescun dicelles, il nos devera paier chescun an a nostre Palays de Westmonster, a la feste de Payscqes un ounce d' or dont il noz ad desiamii en Possession & saisine enseigne a recognissance de nostre Seigniorie Soverraigne la quele chose an nonn d' apport & cens annuele, nous lui imposons & statuons reelment & de fait de certe in science & de nostre auctorite & pleine puissance, & volons quil le paie as lieu & terme & sicome dessus est dit, Reservantz à noz expresse & especiale poissance d'attroistre & enouter la dite imposition & cens annuele a paier a noz en autres choses & termes & ailleurs sicome il noz semblera a faire pur temps avenir en contessoiz consideracion & regard a lestat ne nostre dit filz & a les changes que luy Covendra de necessite sustenir & porter pur government des pays dessusditz. Donne per tesmoignance de nostre grant Seal a nostre Palays de Westmonster le XIX. jour de Juyl lan de grace, mill. Tristentess. sexante & deux, &, de nostre Regne, Trente sisme.* Verum ob omissionem verborum, *ac etiam Civitatem & Castrum Burdegala ac civitatem & castrum Bajona*, quæ immediatè

diatè ſequi debuerunt poſt *Caſtrum Severi*, ipſum diploma renovatum eſt, cum eodem *dato*, ac horum verborum additamento. *Princeps niger* per plures annos poſſedit illa juxta diploma iſtud, Pater etiam ejus Rex Delegatos ibi habuit ſuos vel Iudices, *de la Souveraintie & du reſort*, omnes cauſas per appellationem *a Principis* curia audientes. Princeps ipſe vocabatur *Princeps Aquitaniæ & Wallie*. In epiſtola vero *Caroli V.* G. R. citante Principem ad Cameram *Parium* ſeu Parlamentum ſuum ratione exactionis ſeu tributi in focos impoſiti *Guiennæ*, vocatur Princeps *Wallie & Aquitaniæ*. De exercitio poteſtatis ejus in Principatu vide Hiſtorias *Franciæ*: imprimisque *Bouchet* Annales *Aquitaniæ*, nec non *Gabrielem de Lurbe* in Chronico *Burdegalenſe*. Poſt. X. vero a Creatione annos reddidit omne jus ſuum Regi Patri, qui illas regiones poſtmodum gubernavit per Delegatos, ut ante creationem fecerat. Redditio facta eſt V. Octobr. a.a. XLVI. regni *Edwardi* ſeu M.CCC.LXXII.

Vatel. Vaſcon. 36 E 3. m 17 n. 16. & m. 16. n. 15.

Vaſc. 44. Ed. 3. membr. 4 & 5. Vid. & infr. §. 13.

Rot. Vaſc. 37. Ed. 3. membr. 2. n. 2.

V. Origines titulorum *Ducis & Comitis*, traditæ jam in capite hujus libri primo (ubi docetur horum titulorum introductio in Imperium) etiam ad Galliam pertinent. Superſunt tamen & hic quædam Teſtimonia *Galliæ* propria, quæ & illis in Imperio, aliquam lucem (ſi quæ adhuc deeſt) conciliant. Franciæ olim Reges (intelligo autem per *Franciæ* Reges plurimos illos Reges Territoriorum in *Francia*, id eſt non ſolum primarios illos hoc nomine cognitos, verum & illos *Burgundiæ*, *Aquitaniæ*, *Britanniæ* &c.) ſolebant aliquando committere provincias ſuas *Patriciis*, & nonnunquam *Comitiis*. Commiſſio hæc largita eſt ipſis juriſdictionem Civilem & Criminalem: vocatæque ſunt officiariæ dignitates in abſtracto *Ducatus Patriciatus* & *Comitatus*. Ante M. circiter annos Commiſſionis hæc fuit forma, quam accipe ex *Marculph. Form. lib. 1. cap. 8. Præcipue Regalis in hoc perfecta collaudatur clementia, ut inter cunctum populum bonitas & vigilantia requiretur Perſonarum. Nec facile cuilibet judiciariam convenit committere dignitatem niſi prius fide & ſtrenuitas videntur eſſe probatæ. Ergo dum & fidem & utilitatem tuam videmus habere compertam ideo tibi actionem* comitatus, Ducatus, Patriciatus, *in pago quem anteceſſor tuus N. usque nunc viſus eſt regiſſe, tibi ad agendum regendumque commiſſimus, ita ut ſemper erga regimen noſtrum fidem inlabatam cuſtodias & omnes populi ibidem commanentes*, tam Franci, Romani, Bur-

Burgundiones *vel reliquæ nationes sub tuo regimine & gubernatione degant & moderentur & eos recto tramite secundum legem & consuetudinem eorum regas, viduis & pupillis maximus defensor apparens, latronum & malefactorum scelera à te severissimè reprimantur, ut populi bene viventes sub tuo regimine gaudentes debeant consistere quieti, & quicquid de ipsa actione in fisci ditionibus speratur, per vosmet ipsos annis singulis nostris arariis inferatur.* Alia etiam Testimonia habes cum plurimis specialibus harum dignitatum in *Gregorii Turonensis hist. lib. 8. cap. 18. 30. lib. 9, cap. 7. & lib. 5. cap. 13. Aimoino* & aliis temporis ante *Carolum M.* describentibus. Exempla Ducum & Comitum Provinciarum hic opus non sunt; quoniam ubique occurrunt. De *Patritio* saltem ad Provinciam relato, quoniam obvia non sunt unum & alterum adducam. *Salomon Patricius Africæ* legitur in *Victoris Tunnunensis Chronico*: *Amalus Patricius Provinciæ, qui Gunthramno Francorum Regi parebat* in *Paulo Warnefredo* de gest. *Longobard. lib. 3. cap. 3.* Sic & alii intra Franciam. His tribus officiorum Titulis (ut apparet ex Commissione seu mandato) eadem fuit potestas annexa, ita ut *Patricius* in Provincia idem habuerit officium vel jurisdictionem quam *Dux & Comes.* *V. Nicolai Vigenerii Chron. Burgund. pag. 29. sub ann. 591.*

Temporibus post subsecutis, inde a *Marculphi* ætate (de cujus Exemplis habemus illam Commissionis formam) Titulus *Patricii* sat rarus est in *Galliæ* Provinciis, nisi velimus cum Gallis quibusdam Titulum *Patriatus* eandem illis fuisse dignitatem ex Latino factam vocabulo, de quo mox plura. Tituli *Ducis* autem & *Comitis* cum relatione ad Provinciam frequentissimi sunt in omnibus seculis. Erantque Dignitates Comitis Ducisve primo ad Regis arbitrium, & officiariæ solummodo feuda deinde ipsis annexa ad vitam usque, tandem ad hæredes transmissa. Quidam ex Scriptoribus Gallis ponunt initia transmissionis ad hæredes in tempora *Hugonis Capeti* ad ann. Chr. DCCCCL. Verum diu ante illa quidam maximi Ducatus & Comitatus, in illis ad Franciæ regnum pertinentibus provinciis erecti sunt, atque Tituli Comitis vel Ducis promiscue illos possidentibus tributi, nec absque hæreditatis devolutione.

Hollandia a *Carolo Simplice* tradita *Thierry* ejusque hæredibus ann. DCCCXIII. *Jan. Douf. Annal. Holland. lib. 5. pag. 113. & Codic. Donat. Auberti Mirai*; postmodum pro feudo Imperii habita est: de

quo vide in ſpecie eruditiſſimum *Hugonem Grotium de Antiquit. Reip. Batavi*æ cap. 1. & ſi lubet *Joh. de Beka in rebus ultrajectin. in Hungero Epiſc. 11. pag.* 19. *& Epiſc. 41 pag. 89. & Epiſc. 45. pag. 100. & Epiſc. 47. pag. 106.* Circa idem tempus *Rollo* accepit *Normanniæ* Ducatum eodem modo: nonnulli etiam hos tempore antecedunt. Sylvarum Præfecti *Flandrici* (qui fuerunt inſtar Comitum) habuerunt Territorium illud, tranſmiſeruntque una cum dignitate ad hæredes ſuos. Primo confirmatum eſt *Liderico* a *Clothario II.* ac poſtmodum (ceſſante dignitate iſta cum ipſius familia) *Carolus Calvus* an. DCCCLXIII. creavit *Balduinum Comitem Flandriæ* a quo Dignitas iſta, tanquam feudalis derivata eſt ad hæredes ejus. Alii exiſtimant poſſe ſe probare initia transmittendarum feudalium dignitatum ad hæredes non cœpiſſe ſub *Hugone Capeto.* Aſt veriſſimum eſt ſub *Carolo* ſimplice, ac poſtmodum ſub *Hugone Capeto* multas dignitates Feudales vetuſtiorum temporum, primo hæreditarias eſſe factas, & vix non ſupremam habuiſſe conjunctam poteſtatem, ob Regum tum temporis debilitatem. Nam penes omnes illas dignitates feudales tum datas aut permiſſas magnis iſtis Dominis, eas acquirentibus, fuit omnis juriſdictio criminalis & Civilis abſque appellatione, & ejusmodi ſumma poteſtas, ut in Rege nihil fuerit præter agnitionem Superioritatis per homagium. Atque tali ſumma poteſtate in Ducatibus & Comitatibus plures ibi Comites ac Duces uſi ſunt usque ad ætatem illam, qua omnes fere iſti ducatus vel per connubia, vel confiſcationes, aut aliter ad regem redirent, qui novis creationibus Ducatus quidem illos & Comitatus dedit cum titulis nunc extantibus, aſt ſine tanta poteſtate qua olim uſi ſunt Domini iſti. Exempla tamen ejuſm. ſummæ poteſtatis conjunctæ cum titulis iſtis habemus adhuc in Comitatibus *Flandriæ & Burgundiæ.* Poſt illa tempora reductæ ſummæ poteſtatis ad Regem, pauci tantum Ducatus Comitatusque in Apanagium deſtinati Filiis Regum minoribus habuere ex inſtituto Apanagii ejusmodi jurisdictionem ſummamque poteſtatem ſibi junctam, qua ab aliis fuerunt diſtincti. Verum & hoc minus eſt illo, quam quod fuit in dignitatibus maximis. Nulla deinde Apanagia aliquo indultu a regno alienari potuerunt, ſed redierunt ex defectu prolis maſculæ ad Regem, ſicuti diſces exactius ab edictis hac de re editis. Atque

Marchant. Flandr. lib. 2. Ferreol. Locrius Chronic. Belgic. Tom. 1. p. 55. & Tom. 2. p. 123. & ſeq. Videſis Vincent. Cabot, diſp. lib. 2. c. 30. Bertr. d' Argentr. hiſt. de Bretagne l. 4. cap. 6. Hujusce rei exemplum expreſſiſſimũ habetur in Ducatu Normanniæ ap. G. Gemmiticenſem lib. 7. cap. 45. & 46. l' Oyſeau des Seigneuries chap. 5. §. 58. 59.

V. les Edicts de Roys Tom. 2. lib. 1. tit. 4.

ſic

sic invenerunt *Galliæ* Reges (ut L' Oyseau annotat) remedia removendi supremæ dominationis Titulos Ducum & Comitum ab ea magnitudine, quam iplis prisca concessit ætas. *Aux mngs des simples Seigneurs suzerains & leur oster la qualite des Princes* sic ejusdem sonant verba.

VI. Origine & natura titulorum Ducis ac Comitis sic explicata; descendimus ad Ceremonias Creationis eorum, & Corollas, (ceu clarissima Honorum insignia) cum quibus & alia occurrent ex vetustis temporibus specialia, eorum naturam tangentia. Atque primo de Creatione Ducum, Coronis iisdem attributis, aliisque Honorem illum Ceremoniasque in specie attinentibus. Illa considerari merentur juxta distinctionem Veterum Ducum, qui summa usi sunt potestate in territoriis suis, ab illis noviter creatis, qui omnino regno subjecti manent. Summi illi Domini juxta *Salladam* (liber est antiquus scriptus ab *Antonio de la salle*, indeque sic dictus) creati sunt per solennem impositionem preciosissimæ Coronæ vel Corollæ in caput non paucioribus ceremoniis, quam quibus Reges coronari solent, excepta saltem unctione. Supponiturque ibidem, quod creandus debeat esse Comes vel Marchio qui haberet Comitatus quatuor, vel Baronias quatuor pro unoquoque Comitatu. Verba sunt. *Quand ung Marquis ou ung Count a quatre contez ou quatre Barontes pour chascun Counte, L'empereur ou son Roy le peult faire Duc licitement, & le doit faire en sa Meilleure ville que doit estre citè; & d' icelle ou dus pais porter le nome de Duc ainsi que doit un Roy de son Royaume, & tout eu la proper forme que Roy est coroune except d' estre oinge. Doit estre le Duc enchappelle d' ung tresrich Chappel D' or & de pierres pretieuses par le dit Prince & le plus digne Prelat qui doit faire le service, ou doivent estre que peult autres Prelats, Princes, Counts, Barons, Bennerets, & autres Nobles homes a grant plante pour honoreur sa feste. La sallade fol. 67. autem & chez l' Oyseau chap. 5. des Seigneuries §. 46.* Eadem & iisdem fere verbis traduntur in libello exiguo, cui titulus *la Division du Mound*, excuso Parisiis MDXXXIX. ut & in fine *Gestorum Romanorum* edit. a *Roberto Gagwino* multis abhinc annis, ubi ad mentionem pretiosæ coronæ hæc verba adduntur: *Ainsi quil est accustume de faire*, quæ expresse notant morem dandi dignitatem hanc per corollam. Verum utut loquantur hic de Ducatibus quatuor, non tamen satis testi-

inſtituet. *Matheus Pariſienſis*, Autor Annal. *Hiberniæ* & alii idem aſſerunt. Sic etiam olim Britanniæ Duces ſunt inveſtiti, ut apparet in Coronatione *Monſieur le Daulphin*, *Franciſci*, filii *Franciſci I.* ann. MDXXXII. ubi plura etiam occurrunt de Ducum inveſtitura, peracta juxta morem temporum ante *Franciſcum* Regem: ideoque plene recenſebo ex *Bertrando d' Argentre* Præſide Parlamenti *Rhedonenſis Hiſt. de Britannia lib. 13. cap. 71.*

Ducatu ipſi tradito a Patre ejus venit in urbem *Rhedonenſem* cum comitatu tanto Principe digno; antequam vero portam (*Mordelaiſe* vocant) tranſiret latino juramento, (quod ipſi interpretati ſunt) ſuper Sanctorum reliquiis promiſit defenſionem & conſervationem catholicæ Fidei libertatumque Eccleſiæ Britannicæ, privilegiorum Baronum & Nobilitatis confirmationem, & quantum valeret Juſtitiæ in ſubditos omnes obſervationem. Idem juramentum dixit intra manus Vicecomitis *Rhotomagenſis*, qui accepit illud nobilitatis nomine ac tertii ſtatus. Factis his, Dux, in chlamyde Ducali aurea indutus, civitatem ingreſſus eſt, ac poſtmodum in templum *S. Petri*, ubi poſt auditam cantionem veſpertinam, vigilias ſervavit cum omnibus ſervis ſuis ante *S. Petri* Altare, usque ad Matutinas preces, quibus finitis requievit in diverſorio ſuo, ibique expectavit donec Proceſſio Eccleſiaſtica circa nonam horam venit ad illud, ipſumque indutum vetuſto amictu Ducis, id eſt, Purpurea tunica hermelinis exornata, & ſupra eam alia pretioſa toga eidem ſimili. Officiales primarii, ut Locum tenens generalis, qui Cancellarium repræſentavit, Mareſchallus, Admiralius, aliique ſuas quoque induerunt veſtes ſplendidas. Tum Epiſcopus *Rhedonenſis* has recitavit preces.

Dieu tout puiſſant & eternel, qui as daigne eslever â la dignitie de Duc, ton Serviteur Francois, *nous te ſupplions que tu luy donnes la grace de diſpoſer tellement del commun ſalut de tous, au cours de ce ſiecle que il ne ſe deſuoye point du ſentier du la verite. Par noſtre Seigneur, &c.*

Precibus his finitis, duo alii Epiſcopi in habitu ſuo Pontificali geſtantes cruces ſuas & mitras, ad latera Ducis accedunt, Epiſcopus vero *Rhedonenſis* cum clero cappis induto (cruce etiam, cereis & thuribulo præcedentibus) expectant ipſum ad januam *S. Petri* canentes *Voicy, I envoye mon ange qui marchera &c.* & deinde, *Eſcoute Iſrael*

Iſraël tu n' adoreras aucuns Dieux eſtranges &c. Barones & nobiles omnisque populus ſequuntur proceſſionem, quæ cum acceſſit ad templi januam Epiſcopus *Rhedon.* ſic orat.

DIeu que cognoiſque le genre humain ne peut ſe maintenir par aucune fors ſans loy; octroy nous favourablement que ton Serviteur Francois *le quel tu as voulu eſtablir ſur ton peuple ſoit tellement apuy de ton ayde quil puiſſe commander & profiter â tous ceux qu' il pourra.*

Tum illico proceſſio templum ingreditur cantans *Seigneur en ta vertu S' eſiovira le roy.* Ad Chorum ſeu interiora templi ipſis accedentibus orat Epiſcopus.

Tout puiſſant & eternel DIeu Governeur des choſes celeſtes & terriennes qui as daigne eslever â la dignitè de Duc ton Serviteur Francois, *nous te prions que tu facies qu' il ſoit muny du don de la paix de l' Eſgliſe & delivere de toutes adverſitez, & que per ta grace il' merite de parvenir aux joyes de paix eternelle par noſtre Seigneur &c.*

Gladio interea & pileo ſeu corona traditis duobus Canonicis, & oratione abſolutaProceſſioChorum intrat,Dux vero ad altare deductus ibidem in genua procumbit,uti & Epiſcopi ipſum comitantes; Hic Epiſcopus *Rhedonenſis* incipit *veni Creator*, quod Chorus aſſumit, brevem deinde Litaniam incipiens, circa cujus finem, ad verba, ut *Dominum Apoſtolicum* Epiſcopus ſurgit, & ad Ducem converſus dixit: *Nous le prions exauce nos, a ce que tu daignes benir, conſerver & garder ceſte noſtre Duc.* Poſtmodum adhuc facie ad Ducem converſa, ſic orat.

DIEu que esla gloire des juſtes, le miſericorde des pecheurs qui as envoye ton fils rncheter de ton precieux ſang le genre humain,qui diſſipes les guerres, qui es le protecteur & gardein de ceux quiont eſperance en loy,ſolebs la volonte de quel tout puiſſance de Seigneurs *eſt reiglee & continue,nous te ſupplions humblement que tu vueilles tenir dans ce preſent ſiege Ducal, ce tien preſent ſerviteur* Francois *ſe confiant en ta miſericorde, & que favourable tu luy aſſiſtes, â celle fin qui iceluy qui attend eſtre defendu part a protection, ſoit pluis fort que tous ememis; fay le Seigneur eſtre bien heureux,vainqueur de ſes enemis & auguſte triompbant; environne le de la Couronne de Iuſtice & de Piete; â fin que croyant en toy de tout ſon coeur & de toute ſa penſee; ilee ſerve, qu' il defende & esleve en bonneur ton Egliſe, & que jamais pour quelques embuſches de Maux il ne ſe tourne al' injuſtice; Enflamme, Seigneur ſon*

ſon coeur de l' amour de ta grace, â ceque aymant la juſtice & marchant par ſeſſentiers, apres avoir paracheve le coeurs des ans que tu luy as ordonnez en ce traſexellent Duche, il' merite de par venir aux joyes eternelles par noſtre Seigneur. &c.

Inde ab introitu in Chorum usque ad finem hujus orationis, Canonicus tenet diſtrictum gladium ad dextram altaris, ad ſiniſtram vero alter coronam. Jam ergo acceptum a Canonico gladium Epiſcopus Duci nudatum porrigit, ſic clara voce dicens.

Recoy l' eſpee qui l' eſt royallement baillee & conſacree par, nos mains quoyqu' indignes, mais tenons le lieu & autorite des ſaincts Apoſtres. Ceglaive t' eſt ordonne de Dieu par l' office & miniſtere de noſtre benediction, â la defenſe de noſtre Mere Saincte Eſglise, punition des meſchants & lovage des bons, & te ſouvienne de celuy du quel le Pſalmiſte â Prophetize diſant, ſoit ceint de ton glavie ô treſpuiſſant á fin que par ceſtuy tu exerces la force de Iuſtice & deſtruizes pax iceluy meſmes avec puiſſance le fardeau d' injuſtice, defendes le Saincte Eſgliſe de Dieu, & ſes enfans fideles, en combatant pour eux, apres en horreur & les faux Chreſtiens & ennemis du nom Chriſtien, ayder & defendes debonnai rement les vefves & Orphelins, reſtaures ce, qui eſt ruine, conſerves ce qui eſt reſtaure, venges l' Injuſtice, mainteinnes les choſes bien diſpoſees, á fin que faiſſant ces choſes, triumphant in vertus & exerceant glorieuſement juſtice, tu puiſſes aver le ſanneur du monde (la figure du quel tu repreſentes au nom) regneur avec celuy â jamais. & quel viſt avec le Pere & S. Eſprit au ſiecle de ſiecles. Ain ſi ſoit il.

His finitis Epiſcopus dicit ipſi.

On vous â baille ceſt eſpee au nom de Dieu & de Monſieur S. Pierre Come anciennumene â eſte fait aux Roys & Dues de Bretagne *veſtre predeceſſeurs* (fuerunt enim olim Reges in *Britannia*, antequam in Ducatus formam redigeretur) *en ſigne de vraye Iuſtice, pour defendre l' Eſgliſe & le peuple, que vous eſt commis come Seigneur droicturier que Dieu vucille, que ce ſoit par telle mannere, que vous en puiſſiez rendre compte an jour de jugemene & an ſoulagement de vous & de voſtre peuple.*

Deinde accingit ipſi vaginam, moxque ſolenniter ipſius imponit capiti pileum ex holoſorerico purpureo hermelinis duplicatis, & pileo imponit coronam auream multis gemmis radiantem, *a hauts fleurons tous d' un hauteur* floribus omnibus æque ſurgentibus; *qu' eſt la Coronne* (inquit Argentre) *que les Dues ont porte de puis quils*

Hiſt. Britann. l. 4. c. 1. & ſeqq.

quils ont laiſſe le tiltre de Roy,quod eſt ſpatium DCC. annorum. Eccleſiaſtici (ait porro) vocant *le cercle Ducale*, quæ verba uſurpat Epiſcopus dum imponit.

Recoy le cercle Ducal, qui t' eſt mis & impoſe par nos mains, com bien que indignes ſonteſtois ſacrees, & entends que telle choſe repreſente la gloire de la ſainctete & l' honneur & oevure de force, & n' ignore pas que par iceluy tu es fait participant de noſtre miniſtre, tellement que comme nous aux choſes interieures ſommes paſteurs, & governeurs des ames intelligents auſi tu es aux choſes exterieurs vray obſervateur de le honneur de Dieu, & reſiſtant vaillament aux adverſitez de l' Eſgliſe de Ieſus Chriſt, tu es profitable executeur de la charge de Duc la quelle Dieu t' â donnee & qui eſt commiſe â ton gouvernement par l' office de noſtre benediction que ſommes commis au lieu & autorite des Apoſtres & de tous les Saincts. Soyes veu regnez au profit de lous a ce que orne des pierreries de vertu entre les renommees combatans , & payrè du loyer perpetuel des bien hereux ſans fin tu le glorifies avec noſtre Savieur & Redempteur Ieſus Chriſt le quel vit & regne avec Dieu le Pere en unite du Sainct Eſprit, &c.

Deinde ſic ipſum alloquitur.

On vous á baillee ce cercle an nom de Dieu & Monſieur S. Pierre qui deſigne que vous recevez, voſtre puiſſance de Dieu le tout puiſſant, que come cercle n' á my fin ny commencement, du quel averes loyer & couronne perpetuelle en paradis, faiſant voſtre debuoir par bon governament de voſtre ſeigneurie, á l' exaltation de la foy protection de l' Eſgliſe & defenſe de vous ſubjects, que vous octroye Dieu per ſu ſaincte grace.

Poſtmodum Dux ad altare acceſſit, jurans formula quam Epiſcopus ſic effatus eſt.

Vous jurez â Dieu, á Monſieur Saincte Pierre, aux Sainctes Evangiles & reliques qui cy ſont preſentment, que les liberties franchiſes, immunities & anciennes cuſtomes de l' Eſgliſe de de Rennes *de nous & de nos hommes tiendres ſans les enfraindre de tort, force violence, inquietations, oppreſſions & des toutes quelconques novallitez nous & nos hommes garderes & ferez garder, â voſtre pouvoir.*

Dux ponens manus ſuas in altare reſpondit *Ainſi ſoit il*; Deinde cum reverſus eſſet ad locum ubi genua flexit, Epiſcopus ſic oravit.

Nous de prions Dieu tout puiſſant que il te plaiſe regarder d' un oeil debonnaire

waire ce tien illuſtre Serviteur Francois *& que tout ainſi que tu as beneit* Abraham, Iſaac, & Jacob, *il te plaise luy donner les benedictions de ta grace ſpirituelle l' arrouſant de la plenitude de ta puiſſance, luy donant de la Roſee du ciel, & gruiſſe de la terre, abondance de vin, froment, huile, & de tous fruicts & de la liberalite de ta faveur luy octroyant longue vie, á fin que luy regnant nous ayons pour loyer la ſancte du corps, la paix inviolable au Duche & que la Majeſte glorieuſe du Palais Ducal reluiſſe en puiſſance aux yeux de tout de monde, par Ieſus Chriſt noſtre Seigneur. Octroye nous Dieu Tout puiſſant que ce tien Serviteur ſoit le tres-fort Protecteur du pays, conſolateur, & conſervateur des Egliſes, & ſaincts Monaſteres, par grand piete & magnificence Ducale, & qu' il triumph de ſes enemis, ſoit le plus fort des Princes pour dompter les Rebelles & Nations, Payennes & Heretiques, qu' il ſoit redoutable á ſes enemis, debonnaire á ſes ſubjects, aux Seigneurs, Barons, & vauſſaux amiable, liberal, & magnifique, qu' il ſoit emint & ayme de tous, & puiſſe avoir des Enfans Ducs leſquels par ſucceſſion du temps advenir puiſſent gouverneur le Duche, & que apres une vie renomme & heureu ſe en ce monde il obtienne la felicite eternelle par Jeſus Chriſt noſtre Seigneur.*

Hinc Epiſcopus incepit canere *Te Deum laudamus*, Choro abſolvente Canticum. Poſtmodum exiverunt per magnam portam, proceſſione Templum cingentes, quam Dux inſecutus eſt nudum in manu tenens gladium ; revertensque cum ipſis in templum ad altare acceſſit ac depoſuit vaginam, quæ cum gladio tradita eſt Mareſchallo *Britannia* tenenti eandem dum Miſſa cantaretur. Mareſchallus hic eſt inſtar Coneſtablii aliis in locis, inquit *d' Argentre.* Et interea cum Epiſcopus indueret veſtes ſuas Dux á Baronibus iſtius provinciæ recepit homagium, aliisque Dominis. Deinde Miſſa Spiritus Sancti his incœpta eſt precibus.

Prions pour noſtre treſchereſieur Duc Francois, *affin que Noſtre DIeu & Seigneur luy rende Subjects toutes Nationz barbarez per le bien d' une perpetuelle paix pour nous. Nous te Prions Dieu Tout-puiſſant qu' eſtant appaiſe par ſacrificez ſalutaires, tu facez que ton Serviteur* Francois *ſoit touſiours trouve propre pour bien faire la charge & devoir de la dignite de Duc & que ſoit touſiours agreable au pere celeſte per noſtre Seigneur. etc. Seigneur te prions que ceſt participation au ſalutaire ſacrifice puſſie effacer les taches des pechez de ton Serviteur & le rende ſuffiſant pour gouverneur le peu-*

ple ſelon ta volunte affin que ne ſoit vancu des enemis tant viſibles que inviſibles par le moyen de ce ſalutaire miſtere par le quel mond â eſte rechepte.

Verum licet hæc *Normannia* & *Britannia* teſtimonia doceant Ducum coronas fuiſſe floribus conſitas, attamen non conſtans iſta fuit forma, ita ut tales ſemper fuerint, vel alius cujusdam formæ certæ. Referunt nobis Galli quod apud *Celeſtinos Pariſiis* duo videantur Duces *aurelianenſes* Pater & Filius, quorum ille geſtat coronam floridam prout hi *Normannia* & *Britannia* Duces, filius autem geſtat ſolummodo coronam cuſpidatam cum margaritis. Sic in Principibus *Burbonia*, qui & Comites fuerunt, obſervavimus differentiam, ſupra, ubi de Principum coronis.

Vid. Loys d' Orleance en les ouertures des Parlements chap. 11. pag. 170. etc & Moreau en Tableau des Armories chap. 6. pag. 249. & Oyſeau des Seigneries chap. 5. §. 46. &c.

VII. Verum licet ejusmodi proſtent teſtimonia de Inveſtitura veterum in *Gallia* Ducum per coronam & gladium; attamen & invenimus quosdam inveſtitos absque corona & gladio, ſed (ut legitur) creatos per ſolam impoſitionem Ducalis pilei, nec non traditionem virgæ aureæ in manus eorum, præter diploma creationis. Talis fuit inveſtitura *Iohannis* Ducis *Lancaſtrenſis*, cum totius Parlamenti conſenſu crearetur *Dux Aquitania* quoad vitam, a nepote ſuo *Richardo II.* Rege *Anglia* tanquam *Gallia* Rege. Inveſtiebatur (ait *Rotula* Parlament *13. Rich. 2. membr. 9. num. 21.*) *per le mettre de la Cappe a ſon chiefe & per la baille d' une verge d' or*, ſeu *per virgam & pileum ſibi prabita manu* Regis, ut *Walſingham* loquitur juxta Diploma, quod tale eſt.

Richardus *DEI gratiâ Rex Anglia & Francia, & Dominus Hibernia, chariſſimo Patruo noſtro* Johanni *Duci* Lancaſtriæ, *ſalutem. Inter glorioſas Reipublica curas & ſollicitudines varias Regiis humeris incumbentes firmat potiſſime Regale Solium effluens â Iuſtitia condigna pramiatio meritorum. Ibi namque continuè virtus creſcit & colitur ubi â debito ſibi premio non fruſtratur. Cum igitur honor ſit virtutis premium, conſtat quod virtuoſis & ſtrenuis ex regalis juſtitia debentur faſces honorum, & premia dignitatum, quæ utique ſi dignis conferantur non debent ſimpliciter aſtimari donum ſed exhibitio favorum, ſed potius debita recompenſatio meritorum. Quid enim in retroactis ſeculis & felicium Principum temporibus Rempublicam amplius provexiſſe comperimus, quàm quod piè regnantes virtuoſos & ſtrenuos ſub ſe habebant oneris ei injuncti participes, quos poſtmodum, juxta exigentiam meritorum honore & diſtributionibus dignis-*

gnitatum ſucceſſive fecerunt ex debito Regalis *juſtitiæ glorioſos. Quia quod ſoli non poterant, providâ virtuoſorum hujuſmodi proviſione ſupplebant. His igitur conſiderationibus inducti ad te præcariſſimum Patruum noſtrum mentis noſtræ aciem dirigentes actuque tuos virtuoſos & præclara merita, quibus te virtutum Dominus inſignivit in profunda diſcuſſionis libramine ponderantes de aſſenſu Prælatorum, Ducum, Magnatum & aliorum Procerum & Communitatis* Regni *noſtri Angliæ, in inſtanti Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium convocato exiſtentium te prædilectiſſimum Patruum noſtrum in Ducem Aquitaniæ, cum titulo ſtilo ac nomine & honore eidem debitis præficimus ac inde præſentialiter per appoſitionem Cappæ tuo capiti ac traditionem* virgæ aureæ *inveſtimus in præmium eximiæ virtutis tuæ ac attinentiæ prædictarum toto vitæ tuæ tempore poſſidendum. Et ut clarè particulariter & in ſpecie intelligere valeas qualia erga te fuerit & ſit noſtræ intentionis affectus de aſſenſu prædicto donavimus & conceſſimus & tenore præſentiũ concedimus & donamus tibi* Ducatum *prædictum nec non univerſa & ſingula Civitates, Caſtra, Villas, Loca, Terras, Comitatus & Provincias noſtras infra eundem* Ducatum *exiſtentia habendum & tenendum de nobis ut de Rege Franciæ & hæredibus noſtris ut Franciæ Regibus ſub homagio ligeo ad totam vitam tuam una cum omnibus inſulis eisdem adjacentibus, homagiis, ligantiis, honoribus obedientiis, vaſallis, queſtalibus, feudis, retrofeudis, ſerviciis, cognitionibus, juribus merò ac mixto imperio & cum Juriſdictionibus altis mediis atque baſſis, ſalvis gardiis, advocationibus & præordinationibus Eccleſiarum Metropoliticarum Cathedralium tam ſecularium quam Regularium & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque ad nos præmiſſorum occaſione pertinentium ſive ſpectantium de veriis, cenſibus, reditibus, proventibus, confiſcationibus, emolumentis, reverſionibus & profictis, Regaliis, Regalitatibus Franchefiis, libertatibus, privilegiis, Immunitatibus uſibus & conſvetudinibus univerſisque juribus & partium ſuis quibuscunque adeò plenè integrè & perfectè ſicut ea tenemus & habemus, tenuimus & habuimus, tenuerunt & habuerunt progenitorum noſtrorum aliqui ullis unquam temporibus retrolapſis, aliquibus conceſſionibus de quibuscunque officiis per nos ſeu per Progenitores noſtros ante hæc tempora factis, quas tenore præſentium omninò revocamus, caſſamus, & de facto adnullamus, non obſtantibus. Salvis tamen nobis ut Franciæ Regi & hæredibus noſtris ut Franciæ Regibus directo Dominio ſuperioritate & reſorto Ducatus prædicti ſpecialiter reſervatis. Nolumus etiam quod in aliquo tempore vitæ tuæ Caſtrum*

ſtrum & Dominium de Frouſſac, cuicunque perſonæ dare, alienare & transferre valeas quòvis modo. Imo ea in manibus tuis tanquam eidem Ducatui *annexa omnino teneri volumus & reſervari. Et ad honoris & nominis tui validius fulciamentum, hanc tibi autoritatem & poteſtatem ſpecialiter impertimus, monetam auream & argenteam & aliam qualemcunque faciendi, cudendi, & fabricandi monetamque jam uſitatam ſeu quamcunque impoſterum per te cudendam quotiens & quomodo tibi videbitur expediens, mutandi; aliquâ conſuetudine in contrarium ibidem retroactis temporibus uſitatâ non obſtante ac Magiſtris & operariis earundem indulgentias & privilegia talibus dari ſolita largiendi & inſuper amortizandi terras, loca & reditus liberè aut ſub finantia, quæ ad manum mortuam dantur ad præſens, dabuntur ſucceſſuris temporibus vel etiam relinquentur; nobiliſtandi etiã perſonas ignobiles Senechallos, Iudices Capitantos, Conſules Tabelliones publicos, Procuratores Receptores, & quoscunq; officiarios alios creandi, inſtituendi & ponendi in ſingulis locis* Ducatus *prædicti, & amovẽdi & locô amotorum alios ſurrogandi, bannitos, & criminoſos quoslibet Provinciarũ prædictarum, præſentes, præteritos, & futuros ad ſtatũ, famam & patriam ac bona eorum quælibet mobilia & immobilia reſtituendi & revocandi, & plenam per donationem & remiſſionem de commiſſis & committendis criminibus in provinciis antedictis etiamſi propterea fuerint ultimo ſupplicio condemnati ſeu condemnandi & fuerint de provinciis alienis, concedendi, dandi & faciendi, eidem quibuſcunque Civitatibus, Caſtris, Villis, & locis, Eccleſiis Eccleſiaſticisque perſonis, Monaſteriis, Collegiis, Univerſitatibus & perſonis ſingularibus cujuſcunque conditionis exiſtant privilegia, Immunitates, Franchefias, libertates & indulgentias perpetuas & temporales quaslibet largiendi & etiam concedendi; privilegiis per progenitores noſtros patriis & ſubditis Aquitaniæ conjunctim & diviſim ne â Corona Angliæ ſeparari aut extraneum Regem poni valeant, conceſſis, non obſtantibus, quæ revocare per præſentem conceſſionem non intendimus, ſed duntaxat ſuſpendere usque ad terminum vitæ tuæ & poſt tui obitum in ſuo robore perpetuò duratura eſſe volumus. Itaſemper, quod immediatè poſt mortem tuam idem Ducatus cum omnibus ac ſingulis præmiſſis ad nos & hæredes noſtros integrè revertant. Dat. ſub magni Sigilli noſtri teſtimonio in palatio noſtro* Weſtmonaſterio *ſecundo die Martii, Anno Domini milleſimo treſcenteſimo octogeſimo nono & Regni noſtri tertio decimo.*

An Coronæ & gladii traditio facta fuerit, quoniam appellatio & ſumma

ſumma poteſtas ad Regem pertinuit, non definio. Hic tantum obſervo, quod in Coronatione Regum *Angliæ* olim Nobiles duo ſemper repræſentaverint Duces *Normanniæ & Guiennæ*, qui amicti fuerunt veſtibus Ducalibus, quæ erant Chlamys & Pileus, non vero Corolla; quanquam non ſolum Duces *Angliæ*, verum & omnes Nobiles usque ad Vicecomites incluſivè, qui tum etiam præſentes ſunt, corollas geſtent juxta dignitatem ſuam diverſas. Novimus præterea maximos Ducatus olim a *Galliæ* Regibus traditos per diploma, in quo nulla facta fuit mentio inveſtiendi rituum: exemplum præbet Ducatus *Burgundiæ*, a *Johanne* Rege filio ſuo *Philippo* MCCCLXIII. conceſſo apud *Favinum*. Atque tantum de antiquis Ducibus *Franciæ*, qui & habuerunt abſolutam cum Ducatu ſuo poteſtatem: Alia ſpecialia de titulo hoc quomodo idem fuerit cum Comitis titulo, vel etiam diverſus vide §. 9. ubi de Comitibus ſermo eſt.

en le Theatre d'honneur p. 934.

VIII. Duces recentiores quamvis non gaudent ſumma illa poteſtate, neque inveſtitura ejusmodi, coronas tamen ſibi tributas habent, & quidem eadem forma qua illi veteres Duces uſi ſunt. *Carolus Paſchalius* eruditus Galliæ Scriptor dividens Duces (ſicut Principes) in *Majores & minores*, oſtendit ingentem differentiam eorum poteſtatis ac dignitatis, additque deinde quòd in corollis conſentiant, & miratur. *Ducum*, ait. *alii ſunt* majores, *alii* minores. Majores *voco illos quorum dignitas proxime accedit ad regiam. Et hos quidem* Duces *in tantam magnitudinem & claritatem evectos video ut tot mihi Reges videre videor.* Minores Duces *ſunt illi qui ſunt in ditione majoris Poteſtatis, Regiæ, Imperatoriæ, Pontificiæ. Iſtis videlicet dati ſunt* Ducatus, *hoc eſt, dignitas & feudum quod hoc nomine demonſtratur, ea lege & conditione ut juri & juriſdictioni datoris per omnia ſubjecti ſint, haud ſecus quam quilibet e vulgo. Tales fuerunt* majores Duces *in ditione Imperatoris antequam darentur eis Vicariatus Imperii. Utriuque tamen* Ducatus *corona, quod mirere, ſunt promiſcuæ, etſi regiis ſunt ſimiles. Quippe in utriuque lamina aurea qua caput ambit pretioſis quoque lapillis diſtinguitur. Ex hac lamina exeunt flores & folia. Certe id quicquid eſt, nihil aliud eſt quam materia florea foliacea, frondea, læta, lætiviens, ſuaque ſeris laminam inumbrans.* Verum hæc coronarum congruentia, (ut ut loquitur de iisdem acſi ab utrisque geſtari queant) in forma

Ducatus recentiores quãplurimos habes ap. Choppin. lib. 1. de Domanio. tit. 5. c. 5.

tantum eſt non in uſu. Sicut enim nonnulli Duces ſummi pro arbitrio geſtarunt eas, acceperuntq; cum inveſtirentur; ita recentiores, ſumma deſtituti poteſtate, formam coronarum iſtarum habent ſaltummodo in inſignibus ſuis, non vero ipſas coronas in capite geſtant, niſi elevati ad illud decus ſummæ poteſtatis, pro Antiqui Duces gaviſi ſunt. Sic tradit *l' Oyſeau*. Circa naturam vero & formam creationis Ducum recentiorum in *Gallia* in ſpecie obſervare poſſumus illud exemplum Baroniæ *Monmorentiacæ*, in dignitatem Ducatus & Pariatus elevatæ ab *Henrico II.* ut & Baroniæ *Damvillæ a Ludovico* XIII. qui creavit *Anneum Monmorentium* Coneſtablium *Franciæ* Ducem prioris Baroniæ, & *Carolum Monmoreutium* Ducem poſterioris. In diplomate *Annæi Monmorantii*, poſt præfationem de meritis *Conneſtablii*, ejusque Anteceſſorum, ac recitationem variarum Dominationum, præter Baroniam dictam ab ipſo poſſeſſarum, & obventionum Duci ſufficientium ſequitur.

l' Oyſeau des Seugneres c. 5. §. 53. 54.

du Cheſne en les preuus du liu. 3. de l' hiſtoir. de Montmorancie p. 286. 309.

Pour ces cauſes (ſic ſonant privilegii verba) *& autres conſiderations deſſus touches & declares par aduis & deliberation d' aucuns Prince & Seigneurs de noſtre ſang & linage & autres notables perſonages de noſtre conſeil, Avons par ces preſent joint, uny & incorpore & de nos propre mouvement certaine ſcience, grace & liberalitè ſpeciale, plani puiſſance & auctorite* Royal, *joignons, uniſſons, & incorporons â la dite Baronie de* Montmorencie, *des vouloir & conſentement de noſtre dit couſin, lesdites terres &* Seigneuries d' Eſcoven, Chantilly, Montepillover, Champuerſy *& autres deſſus nomees leurs dites appurtenances & dependances. Et la quelle Baronie avec les fiefs & arriere fiefs queen tient & poſſede noſtre dit couſin, eſtant ainſi reduit & augmentee par la mayenne deſitds adjunction, union & incorporation, avons cree & erige, creons & erigeons en tiltre, nom, dignite & preemmeine de* Duche & Pairre de France. *Voulons enouspluiſt lesdites Baronnie terres &* Seigneuries *eſtre doreſenavant dites & appellees* Duche & Pairrie *pour en jouyr & uſer par noſtre dit couſin* Anne de Montmorencie *& apres ſon deces par ſes heirs & ſucceſſeurs maſles Seigneurs de* Montmorencie *a touſiours perpetuelment en tiltre de* Duc & Pair de France *avec les honeurs, prerogatives & preeminences, appartenants* à Duc & Pair de France *& tout ainſi que les autres pairs en jouyſſent & uſent tant en juſtice ſeaunce & jurudiction que autrement & ſoubz le reſort de noſtre Coude Parlement de Paris. Et la quelle Baronnie*

terres

terres & Seigneuries, *unies & incorporees à icelles nous avons diſtraites eximees & exemptees diſtnyons eximons & exemptons de tous nos autre juges en tous cas fors & exceptè des cas Royaux dont la cognoiſſance appartiendra à nos juges, par devant leſquels ils avoyent accuſtume reſortir aupanvant ceſte preſent erection. Voulons noſtre dit couſin & ſes ſucceſſeurs maslez.* Seigneurs *des dites lieux eſtre dites, nommez, cenſez, reputez* Ducs de Montmorencie & Pairs de France. *Et que la dite* Baronie *avec les dites terres & Seigneuries y jointes & incorporees tiennent en tiltre de* Duchè & Pairre *à foy & hommage de nous. De la quelle Paire noſtre dit Couſin nous à fait des a preſent, ainſi quil' eſt accuſtumee les erement de fidelite anquel l' avons receu ; à la charge toutes fois qu' en defoit d' hoirs maſles la dite dignite de Pairre demeurrera eſteinte & ſupprimee & retornera la juriſdiction en ſon premmier eſtate tout ainſi que ſi la dite erection de Pairre en euſt eſte fait. Et neantmoins la dite* Baronie *de* Montmorencie *avec les dites terres & Seigneuries jointes a icelle demeurera au dit tiltre & dignitè de Duchè pur eſtre heritage des enfans & heritiers de noſtre dit couſin maſles ou femelles ou des ayants cauſe d' eulx &c.*

Idem quoad rem eſt illud *Damvillæ*: *Pariſ. Sept. 1610*, niſi quod Ducatus & Pariatus ambo ceſſant ex defectu prolis maſculæ (Pariatus autem ſolummodo ceſſat in ejusmodi defectu apud *Monmorantium*) additurque *non obſtante*, ſi Baronia *Damvillæa* aliqua de cauſa reuniatur ad Domanias coronæ; quod factum intuitu nonnullorum ejusmodi Baronias attinentium Edictorum, ibi memoratorum.

IX. Titulus *Comitis* in *Gallia* (qui etiam *Quens* vertitur ut ſupra dictum lib. 1. cap. 6. §. 7. & alii tradunt) conſiderandus vel prout denominat *Comites Majores*, idemque dicit, quod olim Ducis vocabulum; vel prout denominat *Comites minores*, id eſt, illos qui fuerunt vel nunc ſunt Ducibus inferiores. De *Comitibus majoribus* obſervamus, quod promiſcuè ſic etiam Duces appellati fuerint, deinde, quomodo mutata hac promiſcua vocis uſurpatione, *Ducis* appellatio ſolummodo manſerit apud iſtos, qui antehac *Duces* & *Comites* dicti ſunt; & quomodo *Comitis* appellatio ſola relicta fuerit aliis, & denique quomodo nihilominus aliqui exiſtimaverint, Ducis vocabulo æquivalere iſtam. *Comitum minorum* duo conſtituimus genera, Immediatos ſcilicet ad Coronam, & feudatarios

Voyez du Cheſne en les preuves du liv. 4. de l' hiſt. de la maiſon de Vergy pag. 224. & 225. &c.

ſubditorum quorundam. His explicatis addimus quædam de Creatione & Ornamentis Comitum maxime inſignibus.

Primo Promiſcuum vocabuli uſum ſatis (reſpectu ſcilicet antiquiorum in *Gallia* temporum) probant ſupra §. 5. citata ex *Marculpho*. Poſteriora ipſo ſecula firmant adducta cap. 1. hujus partis §. 23. de iisdem titulis in Imperio, quibus adde diploma *Caroli Simplicii* ad *Rogerium* Archiepiſc. *Trevirenſem* circa ipſius jus ad Abbatiam *S. Servaſii*, ubi *Ricuinus*, *Matfridus*, *Sigardus*, *Otto* aliique vocantur junctim *Duces ac Comites*, & in Brevi *Gregorii VII.* ad *Wilhelmum Ducem Aquitaniæ* legimus inſcriptionem, *Guilielmo Duci Aquitaniæ*, in ipſa vero epiſtola: *Tibi vero Guilielme Comes juſtitiam committo tractandam.* Sic *Comes* ſæpe ab uno Scriptore nominatur, qui alteri eſt *Dux*: vide id in hiſtoriis Ducum *Normanniæ* D. abhinc annis. Magnus enim ille Dux *Wilhelmus*, Primus *Angliæ* Rex ex linea *Normannorum* vocatur aliquando *Comes Normanniæ* aliquando *Dux*, ut & *Conſul Normanniæ*, ut videre eſt in *Wilhelmo Malmesburienſi*, *Henrico Huntindonienſe*, *Florentio Wigornienſe*, *Ivone Carnotenſe*, & aliis vetuſtiorum temporum. Hi autem Comites vel Duces omnino intelliguntur fuiſſe *Majores Comites*, ut *Gvilielmus Tyrius* appellat *Robertum Normanniæ* Ducem, ac *Balduinum* Comitem *Flandriæ*. Sic *Alanus* tertius, *Britanniæ* Dux ſemetipſum aliquando nominat *Comitem*, nonnunquam *Ducem*, & Dux atque Comes junctim ſæpe in ejus occurrunt epiſtolis. *Gaulfredus* tertius filius *Henrici II.* Reg. Angl. exiſtens *Britanniæ* Dux jure uxoris ſuæ *Conſtantiæ* (filiæ Ducis *Conani le Petit*:) in Aſſiſa ſua (ut vocant) ſive conſtitutione illic ſancita de hæreditate feudorum, primo ſcribitur, *Ego Gaulfridus filius Henrici Regis, Dux Britanniæ* &c. in fine vero ubi juramento teſtatur, ſcribit: *Ego Gaulfridus Comes Britanniæ.* Poſt ipſius mortem Duciſſa *Conſtantia* nominavit Patrem ſuum Comitem, ſe vero ipſam Duciſſam his verbis: *Ego Conſtantia Conani Comitis filia Duciſſa Britanniæ*; hic titulus tribuitur illi in fundatione *Abbatiæ Villæ novæ*. Sic & alia hujus tituli promiſcue uſurpati ſunt obvia.

Verum utut Dux & Comes ſic indifferenter fuerunt uſurpata, attamen putarunt tandem magni Comites Ducesque Titulum *Ducis* eſſe meliorem (idque ſine dubio, quoniam viderunt, quod Comitis vox ſit æquivoca, denominetq; etiam minores Dominos, ſubjectos

An. Chr. 923. Franc. de Roſiers in Stem. Lotharing. p. 12.

Gregor. 7. l. 2. ep. 24. V. appendic. de offic. regni Galliæ ſubnex.

Bullinger. libris de Imp. Rom. cap. de Ducibus.

de bello Sacro lib. 8. cap 12. Bertrand. d' Argentre. Hiſt. Bretagn. lib. 4. c. 28 63. Bertrand d' Arg. lib. 5. c. 30. & ibid. extrem cap. 31. ib. cap. 35.

jectos Majoribus Comitibus Ducibusque) ideoque obtinuerunt, a *Francie* Rege ejusmodi attributionem nominis, ut vocarentur, solummodo Duces, non vero Comites. Singulare hujus rei exemplum est in Ducatu *Britannie*, ubi *Johannes* II. Dux *Britannie*, cui sicut & Antecessoribus tituli illi indifferenter dati sunt, Ducis tamen, axioma in specie accepit, elevato etiam Territorio ejus in Ducatum a Rege *Philippo Pulchro*. Factum id declaratione, seu clausula inserta in diploma quo Ducatus iste in Pariatum evectus est. *Et ne possit* (ait Rex) *in dubium revocari Ducem ipsum, qui Comes fuit aliquando nostris vocatus in literis, Ducem fore & ternam* Britanniæ Ducatum, *existere, ipsumque Ducem imposterum debere vocari, autoritate regia, ex certa scientia declaramus & tenore presentium, confirmamus. Quod ut ratum & stabile perseveret, presentibus literis nostrum fecimus apponi Sigillum. Actum Curtraci anno Domini MCCXCVII. mense Septembris.* Hic primus est qui Ducis accepit Titulum, ceu distinctum a Comitis appellatione; Post eum & alii *Comites Majores*, qui & *Duces* dicti vel continuo usurparunt Ducis titulum solummodo, sicque propagarunt ad posteritatem, vel per literas patentes acceperunt, a Rege, cessante Comitis appellatione. vid. Choppin. de Doman. lib. 1. tit. 5. §. 7. & jurisd. Andegav. lib. 1. cap. 48. §. 2.

Bertrand d' Argentr. Hist. de Bretag. lib. 5. chap. 31. Ita se habent verba in Argentræo: post existere legerem potius, Nos jam ipsam terram Britanniæ Ducatum existere ipsumque, *&c. Et sibe Typographi sibe amanuensis (ut sit) scitantiam, heic plane sibi videre mihi videor.*

Nunc ergo sicuti Ducis titulus permansit solus apud illos qui promiscue Duces & Comites appellati sunt, ita & alii ex magnis illis Principibus indifferenter appellatis, vel æquales illis indifferenter appellatis, sic declinarunt Ducis elogium, ut retinerent, solummodo transmitterentque ad posteros suos *Comitis* nomen, quod tamen, nec quoad naturam, nec quoad existimationem minus habitum fuit quam *Ducis*, idque etiam tum temporis, cum Ducis vox a Comitis voce separata exstitit in illis, qui Duces solum appellari voluerunt. Exemplum præbet *Campania* de qua *Chassanæus*: *Advertendum est*, ait, *quod hic Comitatus potius debet dici & esse Ducatus quam Comitatus*: rationem affert: *quoniam sub se habet Decem & ultra Comitatus*, (tum vero tredecim habebat:) existimans decem Comitatus parentes Comiti æqualem facere ipsum Duci, ideoque Ducem potius appellandum quam Comitem; hoc tamen sine fundamento loquitur: vide supra §. 6. Ratio autem genuina cur potius Dux quam Comes appellandus esset (postquam hæc nomina distincta fuerunt; uti &

Cat. Glor. mund. part. 5. Consil. 46.

factum cum attribueretur Ducis titulus *Johanni XI. Britannie* Duci) erat, quoniam eandem habuit ſupremam proteſtatem, eandem territorii amplitudinem, variasque dignitates ipſi ſubordinatas, ſicuti etiam Duces habuere: his tamen non obſtantibus titulus Comitis ceu æquivalens ab iſtius territorii Principibus retentus fuit; Sic Ducis Titulus conceſſus eſt iis qui Comites ſub ſe non habuerunt: & è contrario non conceſſus iis, qui quatuor, quinque ſex &c. habuerunt ſub ſe Comites feudales, nec ſemetipſos appellarunt, nec ab aliis appellati ſunt aliter quam Comites. Ita Dux *Aurelianenſis* nullum, *Toloſanus* vero Comes habuit ſeptem ſub ſe Comites, & Comes *Arteſie* quinque; Sic & alii. Ejusmodi forte Majores Comites fuerunt *Comites Hollandie*, (exemplum hoc pro iſto poteſt inſervire loco & pro Imperio,) fruentes tanta poteſtate ſumma, ut intuitu jurisdictionis eſſent quaſi *Imperatores in ſuo Comitatu*, prout quidam appellant eos. Tales etiam poſſunt eſſe qui faciunt primam partem ſubdiviſionis proximæ, Comitum minorum. Quanquam enim reſpectu ordinis ſui, & reſpectu nominis ſui, quod Comites ſolum dicantur, recte dici poſſunt *Comites minores*, attamen & æque recte majores appellari poſſunt, intuitu poteſtatis ſuæ ſummæ. Atque tantum de *Comitibus majoribus*.

Chaſſan. catal. glor. mundi part. 5. conſil. 46. in appendice Veteris edition. de geſtis Rom. Gallice f. 228. Philippus Leidius ap. Hugon. Grotium de Antiqb. Reip. Batavia c. 5 quem de iſto hoc Comitatu conſulas, ſi plura velis.

X. *Comitum minorum* genera duo, nuper diximus; nunc prius illud, quod immediate regno ſubeſt, ſubdividimus in antiquum & recens. Antiquiores, ex *majoribus Comitibus* ſunt, & æquales fuerunt omnino Ducibus, illo tempore cum Comitis & Ducis tituli promiſcuè uſurparentur, poſtmodum (retinendo & uſurpando ſolitariam Comitis appellationem, negligendoque illam Ducis, illis temporibus cum Duces ſolum appellarentur, qui omiſerunt pariter Comitis vocabulum) ſic imminuerunt dignitatem ſuam, vel ad minimum habiti ſunt tanto minores poſthac, quanto nunc Duces diſtant, vel, quanto ipſi olim æſtimati ſunt, cum promiſcuo vigeret vocabulorum horum uſus, ut poſtmodum ſemper dicerentur gradu aliquo Ducibus inferiores. Verum ſicuti Duces illi ſummâ poteſtate præditi jam dudum ceſſarunt, ita & omnia fere deſierunt iſta genera Comitum qui æque ſumma poteſtate præditi fuerunt, utut titulus eorum ſic imminueretur. Nullus eorum nunc ſupereſt, excepto Comite *Flandria* ac *Burgundia*. Licet enim ſingulariter

ter eminens fuit iſte *Flandriæ* Comitatus, attamen olim poſt diſtinctionem inter Comites & Duces receptam, pro *Ducatu* tantum *minore* habitus eſt, (quo ſenſu etiam dicimus hic *Comites minores*) ut apparet in *Froiſſarti Hiſtor. vol. 1. cap. 116.* ubi proponitur ejus in Ducatum creatio MCCCXLVI.

Recentiores Comites immediatos vocamus in ſeculis poſterioribus creatos; absque ſuprema tamen illa poteſtate, qua præditi fuerunt antiquiores immediati Comites. Horum plurimi extiterunt temporibus his, atque juxta arbitrium Principis adhuc dum creantur in *Gallia*. Per Comites qui Feuda tenent a ſubditis intelligo illos, qui Comitatum habent vel habuerunt a Duce quodam, vel magno Comite Regni, ut Comites *d' Aumerle*, *Longevile*, *Tancarville*, *Eu* & alii Ducum *Normanniæ* Feudatarii; *de la Marche Armigiac*, *Perdriac* & alii Ducum *Gvienna*, ſic quoque Comites *Tholoſani* aliique fuere plures. Verum iſti hodie quoniam antiqui Ducatus & Comitatus ſummi (exceptis *Flandriæ* & *Burgundiæ*) ad regnum reducti ſunt, nulli ſuperſunt, præter aliquos ſolummodo (ut puto) in Comitatibus *Flandriæ & Burgundiæ*. Exemplum etiam in *Flandriæ* creatione mox dabitur. Antiquis autem illis temporibus plurimi extiterunt, deducti ex conſuetudine M. & ſupra abhinc annis obſervata, cum Officiarii Duces ſeu *Comites majores* haberent ſub ſe *Comites* officiarios, qui etiam *minores* dicti ſunt. Exempla ejus habes apud *Gregorium Turonenſem Hiſt. lib. 8. cap. 18. & lib. 9. cap. 7. Aimoinum* & alios. Quo tempore officiorum iſti tituli annexi ſunt feudis, illi cœperunt hæc Comitum feudalium genera, qui nonnunquam creati a Rege, poſtmodum ſubordinati ſunt magnis Comitibus Ducibusque, Rege deſignante ſeu præficiente quibusdam ex ipſis magnos illos Duces & Comites: nonnunquam & Comites Ducesve Majores (antiquos autem hic intelligimus, vel antiquis pares) crearunt hos Comites parvos in territoriis ſuis, atque ſic vi originis ſuæ ſubditorum feudatarii extiterunt. Nonnunquam Rex ipſos creavit ex conſenſu iſtorum Ducum: Singula hæc clarius pateſcent ex teſtimoniis creationem illorum tradentibus atque hic mox ſubjiciendis.

De Comitibus Ducatus Britanniæ Gid. Bertr. Argent Hiſt. Bret. lib. 1. cap. 13.

XI. De *creatione, inveſtitura & corona* Comitum origine *majorum* & Ducibus æqualium ſatis dictum ubi de Ducibus ſermo fuit. Iſta enim

vid supr. §. 6. enim æque ad magnum Comitem pertinent, ut videre est in Comite *Normanniæ* (cujus titulus Ducem æquavit) investituram per pileum ejusdem figuræ recipiente. Aſt fortaſſis è maximis ſolummodo quidam coronis uſi ſunt, non vero *Majores omnes.* Nam in deſcriptione belli MCCIV. (quod diu anteceſſit ſeparationem titulorum *Ducis & Comitis*, primum etenim hujus exemplum occurrit XC. poſt hoc bellum annis, in Duce *Britanniæ* ut jam dictum) adverſus orientis Imperatorem *Alexium* geſti a quibusdam *Galliæ* Comitibus videl. Comite *Flandriæ*, *Campaniæ* &c. deſcripti a *Geoffry* (Gaulfrido) *Villehardovino* tum temporis *Campaniæ* Mareſchallo, dicuntur Comites a *Dandolo* tum *Venetorum* Duce, absque corona fuiſſe: *Sont* (verba Ducis ſunt) *les plus haulz homes que ſojent ſans Coronne.* Sic orator (natione *Longobardus* ab *Alexio* ad illos miſſus, ait ipſis: *L' Empereur Alexis vos mande que bien ſet que vos eſtes la Meilles gent que ſojent ſans Coronne &c.* acſi tum temporis Comites illi nullam uſurpaſſent Coronam nec Corollam.

Villehardoüin. lib. 1.

idem lib. 3.

Comites autem minores, & qui vi originis ſuæ dignitatem habuèrunt Ducibus minorem, ita creari ſolebant, ut inveſtirentur nomine ſuo & Territorio per adamantem pretioſum, vel annulum adamante ſtipatum; Inveſtiendus etiam autem (ut quædam habent Ceremonialia Gallica) ad minimum quatuor debebat habere Baronias, & ſingulæ Baroniæ ad minimum decem Nobiles ex ſe dependentes: alias enim (inquit *Antonius de la ſale*) inglorium eſſet Comitis titulo. Alii requirunt decem Baronias. Verum nullus certi numeri reſpectus ordinarie habetur, & quanquam *Henricus III.* edixit 1579, apud *L' Oyſeau des Seigneuries chap. 4. §. 72.* nullam creationem Comitis publicandam, niſi Comes ad minimum poſſederit duas Baronias & tres Caſtellanias, vel unam Baroniam & ſex Caſtellanias, ſub ipſo unitas & a Rege tenuerit: Edictum tamen hoc obſervatum ſolummodo in Parlamento *Rhedonenſe*, non vero in legem tranſiit. In parvo libro cui titulus *La diviſion du monde* verba ſunt talia. *On peult faire ung Count quant il a quatre Baronies enclavez en un Duchie. Le Duc le peult faire Count ou le Roy, per le conſentement de Duc.* Largius *Sallade*: dicitque: Principem poſſe creare etiam committendo actum illum unicuique qui Comite major eſt: Titulumque ſumendum a Baronia præcipua Comiti ſubjecta. *Quant,*

Chaſſanæi glor. mund Catal. part. 5. Conſid. 46.

Pariſiis 1539.

ung

ung Vicount ou Baron (verba ſunt *Sallade*) *ſe veult faire conte il ait quaere Baronies & chaſcun Baronie ait ſous elle au moyns dix Nobles homes pour luy faire honeur a ſes beſoignes. Adonc Son Prince ille peult licitment faire Count, & autrement il fait tozt a la dignite de conte. Et ſe ſon Prince ny peult eſtre, per ſon Congie le peult faire ung Prince ou Marqueſſe de plus grand dignite que le Count, Ceſt aſcavoir que apres le Service de la Solemnielle meſſe Channtee per un Prelat ainſi que dit eſt, la Prince au Seigneur que avera la commiſſion ſera aſſis & recevera l' homage de luy & ce fait, ſera la commiſſion & Privilege leve devaunt treſteus. Et apres ce per un riche Diamant, hæc verba ſic leguntur apud l' Oyſeaudes ſigneur. cap. 5. §. 49. avec un anneau de Diamant) qui port ſeigne d' avoire, L' en veſtira, & mettera en poſſeſſion de Sa Conte la quelle ſera nome de la pluis Noble Baronie, que il aura, ou ſerront Princes, Counts, Barons, Dames, Damoiſells, & autres Nobles de pleus a ſon Honeur que il poverra.* Ritus etiam antiqui ad inveſtituram. Hæredum in Comitatibus *Flandricis* qui ſunt juramentum, gladii cincturatus, & alia, apud *Jacobium Marchantium* recenſita obſervari merentur in diſquiſitione antiquæ Creationum formæ vel Hæredum inveſtituræ, quoniam apud nos traditionis indolem ea ſequitur, adeoque creationem imitatur. Vide etiam de *cinctum gladii* §. 15. Hodie tamen, & temporibus recentiſſimis Creatio Comitis plene vel primario eſt in diplomate, ut & publica ejus traditione, quæ cum illis ex Edicto *Henrici III.* paulo ante adducto (quoad autoritatis ſuæ extenſionem) hic commemoranda: Nunc tamen nulla datur Corona (prout olim data eſt aliquibus, ad minimum majoribus Comitibus, ſicut Ducibus) neque licitum alicui geſtare eam. Saltem in memoriam ſummæ poteſtatis olim exercitæ a Comitibus majoribus, licet ipſis coronam ſuper inſignia pingere ſua. Circa formam tamen ejus non congruunt Scriptores Gallici, uti nec aliarum dignitatum deſcribentes coronas. Dicunt aliqui quod Corona Comitis ſit circulus aureus, *Gresle au deſſus des perles groſſes & rondes*, cum ſerie margaritarum ſuperius annexa. Talesque ſunt omnes coronæ Comitum apud *Andream de Cheſne* in hiſtoria Familiæ *Chaſtillon, Montmorencie & Vergie.* Sed *Favinus* in Theatro honoris ſic pinxit, cuſpidatam & in margaritas deſinentem: diciturque coronam Caroli Ducis *Aurelianenſis* apud *Cæleſtinos Pariſiis* ejusdem eſſe formæ in *Loyſ d' Orleans des Parlamens pag. 171. edit. 1610. in 8.*

Flandriæ deſcript. lib. 2.

Moreau table des armories pag. 251. Loys de Orleans en l' ouverture des Parlamens pag. 170. l' Oyſeau des Seigneur. chap. 5. §. 48. Videſ. Paſchal. de Coron lib. 9. cap. 23.

XII. Diplomata quibus olim in *Gallia* creati ſunt Comites habemus in *Anglorum* monumentis, narrantibus varia noſtrorum Regum ibidem acta; ſuntque inter ea Comitibus immediatis tradita, ceu creatis a Regibus noſtris, vel ad minimum recipientibus ab ipſis Comitatus, tanquam (ideoque eadem eſſe exiſtimo) a Regibus *Galliæ*. Sunt præterea & inſtrumenta hic alia quæ acceperunt, qui quoad dignitates ſuas dependerunt a minoribus quibusdam Dominis, vel Principibus. Utriusque dabimus exemplum unum vel alterum. Diplomate ſequente *Henricus VI.* creavit *Dominum de Beaumont* (poſtea primum in Anglia Vicecomitem) Comitem *de Boloigne*. hæredesque ejus maſculos, ex ipſo genitos.

Rot. Franc. 14. Henric. 6. num. 1.

Rex omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod nos conſiderantes bona & gratuita Servitia quæ dilectus & fidelis noſter Dominus de Beaumont *nobis ante hac tempora impendidit & præſertim Servitium quod nobis in præſenti viagio noſtro in partibus transmarinis pro reſcuſſu & ſuccurſu Villæ noſtræ* Caleſiæ, *dando, faciendo, impendidit, de aviſamento, & aſſenſu Conſilii noſtri, conceſſimus prædicto Domino,* Comitatum de Boloigne *cum omnibus Villis, Caſtris, Fortaliciis, Foreſtis, Boſcis, Feodis & retrofeodis ac omnibus aliis commoditatibus & emolumentis dicto Comitatui pertinentibus ſive ſpectantibus, Habendum & Tenendum Sibi & hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo exeuntibus eiſdem modo & forma ſicut antiqui Comites de Boloigne ea habuerunt & tenuerunt cum omnibus Dignitatibus & Prærogativis dicto Comitatui aliquo modo pertinentibus & dependentibus ab eodem. In Cujus Rei, &c. Teſte R. apud Civitatem ſuam Cantuar. XXVII. die Julii.*

Per breve de private Sigillo.

Eodem anno poſt dies tres Comitatus *Flandriæ* rebellante *Philippo* Duce *Burgundiæ* & Comite Flandriæ, traditur (rediens primo ad regnum *Franciæ*) *Humfrido* Duci *Gloceſtriæ* quoad vitam: *Rex omnibus ad quos &c. Salutem. Quantum ſit rebellionis ſcelus, & quam adverſus Dominum ligeum Vaſallus proditorie inſurgens pœnam luat, jam non ſolum humana ſed & Canonica teſtantur pariter & divina. Hoc enim ſacrilegii genus quod læſæ Majeſtatis labem ſecum trahit, nedum patrum delicta percellit in filiis ſed & ipſis meritò ab hæreditate prorſus excluſis, bona quæcunque*

Rotul. Franc. 14. Henr. 6. num. 2.

cunque & feuda delinquentium foris facta decernit, & ea in ipsum Dominum Principalem deferri jubet, tanquam legitimè confiscata. Cum itaque infidissimus ille Philippus *vulgari opinione pro Duce* Burgundiæ *nominatus, qui primævis à cunabilis, eo videlicet à tempore quo nobis jure hereditario & nihilominus secundum pacis tractatum inter recolendissimæ memoriæ* Karolum *Avum nostrum tum* Franciæ *& genitorem nostrum* Heinricum *quintum* Angliæ *Reges initum & Conclusum, ac per eundem* Philippum *acceptatum & jurejurando ad sancta Dei Evangelia corpomliter præstito, robustum, Regni Franciæ Regalia accreverunt, nobis ut vero & indubitato Regi* Franciæ *ac Domino suo supremo per duodecim Annos & amplius paruit & obedivit, Nosque tam suis scriptis quam gestis pro Rege & Domino suo hujusmodi supremo apud sedem Apostolicam, Imperatoriam celsitudinem, partem insuper nobis in regno nostro* Franciæ *adversantem, & alios mundi Principes & potentes palàm publicè manifestè & notoriè recognovit & sic recognoscere debuit & deberet, perfidissima rebellionis suæ contra nos calcaneum erigere non veritus & fide qua nobis astrictus erat & quam nobis debuit prorsus derelictâ, & subjectione nobis per eundem debitâ temere, falsè nequiter & proditoriè profligatis, seipsum & suos nostro adversario & inimico capitali ipsius regni nostri* Franciæ *usurpatori, fidelitatis vinculo adjungere non metuit, & insuper flagitia flagitiis ac mala malis accumulans, Villas, prædia, & Castellas ad nos jure Corona nostræ* Franciæ *notoriè spectantia, suis usurpavit & usurpat usibus, & majorem suæ infidelitatis & rebellionis manifestationem, nonnulla. Castra nostra in Marchia nostris* Calesiæ *situata violenter & more guerrino destruxit, homines nostros in eisdem inventos, neci tradens, villamque nostram* Calesiæ, *sibi subjugare nequiter insudavit, Cujus tamen malitiam in hoc Creator noster cui laudes infinitas semper exsolvimus, in dicti Rebellis & proditoris infidissimi ac suorum opprobrium perpetuum confundere dignatus est. Quorum omnium & singulorum prætextu & occasione, quæ toti mundo adeò notoria sunt quod nulla possunt tergiversatione celari, bona, possessiones, & dominia quæcunque quæ idem proditor prius de corona* Franciæ *tenuit ipso Jure ad nos tanquam verum regni* Franciæ *Regem & in Fiscum nostrum meritò sunt delata. Nos igitur de memoratis bonis, possessionibus & dominiis, prout Juri & justitiæ convenit, disponere cupientes, à Comitatu* Flandriæ, *qui de nobis in capite tenetur inchoare decrevimus, nostræque considerationis ad inclytissimum Principem,* Humfredum Gloceſtriæ *Ducem, Avunculum nostrum*

ſtrum Chariſſimum, meritò dirigentes obtuitum, eidem Humfredo *Duci qui nobis ab omni tempore fideliter deſervivit & circa Jurium noſtrorum in partibus* Caleſiæ *conſervationem nec ſuæ perſonæ propriæ nec ſumptibus immenſis parcens, ſtrenuiſſime militavit, & militat, de preſente Comitatum ipſum cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis ex noſtra mera & ſpontanea libertate & munificentia regali, concedimus & donavimus, volentes quod idem* Humfredus *Dux Predictum Comitatum quamdiu vixerit de nobis & ſucceſſoribus noſtris teneat illudque habeat modis & formis melioribus quibus* Flandriæ *Comites ipſum comitatum de regni* Franciæ *Regibus ante hac Tempora liberius habuerunt & tenebant Prarogativa dignitate & juribus noſtris Regalibus in omnibus & per omnia ſemper ſalvis. In Cujus &c. Teſte Rege apud* Cantuar. XXX. die *Julii*

Per breve de privato Sigillo.

XIII. Exemplum traditi Comitatus, immediate dependentis a Principatu minori, eſt in *Nigro Principe Edwardo* (cum eſſet Princeps *Aquitaniæ)* conferente Comitatum *Bigorrenſem Johanni de Grely Capitali de la* Bache & reſervante, ut ſibi annuatim feſto Nativitatis Falco & accipiter cicuratus. Accipiter ſolvatur in Caſtello *Burdegalenſe* præter alia ſervitia debita ex Comitatu iſto.

Rot. Vaſcon. 44. Ed. 3. membr. 8. n. 4.

Edward *aiſne filz du* Roy *d'* Angleterre, *Prince d'* Aquitaine *& de* Gales, Duc de Cornwalle, *Counte* de ceſtre, *Seignior* de Biſcay *& de Caſtre* D' ordiales, *Faiſons* Savoire *a touz ceulx qui ces letres verront ou orront, que por les bones & agreables ſervices que noſtre treſchere & feal Coſin* John de Grely Captal de Beuch *nous a fait avaunt ces heures & que luy & les ſiens ferront per le temps avenire a nous & aux noſtres, a noſtre dit Coſin avons done & ottroie donnons & ottroions per ces preſentes pur luy & ſes heires maſcles liegement engendres, la Counte de* Bigorre *avec les Cities, Villes, Chaſteux, Terres, Seigneuries, Homages, Juriſdictions, haute moyene & baſſe mere & mixte Impere, Drois, cens, Rents, Revennes & autres Appurtenances profits & emoluments de le dit Counte;* Rendant *a nous & aus noſtres Cheſcun an perpetuelment en noſtre chaſtel de* Burdeux *a la feſt de Noel, un Faulcon & un Tercellet gentil & faiſant a nous & aus noſtres, homages liege, Serement de feaulté, reſſors & les autres devoires que a nous devient eſtre failz pur la dit Counte. En teſtimoigne des choſes ſuis dits*

nous

nous avons fait mettre nostre grant Seale aces Patentes letres donne a nostre Cittie d' Engolesme *la vint & Septisme jour de Innig l' an de grace mill trescentz Sexante & noef.*

Aprili sequente ista confirmabantur magno Angliæ sigillo a Patre ipsius Rege. *Salvis semper* (verba sunt Confirmationis) *& reservatu nobis & heredibus nostris Regibus Anglie homagio ligeo ipsius Johannis & heredum suorum predictorum de Comitatu predicto: nec non superiori Dominio & resorto ejusdem Comitatus & omnibus aliis donariis ad nos tanquam Dominum superiorem inde debitis*; hinc mandatum missum est a Rege ad omnes status & officiales istius Comitatus; *quod eidem Johanni de Greily tanquam Comiti dicti Comitatus de Bigorre in omnibus que ad Comitatum predictum pertinent intendentes sint, obedientes & respondentes.*

XIV. In his diplomatibus hactenus exhibitis, nullam invenimus investiendi ceremoniam; neque alibi nisi in paucis quibusdam testimoniis erectorum & concessorum Comitatuum, vel creatorum Comitum aliarumque dignitatum ibidem. *Carolus VI.* evexit Castellum, civitatem & Castellaniam *Mortaigne* in Bailiviatu *Constantini* ad Comitatus dignitatem per diploma; *& voulons & avons ordonne & decerne ordenons & decernons par ces presents que dorenavant les dites Chastel ville & Chastellenie & leurs appartenances soient dictes reputees & appelles Comtè & icellè Comtè avec ses dictes appartenances jusque a treis mil livres Turnois de terre revenant a present qui per nos gentz & officiers serront estimees & assises en bonnes & convenables assietes au plus pres du dit chastel & ville de Mortaigne que faire se pourra bonnement & avec telle Iustice & Seigneurie Comme audits Chastel & Chastelleine appartient d' ancienneté avons done & octroye, donons & octroyons de nostre certain science & grace especiale & de nostre plein puissance & authorité royale audit* Pierre de Navarre *nostre Cousin germain pour luy ses heirs & successeurs a une seule foy & homage & en Noblesse de Comtè par telle maniere que il & ses dits heirs & successeurs soient puissent & doibuent estre appellez Comtes de* Mortaigne *& Tourr & user de telz droits, prerogatives, preeminences, & libertes & Franchises come a Comtes apartenant & enjovyssent & ussent perpetuelement come leur propre chose a tousiours perpetuelment.* Præcipitur etiam Bailivio *Constantini*, seu ejus Locumtenenti Comitem in possessionem Comitatus collocare. *Henricus V.*

Mezeray hist. or. au Troyes 1619. pag. 34. ultim. ma. ji 1401.

cus V. Rex Angliæ dedit *totum Comitatum de Perch* in Ducatu *Normanniæ Thomæ Comiti Salisburiensi* ipsiusque hæredibus masculis ut teneret cum homagio, Regique annis singulis die *S. Georgii* offerret gladium cum vagina in Castello quod *Cane* dicunt. *Proviso semper quod idem Consanguineus noster* (verba sunt a rotulæ) *homines ad arma & sagittarios ad equitandum & nobiscum hæredibus nostris seu locum tenente nostro Normanniæ, præsenti guerra, ad quantitatem valoris annui Comitatus prædicti ad custus proprios invenire teneatur, & finita guerra, hujusmodi servitia in hac parte nobis debita impleat & perficiat.* Sic Henricus VI. primus donavit *Gastonum de Foix* Comitem *Longevillanum* titulo *Comitis de Benanges* omnesque hæredes ejus masculos. *Nomen* b *& Omen Comitis dicti loci de Benanges liberaliter concedens*, additque terras varias ad sustinendam hanc dignitatem. *Quæ quidem loca prædictus Comes* (Diploma ait) *bene, ut asserit, in obedientiam nostram reducere & redigere proponit, Deo dante. Concessimus insuper Comiti trescentas libras sterlingorum de Reventione quolibet anno percipiendas & habendas super conquestus quos idem Comes super prædictis rebellibus & adversariis nobis faciet aut fieri faciet vel procumbit. Quæ quidem tenementa omnia & singula suprædicta tam sua quam alia sibi per nos concessa, nec non Redditus CCC librarum prædictarum de prædicto Comitatu de Benages esse volumus & eidem Comitatui unimus incorporamus & adjungimus.* Post septem quoque annos per aliud diploma simili ratione creavit eundem c, addito hoc reservato: *Quod si hujusmodi hæredes non existant tunc dignitas Comitatus cesset & sit Vice Comitatus eisdem modo & forma sicut antea fuit, ac si Comitatus factus non fuisset.* Utrumque diploma hac clausula terminatur, *quod præsens concessio nostra non trahetur ab aliis in exemplum.* Sic in prima creatione Comitis & Comitatus *Chasteau-Porceau* in magno Comitatu seu Palatinatu *Campaniæ* nullos reperimus investituræ ritus. d A *Gaucherio de Chastillion* permutabatur *Chastillion Sur Marne*, cum Rege *Philippo Pulchro* pro honore isto ac hæreditatibus aliis idque consensu *Johannæ* quæ erat Regina *Galliæ* ac *Novarræ & Comitissa Palatina Campaniæ & Briæ.* Verba creationis in diplomate sunt. *Nos vero eidem Galchero tradimus & assignari fecimus pro excambio prædictorum, totam illam terram quam tenebamus apud Castrum in* Porceano, *cum omni jurisdictione alta & bassa, & cum omnibus feodis, retrofeodis, juris dictionibus, deveriis, & redibentiis, quibuscunque & cum-*

a 26. *April. in Rot. Pat. Norman. 7. Henr. 5. membr. 63. num. 232.*

b 28. *Julii rot. Vasc. 4. Henric. 6 membr. 1 num. 2.*

c 14. *Augusti. Rot Franc. 11. & 12 Henr. 6. m. 3. n 1.*

d *Chez du Chesne en les preuves du liv. 7. de l'hist. de Chastillon. pag. 201. l'an du Christ 1303*

eundem ad homagium recepimus noſtrum pro prædictis & etiam pro fortalicio loci prædicti & pro aliis redditibus, bonis & proventibus, feodis, retrofeodis, quæ ibidem quondam tenebat a nobis Jacobus de Mount chaulon, *miles, quondam Dominus dicti fortalitii. Quod fortalicium cum omnibus aliis quæ ibidem habebat ſeu quocunque modo habere poterat idem Jacobus, prædicto Galchero & ſucceſſoribus ſuis ſeu cauſam ab eo habentibus tradimus & concedimus a nobis & ſucceſſoribus noſtris Dominis Campaniæ ad homagium ligeum in* Comitatum & Baroniam, *& tanquam* Comitatum & Baroniam, *retentis nobis in prædictis homagio & reſorto & tali ſervitio ratione homagii & feodi quale nobis tenentur præſtare & facere alii* Barones & Comites Campaniæ *ſimilia feoda a nobis tenentes.* In creatione *Roberti de S. Aumer* Vicecomitis *d'Aire* donati titulo Comitis *de Morbeque* & dominii ejus *Morbequenſis* ſimiliter evecti in dignitatem Comitatus ab Archiduce & Archiduciſſa ceu Comitibus *Flandriæ* ann. 1614. die 8. Febr. nulla itidem fit ritus inveſtiendi mentio: poſt præfationem dicitur ſaltim quod ex certa ſua notitia, gratia, & liberalitate *pleiner puiſſance & autorite ſouueraine* fuerunt creaveruntque ipſum, & quidem in prima perſona, *faiſons & creons Counte, & ſa dite terre & Seigneurie de Morbeque avec ſes appendances & dependances conſiſtant en tout juſtice haut moyenne & baſſe ſituee en noſtre pais & Comtè de Flanders & tenue de nous a cauſe de noſtre cour & Chaſteau du* Caſtel, *erigeons en dignitè tiltre, nom autoritè & preeminence de Comtè.* Ac porro ex favore ſuo & *puiſſance abſolute* annectunt per diploma ad eundem Comitatum quatuor alia feuda, videlicet Dominia *Schenſtraete & Ivemeghem, Minqueval, Zenecote, & Bourre*: reſtringitur autem titulus & Comitatus ad ipſum hæredesque ejus ex ipſo genitos, *Sojent maſcles ou femelles, & ſi longvement, qu' elles prendront alliance de mariage Esgale a leur rang & qualite*; Tenura eſſe debuit a ſe hæredibusque ſuis & Succeſſoribus Comitibus & Comitiſſis *Flandriæ*; cum hac cautela, ne vel ipſe *Galcherus* neque hæredes ejus quicquam abalienent a Comitatu taliter erecto. Simili modo *Nicolaus de Montmorencie* Baro in *Heverſquerque* factus eſt Comes *d' Eſtaires*, ac *Eſtaires* una cum dominiis Comitatus axioma accepit absque mentione inveſtituræ rituum in diplomate. Sic & alibi plura.

du cheſne du lib. 4. de l'hiſt. de montmorencie pag. 254.

du Cheſne pag 251. 8. Auguſt. 1611. Anno Chr. 1292. in feſto Paſchatis.

XV. Sed & in diplomate quodam antiquiore quam illa hactenus exhibita, quo *Robertus* Comes *Bononienſis* & *Avernienſis* teſtatur

tur quod ceſſerit comitatum S. *Pauli* Hugo de Chaſtillon Comes *Bleſenſes* fratri ſuo *Guy* ſeu *Gvigoni de Chaſtillon*; narraturComitem *Gvigonem* inveſtitum fuiſſe a Comitibus Bononienſibus a quibus teneri ſolebat Comitatus *Sancti Pauli*, juxta,morem & conſuetudinem Comitatus, *& les avons* (verba ſunt) *mveſti bien & ſuffiſament ſelonl' uſage & la coſtume du pais.* Quæ autem fuerit iſta conſvetudo minime apparet. Fortaſſis primaria ceremonia fuit in creationibus illis cinctura gladii, quam invenimus in quibusdam diplomatibus creationum Comitum in *Gallia* ab *Henricis* noſtris quinto & Sexto. Sic *Henricus V.* creavit *Gaſtonum de Foix Capdall de laBuche* Comitem *Longevillanum*, deditque ipſi territorium *Longeville* reſervans ſibi annuatim equum & miniſterium portandi Syrmatis Regii dominica Trinitatis, quandocunque eſſet in Ducatu *Normannia.*

du Cheſne en les prevves du li6.6. de l' hiſt. de Chaſtill.pag.260.

Rot.Pat.Norman.7. Henr. 5.membr.35. num. 64.

Rex univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, *Epiſcopis*, Abbatibus, *Prioribus, Ducibus, Comitibus*, Baronibus, *Juſtitiariis*, Ballivis, *Vicecomitibus, præpoſitis & omnibus Miniſtris & fidelibus ſuis, ſalutem, Regalis dignitatis Solium & faſtigium nedum inſignire ſed potius augere confidimus, dum inter perſonas, nobiles, diſcretas & potentes honorum culmina diſpenſamus. Credimus namque noſtram regiam magnificentiam tanto lucidius ornari & fulciri, quanto viris virtuoſis & ſtrenuis ac ſaltem in partem ſolicitudinis Regiæ conſilio præpollentibus ad honorum gradus evocatis, ad directionem boni publici roboratur. Hæc quidem in Regalis diſcuſſionis examine revolventes, ad perſonam nobilis & præpotentis viri dilecti & fidelis noſtri* Guaſton de Foix Capitalis de la Bugd, *intuitum noſtræ conſiderationis direximus, quem ob reverentiam & honorem inſtantis Solempnitatis Sanctæ & individuæ* Trinitatis, *ac propter virtutum præcellentiam & Armorum ſtrenuitatem aliaq; diverſa probitatis merita ad honoris culmen producere dignum ducimus & eidem Guaſton honorem* Comitis *dedimus ac ipſum in* Comitem de Longeville *præficimus, nec non de eisdem nomine & honore per* cinctura*m* Gladii *eundem* Guaſton *inveſtimus. Et quia creſcente ſtatus celſitudine, conſequenter creſcunt diverſa ſumptus & onera pro ſtatu ſuo Comitis in hac parte decentius ſuſtinendo, Totum Comitatum de Longeville in quantum ſe extendit cum omnibus pertinentiis & dependentiis ſuis eidem* Gvaſton *tenore præſentium damus & concedimus; Habendum & tenendum ſibi & hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo exeuntibus de nobis & hæredi-*

redibus noſtris pro homagio quod idem Guaſton *perſonaliter nobis fecit & reddendo nobis & eisdem haeredibus noſtris unum equum ſingulis annis imperpetuum. Ita ſemper quod idem* Guaſton *& dicti haeredes ſui ad portandam Trenam noſtram & haeredum noſtrorum annuatim die Solempnitatis Sanctæ* Trinitatis, *ſi præſentes in Ducatu noſtro* Normanorum *perſonaliter interfuerimus prompti ſint & parati. His Teſtibus, prachariſſimis fratribus noſtris* Thoma Clarenciæ, Humfredo Glouceſtriæ *ac chariſſimo avunculo noſtro* Thoma Exoniæ *Ducibus*; Edmundo Marchiæ, Johanne Huntingdoniæ, Richardo Warwici, Johanne Comite Mareſcallo & Willielmo Suff. *conſanguineis noſtris chariſſimis, comitibus*; Johanne de Roos, Johanne de Clifford, Johanne Beuchamp de Bergavennie, Roberto de Willoughby, Henrico Fitz Hugh *Camerario noſtro* Waltero Hungerford *Seneſcallo hoſpitii noſtri militibus Magiſtro* Philippo Morgan *Cancellario noſtro* Normaniæ, Magiſtro Johanne Kempe *Cuſtode Privati Sigilli noſtri*, Willielmo Alington *Theſaurario noſtro* Normaniæ, *& aliis*; *Dat. per manum noſtram apud villam noſtram* de Maunte XI. *die Junii.*

per ipſum Regem.

Poſt novem circiter dies in confirmationē & explicationem donati comitatus id ipſi traditur & confirmatur *una cum alta juſtitia media & baſſa.* Et in *Octobri* mox ſequente Rex conceſſit ipſi ejusque hæredibus libertatem conſtituendi *omnimodos officiarios de juſtitia* intra comitatum ſuum, popoſciturque homagium ab omnibus, *qui ei homagium facere debent & tenentur excepto homagio pro terris & Dominio de Baſquevill.* Similis ritus accingendi gladii commemoratur in *Henrici VI.* diplomate, quo creatur *Alvarez de Almadea*, Comes *d' Avarans* vel Aurenches. *Ipſum in militem ac ſocium & Fratrem de Garteria ex unanimi conſenſu ſocietatis ejusdem* (ſunt verba diplomatis) *eligimus & realiter inveſtimus. Eundem etiam Dominum Alvarum ex noſtri abundantiori gratia in evidens teſtimonium ſuarum virtutum in Comitem* D' Avarans *in Ducatu noſtro Normanniæ creavimus & præfecimus, ac de eidem honore & titulo per cinctum gladii inveſtientes effectualiter inſignivimus.* Territorium erat ipſius & hæredum ejus ab ipſo genitorum.

Rot. jam dicta m 35 n. 67. 20. Junii 97. membr. 13. n. 17. 11. Octobr.

4. Auguſti 23. Henric. 6. in rot. Franciæ, membrana 6.

XVI. Inter Duces & Comites Franciæ etiam *Palatini* titulus usurpatus est. Antiqui *Campaniæ* comites appellarunt semetipsos *Comites Palatinos*: eadem honoris additio fuit Comitum *Burgundiæ*. *Philippus* Dux *Burgundiæ* qui instituit ordinem aurei velleris, nominat semetipsum *Count d' Artoys, Palatine de Bourgoyne & de Namur* in diplomate fundationis apud *Favin. Theatr. honor. pag. 944. Vide item l' histoir. de la maison de Vergy liv. 5. pag. 183. 185. Peroti* etiam *Palatini de Bearnia* fit mentio apud *Froissartum* vol. 3. cap. 6. Initium tituli hujus *Galli* non unanimes tradunt. Vetustissima ejus mentio in stylo *Theobaldi* Comitis *Campaniæ*; *Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus*, vel ut gallice tum loquebantur (scilicet CD abhinc annis) *Thiebault de Champagne & de Brie Cuens Palalazins*. A *Du Chesne en les prevves du liv. 1. l' hist. de Chastillon. pag. 2. 14. &c. & Meslanges histor. au Troyes 1619. pag. 1.* persèveravitque titulus iste apud eos, donec Comitatus ad Regnum devolveretur. Aliquando *Theobaldus* vocatur absolute *Comes Palatinus*, absque additione Territorii, ut in ipso diplomate & ejus subscriptione ad *Hugonem* Abbatem *Cluniacensem*, de Prioratu S. *Dionysii* in *Nogent*. Vid. *Bibliotb. Cluniac. pag 542. 544. & vide pag. 1497.* Alii existimant titulum *Palatini* non provenire a *Gallia* Regibus, sed receptum ab Imperatoribus *Germaniæ*; & Principes qui illum adepti sunt, fuisse vel Regis sui gratia carentes, vel rebelles. Verum ego minime dubito Titulum hunc eandem hic habere originem, quam & habuit apud Feudatarios Palatinos in Imperio, de qua supra dictum. Non dabantur ipsis a *Galliæ* Regibus, neque alio Domino summo, sed assumebatur ab ipsismet, tribuebaturque iisdem, ob eminentiam jurisdictionis ab aliis, ceu non dissimilis antiquæ appellationi *Comitum Palatii* in Regum aulis. Neque est argumentum contra hanc tituli deductionem, quod officium Comitis Palatii non reperiatur in aula cujusdam *Galliæ* Regis post *Carolum Calvum* qui ad regnum pervenit DCCCXL. Ita nec (quantum memini) in *Angliæ* Regum aulis reperitur. Verum enim vero, & in *Angliæ* dicti sunt quidam *Comites Palatini*, ut posthac dicetur, ubi de Anglicis Dignitatibus sermo, & quidem ob eminentiam jurisdictionis, quæ major & propior regiæ fuit, quam qua alii usi sunt Comites magnive Domini. Et quanquam in *Gallia* essent alii quoque Comites, non minore olim præditi potestate, quam isti

Videsis. Choppin de Domanio lib. 3. tit. 29. §. 1. Pithœum de Comitiq. Campan. & Brie. du Chesne Antip. & Recherch. lib. 1. cap 73.

Vid. Capitula Caroli Calvi. edit. a Jacob. Sirmondo. Pag. 180. 437.

isti in *Campania*, aliique præterea pauci; attamen sine dubio affectatio magnitudinis per singularem excellentiæ notam in stylo suo (quem & alii assumere potuissent, absque ulla concessione Imperatoris vel Comitis) solitaria fuit causa hujus additamenti. Quoniam igitur sat multa de Feudatariis Comitibus Palatinis Imperii jam scripsimus hic, nihil addemus.

XVII. Ex *Principibus, Ducibus & Comitibus* olim certus numerus videl. duodecim eligebantur a *Gallia* Regibus nominabanturque XII. *Pares*, (*Pairs seu Peers*) *Franciæ*, hoc titulo constituti primi Consiliarii & Directores Reipubl. tanquam corpus proxime & immediate Regem monens. Dignitas tamen eorum consistebat primario in electione eorum & adscriptione in selectum XII. numerum, non vero in titulum *Parium*.

Nam omnes magni Domini in regno immediate a Rege tenentes, seu regno ejus, erant etiam *Pares*, ut in specie videre est in exemplo *Sire de Coucy*, quod mox dabitur, ubi de *Baronibus* loquemur. Verum ex his XII. lecti, præterquam quod *Pares* essent in Parlamentis antiquis ad res judicandas, erant quoque *Pares* in administrando universo regno, &, quamdiu tenuerunt magnitudinem suam, tantum valuerunt, ut magnæ illi Monarchiæ & aliquam jungerent *Aristocratiam*. Ex his olim sex erant *Laici*, & sex *Clerici*. Laici erant Duces *Guienna*, *Burgundiæ*, *Normanniæ* & Comites *Flandriæ*, *Tolosæ*, *ac Campaniæ*. Clerici erant Archiepiscopus *Rhemensis*, Episcopi *Laudunensis & Lingonensis Beluacensis*, *Catalaunensis & Noviomensis*.

Voyez Pasquier en les recherches de la France lib. 2. chapt. 10.

NOTA.

De Paribus Franciæ vide du Fresne Glossarium ubi & invenies *Pares Feminas*.

Dignitas tamen *Pariatus* in istis Episcopis non est quatenus sunt Episcopi, sed quatenus sunt Duces & Comites, id est, priores tres sunt Duces, posteriores vero Comites. Quando isti cœperint, incertum est. Nam neque idoneum testimonium antiquum nos de eo informat, neque conjecturarum consensus, vel fundamenta scriptorum gallicorum recentiorum manifeste tradunt. Quidam asserunt *Carolo Magno*, alii *Arthuro* Regi Magnæ *Britanniæ*. Certe in vita Regis *Arthuri* vocantur duodecim Consules a *Geffredo Mon-*

Pithou des Comtes de Champagne & Brie, p. 570. &c. du Haillan lib. 3. Favchet des dignities lib. 2.

Hotoman. Franco Gall. c. 14. Gragbin, Chron. Franc. lib. 4. c. 1. Nic. Viginer. Chrō Burgund. sub an. 898. Choppin. de Doman. l. 3. tit. 7. §. 3 de Villiers ad Fulbert. epist. 96. Pasquier in les recherch. l. 2. c. 10. Rageau des droits rojaulx verb. Pair de France.

murbensi & Dozperes pro *Douze Pairs* in Anglicana Historia carmine scripta a *Roberto Gloucestriense*. *Gervasius* etiam *de Tilbury* in suis *otiis Imperialibus* dedicatis *Ottoni IV.* Imp. facit eorundem mentionem, originem ad *Arthurum* Regem referens. Alii ad *Hugonem Capetum*, & alii ad *Robertum* Regem, qui vixit intra M. annum & MXXX. post Servatorem nostrum. Alii denique ad antiquum *Patriciorum* titulum; acsi isti Provinciarum Domini titulum Patriciorum nacti, tanquam feudum accepissent, eum sicuti Duces & Comites, ac postea Pares appellati fuissent, à *Patricii* voce.

Vid. supr. §. 5.

Verum ut *Patricii* appellatio, non aliter quam officii titulus, fuit data æque ac *Comitis & Ducis*, attamen nullum extat exemplum (quod sciam) titulum hunc feudalem fuisse factum. Idcirco assentire non possum originationi ex *Patricii* vocabulo; neque aliam inveni, cui plene persvasus acquiescere queam. Vox respondet Latinorum verbo *Par*, respexitque Regem in regimine, ut *Pares Curtis* in legibus feudalibus ad Dominos curiæ. Paritas enim eorum in potestate & præsentia in Consilio ac regimine genuit ipsis nomen istud. Inde est, ut nonnunquam vocentur *Les Douze Compagnons* ut in antiqua Romanensi fabula scripta a *Gualtero d' Avignon*

chez Claude Fauchet des dignities l. 2.

Assez de mal me fit vostre oncle Ganelons
Qui tmbit en Espaigne les Dovez Compagnons.

Xenoph. Cyropad. lib. 2.

Atque sic erant similes Ὁμοτίμοις, seu sociis in honore apud Persarum Imperatores.

Ex his duodecim sex *Pares* Laici dudum defecerunt. Comitatus enim *Flandriæ* ad aliud transiit Dominium, & reliqui Ducatus Comitatusve quinque diversis temporibus ad Coronam redierunt eique sunt uniti. Ad supplendum igitur eorum locum, & ad conservandam *Parium* dignitatem, plures alii, & majori quidem numero dotati sunt hoc honorario *Parium* titulo, (nam antiquus iste realisque titulus dudum cum magnis illis desiit Comitibus ac Ducibus;) ut *Britannia, Burbonia, Andegavia, Berria, & Aurelia*, atque ejusmodi plures ex arbitrio Regum *Franciæ*. Locus eorum ejusmodi est, ut voluerint & sangvinis Principes antecedere, antecedant vero citra quæstionem omnes alios. Privilegia ad *Parem* pertinentia tum in Parlamento Parisiensi, tum alibi, discimus ex *du Tillet* nec non

Videsis du Haillan lib. 2. Tilium de rebus Gallicis lib. 2. Lupan. de Magistr. Frãcia &c.

non *Codice Decisionum* forensium *in Gallia* lib. 1. tit. 52. quorsum Lectorem remitto, hic solummodo subnectens diploma creationis quo Dux titulo isto donatus est; & est antiquissimum quod usquam inveni. *Philippus Pulcher* largitus est illud anno 1297. *Johanni* secundo *Britanniæ* Duci, eoque ipso & nomen Ducis ipsi affixit. Philippus *Dei Gratia* Francorum *Rex*; *ad honorem cedit & Gloriam Regnantium & Regnorum, si ad Regiæ potestatis dirigenda negotia, insignibus viri conspicui præficiantur officiis, & inclitis personæ præclaræ dignitatibus præferantur, ut & ipsi sua gaudeant nomina honoribus intitulata magnificis, & cum Reiminis talibus decorata lateribus à solicitudinibus relevetur, pacisque ac Justiciæ Robore, quæ regnorum omnium fundamentum constituunt, conservari commodius valeant, & efficacius ministrari: Et per hoc etiam gratiam credimus extolli regnantium & vigorem crescere fidei & devotionis in subditis, si viri, præclari virtutibus & nitore conspicui meritorum, congruis efferantur honoribus & fidelium obsequiosa devotio condignis præmiorum retributionibus prosequatur ut & ipsi pro suæ meritis probitatis sibi honoris titulos accrevisse congaudeant & alii eorum exemplo ad similia ferventius animentur. Notum igitur facimus universis tàm præsentibus quàm futuris, quod Nos, attendentes devotionis, fidei, fideliratis probatæ constantiam; nec non prudentiam & proinde circumspectionis industriam, dilecti & fidelis nostri* Johannis *Ducis* Britanniæ *gratæ & acceptæ servitia quæ nobis in nostris & regni nostri negotiis probatis effectibus impendit diutius, & exhibet incessanter, ac labores etiam & expensarum onera, quæ ad nostrum ipsius regni honorem subiisse dignoscitur; considerantes insuper, quod Duodecim Pares regium, qui in prædicto nostro regno antiquitus esse solebant est adeò numerus diminutus quod antiquus ejusdem regni status diminutione hujusmodi deformatus, multipliciter videbatur, sicque volentes eundem Ducem hujusmodi suæ probitatis & præcellentium meritorum obtentu honoribus promovere, præcipuis & non minus regni nostri statum veterem dignitatum ornatibus reformare, ipsum de gratia nostra, abundantia, & plenitudine* Regiæ potestatis *præfati regni nostri* Franciæ, *creamus & promovemus in* Parem, & Paritatis *hujusmodi dignitatem Britanniæ Ducatui annexentes, præsentium tenore statuimus ut tam ipse quam successor ejusdem* Ducis Britanniæ *qui pro tempore fuerit par ejusdem regni perpetuis Temporibus habeatur, & omnigenæ* Paritatis *ejusdem, quemadmodum dilectus & fidelis noster Dux* Burgundiæ, *Compar ejus, prærogativa lætetur, Pro qua quidem* Paritate *nobis*

Bertrand d'argent. Histoir. de Bretagne lib. 5. cap. 31.

nobis homagium præstitit idem Dux, ac successores sui Britanniæ Duces, nobis & successoribus nostris Francorum *Regibus præstare perpetuo tenebuntur.*

Deinde sequuntur verba §. 9. adducta ubi de Ducis titulo ipsi addito, quæ & diploma concludunt. Prostant & alia exempla constitutorum *Pariatuum*, Ducatibus conjunctorum, ut in creatione Ducum *Monmorenci* & *Damvillei* §. 8. commemorata.

& de Pariatu Francorum, vide, præter ea, quæ citantur Simon. Marion. Playdoye. 9. pag. 267.

XVIII. *Marchionis* titulus huc reservatus est, quoniam absque notitia præcedanea titulorum Ducis & Comitis, iste minime intelligi potest. *Marchio* enim hodie frequentissime in honorum catalogis collocatur inter Ducem & Comitem, nisi ubi titulus *Paris* vel Principis additus fuerit Comiti, aut officialis quædam dignitas aliter ordinaverit. Natura & origo vocis jam tradita indignitatibus Imperii. Et sicuti illic recentior iste est titulus quam feudalium Ducis & Comitis, ita in *Gallia* quoque. Annis circiter DCCCC. post Servatorem nostrum magni quidam Duces & Comites, præsertim si Territoria eorum regni limites constituerent, amarunt hunc stylum, dederuntque ipsis alii. Verum ut existimo, non honoraria distinctione ab initio, sed ad significantem denotationem eorum, acsi vocabulo magis latino dicti fuissent *Comites* vel *Duces limitanei*, quod *Marchionis* vocem explicat, uti jam ostensum. Hinc Comes *Burgundiæ* nonnunquam appellatur *Marchio Burgundiæ*, sic *Johannes* XV. P. M. in epistolis suis Credentialibus (ut vocant) ad *Leonem* Archiepiscopum *Trevirensem* de pace inter *Richardum Normanniæ* Ducem & *Ethelredum Angliæ* Regem nominat Ducem *Marchionem Normanniæ Anno 991. ap. G. Malmesburiensem de gest. reg. Angliæ. lib. 2. c. 10. Vid. tom. 3. Concil. part. 2. pag 161. edit. Britan. 1618.* Sic *Balduinus Flandriæ* Comes nominatur a semetipso *Balduinus Comes Flandriæ Marchio & Philippi Francorum Regis ejusque Regni Procurator & Bajulus*, vel, ut quidam legunt, *Ballivus. Marchantius & Ferreol. Locrius in Chronic. Belg. pag. 182. & 199.*

De Marchionibus Vid. Alciat. de singul. certamin. c. 31. l' Oyseau des Seign. c. 5. §. 31. 32. Boerium de Authoritate magni consilii, §. 110. 111. &c. Paschal. de Coronis l. 9. cap. 23. §. Sed ut minorum ducum. Frodvardi Chron. sub ann. 921.

Plura ejusmodi & alibi occurrunt, docentia, tum temporis non solum *Ducis* & *Comitis*, verum & *Marchionis* promiscue usurpata fuisse vocabula. Quando autem hoc distinctum præbuerit titulum, (uti vocabulum *Ducis*, cum *Britanniæ* Duci tribueretur) non satis apparet. Videtur saltem, quod eo tempore, quo Duces a Comitibus distincti sunt, & hæc vox separata fuerit, tertiam dignitatem

Vid. Nicol. Vignier. Chron. Burgund. pag. 78.

tem ab utraque illa distinctam constituens, atque una inferiorem, altera vero superiorem. Atque sic cessavit in titulis Ducum Majorum ac Comitum, qui usurparunt illam ad significandam potius quod essent Principes limitanei, quam quod putarent honorarium esse titulum. Porro sicuti Comites creati sunt a Rege vel Ducibus, ita & Marchiones, nisi fallit antiquum *Ceremoniale Gallicum*. Poterat autem qui duas vel tres habebat Baronias conterminas (sine dubio tamen & alius quispiam a Rege pro arbitrio ejus potuit) creari Marchio. Verba sunt. *Pour faire un Marquis; c'est quant il a deux ou trois baronies enclavies en un Duche & peult estre fait per le Duc de que elle ont.* Obiter observa, Autorem Ceremonialis requirere tantum tres in Marchione Baronias, quatuor autem in Comite. Et revera statuit ipse Marchionem Comite inferiorem esse, prout & alii fecerunt priscis temporibus, loquentes de Marchionibus qui saltem habuerunt territoria subdita Comitibus integras Provincias possidentibus. Autor vero *Sallade* ait necesse esse ut Comes vel Baro magnus habeat ad minimum quatuor seu quinque *Baronias* & in earum minima decem Nobiles sibi subditos; tum demum posse creari Marchionem ab ipso Rege, vel per mandatum ab illo qui Marchione major esset, post homagium præstitum, atque nomen electum seu assumtum ex Baronia sua primaria; investituram denique recipere per rubinum pretiosum, vel annulum quem Rubinus exornat. Atque hanc dignitatem illa Comitis superiorem judicat, (ut & hodie videmus) Verba *Sallade* sunt *Quant aulcun Count, ou puissant Baron se veut fair Marquis, il fault que per raison il ait au moiens V. ou VI. Baronies & ont en la mojnere ait dix nobles homes sous ses Subjects. Et se plus en a est & sere son honneure. Et lore per le Empereure ou per son Roy ou per lour Commis, que fault soit Duc ou Prince de plus grand dignity que* Marquis, *a la grant Esglise ou apres le service de la grant messe chaunte per le prelat ou autre que en aura la commissum, le dit Cont ou* Baron *luy estant a genoulx devant luy en luy offront novelle homage de ses* Baronies *reduittes a unque seul nom, c'est-asca voire* Marquis *de la plus noble Seigneurie que il avera. Et ce fait, la priviledge de la dignite ferra la publiquement leve, & lors le dit* Prince *recepuera son homage & foy de luy & puis l'enveslira & metre en possession de sa Seigneurie de* Marquis *per un tresrich Ruby qui porte signe de Seigneurie, que li metera au moyen*

La Division du monde a Paris. 1539. fol. 61. b.

Voyez l'Oyseau des Seigneuries, chap. 5. §. 31.

l'Oyseau §. 50

moyen doibt. Verum ſicuti hic requiruntur Baroniæ quinque vel ſex, ita alii decem poſcunt. Nullum tamen ullibi pro exacto iſto numero apparet fundamentum.

Poſterioribus ſeculis Marchiones hic creati ſunt, ſicut & alii a Rege ſolum per literas patentes. Et non tantum nomen verum, & natura Marchionis nuper ibi conſtituta legitur, videl. *Dominus d' Anamont*, quem *Henricus II.* fecit *Marchionem des Isles d' Or* in *Provincia.* Dignitas ipſius erat *juſta ac regno utilis Marchia*, ut Choppinus loquitur de *Doman. lib. 1. tit. 5. §. 9.* quoniam ex contractu annexo tenebatur ſuſtentare præſidia quædam & fortalitia, in illis regni limitibus maritimis. Formam vero Creationis vide in illo *Henrici III. Petrum Monmorencium* conſtituentis *Marchionem Thuriæ.* Poſt præloquium Rex ait, *Thuriam*, (cujus Baro hic *Monmorencius* erat,) eſſe ex antiquiſſimis Baroniis *Normanniæ*, ampliſſimam, opulentam & maxima jurisdictione gaudentem; deinde erigit *en dignite, tiltre nom* (verba ſunt diplomatis) *& preeminence de Marquiſate la dite Baronnie Seigneurie & haute Juſtice de Thurie & autres terres & Seigneuries, que il a audit pais & quel pourra cy apres acquerir, & ſi bon luy ſemble, y adjoindre, de quelques perſonnes que ce ſoit.* Jubetque ut integer Marchionatus teneatur a Civitate & Vicecomitatu *Falaiſe* per antiqua miniſteria. Et quod hic *Petrus Monmorencius* debeat frui illo, ut & titulo *Marchionis Thurienſis* ipſe, *ſes hoirs, ſucceſſeurs & deſcendans de luy, tant masles que femelles legitimes ſelon l' ordre de primogeniture.* Conceditque tandem, quod poſſit nominare officiales ad juſtitiam adminiſtrandam in Marchionatu, cum *non obſtante* cujuscunque edicti reunionis.

du Cheſne en les preuves du liv. 4. de l'hiſt. de montmorency. pag. 238

Sicut igitur Marchionum Dignitas eſt inter Duces & Comites conſtituta, ita & eorum coronæ inſignibus ſuis imponendæ, ſunt quaſi mixtæ ex Ducum & Comitum coronis, ita tamen ut habeant quatuor lilia minora illis Ducum, ac intra unumquodque lilium tres cuſpides in margaritas deſinentes, ut in Comitum corollis. Pingitur ſic apud *Favinum.* Sub *Henrico III.* ann. MDLXXIX. in edicto *portant le reglement de dignite* ſancitum, ut unusquisq; Marchionatus conſiſtat ex tribus Baroniis & tribus ad minimum Caſtellaniis, vel ex duabus

Moreau en le Tableau des Armories pag. 251.

P. Oyſeau des Seign. chap. 4. §. 72.

bus Baroniis & tribus Caſtellaniis unitis & poſſeſſis conjunctim, ſub uno homagio a Rege. Verum edictum hoc obſervatum tantum in Parlamento *Rhedonenſi.*

XIX. *Vicecomites* in *Francia* (vid. Feudales tantum & Honorarii, vel ad minimum honorarii; Sunt enim hodie illic & ab antiquis temporibus nonnulli officiales tantum, ut in *Normannia* & alibi:) creari ſolebant, ſi fides *Sallada* per traditionem virgæ aureæ; dabaturque titulus iſte Baroni vel Banneretto, vel alii cuipiam magno Nobili poſſidenti tres vel quatuor Baronias, ex quibus ſingulis decem ad minimum dependebant Nobiles. *Quant le Baron ou Banneret* (verba ſunt *Sallada*) *ou aultre grant noble home a troye ou quatre Baniers de ſon patrimonie ou aquiſes dont la moindre doit eſtre de dix nobles homes ſes homes de ſon* a *du Roy ou Prince, per qui il doit eſtre* Vicount *doit eſtre in place publique aſſis en l' eſtate que aluy appartient; & a ſes piedz doit eſtre le* Vicount *a genoulz au quel il requira l' honour de* Vicount *en luy offrant novel ſerement de ſes dicts Baronies, aſſembles tout in un nom, ceſt aſca voire de* Vicount; *& ce fait, alors ſon Prince par un tres richring d' or ſe metra en poſſeſſion.* At in parvo Ceremoniali inſerto libro *Diviſion du Monde* b; dicitur quod debeat habere *Cinque Comtes* (quod ſine doubio ſcriptum pro *Cinque Baronies*) *ou plus enclavies en un Duch au pres l' une de l' autre. Il peut eſtre fait du duc en grant ſolemnitie par le conge du Roy. Si le Roy y eſt en perſonne le* Vicount *eſt plus honomble.* Verum in antiquo Ceremoniali tranſcripto atque communicato mihi ab amico meo ſingulari dicitur quoq;, quod Vicomes creari debuit En la forme &c. Domino *Wilhelmo le Neve, York hemld, En la forme & maniere & magnificence dun Conte, ſi non que en lieu d' eſpee l' on luy pend la Dague a la poitrine.*

a *le Roy ou Prince &c.*

b *a Paris. 1539.*

Initium dignitatis hujus (feudalis & hæreditariæ factæ) eſt ſicuti Comitum variorum. Cum Duces magni & Comites temporibus priſcis ampla acquirerent Dominia, & ſummam in territoriis ſuis poteſtatem, etiam ad hæredes ſuos (ut ſupra oſtenſum) tranſeuntem, plures ex ipſis in oppida ſua & diviſa Comitatuum loca, ejusmodi collocarunt Gubernatores & Delegatos, quos *Vice Comites* appellarunt *Viſcounts*, iſtique ad imitationem Superiorum ſuorum, vel per feudalem largitionem vel per uſurpationem acquiſiverunt hæreditariam poſſeſſionem in Dominiis & Jurisdictionibus

illorum oppidorum ac locorum, indeque hanc constituerunt dignitatem, quæ apud eorum perseveravit posteros. Postmodum etiam eadem dignitas instar feudi data est aliquando a Regibus antiquos Ducatus & Comiratus tenentibus. Jurisdictio tamen vulgo cum hoc titulo concessa civilis tantummodo fuit. Qui enim hodie ex ipsis feuda tenent & jurisdictionem (nam aliqui tantum hanc ad minimum possident) illud tantum quod civile est habent, vel illud, quod vocant *moyenne jurisdiction* in consvetudinibus *Ambianensium*, *Montrueill* & aliis adjacentium locorum, idemque est (ratione dictante eadem) cum *Justice Vicomtiere, vel, droit de Vicomte*. In *Flandria* & *Piccardia* Domini hanc jurisdictionem exercentes vocantur *Seigneurs Vicomtiers*; Alii tamen per usurpationem acquisiverunt etiam jurisdictionis criminalis exercitium. Præterea & alii sunt qui hodie nullam exercent jurisdictionem; ejusque loco ad satisfactionem (ut videtur) illius, quod inde lucrati sunt, accipiunt tertiam partem redituum ex Regiæ justitiæ in territoriis suis exercitio provenientium, ut docent exempla Vice-Comitum de *Bourges*, *Coloyne*, *Villemenart*, *Saint Georges*, & *Fuissie*. Formulam qua traditur *Vicecomitatus Gallicus* non aliam vidi; quam apographum illud superius memoratum Part. I. cap. 8. §. 6. num. 278. quo *Henricus VI. Angliæ* tanquam *Galliæ* Rex dedit Vicecomitatum *Beaumontii Johanni* quem prius creaverat Vicecomitem de *Beaumont*, hæredibusque ejus masculis ex ipso genitis.

HEnry *par la grace de Dieu Roy de* France & d' Angleterre; *A la chose publique est expedit & a la magestè Royal, chose mout convenable que les hommes vertueux & de noble generation soient, selon leurs merites, exaltes & par dessus autres honnorez & remunerez. Afin que en eulx affavourant le fruit de leurs labeurs, accroisse, magnificence, & bon courage. Quilz aient Raisonnablement de quoy soustenir honnorablement lestat & supporter les charges a leur vocation condecens. Et que autres a leur exemple soient curieux & plus volentifs de soeuillement eulx emploez & envoez dignes de lonigne. Et il soit ainsi que nous maintes foiz ramenans a nostree memorie l' auncienne noblesse dont par generation est extruit nostre amie & feal Cousin* Jehan Visconte & Seigneur de Beaumont, *Les grans & tres notables services que luy & les siens ont, par long temps, failz a noz nobles progenitours & a nous quil nous fait de jour en jour, & esperons que plus face en temps*

temps advenir, au fait de noz guerres & autrement; *Ajons nagaires decoré & embelly nostre cousin dessus nomé nostre du noune de* Visconte, *& des dignites, preeminences, droiz, honneurs, & prerogatives a estat de* Visconte *appertenauns*; *Cest un mison que, avec la dite dignite, il ait terre & Seignourie que de Soi soit Intitule & ait nom de* Visconte *ensamble possessions & revenues prour honourablement maintenir son estat & nous servir, Selon que a cel dignite appertient*: *Prour quoy nous, eve consideration a ce que dit est, Savoir faisons a tous presens & advenir que par grant & meure deliberation de conseil sur ce eve avec aucuns de nostre Sang & lignaige, de nostre grace especiall certaine science, & auctorite Royal, a nostre dit Cousin* Jehan Visconte & Seigneur de Beaumont, *pour luy & pur ses hoires masles legitismes procreez de son corps en directe ligne, A nous donne, cede transporte, & de laissie, donnons, cedons, transportons, & delaissons par ces presentes la* Visconte de Beaumonte *avec ces appurtenances & appendences quelxconques ..... confisques envers nostre mageste Royall, par la Rebellion & desobeissance de* Jehan *soy disant* Duc D'alecon, *laquele a tenue par don Royall feu nostre t'schier & tresame uncle* Jehan, *en son vivant*, Duc de Bedford, *& par son tresspassement retournee a nostre main par reversion pour de la dicte Viconte* de Beaumont, *de la quele nostre dit Cousin & ses progeniteurs aunciennement sont extraiz, & eulx & luy en ont porte de tout temps & encores il meismes en porte les armes*; *Ensamble dez droiz Seignoraulx, advocations, dignites, & prerogatives, feifs, rents, revenues, heritauges, & possessions appurtenans a Icelle* Vicontè *& autres quelxconques ses appurtenances*; *fojer & user par nostre dit cousin & Ses diz hoirs masles procreez de Son Corps en ligne directe perpetuellement, hereditablement, & atonsiours comme de lour propre chose*; *En quel que valeur ou estimation que aient este les choses devant dictes es temps passez, soient a present, ou puissent estre les temps advenir. Pourveu que icelles choses ou aucuns d'eves ne soient de nostre auncien demaine. Ne pauvant la date de Ceses par nous donnees a autres*; *Que pour la fortification de nostre Palais* a Rouen, *icelui nostre Cousin* de Beaumont *paiem au Receveur sur ce commiz en nostre chancellerie de* France, *la dixiesme partie pour une foiz de la Revenue dun tansoulement des choses devant dictes, Alestimation & arbitrage de noz amez & feaulx les gens de noz comptes* a Rouen & *les Trefororz & generaulx governeurs de noz finances en* France *& en* Normandie, *En regard au temps de l'an mil CCCC & dix. Et que nostre Cousin*

de Beaumont *devant nomme & ſes ditz hoires ſeront les homaiges & ſervices & auſſi paieront les chargez, droiz & devoirs, pour ce deux & accouſtumez a nous & a autres quel appertendra. Si donnons en mandement par ces meiſmes preſentes a nos dictes gens des Compts & Treſorors a noſtre Baillie du* Maine *& a tous nos autres Juſticiers & officiers ou a leurs lieux tenents preſens & advenir & a Cheſcun deulx ſicome a luy appertendra, que, de la* Viconte de Beaumont *& autres choſes devant ditz, Ils baillent & deliurent deſmain tenant, a noſtre dit Couſin, la poſſeſſion & ſaiſine ſans prejudice, toutesvojes de certain octroy que cy devant par autres noz letres patent en avons fait pour aucun temps encores advenir a noſtre treſcher & amè Couſin le Conte de* Dorſet. *Et tantoſt apres ce que icelui en ſera ..... & deſſaiſy, en facent joir & uſer pleinement & paiſiblement noſtre Couſin de* Beaumont *& ſes ditz hoires perpetuelement, hereditablement & atouſiours par la maniere que dit eſt, ſans leur meiter ou donner ne ſouffrir eſtre miz ou donne deſto urbier ou empeſchement comment que ce ſoit aucentruire. Et afin que ce ſoit choſe ferme & eſtable atouſiours, nous avons fait meiter noſtre ſeel a ces preſentes; Sauf en autres Choſes noſtre droit & lautruy en toutes. Donne en noſtre Mannoir a* Shene *le XVIII. me jour du moys de Januer, Lan de grace Mil. CCCC & quarante. Et le XIX. de noſtre Regne. Ainſi Signè, Porr le Roy, Monſieur* le Duc de Yorke, *& le Conte de* ſuffolk, *preſens.*

Collacion eſt fait per moy; *Garvais.*

L' Oyſeau facit *Vicecomitum* tria genera; primum eſt illorum qui Regi immediate ſubſunt, in regno ſuo, & creantur vel ab ipſo, ut nonnulli nuper creati ſunt, vel deſcenderunt (probabiliter) ab iis qui per delegationem facti ſunt *Vice-Comites* ſub magnis olim Ducibus Comitibusve, deficientibus a Dominis ſuis immediate ſuperioribus, ac Regem ſolum agnoſcentibus, & retinuerunt ſemper nomen ac dignitatem *Vice-Comitum*. Talis eſt Vicecomes *Turonnius*, & pauci alii. Secundum genus eſt eorum qui a Rege tenent, tanquam a Ducatu quodam vel Comitatu, poſthac Coronæ reunito, & hi ſunt plurimi. Tertium genus eſt qui tenuerunt a Comitibus non vero Regibus. Atque ſic mediate vel immediate ad Coronam ſpectantes, minores vel majores ſunt dignitate. Coronæ ſuper-

in-

insignibus Vice-Comitum juxta nonnullos Gallicos scriptores sunt tantummodo circulus aureus, vel planus vel varie pictus. Sic *Moreau Tableau des Armories pag. 25.* Apud Favinum verò est circulus vel corona cum margaritarum serie hac forma, quam alii dicunt fuisse olim Comitum Coronam cum essent summi Domini & Principes; eademque adhuc tribuitur Comitibus in Historia Domuum *Monmorencia & Chastillonea* scripta ab *Andrea du Chesne.*

Leys d' orleans en les Ouvertures des Parlemens pag. 170. & 171.

XX. Sicuti *Vice-Comites* orti sunt ex subordinatione ad magnos Duces Comites ve *Franciæ* ita *Vidames* ex subordinatione ad Episcopos. Et sicut ambo fuerunt ab initio officiales tantum, ita & postmodum feudales ac honorarii facti sunt. *Vidame* Gallorum autem est ex Latino *Vicedominus*, quod fuit proprium nomen ejus qui delegatam exercuit jurisdictionem sub Episcopo, ut *Vice-Comes* sub Duce vel Comite. Varia antiquorum testimonia id evincunt. *Volumus ut Frater noster Paschasius* (inquit *S. Gregorius*) *Vicedominum sibi ordinet, & majorem Domus, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis quæ eveniunt, idoneus & paratus existere*; Sic in epistola *Urbani II. Vicedominus* numeratur *inter Ecclesiasticarum rerum administratores, C. 1. q. 3. c. 8. Salvator. Præpositi & Vicedomini secundum Canones constituantur*, jubet antiquum *Galliæ* Concilium scilicet *Remens. 1. Can. 14.* habitum an. DCCCXIII. Videmus etiam *Vicedominos* dici qui sub Episcopis fuerunt in subscriptione latinæ atque Græcæ editionis Concilii VII. generalis *Nicæni*, ubi vox originaria est οἰκόνομοι &c. *tom. 3. Concil. part. 1. sect. 1. pag. 521. edit. 1618. Vicedominatus* est etiam pro officio hoc in abstracto in decretis *Innocentii III. extr. tit. de Simonia. c. 38. consulere.* Sic & *Adrevaldus Floriacensis* ait *de miracul. S. Benedicti cap. 6. Bertigranus Episcopus Turonensis legatos mittit ad S. Benedictum Flodegarium Archidiaconum & Arderadum Vicedominum suum.* Præter hæc & alia occurrunt testimonia.

Tit. 9. epist. 66. & dist. 89. c. 2. volumus.

Vid. Pasquier en les recherches, liv. 8. c. 5.

Vicecomites tamen & *Vicedomini* in extensione officii sui (unde derivatur feudalis atque honorarius utrorumque titulus) differebant præsertim in duobus. Multi Vicecomites erant sub uno magno Duce vel Comite, & locus ubi residebant denominabat eos. Episcopo autem unum tantum habebat Vicedominum in toto Episco-

scopatu suo. Unde factum ut ubicunque Vicedominus resideret, vel feudum haberet, (quod accidit postquam possessiones aut territoria illa ipsi propria fierent vel per donationem vel permissionem tanquam feuda) appellaretur tantum ab Episcopatu, prout docent exempla Vicedominorum *Rhemensium*, *Ambianensium*, *Carnutensium*, *Mannæ* et simil. Altera specialis differentia est, quod officiarii Vice-Comites haberent saltem *Moyenne Jurudiction*, id est, civilem, vel *mixtum Imperium*; Criminalis vero seu *merum Imperium*, *la haute Justice* ut vocant reservata fuerit superioribus qui hos delegarunt, *Vicedomini* e regione seu *Vidames* habuerunt & *merum & mixtum imperium*, seu civilem & criminalem jurisdictionem, *la haute justice* sibi delegatam, quoniam eorum superiores Clerici existentes nequiverunt per Canones Ecclesiæ exercere *merum imperium*, seu criminalem jurisdictionem, qua pœnæ capitales vel sangvinem effundentes irrogantur.

C. 23. q. 8. c. bis a quibus 30. & passim juriperiti & theologi qui de censuris ecclesiasticis; maxime ubi de irregularitate agunt.

NOTA.

Vice-Dominos introductos ait *du Fresne Dominus du Cange* in *Glossario*, maxime ex quo Prælati ac Episcopi ratione *Regalium* suorum (quæ teste *Petro de Marca lib. 8. de Concordia Sacerdotii & Imperii cap. 21. §. 9. Tom. 2.* non amplius *per annulum & baculum*, *sed per sceptrum* investitos recipere Clericos jussit *Calixtus* secundus) vel bellis, castris præliisque regiis interesse, vel bona sua bello proprio tutari compulsi sunt. Arma enim & bella gerere prohibiti Clerici viros nobiles in sui tutelam adscripserunt, qui vice sua Vasallos Ecclesiæ in aciem educerent, præliis interessent, & præterea justitiam iis administrarent: alia de *Vicedominorum* officiis erudite collecta in ipso Lector legat Glossario.

XXI. *Baronis* vox & generalem & specialem in Gallia obtinet significationem. Generaliter denotat (ad minimum temporibus vetustissimis) omnes Dominos vel omnes qui possident majores honorum titulos intra Regnum. In specie vero restringitur ad significandam singularem dignitatem hoc solum Baronis nomine cognitam. Prima notio reperitur apud antiquos Galliæ scriptores, *Aimoinum*, *Fredegarium*, *Villehardovinum*, *Froissartem* & alios voce Baronis insignientes omnes *Duces*, *Comites*, *Pares*, *Marchiones* & reliquos, ut & in statuto quodam antiquo Parlamenti *Parisiensis*.

sit, En temps de Parlement (verba sunt) *seront en le chambre des plez li Soverayne & President certain Baron & certain Prelat: ceſt aſcavoire des Barons, li Dux de Bourgoigne, le Comeſtable, le Count de Saint Paul.* Et in regiſtro circa tempora *Caroli V.* Duces *Andegavenſes, Berria, Burgundiæ & Burbonii* Comites etiam *Alenzonii* & *Eſtanges* (quanquam & omnes iſti eſſent Principes ſangvinis) comprehenduntur Baronum nomine. Alia teſtimonia & alibi ſunt obvia. Aliquando *Ber* uſurpatur in antiquis fabulis Romanenſibus pro *Barone* & alibi, ut *Noble Ber, & poiſſant Meſſiere Henry de Vergie* in literis eis agniti homagii ad Ducatum *Burgundiæ* anno 1329. apud *du Cheſne en les preuves liv. 4. hiſt. de la maiſon de Vergy pag. 240.* Hoc ſenſu ſignificavit Nobilem, fortem, generoſum vel (juxta literam) virilem Dominum, nam iſta epitheta dicunt ſecularem magnitudinem. Inde eſt quod abſtractum *Baronia* aliquando Poteſtatem & Dominium ſignificet; ut *tant de Baronie*, vel *de Barnage* id eſt *tanta poteſtatis*, vel *excellentis Dominii* etſimil. Sic *Tenir & Poſſedir en Baronie* ſignificat non ſolum tenere ſicut Baro ſolet ſenſu anguſto, verum in genere tenere feudum inſtar magni Domini; ut apparet in exemplis adductis hujus nominis cauſa in hiſtoria Domus *Monmorancia.*

Regiſt. antiqu. en. chez du Cheſne en la maiſon de Montmorencie lib. 1. chap. 5. & en les preſtves lib. 4. de la maiſon de Vergy pag. 183. de origine domus Cour-ſeney. pag. 148. Voyez Ber en Rageau des droits Royaux en Baron. d' Argentre Hiſt. de Bretagne. lib. 1. chap. 13.

Notio *Baroniæ* reſtricta ad particularem dignitatem conſiderari meretur (intuitu dignitatis) vel quomodo eſt in Baronibus originarie & immediate tenentibus à Corona, vel mediate. Qui originarie & immediate tenent a Corona ſeu regno, ſunt antiquiorum in Gallia temporum. Cum enim regnum ſemetipſum ſubrueret, permittendo ſubditis poteſtatem ſummam, (ut ſupra dictum) omnes ejusmodi magni Domini a Regis Tenutarii, qui acquiſiverant ſibi territoria & jurisdictionem diverſam quoad extenſionem a Ducibus & Comitibus; nec tamen adepti erant titulum alterutrum, vel alium quemcunque; nec aſſumere volebant Principis titulum. Barones dicti ſunt. Atque ſic, ut videtur, nonulli ex creatione, alii ex propria aſſumtione (aliis etiam ipſis idem nomen tribuentibus) originaliter acquiſiverunt transmiſeruntque nomen illud cum feudis ſuis ad poſteros ſuos. Antiquus etiam *Galliæ* Scriptor loquens de regno *Hieroſolymitano*, tempore belli ſacri, vocat illud *Principatum* ſeu *Baroniam*, propter anguſtos limites. *Regnum Hieruſalem*, (inquit, *in geſtis Ludov. 4. Lud. Groſſi. pag. 149. edit. a P. Pithœo*,

theo, 1596.) *Propter sui brevitatem, Principatum seu Baroniam appellamus.* Sic & Baronias appellat Comitatum *Tripolitanum* & *de Roches* & Principatum *Antiochenum.* Tales fuerunt Barones olim Barones de *Montmorency, Coucy, Bourbon, Beauien* & alii plures, ex quibus *Baronia Monmorencii* semper primaria fuit habita, ejusque Baro *l. premier Baron de France*, ut etiam expressis dicitur verbis in diplomate Ducem eum creante, quod supra recitavimus. §. 8. Inde eum quidam appellant *Archi Baronem*, rationemque afferunt, quod in eodem cum Rege *Clodoveo* fonte fuerit baptizatus. *Archi Baronem appellare* (inquit *Robertus Cenalis perioch. 14. pag. 108.*) *solemus Momoranciacum, qui id nominis præ cæteris Baronibus obtinuit, quod scilicet zelo Christianissimo accensus, eidem lavacro se immiserit, quo Rex Clodoveus protochristianus sacro baptismate ablutus est.* Et sicut aliqui existimarunt, fuit primus dignitate & tempore; nam, dicunt, fuit tempus, cum præter *Momoranciacum* nullus fuit in *Gallia* Baro. *Nec fuit antiquitus aliqua alia Baronia in Francia quam sua*, (inquit *Johan. Galli* scribens de *Baronia Monmoranciaca* sub *Carolo VI.* cujus Advocatus extitit) *ante advocationes & acquisitiones quæ de post facta fuerunt a Regibus Francia.* Verum probant etiam ex *Grand Customier* apud *Rageau des Droits Royaux verbo Baronie*, tres olim tantummodo per universam Franciam extitisse Baronias, quo in numero omittunt *Momoranciacam*; sunt enim istæ, *Bourbon, Coucy & Beavieu*, specialia quoad indolem Baronum horum inveniuntur apud *Wilhelmum de Nangis gest. Ludov. Reg. pag.* 441. *an. 1256.* de *Domino de Coucy* sub *Ludovico* Sancto loquentem, quæ quoniam continent partem privilegii in judicio, connexionem tituli ad feudum vel territorium, ejusque transmissionem cum parte totius Baroniæ, facta divisione inter fratres; & qualia nemo adhuc ita tradidit, ut certa inde assertio de eorum dignitate trahi queat; hic integra describo, Lectorisque judicio submitto. Tres nobiles juvenes Flandri viventes apud Abbatem S. *Nicolai du boys* ad discendam Gallicam linguam crudeliter occisi sunt ab *Engverrano le Sire de Coucy*, (hoc enim ejus fuit nomen, in *de Nangis* autem spatium pro eo relictum est:) quod tantummodo venati fuerint in Baronis forestis. Abbas cui adstitit *Gilles de Prun* Constablius *Francia* (ex cujus familia dicunt fuisse juvenes oriundos) ad Regem detulit rem istam, ideoque citatus est *Sire de Coucy ad Curiam* super

quæst. 214. apud Chesne en les preuv. de l'hist. de Montmorency. pag. 3. an. 1391.

(id est *Ægidius.*)

super tali facinore responsurus. Qui in Regis presentia constitutus dixit se de responsione cogi non debere, volens & petens per Pares Francie, si posset, secundum consuetudinem Baroniæ *judicari: Sed contra eum probatum extitit per Curiæ retroacta quod Terram in Baronia non tenebat, quia terra de* Bevis & de Gorneyo, *quæ à terra de* Cauciaco *per fraternitatis partitionem decisa fuerat, illud Dominium* Baroniæ *importabat. Tali igitur altercatione negotio dependente, Rex Dominum de* Couciaco *non per pares nec Milites sed per clientes Aulicos, fecit capi & domo suæ* Parisiis, *quæ* Lupera *dicitur, custodiæ reservari, diem sibi constituens ad quem omnes Regni Proceres convenirent. Proceribus verò postmodum Parisiis congregatis Dominoque de* Cauciaco *in medio constituto,* Rex *eum super casu predicto respondere compulit. Tunc ille per Regis voluntatem omnes Barones ibidem consistentes sui generis vel parentelæ ad suum Consilium convocavit, tantaque fuit ibi sui generis Nobilitas, quod* Rex *quasi solus prater paucos consilii sui remaneret. Ipse Rex etiam non erat expers affinitatis illius parentelæ. Erat autem Regis intentio justum judicium judicare inflexibiliter, ut ad pœnam talionis dictus Dominus puniretur, & morte Consilii damnaretur. Vix tamen ad ultimum precibus & interventu Procerum sic fuit ordinatum, quod decem millibus librarum vel circiter vitam suam redimeret, & duas Capellanias constitueret pro animabus puerorum ad perpetualiter celebrandum.*

Hi antiqui Barones maluerunt appellari potius *Sire*, quam *Barones*, ut *Sire de Montmorencie, Le Sire de* Beavieu, &c. Baro quoque *de Coucy* idem nomen gestat in Rythmo

Je ne sois Roy ne Prince aussi,
Je sois le Sire de Coucy,

l' Oyseau des Seigneuries chap. 7. §. 39.

De hoc autem antiquo Baronum genere (inquit *l' Oyseau des Seigneuries cap. 5.*) nulla supereſt amplius *Baronia* vel *Sirerie*. Ampla enim jurisdictione usæ vel territorio, aut redierunt ad Coronam, aut evectæ sunt in Ducatus, Marchionatus vel Comitatus ad desiderium Baronum, videntium titulum suum esse pluribus communem, non tenentibus ab ipso Rege immediate; sed tantum a Ducibus vel Comitibus; conati sunt itaque acquirere magis distincta honorum nomina & dignitates superiores. Qui originarie tantum mediate tenuerunt a Corona, immediate vero dependerunt a Ducatibus & Comitatibus, plurimas hodie faciunt in *Gallia* Baronias; & quanquam nunc tenentur a Rege, non vero quasi a Corona sed

apud Pasquier en les Recherches liv. 9. chap. 5. §. 37.

quasi ab antiquis Ducatibus Comitatibusque, dudum Coronæ unitis. Et harum in unoquoque Ducatu Comitatuque sunt plurimæ.

Circa jus antiquum ejusmodi Baronum observa *Robertum* Comitem *Bononiensem* confirmantem donationem Comitatus *S. Pol.* (quem ipse tenuit) per *Hugonem de Chastillon* fratri ejus *Guy de Chastillon* atque conditiones præscribentem. Omnia ista facta sunt judicio Baronum Comitatus *Bononiensis* ad quos istius causæ judicium pertinuit. *Et fuerent toutes ces choses* (inquit diploma confirmationis) *devant dites faites par devant nous bien & suffisament & a loy & par jugement de nos homes Barons de Boullenois qui ce povoient juger & devoient. Cest ascavoir Monsiegneur Guillaume de Coulambers, Monsieur Huon d' Ordre, Chevaliers; Huon d' Aucoich Seigneur d' Eroy, Anseil de Sanghetim, & Moriaus d' Auvinghe &c.* Apud *Bertrandum d' Argentre* coliocatio omnium Baronum *Britanniæ* in Ducis Parlamento determinata a Duce & ipsis ex quæstione Parlamenti illic habiti an. MLXXXVII. sub Duce *Alano Fergentio* fuse transcribitur ex annalibus istius Ducatus. Creationem denique Baronis & Baroniæ in isto Ducatu vide in Duce *Francisco II.* an. MCDLXXX. creante filium suum naturalem *Franciscum* Baronem in *Avougour* ipsique largiente Baroniam sibi reservatis solum *la soveminte, l' homage, & de resort*: narratur id in causa Comitis *de la Val* circa Comitatum *de Quintin*, ubi & plura alia occurrunt specialia de Baroniis & aliis dignitatibus Franciæ feudalibus.

an. 1292. ap. Chesnium en les preuv. lib. 6. hist. de Chastite p. 160.

Hist. de Bretagne lib. 1. c. 13.

Simon Marion playdoye. 9 pag. 286.

Initia Baronum hujus generis erant ut plurimum vel creatione (quæ fiebat solenniter a Ducibus antiquis & Baronibus) vel assumtione tituli, quæ methodus fuit antiquior. Assumtionem istam ut plurimum usurparunt juniores Comitum filii, accipientes partem hæreditatis paternæ, tanquam in apanagium, absque Comitis elogio, quod maximo tantum natu cessit, nominarunt semetipsos Barones istius Patrimonii. Atque tantum de limitata notione Baronis priscis præsertim temporibus.

Vid. Bertraud d' Arg. dict. loco.

Seculis recentioribus, & hodie Baroniæ immediatæ possessæ a Rege, tanquam a Comitatibus & Ducatibus, feuda etiam nuper ex Regis arbitrio titulo *Baroniæ* donata, sunt territoria sola istum titulum gignentia: & in nonnullis aliis etiam mere honorarius

Vid. Simon Marion. Playdoye 9.

est

est ex creatione Regis, *l' Oyseau des Ordres chap.12. §.28.* Verum quanquam in civitatibus quibusdam mos sit vocare filium, certumque hæredem Domini *le Baron* (*idem des Seigneur. cap.7. §.43.*) attamen, meo judicio, peculiaris tantum ejus loci est consvetudo, uti maritus uxoris in lege Anglorum Gallica, & consuetudinibus *Picardiæ* vocatur Baro, vel sicuti incolæ variarum civitatum Barones vocantur, non verò honoraria quædam denominatio. Antiquæ ceremoniæ creandorum Baronum, non unanimiter traduntur in Ceremonialibus honorarios istos Galliæ titulos explicãtibus. Unus ait, quod persona ad hanc dignitatem evehenda debeat habere sub se *Bannerettum* vel sex Equites Baccalaureos, quorum singulis debent esse sexcenti Franci in reditibus. Alius, quod debeat habere quatuor *Castellanias.* Alii aliter. In hoc autem fere omnes consentiunt, quod oporteat eum primo creari *Bannerettum*, ut possit *habere Statum* Baronis, *& honorem vexilli* sicuti dicitur de *Matheo de Gournay* Barone Ducatus *Guienna* sub *Henrico IV.* Angliæ R. Verum de Bannerettis mox plura, hic tantum quoniam cum Baronibus miscentur in ceremonialibus creationem eorum describemus. *Sallada* sic: *Quant ung Chevallier ou Escuyer noble de toutes ses quatre lignes a la terre de dix Chivaliers ou Escuyers Bachellier, & se veult faire* Banneret, *fault per droit d' Honneur que primer ait, de sa Patrimony ou acquis, pour estre accompagniez du maynes de IV. ou V. nobles homes continuelmant a douz ou a seiz chevaulx; lors se peut faire* Benneret *par la fazon que l' ensuit Le Roy ou le Prince licitement donem* Benniere *& luy coupent la quive de son pennon a la primer bataille ou il se trouvera & le fere la Chevalier s'il ne l' fl. Et lors sera,* Benret. *Et s'il ne le fait en guerre, le peut faire en jour solemnelle feast apres le service devin, luy estant en sa chaire & les* Bannerets *agenoulx. Et s'il avance sa Seigneury performe que il puisse avoyr ung* Bennert *ou* six Chivaliers chascun de six cens Francs de rent *soubz luy a lor il peult, per le* Conge du Prince, se dire Baron; *& autrement le Prince que le souffre, foule les termes de raison.* In fine libri *La division du Monde*, tria prælia vel expeditiones requiruntur antequam fiat *Baro.* Et in primo prælio seu expeditione Rex ipsi tradit vexillum, quare secundo exiens dicitur *Bannerettus*, in tertia expeditione *Baro.* *Item pour faire ung* Baron (Verba sunt ibidem.) *cest quant ung Chevalier ou Escuyer a la terre de quatre Bacelos, cest a dire*

9. Henric. 4 in rot. Vasc. 15. H. 6. membr. 4. mund. 2.

quatre Chaſtelleins terrennes ayant droit de Iuſtice Hault moyenne & Baſſe; le Roy luy peult bailler Banniere la primer bataille de guerre ou ſe trouva le dict Eſcuyer; & a la duxieſme il eſt Banneret & la tierce il eſt Baron. His reſpondent illa quæ excuſa ſunt in fine libri dicti, *Geſta Romanorum*, quique liber in publicam lucem editus eſt a *Roberto Gaguino*. Quando autem ad Regem venerit Baronia per fiſcum, vel alia ratione donatio Baroniæ ipſius per diploma, absque aliis creandi ritibus fecit eum qui accepit Baronem, ut videmus in *Henrico VI.* noſtro tradente Baroniam *Monmorenciacam* ad ſe redeuntem tanquam *Galliæ* Regem *Johanni*, Naturali filio *S. Pol.* Similia dici queunt de tranſmiſſione Baroniarum illia facta per homines vulgares. Et revera ſecula recentiora non obſervant antiquas illas circumſtantias in creatione Baronum. Solitarium Creationis diploma, & Regis voluntas inibi declarata, ſufficiunt ad evehendum quodcunque feudum in Baroniæ dignitatem. Verum quidem eſt edicto *Henrici III.* ſancitum quod unaquæque Baronia debeat conſiſtere ex tribus *Caſtellaniis* ad minimum, unitis, unoque homagio Regi ſubditis. Verum iſta tantum obſervata in Parlamento *Rhedonenſi.*

7. Henr. 6. en la Chancellerie du France ap. Cheſnium en l' hiſtoir de Montmorency, lib. 3. pag. 333.

l' Oyſeau des Seign. chap. 4. §. 72.

Caſtellaniæ hic ſæpius dictæ, ut & in quodam Ceremoniali vetuſto, ſunt origine ſua tantum Dominia Caſtellorum ſeu fortalitiorum in locis minoribus, quam quæ ad dignitatem Baroniarum evehuntur. Domini eorum vocantur *Caſtellani*, quæ feudalis eſt dignitas *Baronem* ſequens. Nonnulli igitur Baronibus duas ſpeciales prærogativas aſſerunt, quibus realiter a *Caſtellanis* differunt. Una eſt, quod poſſint Barones circumdare civitates ſuas moeniis, habent itaque *droit de ville cloſe*, quod tamen jus ad majorem ſecuritatem obtinent a Rege. *Caſtellani* autem hac libertate minime gaudent. Altera eſt, quod Feudales Barones habeant in feudis Baroniarum ſuarum *hault juſtice* ſeu Criminalem, & Civilem jurisdictionem generalem, *Caſtellani* vero exercent tantum *la baſſe juſtice*, ſeu civilem, qualis fere eſt in curia Baronum *Anglicana*. Loquimur autem hic de *Feudalibus* & *Seigneurial*, *Caſtellanus* quoad originem deſcendentibus (ut aliæ feudales dignitates) ab officialibus vetuſtiorum temporum. Nam in conſvetudinibus *Pictavienſibus* Caſtellanus etiam poſſidet *la hault juſtice*, ubi tamen ſpecialiſſime a Barone diſtingvitur, quod cum liceat Baroni, & omnibus Barone majoribus

l' Oyſeau chap. 7. §. 72.

bus gerere insignia sua in vexillo *en drappeau quarre*, Castellanus solummodo habeat *en forme d' Escusejon* seu in *pennone*. Verum ibi *Castellani* sunt tantum officiarii, non feudales, ut & *l' Oyseau* asserente, in *Alvernia & Delphinatu* hodienum. *Carolus Paschalius* attribuit ipsis coronæ quoddam genus, quod, mihi videtur, licet Baronibus gestare in regione ejus, id est, *Gallia*. *Baronibus*, ait, *licet gestare non quidem laminam integram & latam, sed tenuiorem ac restrictiorem, ac veluti circulum sive gracile vinculum aureum.* *de coronis. lib. 9. cap. 22.*

XXII. Istis feudalibus & aliis majoribus in *Gallia* dignitatibus sic explicatis, concludimus Titulo quodam codicis *Henrici IV.*, quo in natura & status plurimarum sic summatim traditur. *Henric. 4. Codicis a Thoma Cormerio editi l. 8. tit. 2.*

De Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baroniaque.

I. *Ducatus, Marchionatus, Comitatusque tituli ac prærogativæ à solo Rege tribui possunt.*

Hæc dicuntur saltem intuitu illarum *Galliæ* partium, quæ actu ipsi obediunt. vide supra §. 14.

II. *Baronia, Marchionatu, Comitatu, Ducatu, à Rege cuicunque ac quocunque titulo ac prærogativa concessis fidei obligatio, clientelaque Regi debita, sed & summum de appellationibus judicium excepta intelliguntur.*

III. *Si quod prædium gentilitium, quod in alterius clientela esset, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniave nomine appelletur à Rege; ut si Baronia quæ comitem aliquem patronum haberet, Ducatus titulo insigniantur, nihil juris antiquo patrono decedit; sed nec fidei clientelaris obsequiosaque pollicitationis obligatio remittitur; præsessionis tamen honorumque prærogativa aliis imprebus in ampliori dignitatis gradu constitutis defertur.*

IV. *Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronia, si cuiquam de plebe à Rege deferantur, Nobilitatis jura eidem attribuuntur.*

V. *Hoc prædia à fœminis quoque possideri possunt.*

VI. *Hæc prædiorum genus testamento relinqui aliis quam quibus legum municipalium præscriptis morte possessorum defemtur, non licet. Sed nec minores liberi prædia ullis gentilitiis quantumvis insignibus quæ illis vel totæ vel ex certa portione venire hæreditate debeant, exclusis ullis parentum decretis possunt.*

In hoc ipso Codice adduntur testimonia legum has theses abunde probantia.

XXIII. Sicuti Baronis vox & tituli alii tum generalem tum specialem habent significationem, ita & *Chevalier, Eques*. In genere sic nominantur omnes feudales Domini, ut Comites Barones una cum magnis officiis fungentibus, *Chevaliers* & *Seigneurs* indifferenter appellatis. Sic in *Gallia* antiqua videmus Equitis nomen æque late patuisse in *Cæsaris* descriptione hujus regionis. Specialis autem significatio reperitur in diversis Equitum ordinibus, ut *Equitibus Bannerettis, Equitibus Baccalaureis, Stellæ, S. Michaelis, S. Spiritus*, & aliis antiquioribus, sed minoris momenti.

l' Oyseau des Ordres chap. 6. §. 11.

Bannereti seu milites ferentes Bannerias habent libertatem gerendi in bello insignia sua in loco vexillo ipsis tradito. Creatio eorundem antiqua exhibita est §. præcedente 21. ex *Sallada*, apud quem cernitur elegans figura eorum vexilli seu *drappeaux quarrez*, quod *Banneria* est maxime proprie. Verum traditio Banneriæ in prælio primo (juxta formam unam ceremoniarum jamdum exhibitam) erat tantum præparatio, ut videtur Banneretti creandi vel creati in secundo prælio. Vide id in *la division du monde*, ubi etiam aliam reperies creationem *Banneretti* absque respectu ad prælia. Requiruntur autem ab ipso tantæ obventiones, quantæ sufficiunt alendis quinquaginta nobilibus ipsius vexillum sequentibus; *pour faire un Chivaliere Benneret* (verba sunt) *cest quant il a longement suyvy les guerres & que il a assez terres & revenue tant que il peult tenir & soudoyer cinquants gentils homes, pour accompagnier sa Banniere. Lors il peult licitement lever l' adit Banniere & non autrement, car nul autre home ne puit porter banniere en bataille s'il n' a cinquant homes prest pour batailler.* Dicunt alii quod Bannerettus tantum XXV. debeat habere nobiles sub se, a alii decem b. Alibi vero scriptum (ut nuper citavimus ex libro la *Division du monde*) quod habere debeat quinquaginta; & in fine libri antiqui *Gesta Romanorum* Gallici; ubi etiam scissio banneriæ disertè requiritur, creatio vero sic attribuitur Constablio vel Mareschallis. *Quant un Chivalier a longement servy & suivy le guerre, & que il ad terre assez tant que il peult tenir cinquante Gentil homes pour accompagnier sa banniere, il poit lors licitment lever banniere & non autrement. Car nul autre home ne poit porter banniere in bataile,*

Hist. Norman a Dusiano edit. p. 1031. d' Argentr. hist. Bretagn. lib. 1. cap. ult.

a *Oliv. Marchian. apud Choppin. de Doman. lib. 1. tit. 23 §. 14.*

b *l' Oyseau des Seign. chap. 8. §. 6.*

taile, s' il n' a cinquante homes d' armes & les archeries & les arbaleſtres que y appartenit. Et ſil les a; il doit a la premier Bataile ou il eſt apporter ung pennon de ſes armes & doit venire au Conneſtable au aux Marchaux, *& requèrere quil ſoit Banneret & s' ilz luy ottroyent, doyvent faire ſonner les trompets pour teſtimoigner & doit ainſi copper les queves de penon & lors le doit lever & porter aveques les autres ou au deſſoubs des* Barons. Hæc dignitas ſæpe fuit perſonalis & patrimonialis ſeu feudalis: utraque comprehenditur in illa definitione *Ragveau.* *Les Bannerets ſont les vaſſaux, que peuvent lever* Banniere, *eſtendart, Cornets, & cõpaignie des gens & qui doivent ſervir avec* Banniere *ſelon condition de leur fiefs ou que porterent les Banniers en un armee.* *Johannes* V. Dux *Britanniæ* exercens regiam poteſtatem, ut illi magni fecere Duces in plurimis ſpecialibus, donavit *Meſſire Jan de Beaumonoire Lord de Boys, de la motte, & de Tremeretto* hoc titulo ejusque ſuccedentes Tenutarios iſtorum locorum per hoc diploma anno 1413. ſub Rege *Carolo VII.*

Voyez monſtrelet. Tom. 1. cap. 93. Paſquier recerch. lib. 2. cap. 10.

Auguſtin du Paz hiſt. de pluſieurs maiſons de Bretagne pag. 721.

Jan par le grace de Dieu Duc de Bretagne, *Conte de* Montfort *& de* Richmont, *a tous ceux que ſes preſentes letters verront ou oyront Salut. Comme de nos droits & ſouveraines a nous ſeulement en noſtre Duchie appartienne augmenter & accroiſtre les droicts honeures & privileges de nos ſubjects, & ſoit digne ainſi le faire a ceux par eſpecial que de nous ſ' ont loyaument deſſervy, & il ſoit ainſi que noſtre bien aimè & feal Chivalier & Chambellan* Meſſire Jan de Beaumanoir, *Seigneur du Boys de la Motte & de Tremereue ſoit iſſu & extraict, de toutz ſes lignees, de grandes & nobles lignees & extractions, par raiſon deſquelles il a pleuſieurs grandes & nobles riches ſſe tenues de nous tant prochement que par moyen, & auſſi puiſſance & faculte, tant de ſubjects, que de* Rents *& Revenues de tenir eſtate de* Seigneura Banniere *& de jovir des privileges & dignities dont ceux qui ont tenu tiel eſtate dojevent & ont accuſtume tenir. Scavoir faiſons que nous ayants conſideration des dites choſes & bons, loyaux, & notables ſervices que noſtre dit Chambellan & ſes predeceſſeurs ont faitz a nous & aux noſtres, ſans reproches, eſperant que loyaument il & ſes ſucceſſeurs continuerent de bien en mieux; en recognoiſſance meſmes, & pour partie de remuneration d' iceux & autres cauſes a cenous mouvants, avjour d' huy de noſtre grace & plenier puiſſance, par advice & deliberation de noſtre conſiel, a noſtre dit Chambellan pour luy & ſes ſucceſſeures Seigneurs des dits lieux & Chaſtun d' eux avons donne & octroy, & per ſes preſentes donons & octroyons conge, licence & plenie puiſſance de prendre de luy-meſme, garder, avoir, & ma-*

auncienne Banniere, *a vous Subjecte, & est la Seigneure de leur* Banniere *entre les mains de son aisne & ne peut ou doit sans mespendre, porter banniere quant a la cause de la Viefuille, dont il est issu: Mais il a par partage la Seigneurie de Sains, auncienment terre de* Banniere : *par quoy il vous Supply (Considerè la noblesse de sa nativite, & les services faitz per ces predecesseurs) qu' il vous complaise le faire* Banneret & le relever en Banniere, *& il vous present son penon Armoyè suffisament, accompagne de 25. homes d' armes pour le moins, come est & doit estre le auncienne coustume. Le Duc luy respondit, qui bien fust il venu, & que voluntiers le feroit.* Deinde de *Sieur de Harchies*; *Messire Jacques sieur de Harchies en Haynant* (inquit) *se presenta ausi devant le dit Duc estant en son dit Camp, & porta son* penon *suffisament accompagne de gens d' armes siens & d' autres que l' accompagneient. Celuy* Messire Jacques *requist a son soveraine Seigneur, Come Conte de Haynault, que il le fist* Banneret *en la Seigneurie de* Harchies; *luy estant fort vaillant chivalier, & les siens ayans honomblement servie aux guerres. Si luy fuit accord, & fuit fait Banneret celuy jour le* Sieur de Harchies. *Ainsi a il difference de relever Banniere & d' entrer en Banniere,*

In his exemplis cernimus Pennones fuisse. Omnia vero particularia hic subsecuta non enumerantur. Videtur tamen vel extremam pennonum partem fuisse abscissam, vel aliam fuisse solennem concessionem in creatione, qua licuit ipsis postmodum gerere insignia sua in vexillo, nec obstricti fuerunt amplius ad formam pennonum, sicuti antea. Novi quod *l' Oyseau* citet *Salladam*, acsi probaret Bannerettum antiquitus creatum esse per traditionem penncncelli, seu *Drappeau en Escusson.* Verum illud exemplar *Salladæ*, quo utor ego, ostendit quod cuspis pennoncelli seu vexilli fuerit abscissa, adeoque forma ejus mutata est in Banneriano seu *Drappeau quarre* id est quadratam. Nam gestare Banneriam, & gestare insignia in forma quadrata eadem sunt temporibus priscis. Manifestum id est præter alia testimonia ex Consvetudinibus *Pictavienſibus* articul. 1. ubi verba sunt: *Le Comte Vicoune ou Baron peut portre Banniere; que est adire, quel peut en guerre & en armoiries porter ses armes en quarrè.*

des Seigneur chap. 5. §. 50. Vid. eum cap. 8. §. 2, 3. &c.

Intuitu hujus antiquæ vicinitatis inter *Bannerettum & Baronem* (nam ante Ordines Equestres, quorum Dominus est Rex, his recen

NOTA. Pennones *dicit* du Fresne *in* Glossario *significare ve-*

tioribus seculis institutos, nulla ipsos interceſſit, seu divisit dignitas) & intuitu juris portandi insignia sua in vexillo, quod némini alias licuit, in quacunque dignitate constitutus esset, nisi modo conjuncta ea fuisset officio bellico, præter ipsis solis & Baronibus, ac illis qui Baronibus superiores extiterunt; nonnulli appellarunt eos *Baronettos* a, acsi diminutivum esset nomen eorum a voce *Baro*. Dico autem nemini id licuisse nisi cum dignitate sua & Officium bellicum habuisset conjunctum. Nam Conestablius, Mareschallus, Admiralius, etsimil. potuerunt & debuerunt gestare (inquit antiquum Ceremoniale excusum in fine libri Gallici antiqui *gesta Romanorum & Sallada*) Vexillum, quanquam Barones non fuerunt neque Banneretti.

Vexilla in genere, penoncellos *vero etiã in specie derivari a* panno *hasta in vexillo in acutum desinentis speciem, adfixo. Et sicuti hæc vexilla fuerunt* Baccalaureorum equitem, *ita vexilla quadrata competebant* Bannerettis. a *Bertrand d' Argentre hist de Bretagn. lib. 1. cap. 13.*

XXIV. *Equites Baccalaurei* sunt qui evehuntur ob merita sua, vel spem meritorum apparentem in gradum a Banneretto proximum, & Armigero superiorem, per creationem. De origine eorum satis ubi locuti sumus de Equitibus Imperii. Creatio eorum vel Percussio ut vocant (*Donner l' accollee* vel *l' accollade*, quod est percutere Equitem & *recever l' accollade* est creari equitem) antiquitus fuit in *Gallia* sicuti in regionibus aliis cum percussione (trina, dicunt quidam) personæ evehendæ. In quibusdam ceremonialibus antiquis additur pronunciatio verborum horum: *Ie te fais Chevaliere au nom de Dieu & de mon Seigneur Sainct George*, cum aliis quibusdam. *Miles esto*, vocantur *verba assueta*, cum ordo Equestris conferretur, *à Philotheo Achillo*, nomine fictitio autoris Gallici sub Carolo V. *Rex dedit sibi supra collum*, ait, *dicens verba assueta, Miles esto.* Potest etiam armiger meritis clarus juxta antiquum ceremoniale, postulare hunc honorem, ceu jure sibi debitum. Sed de istis plura in specie, & quidem primo *formulas creationis*, quæ largiores occurrunt; Secundo *Persona, in quarum potestate fuit conferre eundem honorem*: Tertio *qualitas personarum quibus est conferendus*: Quarto *nomina quibus appellantur*, una cum antiqua memoria de *jure usurpandi sigillum proprium*, quod jus existimant nonnulli fuisse proprium iis qui hanc dignitatem adepti erant.

Sommar Silvidarii part. 1. cap. 117.

De Creatione. In libro *Division du monde*, sic traditur: *Icem comment ou doit faire & creer ung Chivalier. " Quant ung Escuyer que a longement voyage & este en pleusieurs faicts d' armes & que a de quoy en-*

tre-

tretenir son eſtate, & quil eſt de grant maiſon & Rich & quil ſe trouve en un battaile ou recounter, il doit adviſer le chiefe de l' arme ou vaillant Chivalier. A lors doit venir devant luy & demander ; Chivalier au nom de Dieu & de Sainct George donne moy le Ordre ; & le dit Chevalier ou chiefe de gverre doit tirer l' eſpee nue vers le dict demaũdeur & doit dire en frappant trois fois ſur iceuly ; Ie te fais Chivalier au nom de Dieu & de mon Seigneur Sainct George, *pour la foy & juſtice loyalment garder & l' egliſe, femes Vefves, & Orphelins defender.* Additur etiam quod ſi perſona hunc poſtulans honorem, non fruatur bonis ſufficientibus, non adipiſcitur eundem, niſi competentia media *pur le honeur de l' Ordre de Chivalier*, una conferantur. Similis forma creationis eſt in fine libri antiqui Gallici *Geſta Romanorum*. Sed *Sallada* meminit cinctura gladii & calcarium aureorum, balnei item, Vigiliarum aliarumque rerum. *Comment ung Eſcuyer ſe doit faire Chivalier. L' eſcuyer quant il a bien voyage & a eſte en pluſeurs faitz d' armes d' ont il en eſt Sailly a honneur & quel a bien de quoy maintainer l' eſtate de Chivalier (car autrelment ne luy eſt honneur; & luy vault mieulx eſtre bon* Eſcuyer *que un* pour Chivalier) *dont pour plus honorablement le eſtre que avaunt la battaile, l' aſſault, ou benniers de Princes ſoient, alors doit requirer auſcun Seigneur ou preud home Chivalier que le face* Chivalier *au nom de Dieu de noſtre Dame & de mon Seigneur Sainct George le bon Chivalier, en luy baillant ſon eſpe nue en baiſant la - - - - Aultres bon Chivaliers ſe Font Sainct* Sepulchre *noſtre Seigneur, pour amour & honneur de luy. Autres ſe font a la Sainct* Katherine *ou ils ont lours devotions ; Aultres ſe Font que ſont* Baignees *en cuves, & puis reveſtus tout de neuf, & celle nuit vont veiller en l' egliſe ou ils dojent eſtre en devotion jesque apres le grand Meſſe Chaunter. Lors Prince ou aultre Chevalier, Seigneur Chivalier luy donnera* l' accolle *& luy ceint d' eſpee doree; puis luy ſont chauſſiz les eſperons dores.* Tenetur etiam profiteri (inquit *Sallada*) quod velit defendere fidem Chriſtianam, jura virginum, viduarum & orphanorum. Balnea, vigiliæ & ſimilia (quæ fere eadem ſunt cum iis in creatione Equitum *Balnei* in *Anglia*) aliquando in uſu fuerunt in *Gallia*, dum conferretur hic equeſtris ordo, uti etiam *du Tillet* meminit. Ac in antiquo libro de Latrunculorum ludo, quem ſcripſit autor Gallicus & tranſtulit in lingvam Anglicanam *P. Caxton*, dicitur: *Whenthe Knigths been made* ; &c. Verba latinè facta ſunt. *Quando Equites fiunt tum lavantur prius. Hoc ſignum eſt quod debeant novam ducere vitam novos induere*

induere mores. Ideoque totam noctem precibus & orationibus impendunt vigilantes ut det ipsis Deus gratiam largiendo res illas quas per nasimum acquirere nequeunt. Rex vel Princeps accingit ipsis gladium in signum quod debeant manere & observare ipsum a quo acceperunt stipendia & dignitatem. Videtur tamen quod Ceremoniæ istæ non adeo frequentes fuerint in Gallia, ut non in aliquibus ibi Provinciis ad minimum DC. abhinc circiter annis fuerint omissæ, & omnino improbatæ, ut apparebit posthac ex testimonio *Ingulphi* de *Normannis*, ubi loquemur de *Anglia* Equitibus. *Franciscus* primus(observat *Hadrianus Iunius*) hunc antiquum reduxit denuo morem. *Inter virtutis pramia* (inquit) *apud plerasque gentes fuit Equitum, quos illud seculum ab aureis ornamentis, quæ illis attribuuntur,* Auratos *appellat. In quem honoris amplissimi gradum nemo antiquitus optari solebat, nisi quem facinora praclara & spectata in bello virtus eo merito dignum nobilitassent. Talibus namque solis ut periculorum pramium, & laborum fructus, ab ipso exercitus duce solenni quodam ceremoniarum ritu, is honos deferebatur, inspectante omni multitudine. Quem morem plane obsoletum ante non adeo longum tempus revocavit in lucem primus* FranciscusGalliarum Rex, *cum in nobili illo contra Helvetios conflictu ipse fortissime dimicans inter primos & fortissimos, Ducis pariter & strenui militis munia obiisset, ut nimirum illustris clarique exempli assertor existeret, additis solennibus de more veteri ritibus. At alii hoc seculo inolevere mores quando honores adulcenatur, dignitatis equestris gradus adulatoribus, potentibus, & gratiosis hominibus, aut opulentis qui militiam nunquam viderunt, etiam citra spectata virtutis testimonium, ceu emptitia merx promiscue conferuntur, perstricto leviter, nudo ense humero lavo, idque Imperatoris aut Ducis manu, additis verbis solenni more conceptis.*

Batsf. cap. Videsis *Vincent. Lupan. de Magistr. Francorum, cap. de Equit. Ordinis.*

Subsidia Regibus debita & Dominis aliis, quæ fuerint cum eorum filii maximi natu hanc reciperent dignitatem, testimonia apud Jurisconsultos *Gallicos* satis docent.

Choppin. de Domanio 3. l. 3. tit. 4. art. 8. & tit. 26. §. 14. d' Argent, in Consuet. Britan. art. 88.

Persona hunc honorem per creationem conferens (creantur enim solummodo, non gignuntur) nunc ordinarie Rex solus est; quanquam mos olim & subditis quibusdam idem permiserit; nec solum Principibus magnisque Ducibus, Comitibusve verum & minoris notæ Equitibus. Principum meminerunt *Tillius de reb. Gallicis, lib. 2. l'Oyseau des Ordres chap. 5. §. 38. Pithoeus sur le Caseneuve de Troyes Art. 1.*

Art.1. qui Comitibus *Flandriæ* & *Niverni* asserunt. Aliis asserunt, qui dicunt in *Provincia* & *Breaucaire* morem fuisse, ut cives & opifices (qui non nisi speciali regis Concessione potuerunt dignitatem istam recipere ab aliquo) potuerint creari equites a Baronibus & Prælatis istius loci. Idem recensent quæ peraguntur in creatione, & superius descripsimus in ceremoniis creandorum Equitum. Hic addimus antiquum stylum & *Protocollum* Cancellariæ *Gallicæ* formulas literarum *d' Ennoblissement*, habere specialem clausulam quod in diplomate denominatus cum suis hæredibus *quandocunque & a quocunque milite voluerit, valeat cingulo militari decorari.*

le stile & protocolle a Lyon 1577. pag. 241.

Equitis dignitatem qui accipiunt, sunt omnium generum. Regis filius æque ac subditi admittitur. *Chop. doman lib. 3. tit. 26. §. 13.* ejusque exempla ætatem *Caroli* M. attingunt. *Aimoin. lib. 5. cap. 17.* Reges ipsi eandem susceperunt dignitatem, ut *Ludovicus XI.* ad coronationem suam in Equitum ordinem receptus a Philippo *Burgundiæ* Duce, & *Franciscus I.* a *Petro Bajardo. Choppin de Domanio c. l. & d' Argentre Hist. Britan. lib. 30. cap. 71.* Sic alii Reges ab aliis. Observat autem *Monstrelet Hist. vol. 3. apud Choppinum* c. l. (quo fundamento nixus, nescio) omnem Galliæ Regis filium cum baptizatur esse Equitem; & novum quid esse in Regibus Galliæ suscipere Equitatus dignitatem, sicuti fecit *Ludovicus XI.* Cum autem veteres magni Duces & Comites eandem contulerunt dignitatem, differentiam, dicunt, fuisse inter illos qui antea nobiles non fuerunt, ac a Rege creati sunt, & illos a Magnis istis subditis creatos. Nam a Rege creatus eques sive nobilis fuerit antehac, sive minus, fuit non solum legitimus eques, verum &, aiunt, in nobilitatis statum evectus. Si vero quispiam magnus subditus creasset equitem illum, qui nobilis antehac non fuerat, & creatio fuit illegitima, & creantes mulctam luerunt. Hujus specialia afferunt exempla de filiis duobus Philippi Burbonii, qui minime fuit nobilis sub *Ludovico Sancto*. Unus horum in Equitum ordinem susceptus est a Comite *Flandriæ*, alter a Comite *Nevernense*: nam (ut verba divisionis apud *Johannem Galli* sonant) *non obstante usu contrario ex parte Comitis Flandrensis proposito, non potest, nec debebat facere de Villano militem sine autoritate Regis*: ideoque Comites & milites Creati graviter mulctati sunt a Rege; cujus favore tamen isti, milites scilicet seu equites hanc retinuerunt di-

Vid. Tinquell de Nobilitate cap. 8. §. 13. Choppin de jurisdiction. Andegav. lib. 1. cap. 63. §. 3. Till. de rebus Gallic. lib. 2. t. Oyseau des ordres chap. 6. §. 38 & 56. def. Joh. Gall, quæst. in Junio. anni 1580 & Cod. decis. forens. lib. 12. tit. 2. decis. 4. & 8.

gnitatem, injuste adeptam. Videtur tamen per Leges quasdam *Gallia* antiquas (quomodocunque valuit distinctio illa) quod ille qui non fuerat nobilis (vel ex patris progenie) & hanc acquisiverat dignitatem quacunque tandem ratione, privandus eadem esset, & calcaria ei a Dominis ejus supra fimum abscindenta *Si aucun* (habent Consvetudines antiquæ Parisienses & Aurelianenses) *quen' est Gentil home de par son pere, le fust il de par sa mere, souffroit estre fait Chivalier, son Seigneur luy peut faire trencher ses Esperons sur un fumier.* Eadem habet antiquum Manuscriptum de Statu *Gallia*. *Si aucuns homes* (verba sunt) *estoit Chivaliers & ne fuit pas Gentix homes de lignage, ne de Pariage touſt le faist il de par la mere, si ne porroit ileſtre par droit, ains le porroit peure* (aliter *prendre*) *li Roys ou li Barons en cui Chastellerie ce sorroit & par desus y fumier trencher ses Esperons.*

Le Oyseau des Ordr. c. 6. §. 8. ap. Choppin. de jurisd. Andegav. lib. 1. cap. 63. §. 2.

Nomen magis speciale quo isti Equites distinguuntur more antiquo est *Chivaliers Bachilers.* Vox *Chivalier* (omnibus etiam aliis communis, & generali notione omnibus *Castellanis* tributa, & qui his sunt superiores) patet ex Germanorum Ritter/ & Latinorum *Eques* aliarumque linguarum, *Chival* enim format *Chivalier*, *Equus Eques*. Unde vero vox altera *Bachiler*, *Baccalaurius* derivetur, non æque manifestum est. Quidam dicunt compositam quasi *Basbevalier* relatione habita ad *Chivalier a Banner*, seu *Bannerettum*, sub quo isti Equites Baccalaurei ordinarie meruerunt. Alii derivant a *Bacalier* actûs nomen corruptum fuisset ex *Bacalers*, latine *Bacalarii*. Alii formant ex *Baccalauri*. Alii ex *Bas Esebelon* id est primo gradu eruditionis & equitatus. Alii aliter. Verisimillima autem videtur derivatio a voce *Buccellarii* significante tempore declinantis Imperii militem seu militis servum semper ad expeditionem paratum, & actiones alias. Unde posterioribus seculis juncta vox ista cum *Chevalier* denotavit suscipientem primos Equitis gradus. In antiquis Græcorum Juris Consultorum Glossariis, Buccellarius, Βυκελλάριος explicatur ὁ ἀποστελλόμενος καὶ φῶτινα, *missus ad occidendum aliquem*; & bis notatur ὁ παραμένων στρατιώτης, *miles in militia permanens.* Nomen hoc sic explicatum cœpit usurpari sub *Honorio*, ac recipi tum a Romanis tum a *Gothis*. Sic *Olympiodoro*; τὸ Βυκελλάριος ὄνομα ἐν ταῖς ἡμέραις Ὀνωρίου ἐφέρετο κατὰ στρατιώτων ὁ μόνον Ῥωμαίων ἀλλὰ καὶ Γότθων πίνων. Et impositi hujus nominis causa videtur quod

Vid. Lud. Viv. de caus. corrupt. art. l. 3. Le Oyseau des Ordres c. 6. §. 50. Fauchet orig. des dignit. Argentre in Consuet. Britan. art. 88. Cujac. ad lib 2. de feud. lib. 7. Choppin. doman. lib 3. tit. 26. §. 14. &c.

Photius in Bibliothec. cod. 8. p. 197.

quod commeatus primaria portio appellaretur Βύκελλον, *Buccellus* seu *Buccellatum*, instar panis biscocti esculentum, vel simile quid. Atque hinc *Buccellarii* dicti sunt, sicut a *Stipendia Stipendiarii*. Nomine isto sic a *Romanis & Gothis* nonnullis recepto ad denotandum militem, vel qui fecerat militiam, nec adhuc dum deseruerat, factum est dehinc ut & *clientem* connotaret, vel *feudatarium*, id est hominem, qui tenebatur servire alteri tãquam Domino seu Patrono suo eumq; defendere acsi fuisset ex ejus satellitio. Vide id in legibus *Visigothorum l. 5. tit. 3. de Patronorum donation. lib. 1. si quis*: *Quicunque in Patrocinio constitutus sub patrono aliquid acquisierit, medietas ex omnibus in Patroni vel filiorum ipsius potestate consistat. Aliam vero medietatem idem* Buccellarius *qui acquisivit obtineat, Quod si Buccellarius filium tantummodo reliquerit* &c Sic *Onyla* Buccellarius *Ætii* legitur apud *Gregor. Turonens. histor. 2. cap. 8.* Inde *Hispani* quidam transferunt *Vassallo*, quod generaliter denotat jure feudi obstrictum ad militaria officia. Inde etiam prodit Adjectivum *Bachelereux* seu *Bachevelereux* (exemplaria enim *Froissartii* utrumque legunt volum. 1. chap. 127) ad significandum audacem & fortem, quæ attributa sunt veri equitis. Et sicuti plurima dignitatum nomina, ab initio & nunc amplissimæ significationis, temporis successu ad specialem quandam dignitatem restricta sunt, ut vidimus in illis *Dux*, *Comes*, *Miles*, *Eques*, &c. ita & *Bacheler*, seu *Baccellarius* (ut Galli scriptores amant loqui) & *Baccalaureus*, derivata vox ex *Buccellarius*, primo denominans omnem militem, postmodum, conjuncta *Chevalier*, denotavit primum Equitatus gradum. Fuit ergo Eques *Baccalaureus* cui equitatus Ordo esset collatus, adhuc tamen instar Baccalaurei serviens. *Banneretus* autem notavit illos qui potuerunt dispandere vexilla sua, atque sub se tenuerunt istos Baccalaureos.

Baccalaurei vero postmodum nomen solitarium aliud quoque significavit: videl. aliquando *militaris ordinis Candidatum*, & dignitatem Equitis ambientem, ideoque arma exercentem. Hoc sensu tripartita facta est divisio per arma dignitatem adeptorum in *Baccalaureos*, *Equites & Bannerettos*, quos invenire est apud *Cujacium ad feud. lib. 2. Tit. 7. Choppin de Doman. lib 3. tit. 26. §. 14. Bertraud. d. Argent. Consu. Brit. art. 88. verb. Chivalier.* &c. Et sicut *Chivalierie* Equitatum notat, seu Equitis dignitatem, ita *Bachelerie* dicit Baccalaureatum

C. tit. de erogat. milit. annona. §. 1. & de excoctione 2. Constantin. Porphyrog. Them. 6. Eustath. Antecessor περὶ χειρῶν in περιβ. ἡυετρεων §. 5. *Vid. Alciat. disp. l. 3. c. 20. Turnebad. adverf. l. 24. c. 26. 15. Vid. item C. ad legem Juliam de vi publica l. 10. omnibus & ibi Gothofredum. For. Judic. apud Lindebrog. in gloss. verb. Buccellarius.*

tum, ab hac veterum Gallorum voce. *La ne se pouvoit* (inquit *Froyssartes vol. 1. chap. 104.* loquens de Heroicis Anglorum operibus ad Bergeracum) *Chivalierie ne Bachelerie celer.* Et hinc videtur desumta vox illa ad primos denotandos gradus in Academiis illorum, qui sunt *Magisterii Candidati*, in opificiis etiam & sponsis, qui sunt *conjugii ac amoris candidati*, ut eos appellant in *Piccardia* & apud nos in *Anglia*. *Bachelette* vocatur etiam in *Piccardia* puella quam procus ambit, uti *Baccalaureus* vocatur procus. Verum sicuti aliquando Equites in genere vocantur Castellani & majores Domini, sic etiam Baccalaurei vocantur horum filii vel alii agnati præter expectationem hæreditatis possidentis aliquam portionem terræ sibi assignatam cum jurisdictione haud minore, quam ipsi magni exercent Domini per universum territorium. Hoc in sensu mentio est specialissima Baccalaureorum in Consvetudinibus *Andegavensibus*. *Outre les Seigneurs dessusdits, y a au dit pais aucuns autres Seigneurs, que ne sont Comtes, Vicomtes, Barons, ne Chastellains, qui ont Chasteaux, Fortresses, Grosses Maisons, places qui sont parties des Comtes, vicomtes, Baronies ou Chastellanies, desdit pais & tiels s'appellant Bachilers.* Isti etiam Baccalaurei, ut videtur, retinuerunt nomen suum, ut ut posthac Banneretti facti sunt. Titulus autem Baccalaurei distinxit eos a familiarum suarum Capitibus, non vero ceu specialis dignitatis nota ipsis imponebatur. *Erant quippe* (inquit *Choppinus* de his consvetudinibus) *ex Comitum Baronumve* (potuisset addere *aut Castellanorum*) *Stemmate prognati & quum opibus autoritateque valerent, militaria signa efferre a Regibus permittebantur. Inde* (pergit) Bacheliers *quibusdam dicti; ou portans banniere en ost, ou Chivalier.*

l'Oyseau des Ordres chap. 6. §. 49.

Artic. 63. Gid. Choppin. 16. & l'Oyseau des Ordres chap. 6. §. 52.

de jurisdict. Andegav. lib. 1. cap. 63.

Circa speciale jus usurpandi *Sigillum* propriam *Hustulph* de *Soligne* Dominus de *Dol* in *Britannia* hanc addit clausulam ad Privilegium quod dederat Abbatiæ *Vieuvillane* circa an. MCLXX. *Et quia adhuc miles non eram & proprium sigillum non habebam, quando hanc concessionem fecimus, autoritate Sigilli Domini Johannis patris mei cartam istam sigillavimus.* Observat *Augustinus du Paz* inde videri unumquemque Equitem tum temporis habuisse sigillum. *Ce que semble donner a entendre qu'en ce temps la, il n'y avoit, que les Chivaliers qui eussent droit d'avoir & user de seaux.* *Tillius* vero citat antiquam decisionem,

Aug. du Paz. l'hist. de plusieurs maisons de Bretagn. pag. 523. Nota de usu sigilli Side etiam infra c. 5. §. 37.

nem, an. MCCCLXXVI, qua Eques dicitur, *cum Equestrem ordinem susscipit, sigillum mutare.*

XXV. Olim (cum ordo hic equestris nimium vulgaris fieret per frequentem collationem) seligebantur diversis temporibus eminentissimi in alios ordines, in quibus nonnunquam Reges erant, aliive summi Principes; ut præ cæteris bene meriti & clari sub titulo Equitis, acquirerent characterem digniorem aliis Equitibus Baccalaureis vel Bannerettis, præsertim si Rex in isto esset ordine. Hos ordines divido in bene cognitos & obscuriores, nec sæpe apud Autores Gallos occurrentes. Priores omnes a Rege instituti sunt, præter illum *aurei velleris*. Licet enim hujus summa autoritas sit in *Hispania* Rege attamen procedit ex titulo *Burgundiæ* Ducis, ubi primo institutus est, sub regno *Galliæ*: ideoque huc etiam pertinet. Posteriorum nonnulli cœperunt autoritate subditorum summa etiam potestate fruentium, & alii Regis autoritate.

Maxime celebres & cogniti a Rege instituti ordines sunt isti *de l'estoile* Stellæ, qui & Virginis *Mariæ* appellatur, *S. Michaelis & S. Spiritus*. Ordo *Stellæ* seu *Marianus* vulgo tribuitur *Johanni* Regi, insigne ejus *Stellæ* ab equitibus in pileis gestata. Dabatur, dicunt, intra paucos annos, adeo liberaliter, absque merito etiam indignis, ut *Carolus VI.* (dicunt aliqui, alii ipse *Johannes* & alii denique, *Ludovicus XI.*) ad extenuandum honorem in ordine isto creditum atque ad abrogandum eum penitus (nullo expresso mandato indigne illum suscipientes coercendo) præceperit unicuique militi etiam vulgari in satellitio suo gestare similem stellam, quod Equites videntes puduit ipsos stellarum suarum, earumque usum imposterum omisere. *Prudenter Carolus VII.* (inquit *Bodinus*) *qui cum Equestrem ordinem calamitosissimis Reipubl. temporibus cum indignissimis communicatum prece vel pretio fuisse, nec sine gravi contumelia extorqueri posse intelligeret* (erat autem ordinis insigne aurea stella pileo innexa) *cohortes præfecti vigilum auream stellam pileis consuere jussit; quo edicto repente Omnes Equites aureas stellas de pileis detraxerunt.* Idem & alii asserunt. Sed *Monsieur Favin Theatr. d' honneur lib. 3. pag. 567.* inquit, didicisse se ordinem hunc institutum citius videl. an. MXXII. a *Roberto* Rege ex pietate in *Mariam* Virg. ex cujus appellatione, *Stella Mariæ*, insigne desumtum est. Addit etiam, primum numerum fuisse XXX. pri-

de republ. l. cap. 4. Sic. du Haitan. lib. 2. & Oyseau des Ordres chapt. 6. §. 43. 44.

Videl Mariæ nomen habreum Mirjam *stellam Sel stillam mariu notare dixit Hieronymus & alii; inbitis tamen Philologis.*

primoque collatam dignitatem istam Festo nativitatis S. Virginis, id est. VIII. Septembris, ejusdem anni. Annua quoque ejusdem solennia illi diei alligata celebrata sunt in *Cluby* (prope S. *Dionysium*,) cui olim nomen *S. Ovyni*. Describit præterea collare huic ordini proprium, & ornamenta alia, dicitque stellam in lævo pectore gestatam, ac incollari: plura vide apud Autorem ipsum.

Sublato *Stellæ* ordine cœpit S. *Michaëlis*. Institutionem ejus Galli utplurimum deducunt præcipue ex proposito *Caroli VII.* eum inchoare volentis, postquam apparuisset ipsi Archangelus in ponte *Aurelianense*, qui & est Angelus Gallorum tutelaris, opem ferens contra Anglos an. MCDXXVIII. Juxta hoc enim propositum *Ludovicus* XI. ad urbem *Amboys* prima *Augusti* an. MCDLXIX. eum instituit *a la gloire & lovange de Dieu nostre createur tout puissant & reverence de la glorieuse Virge Marie al' honneur & reverence de S. Michael primier Chivalier, qui pur la querelle de Dieu, battaile contra l' ancien enemy de l' humaine lignage, & le fit tres bucher de ciel. &c.* ut verba sonant in præfatione diplomatis institutionis: Deinde nominat ordinem quod sit, *L' Ordre de Monsieur S. Michael Archange.* Numerus in ordinem recipiendorum erat XXXVI. increscens autem postmodum liberaliter ad Summi Principis placitum. Insigne ejus est. *Un Coller d' Or fait a Coquilles laces l' une avec l' autre d' un double laz assise sur chaisnets ou mailles d' or au milieu du quel Collier sur un Roch aura un Image de Monsieur S. Michael, quereviendra pendant sur la poitrine.* Atque hoc collare tum Summum Principem tum unumquemque Equitem oportebat gestare lege institutionis hujus quovis die apertum sub pœna, ut Missam recitari faciant & dispensent VII. 5. VI. d. *Turnoys* pro unaquaque offensa; excepto si fuerint armis induti vel privatim degentes, quo in casu utroque permittebatur ipsis gestare Archangeli imaginem vel ex torque aureo pendelum vel ex ligula sericea. Heraldus etiam, dictus *Mont S. Michel*, constitutus est. Festum *S. Michaël* destinatum Capitulis, & Solemnibus, cum legibus successionum, ceremoniarum, juramenti, & aliis huc pertinentibus vide in statut. *Francia Tom. 3. tit. 4. & Favin. Theatr. p. 616.* Quidam addunt Symbolum ordinis esse; *Immensi tremor Oceani.*

Videsis Favin. Theatr. d' honneur. pag. 609. Sigebert. Anno. 709.

Videsis etiam Bodin. de rep. lib. 5. cap. 4. Sanlebun. &c.

Ordo hic continuans (uti hodienum) ad *Henricum III.* in memo-

moriam *Pentecostes* (festi quo natus est) electum *Poloniæ* Regem, & vocatum deinde ad *Galliæ* regnum augmentum quasi accepit illum a S. Spiritu denominatum, du *Benoist Sainct Esprit*. Verba innovationis sunt, quod creet & instituat *un ordre militaire en cestuy nostre Royaulme Coutre celuy de Monsieur Sainct Michel ; le quel nous volons & entendons demurer en sa force & vigeur & estre observe tout ainsi que a este de puis sa premiere Institution jusques a present) sous le nom & titre du Benoist Sainct Esprit.* &c. Uterque igitur ordo *S. Michaelis* & S. *Spiritus* quasi in unum compactus hodienum perseverat, & communicatur absque restrictione numeri. Statutum vero id Decembr. mense MDLXXVIII. Specialia fuse habet *Monsieur Favin*, videl. Ornamenta, Statuta, Nomina Equitum ad hunc usque diem, &c. Bulla *Pauli* V. P. M. de admissione extraneorum, est apud *Laërtium Cherubinum Bullar. Tom. 3.*

S. Marth de La maison de Fr. tom. 1. pag. 352. Fabin en Theatr. d' honneur. pag. 645.

Constit. Paul. c. 42. pag 232. 16. Febr. 1608.

Favinus etiam habet multa de *Aurei Velleris* Ordine incœpto a *Philippo Duce Burgundiæ* in nuptiis cum *Isabella Portugalliæ* in *Bruges* decimo Januarii MCCCCXXIX. Ipse erat cum successoribus suis Præses ejus. Titulus igitur iste cum Ducatu transiit ad *Hispaniæ* Regem, ceu ejus Hæredem.

Sid. 44. pag. 233.

XXVI. Ordines magis obscuri nec vulgo obvii, agniti tamen a Gallis & habiti pro antiquis Equitum ordinibus obsoletisque, etiam a Rege instituti fuerunt *Genistæ*, *Coronæ Regiæ*, *Navis*, etsimil. de quibus abunde *Favinus* in suo honorum Theatro. Qui a subditis instituti sunt, fuere de *Porcupine*, *Carduo*, *Croissant & Ermine*, aliique quos omnes tam plene tradidit *Favinus*, ut nos supersedere queamus labore. Supplementi saltem loco addimus memoriam ordinum *Canis* & *Galli* gallinacei attributorum nobilissimæ *Monmorancia-rorum* familiæ, (de quibus satis dictum & legere est in *Moreau tableau des armories, Mennenio du Chesne &c.*) ut & *de la dame blanche a l'esen verd*, id est *pulchræ virginis in campo viride* instituti a fortissimo milite *Jean de Boncicaut* Mareschallo *Franciæ* sub *Carolo VI.* Cum enim querelæ mœstissimæ ad Regem delatæ essent a fœminis plurimis nobilibus de injuriis frequentibus tum in honore suo, tum in bonis quotidie acceptis a potentioribus, contra quos illas non poterant defendere ulli cordati viri nec amici, imo nec audere earum defensionem æquissimam : *Boncicaut* persvasit duodecim aliis ut secum uni-

unirentur in erectione ordinis hujus Equestris, ad quinque annos, ac promoverent ejus consilia. Juramento igitur adstricti sunt, variique articuli præscripti, qui supersunt apud *Mauchaut Sieur de Romainville Histor. Boucicaut.* Scit: quod debeant opitulari omnibus fœminis Nobilibus injuriam in honore vel fortunis perpessis: ad arma provocati comparere; supplere invicem alterius absentiam: si nobilis fœmina eorum requireret defensionem vel auxilium unius vel omnium, ac postmodum Eques aliquis eos provocaret, primo quoad posse suum justitiam fœminæ vindicent; si vero prius provocati fuerint, & deinde in subsidium fœminæ advocentur, in arbitrio eorum sit positum, quod prius perficere velint: etsimil. Articuli in instrumento signati hanc gerunt inscriptionem.

Part. 1. chap. 38 39.

A *touts haulx & Nobles Dames, & Damoiselles & a touts Seigneurs, Chivaliers & Escuyers, apres touts recommendations sont a scavoir les tres chivaliers, Compagnons portans en leur devise, l'escu verde a la dame blanche.* Subscriptio erat: *Messire Charles d' Albret, Messire Boucicaut Mareschal de France, Boucicaut son Frere, Francoys de Aubiscourt; Jean de Ligvers, Chambrilac, Castelbayac, Gvaucourt, Chasteaumorant, Betas; Bomcebaut, Colleville, Torsay.* Quoniam *D' Albret* erat consobrinus Regis, ideo *Boucicaut* etiamsi caput esse ordinis, noluit suum præponere nomen.

XXVII. Ordinibus Equitum sic finitis, concludimus cum *Armigero Esquire* vel *Escuyer*, ut vocant, nomine non ejusdem quo olim significationis. Recentior tamen ejus usus a veteri provenit. Nam antehac divisio dignitatum post nobilem collocavit *Escuyer*, deinde *Bacheler, Chivalier*, Banneret, & reliquos; ubi sicut *Bacheler* (de quo supra) denotavit in militia occupatum & servientem tanquam *militaris ordinis candidatum*, nondum tamen Equitatus ordinem adeptum; Sic *Esquire* significavit ministrum, servientem Equitibus in rebus ad militiam pertinentibus, portando eorundem scuta, atque assistendo in equum ascendentibus, fuitque pariter *Militia* (non *Militaris ordinis*) *candidatus*, quoniam non in campo veluti Baccalaureus servitium præstitit. Sic intelligo *d' Argentre* Præsidem Parlamenti *Rhedonensis* dignitates recensentem: quæ sunt *Escuyer, Bacheler, Chivalier, Banneret, Baron. Hic ordo*, inquit, *ab antiquis*

quia bonorum traditur quorum fuere militares functiones. Deinde *Escuyers sunt Scutarii in Marcellino & Procopio, qui scutum Ducibus aut Patronis præferebant, posterius & stratores, qui Dominos in equos tollerent, & Equos regerent. Isque primus inter cæteros gradus Nobilitatis*: quæ ultima verba, existimo dici de dignitatibus olim in Francia acquisitis ex servitio vel militari, vel honesto aliquo respectu eo tendenti, quale fuit *Scutarii.* Alias enim titulus iste *gradus primus* non fuit. Sola nativitas, vel legitima dignatio alia nobilitatem conciliavit, *primumque* dedit gradum infra Scutarium tamen, qui titulus (propter meritum istius Servitii ac spem taliter servientium) contulit, nobili dignitatem insuper aliam. Et *l' Oyseau* inquit, *Aussy a il tres-grand apparence que la vray & originarie Etimologie du nom d' Escuyer vient de porter l' escu, mais non le Siens ains celuy de son maistre.* Verum, postquam Scutarii plurimi ex speciali occasione, quamvis non ordinarie ad idem cum Baccalaureis adhiberentur ministerium, (ut videtur ex illo *Marcellini* supra adducti, inden Wapenern oder Wassen trägern Imperii & in variis Historiæ Gallicæ exemplis) adeo ut dignitas eorum a Baccalaureorum parum differret, nomen horum Baccalaureorum tandem in desuetudinem abiit: omnesque nobiles adhibiti in militaribus servitiis, quæ perfecerant Baccalaurei, vel servientes magnis Militibus, nondum admissi ad equestrem dignitatem, vocati sunt *Escuyers, Scutarii, Scutiferi, & Armigeri,* quæ nomina deinde (& hodienum) pacis quoque tempore attributa sunt. Nobilibus melioris notæ, ad conciliandum eis actionis titulum, vel spem actionis alicujus egregiæ. Hic titulus *Scutarii* ut ab Equite proximus (solus enim Baccalaurei tum expiravit titulus) vetustus sane est, ut testatur eorum & Equitum memoria in prælio *Tridentino* an. MCCCL. *Messire Jean de Beaumanor* adversus *Sir John Brembre* Equitem Anglicanum, & alibi in historia *Britanniæ* & in *Froisardo.* In multis terrarum concessionibus ac officiorum a Rege nostro *Henrico V.* ad Nobiles *Normanniæ* frequenter nominantur *Armigeri. Nec licet,* ait antiquus Gallicus autor *Philosb. Achill somn. viridarii part. 1. c. 125. sub Carolo 5.* vivens) *simplici scutifero deaurata ornamenta portare vel deferre.*

ad Consuet. Britan. Art. 88.

des ordres chap. 4. §. 22. qui plura habet de hoc nomine.

Argentre lib. 6. cap. 27. & l. 11. cap. 3.

Rot. Normæ, 7. Henr. 5. m. 2. arce London.

Cap. IV.

I. Principe de las Asturias, *titulus filii & hæredis certi in Hispania. Principe* de Navarre *& de* Girona.

II. *Dux & Comes olim in Hispania. Titulus Ducis in Castilia, & c. una cum corona & formula literarum creationis.*

III. *Marchionis titulus ibidem, Diploma creationis, & corolla.*

IV. Condes, *eorumque creatio & corona. Vexillum &* Caldera *in eorum investitura, olim.* Conde Palatino.

V. *Vizcondes.*

VI. *Titulus* Ricos Hombres, *eorem investitura per Bannerium & Calderam, seu Pendon y Caldera, uti &* Condes, Grandes, Barones & Castellani.

VII. *Mos renovandorum a Rege titularium nominum in hæredibus maximarum in Hispania dignitatum.*

VIII. Cavalleros de Espuela dorada, *seu Equites calcaris aurei. Eorum creatio, Prilegia, degradatio, ex Scriptoribus Hispanicis.*

IX. Cavalleros Armados & Cavalleros de Alarde, o de premio, o de gverra, o quantiosos.

X. *Leges seu* Pragmaticas de las Cortesias *& gestatio coronarum.*

IN *Hispania* subordinati tituli sunt *Prince de las Asturias*, quem serpissimæ appellant Principem *Hispaniæ* seu *Castiliæ*; *Dux*, *Marchio*, *Conde*, *Vizconde*, *Baro*, *Rico Hombre & Cavaliero*, seu Eques (significatione speciali, uti Gallorum *Chivalier*) ordinis alicujus. Nam alias *Cavaliero* in genere nominantur eorum *Hydalgo*, *Infanciones*, *gentiles hombres*, alicubi etiam *Scuderos*, in *Catalonia* vero *Lombres de Parage*, qui non excedunt nostrum vulgarium Nobilium ordinem. Utut dubium minime sit *Escudero* descendere ab *Escudo*, sicuti *Escuyer* Gallorum ab *Escu*, & quoad literam idem notare.

V. Joan. Benedict. Gbardiola de la nobleza d' Espanna c. 29.

I. Titulus *Prencepe de las Asturias* id est *Princeps Asturum* primo im-

impositus est *Infanti* seu Filio certoque hæredi (*Infans* enim solummodo Regis denominat filium, ut *Enfant le Roy* in *Gallia*; indeque *Infantados* nominantur territoria Infantibus assignata quibuscunque, & *Infanta* vocantur filiæ Regis) anno MCCCLXXXVIII. Cum *Henricus* filius & hæres certus *Johannis I.* Rex *Castiliæ, Legionis & Galliciæ* (postmodum Rex *Henricus III.*) connubio sibi jungeret *Catharinam* filiam *Johannis Gandavensis* Ducis *Lancastrensis*, ut *Asturum Principes* (inquit *Mariana Hist. Hispan. lib. 18. cap. 12.* ita etiam *Estephan de Garibay in Compend. Hist. Hispan. lib. 15. cap. 25. Zurita en les Annales de la corona d' Aragon. lib. 10. cap. 46. & lib. 12. cap. 34. &c.*) *vocarentur datum; more ex Anglia translato, ubi Regum filii Majores Walliæ Principes nominantur; quod ab hoc initio susceptum ad nostram etatem conservatur ut Castellæ Regum majores filii Asturum Principes sint, quibus annis consequentibus Ubeda, Biatia, Illiturgique sunt addicta.* Vulgata tamen appellatione vocantur *Principe d' Espanna* filii & hæredes indubitati ut etiam testatur *Salazar de Mendoza* in *Origen de las dignidades d' Castilla y Leon* inscripta moderno Regi tum Principi. Olim, ait *Salazar*, sicuti omnes filii dicti fuerunt *Infantes*, ita filius hæres *Infante priemero heredero*; idque perseveravit usque ad *Johannem* I. Regem.

Salazar de Mendoza orig. de las dignidades lib. 1. cap. 7. de filiis regum vide *Gonsal. Gilotte in Nobilit. Adalus. lib. 2. c. 75.*

Vid. Pragmatic. 1586. in Hist. Hispan. pag. 1235.

Ceremoniæ creationis fuerunt, inquit *Salazar*, tales: Rex induit eum veste pretiosa (*un manto*) imposuit pileum (*un Chappeo*) capiti ac in manum tradidit virgam auream, eumque osculatur pronunciavit esse cum *Principe d' Asturias*. Vocatur porro Princeps vel hæres manifestus *Princeps Navarræ*, ut apparet ex titulo *Philippi* Principis *Hispaniarum* sub *Carolo* Rege. *Yo Don Phelipe de Navarra hijo primogenito del Imperador Don Carlos. &c.* De hoc Principatu vide plura in *Armendariz Recopilaçan legum Navarræ Lib. 5. tit. 17.*

Titulus *Principis* vel *Principatus* alias rarus fuit in territoriis istis nunc *Castellæ* Regi subditis. In *Armgonia* fuit olim. *Ferdinandus* Rex *Armgoniæ* Ann. MCCCCXIII. creavit hæredem suum *Don Alfonso* Principem *Gironæ*, iisdem cum ceremoniis, quibuscum Princeps *Asturum* creatus erat: *Estando en su throno* (inquit *Zurita*, *llego & Infante Don Alfonso y vestiole & rey un manto y pusosele un chapeo en la Cabeça y una vara de oro en la mano, y diole paz i titulo de Principe de Girona por su primogenito.* Sic imitati sunt creationem hæredis apparentis in *Castilia* & *Legione* in *Principem Asturum*, uti in *Anglia* creati

Annal de la corona de Aragon. lib. 12. cap. 34.

sunt

sunt *Principes Wallie.* Reperitur præterea in monumentis quorundam regnorum ditionis Hispanicæ idem *Principis* titulus.

de hisce videsis Marian. lib. 6. cap. 1. & lib. 8. cap. 2.

II. *Romanorum Gothorumque ætate* nomina *Ducum & Comitum* per Hispaniam sparsa sunt, usurpataque illic circa an. DCL. post Christum. Sicuti in Imperio antiquo, ubi Dux notabat Militiæ Præfectum, cum regimine commisso, & Comes æque officialis ac mere honorarius erat titulus. Singulare ejus exemplum, (quantum intelligo) est in subscriptione VIII. Concilii *Toletani* sub Rege *Recceswintho.*

Item ex Viris Illustribus Officii Palatini.

Hodoacrus, Comes *Cubiculariorum* & Dux.
Osilo, Comes *Cubiculariorum*, & Dux.
Adulphus, Comes *Scantiarum*, & Dux.
Dabilo, Comes & *Procer.*
Astalaus, Comes.
Atanephus, Comes & Dux.
Ella, Comes & Dux.
Paulus, Comes *Notariorum.*
Tuantius, Comes *Scantiarum.*
Euredus, Comes & *Procer.*
Ricilla, Comes *Patrimoniorum.*
Asrila, Comes *Scantiarum.*
Ubenedarius, Comes *Scantiarum*, & Dux.
Fandila, Comes *Scantiarum*, & Dux.
Cunefredus, Comes *Spathariorum.*
Frolla, Comes & *Procer.*

Comes solitarie ac *Comes & Procer* videntur mihi esse tituli mere honorarii. *Comes* deinde cum aliis additionibus ostendit officiales dignitates in aula: *Scantiarum* in quinque illis notat *Pocula* vel *Epulas.* *Comitem Scantiarum*, inquit *Garsias de Loaysa*, *nonnulli poculis altis universis. Epulis Regis Præfectum fuisse contendunt. Hodie vulgari Hispanorum lingua Seanciar est bibere.* Illis vero temporibus antiquis Ducis nomen solummodo officiale fuit. De *Comite*, quomodo vox ista

In Concil. Toles. 8. pag. 459.

ista facta fuerit Honoraria & feudalis, mox plura. Dicunt autem *Ducis* titulum, quoad dignitatem & feudum non fuisse in *Castilia* ante *Henricum II.* Regem, creantem filium suum *Don Fridericum* Ducem in *Benavente* circa annum MCCCLXX. Deinde Rex *Johannes I.* filius *Henrici* istius creavit filium suum minorem *Don Ferdinandum*, qui erat infans de *Lara*, Ducem in *Pennafiel*, eratque urbs ipsi cum Titulo tradita. Creabatur autem per Coronam capiti ejus impositam non liliaceam. *Mariana* inquit; *Corona capitis imposita, nullis exstantibus floribus.* Verum *Estevan de Garibay* l.c.cap.57.ait liliaceam seu ex floribus contextam fuisse, quales hodienum sunt coronæ, quas Duces Hispanici insignibus suis imponunt. *Nostra ætate* (inquit *Mariana*) *non Duces sed Comites etiam Coronam clypeis adjiciunt Regiæ haud absimilem*: id est regiam Coronam veterum temporum, vel sicuti hodie pingitur absque Arcubus. Atque talem adhibitam esse in creatione Ducis de *Pennafiel* non solum *Garibay* verum & *Salazar de Mendoza* aliique affirmant. Consentiunt etiam Ducis Coronam esse floridam, ita tamen formatam, ne flos florem excedat longitudine: formatam dico seu pictam, quoniam Duces recentiores eam neque gestant, neque per eam creantur, quicquid dicat *Benito Gvardiola* & in contrarium affirmet: nisi velis subintelligere antiquos Duces in *Hispania*, *Gallia* & alibi coronas gestasse, non vero recentiores, qui ejus solummodo imaginem in insignibus suis ferunt. Vid. tamen ipsum *Gvardiolam* de aliis Ducum prærogativis. In diplomatibus creationis *Castellæ* conceditur iis, qui primogenituræ jus habent seu *Majorazgo*, Ducis appellatio ex illa civitate, quam maxima ex parte possident. Addimus hic exemplum ejus quo *Don Gabriel Manrique Conde de Osorno*, creatus est a *Johanne* mense Januario MCCCLI. Dux in *Galestco* quod habet *Alonso Lopez de Haaro in Nobiliario part.1.lib.4.pag.323.*

Garibay. lib. 15.cap.27.

Hist.or.38.cap.

Origen.de las dignidad. l.3. cap. 15.

Vid Benedict. Gvardiolam in Tract. de nobilit. Hispan. cap.46.

Don Juan *por la Gracia de Dios Rey de* Castilla, de Leon, de Toledo, de Galicia, de Sevilla, de Cordova, de Murcia, de Jaen, del Algarbe, de Algecira, *e sennor* de Viscaia & de Molina &c. *Por fazer bien y merced a vos* Don Gabriel Manrique de Osorno, *Commendador Mayor de* Castilla *mi primo e mi vassallo, e del mi Consejo: Por les muchos, e buenos, e leales, e altos, e continuos, e sennalados, e agradables servicios que los del vuestro linage fizieron a los Reyes don-*

de yo vengo, e vos ave des fecho e fardes a mi de cada dia commuchas gentes de Vuestra casa e Estado e ſpecialmente en las guarras que yo he avido, en las quales avedes pueſto vueſtra perſona a gran viesgo e peligro de la vida, faſta derramar vueſtra ſangre; E otro ſi por la lealtad qui ſiempre en vos he fallado, lo quales a mi todo bien cierto e connocido, es mi merced de vos galardonar, e adelantar porque vueſtra perſona, e Eſtado e linage ſea mas ſublimado, e valades mas; Por ende por parte de remuneration, e emienda, e ſatisfacion de los dichos ſervicios, de mi proprio motu e cierta ciencia, e poderio Real, *quiero que de aqui adelante para en toda vueſtra vide ſeades* Duque *de la vueſtra villa de* Galiſteo, *e ſeades llmado, e vos llamades*, Don Gabriel Manrique Duque de Galiſteo *e Conde* de Oſorno, *& Deſpues de Vueſtro fallezimiento aquello e aquellos que de vos decendiregen e vueſtra caſa e mayorazgo oviren de aver, e heredar para ſiempre jamas, e que ayades e gozedes por razon del dicho Titulo e dignidad, e vos ſean fechas e guardadas las mas cumplidas honras e dignidades, e excelencias, e ſublimaciones, e antelaciones, e preeminencias, e prerogativas, de que gozan, e pueden e deven gozar, aſſi por derecho e leyes de mis Reynos, como por uſos e coſtumbres dellos los otros Duques que han ſido e ſon de los dichos mis Reynos e Sennorios, e que podades traer, e trigades todas las inſignias, e uſar, e exercer todas las ceremonias que per razon del dicho titulo e dignidad de Duque devedeo traer, e uſar, e exercer. E quiero, e tengo por bien que vos podades llamar, e llamedes Duque luego, e cada e quando que vos quiſieredes, e que por non lo vos llamar, nin ſer aſſi llamado, nin los dichos vueſtros dicendientes lo non perdades, nin vos pueda perjudicar en todo, nin en parte; e que toda via en qualquier tiempo e logar e ſazon que vos e ellos quiſieredes, vos lo podades llamar, e ſeades aſſi llamados, e podades uſar e uſedes de todo ello: e ſi neceſſario e cumplidero vos es, alço e tiro toda obrepcion, e ſubrepcion, eſcrupulo, e qualesquier defetos, e otras coſas que emberguen, o puedan embargar a eſta mi remunencion que vos yo fago, o qualquier parte della. E por eſta mi carta, o por el traſſado della ſignado de Eſcrivano publico, mando al Principe Don* Henrique *mi muy caro, e muy amado fijo primogenito heredero, e a los* Duques Condes, Marqueſſes, Ricoshomes, Majeſtres de las Ordenes, Priores, Commendadores, e ſub commendadores, Alcaides *de los Caſtillos e caſas fuertes, e llanas, e a los del mi Conſejo, e Ordores de la mi Audiencia, e Alcaldes, e Notarios, e otras Juſtitias, officiales qualesquier de la mi caſa e Corte, e Chancilleria, e a todos los Concejos, Alcaldes e Alguaziles, Regidores, Caval-*

Cavalleros, Escuderos, Officiales, e homes buenos de todas las sus ciudades, e villas, e logares de los mis Regnos, e Sennorios, e Otros quales quier mis Vassallos, e subditos, e naturales de qualquier estado, o preeminencia o dignidad que sean, e a qualquier, e quales quis dellos que agora son, e serán de aqui adelante, que vos ayan e reciban por Duque de Galisteo, *e vos nombren e llamen de aqui adelante para en toda vuestra vida* Don Gabriel Manrique Duque de Galisteo, Conde de Osorno, *e despues de vuestros dias aquel e aquellos que vuestra casa e mayorazgo ovieren de aver e heredar para siempre jamas, e vos guarden, e fagan guardar todas las cosas susodichas, e cada una dellas, segun que las han guardado, e guardan, e deven ser guardadas a los otros Duques de mis Reynos, assi por Derecho, como por las leyes, e costumbres dellos, e vos fagan todas las ceremonias que por razon del dicho titulo e dignidad, Vos deven fazer de todo bien e cumplidamente, en guisa que vos non mengven ende cosa alguna, e que vos non pungan, nin consientan poner en ello, nin en parte dello, embargo, ni contrario alguno, so pena de la mi merced. E mando al mi Chanceller e Notarios, e a los otros que estan a la tabla de los mis sellos, que vos den e libren, e passen, e sellen cada que por vuestra parte les fuere pedido mis cartas e privilegios las mas firmes e bastantes que vos cumpliere. E desto mande dar esta mi carta firma da de mi nombre, e sellada con mi sello. Dada en la villa de* Oeanna *atres dias de Enero, anno del Nacimiento de Nuestro Sennor Jesu Christo de mil e quatrocientes e cincuenta e un annos.*

YO EL REX.

Idem *Lopesius* similem habet creationis formulam qua *Don Pedro* Manrique creatus fuit *Dux in Najera* a Rege *Ferdinando* & Regina *Elisabetha* ann. MCCCLXXXII. Et in *Augustino du Paz* habemus integram creationis formulam, qua *Bertrand de Guesclin* Comes *Longevilleus* (ob fida servitia præsertim præstita *Henrico II.* [illegible] adversus Principem nigrum) factus est *Dux de Molina*. *Assyn que soyes* (verba sunt creationis ex Hispanico sermone versa) *plus honore & vous & ceux qui descendront de votre lignage plus forts & puissans; nous vous donnons en pur don & en heritage tant pur le present que a tousiours nostre bourg* de Molines *aver le chasteau du dit bourg & pouvoir de vous nomer* Duc de Molines, *tant vous que ceux que descendront de vostre lignage.* *Mobiliario pag. 306.*

III. Sicuti in *Gallia, Imperio* aliisque regnis Titulus *Marchio* olim aliquando æqualis ferme fuit illis *Dux & Comes*, (juxta cognitam illam identitatem significationis in duobus istis vocabulis.) ut non distingueretur ab ipsis per aliquam dignitatis differentiam, sed tantum per situm provinciarum a quibus denominatio sumta, id est a *Marchis seu limitibus* regni ubi vixerunt, (sicuti jam ostensum) ita in Hispania quoque ejus occurrit usus. *Don Bernardo* primus *Comes Barcelonensis* aliquando appellavit semetipsum *Conde, Duke* & *Marques de las Espannas*, observante *Salazar de Mendoza* ex quodam ejus diplomate dato an. DCXCIV. pro Monasterio *de san Pedro de Taberna* in Comitatu *Ribagorça*. Sic etiam *Ramont Arnaldo Berengner* XI. *Comes Barcelona* vocavit seipsum *Marques de las Espannas*, absque titulis aliis. Et Princeps *Aragoniæ Don Raymont Berengver* vocavit se ipsum *Marchionem de Tortosa*. Verum hæc tituli usurpatio in istis similibusque exemplis, fuit tantum prout datus est Ducibus *Normanniæ*, & Comitibus *Burgundiæ at Flandriæ* (de quibus, quæ diximus in *Marchionibus Galliæ*, huc faciunt) non vero prout fuit distincta a Ducibus & Comitibus dignitas.

Origen de las dignidad. l 3. cap 13. & 14. Lopez de Haro pag. 3.

Primus hoc Titulo, ceu dignitatis distinctæ, donatus a *Castilia* Regibus fuit *Don Alfonso* Comes *in Denia*: Nam licet in legibus, (scriptis fere centum ante hujus Marchionis creationem annis) Partid. 2. tit. 1. mentio fiat *Ducum* & *Marchionum* distinctorum a *Comitibus*; attamen existimo intelligendum hoc esse, sicut & alia plura in hoc legum corpore, cum respectu ad mores aliarum regionum, tum ignotos in *Castilia*. Anno MCCCLXVI. *Henricus II.* Rex *Castiliæ & Legionis* creavit *Alfonsum* istum *Marchionem* Civitatis *Villenæ* (sitæ in territorio quod est in limitibus quatuor regnorum *Toletani, Arragoniæ, Valentiæ & Murciæ*, atque sic revera fuit Marchionatus, *Marquisado*) dedit que ipsi urbem & dominium adjacens una cum titulo. Ab isto vero tempore ad Coronam rediit. Proximus ab hoc fuit Marchio de *Santillana*: Accepit titulum istum *Don Inigo Lopez de Mendoza* a Rege *Johanne II.* Et iste Marchionatus fuit revera talis juxta significationem & originem vocis, Nam *Santilla* est in maritimis *Biscajæ* partibus atque sic in limitibus vel Marchis Hispanicis. Recentioribus seculis crebrior titulus hic factus est, ut & alibi. Et ut dem exemplum creationis, infero hic diploma *Henrici IV.* Regis *Castiliæ*

Salazar de Mõdoz. idem fi. Garibay in Henrica.

Stilla & Legionis, quo creavit *Don Pedro Alvarez Osorio*, qui fuerat antehac *Conde de Treſtamara*, Marchionem *Aſtorga* menſe Julio MCCCCLXV. tradiditque ipſi civitatem cum titulo. Sic vero exhibet *Lopez de Haro* in *Nobiliario pag* 81.

Don Henrique *por la Gracia de Dios, Rey de* Caſtilla y Leon, de Toledo, de Galicia, de Cordova, de Murcia, de Iaen, del Algarbe, de Algezira, de Gibraltar, e Sennor de Vizcaya e Molina, &c. *Como la providencia de Dios nueſtro Sennor en la Corte celeſtial ordenó dar mas exelencia a unos Angeles que a otros, e fizo entre ello diverſos grados jerarquias e coros mas aceptos e cercanos a unos que a otros a ſu divinidad; aſſi los Reyes e Principes, que ſon ſus vicarios en lo terrenal, conviene e pertenece de dar mas exelentia enſalçar ennoblezer, e ſublimar por magnificas mercedes a los mayores, e demas meritos ſervidores, para loable, e perpetua recordacion, gloria e honor dellos, e de ſus generationes, e notable es fuerço e exemplo, eſperanza a los loables ſervidores que deven de ſe poner a todo rieſgo e peligro, por ſervicio de los Reyes e Principes è ellos cumplen con ello lo que deven, ſegun razon e derecho divino y humano.* Por *lo qual conſiderando Como el Conde Don* Pedro Alvarez Oſorio *padre de vos el Conde Don* Alvaro Perez Oſorio Conde de Traſtamara *mi Alferez mayor del pendon de la diviſa, e de mi Conſejo, fizo muchos y muy grandes, leales muy notables ſervicios al Rey Don* Juan *de glorioſa memoria mi Sennor e padre, è a mi; e ſe quiſo eſmera en apurar en lealtad entre otros grandes, e mis cavalleros en muchas roſas, eſpecialment poniendo ſe a grandes trabaio, e a rieſgos, e peligros deſu perſona, e de ſus gentes, por delibrar la perſona del dicho Sennor de Rey mi padre, quando eſtuvo opreſſe en la villa de* oterdeſillas *por el Rey* Don Juau de Navarra, *que aora es Rey* de Aragon, *e por el Infante* Don Henrique *ſu hermano, e por* Don Fadrique *Almirante de Caſtilla, e por otros ſus ſequazes, e por ello puſo aſi y a ſus tierras en grande perſecucione e perdicion, e ſe fizo aſaz guerra de los ſobredichos. E mas eſpecialmente conſiderando los muy grandes, leales, eſenalados ſervicios que vos el dicho* Conde Don Alvaro Perez *ſu fijo, ſiquiendo las piſadas del dicho Conde vueſtro padre, e de otros vueſtros progenitores, querriendo vos mas eſmerar en la dicha lealtad que a mi avedes fecho è fazedes ende cada dia en muchos caſes ſennaladamente, por que con grande lealtad, e nobleza, e animoſidad liberalmente en tiempo muy acetable, e a mi muy provechoſo, e animando a muchos a mi ſervicio ſedes venido con muchas è buenas gentes de cavallo e de*

pie a me servir en la presente è gran necessidad en que estado contra la muy tirana e mala usurpacion de mis Reynos eSennorios que pretenden ocupar les muy ingratos y disseales que sigven la parcialidad del Principe Don Alonso *mi hermano. E porque vuestros servicios son dignos de muy grande e loable recordacion e de gran merito e remuneracion e los que yo devo estimar ser de tanto grado e merito, como si por vuestra santa Fe, e defendiera mi Real persona e Estado, e los dichos mis Reynos. E porque en lo susodicho, è en otros muchos casos el dicho Conde vuestro padre, e vos avedes recebido muchos e grandes Dannos, e gastos, e perdidas de vuestro patrimonio, los quales yo no puedo buenamente satisfacer, salvo por la merced e forma per esta mi carta contenida, e aun con ella no las satisfago. E porque los dichos servicios, e cargos, gastos, e perdidas son notorios, assi los de claro por notorios e de tanto merito, como dicho es. E quiero, e mando que dellos ni de parte dellos no seades obligado a hazer prueva alguna, ni contra ellos sea recebida prueva encontra. Por ende porque assi es cumplidero a mi servicio, y al bien publico, e pacifico Estado de mis Reynos e Sennorios, e a la guarda e defension dellos è de mi Corona y Estado, e persona Real, e por fazer bien y merced a vos el dicho Conde Don* Alvaro Perez, *e porque quede para siempre grande e special corona en vuestro linage, de la vuestra tal e tan singular virtue, e del dicho vuestro padre, e par remuneracion e parte de satisfacion de los dichos sus servicios e gastos, e vuestros, por la presente de mi propio motu e propia e cierta ciencia, e libre e deliberata voluntade aviendo avido consejo sobre ello con los Prelados e Grandes, e letrados de mi Consejo que al presente son commigo, y de su acuerdo e consejo es hago merced e donacion pura, firma, perpetua, e no revocable entre vivos en remuneracion e satisfacion, e solucion, en la mejor forma que valer pueda, e a vos cumpla de la mi civdad de* Astorga *con su castillo e fortaleza, e aldeas, e tierras, e terminos e rios, montes, fuentes, prados, postos, aguas, estantes, e corrientes, e manantes, con todos sus vassallos Christianos, Indios e Moros, de qual quiera ley estado, o condicion, que son e seran, ende vezinos, e con todos sus terminos distinto, e mero misto imperio, e juridicion alta y baxa, civil y criminal, con las escrivanias y oficios, e yantares, maritiniegas, penas e calunnias, omecillos, portazgos, peages, barcages, infurciones, fonsados e fonsaderas, martiniegas, e mostrencos, y algarinnos, e otros derechos e cosas qualesquier que sean, o puedan ser anexas e pertenecientes al Sennorio e dichos imperios y juridiciones e tierras, e terminos de la dicha civdad e su tierra, con todo lo susodicho, assi de*

fecho

fecho como de derecho, e uso e costumbre, o en otra qualquier manera, para que se a todo vuestro propio, libre equito, e desembardo por juro de heredad perpetuamente para siembre jamas, e lo ayades como bien mereciente, e sea de vuestro mayorazgo, e anexo a aquel que vos quedò del dicho Condee vuestro padre, e de vuestro abuelo, e segun e por la forma e con las clausulas y firmezas del que aqui por encorporado es; esi a vos pluviere de dar otra forma al dicho mayorazgo que tenedes, e alque vos yo otorgo de la dicha civdad con lo suso dicho, o a qualquier dellos, lo podais fazer e fagades, para que despues de vuestros dias qued e pertenezca todo o la parte del que vos quisieredes a vuestro hijo mayor Varon legitimo, e de legitimo matrimonio nacido que avedes e ovieredes; despues del a otro vuestro hijo o decendiente que vos quisieredes e nombraredes, e declaredes adelante, e que vaya e torne el dicho mayorazgo o mayorazgos, por lineas e grados, e successiones, e con los vinculos e condiciones, e modos, e institutiones, e sustitutiones, e restituciones, e sumissiones, e cargos que vos quisieredes, e ordenaredes en vuestra vida, o en vuestro testamento, o codicilo, o postrimera voluntad, aunque solenne no sea, assi varones como hembras e parientes transversales: para el qual mayorazgo o mayorazgos, e disposiciones, e cada cosa, e parte dello, assi fazer y disponer, e ordenar a vuestra voluntad, vos doy e otorgo plenario poder e autoridad por esta mi carta: e apruevo e confirmo desde aora para entonces de mi cierta ciencia lo q̃ vos ordenaredes e dispusieredes sobre ello en qualquiera manera. E mãdo q̃ aya efeto, no embargante q̃ los otros vuestros fijos o decendientes, o otros parientes quales ovieredes vos, e los que de vos decendieren, sean fraudados o agraviados en sus legitimas partes, que devan aver de vuestros bienes y herencia, o de vuestros decendientes, o de qualquiera dellos, aunque sean defraudados en los alimeatos necessarios. E no embargante que el dicho mayorazgo que vos aora tenedes contenga otras clausulas o firmezas diversas o contrarias al mayorazgo que vos fizieredes, e ordenaredes, e de qualesquier efeto y firmeza que sea, no embargantes otras qualesquier cosas que a esto embarguen. E por vos mas honrar, e sublimar a vos el dicho Conde Don Alvaro Perez, *e a los que de vos vinieren, e ovieren de aver el dicho mayorazgo de la dicha civdad con lo susodicho, es mi merced, e mando que vos, e despues de vos los dichos vuestros herederos e successores ayades titulo e honor e dignidad, e dimdo de* Marques *de la dicha civdad con todo lo suso dicho, e con las otras vuestras tierras e Sennorios que quisieredes anexar al dicho* Marquesado de Astorga, *y que todo*

ello

offas illas una comederunt, ſalutantibus poſtmodum iis qui adſteterunt & acclamantibus *Alvaro* eum appellando *Comitem.* Deinde vexillum & *Caldera,* ut & territorium *Comite* dignum data ſunt ipſi per diploma. Atque hæc fuit creatio. Sed adſcribam verba *Mariana Oſorio* (inquit) *Amicorum Principi abs Rege Hiſpali datum, ut* Traſtamaræ Lemoſii atque Sarriæ Comes *eſſet. Novum id exemplum fuit, nullis antea* in Caſtellæ *regno Comitibus. Rudi ceremonia honos delatus. Hiſpania literaturæ expers moris omnis ignara. Tres offæ in vini poculo oblatæ; cum inter ſe Rex Comesque tertio invitaſſent, uter prior ſumeret, a Rege offa una ſumta, a Comite altera. Jus* Caldariæ *in caſtris, in bello,* Vexilli *propriis inſignibus diſtincti datum. In eam ſententiam confectis tabulis atque recitatis, conſecutus eſt aſtantium clamor plauſuſque.* Is inſtituendi Comites ritus fuit. Quod hic appellat *Jus Caldariæ in caſtris* vocatur tantum *Caldem* (de qua plura illico ubi loquemur de *Ricos Hombres*) in antiquo Hiſpanico Chronico Regis *Alfonſi* creantis hunc Comitem (unde Ceremonia iſthæc deſumta eſt) conjunguntur cum *Pendon* (Vexillum eſt) & *Caſa y Hazienda de Conde,* id eſt *Domus & bona Comite digna.* *Mariana* quoque verbis iſtis *Nullis antea in Caſtellæ regno Comitibus,* ſupponit, me judice, quod nullus antehac Comes ſic fuerit creatus, non vero, quod nullus antea fuerit in *Caſtilia* Comes. Nam certe & alii fuerunt antehac creati, quamvis non prope circa illa tempora. Videſis *Salazar Mendoza en origin. de la dignidad lib. 3. cap. 1. 2. & ſeq.* unde factum, ut ignari eſſent ceremoniarum antiquarum. Verum hoc ipſum & veritas iſtius Ceremoniæ optime apparebit ex integra creatione recenſita in Chronico antiquo conſcripto a *Johanne Nunnez de Villaſan*, qui fuit *Juſticia Mayor* Regis *Henrici II.* Ait vero Autor iſte quod Rex prius *Alvari* inſignia mutaverit, quæ fuerunt Lupus ruber in campo aureo, ejusque loco aſſignavit ipſi Caprum nigrum in campo argenteo; deinde Comitem ipſum creavit. *Y porque avia luengo tiempo que en los Reynos de Caſtilla y de Leon no avia Conde cmduda en que manerr lo harian y la ſſoina que lo bizieron deſta guiſſa; y el Rey aſſentoſe en un eſtrado; y trueron una copa con vino, y tres ſopas, y el Rey dixo* Tomad Conde, *y el Conde dixo* Tomad Rey, *y fueſſo dicè per ambos a dos tres vezes, y comieron de aquelas ſopas ambos a dos luego todas las gentes que eſtavan alli dixeron* eccad el Conde, eccad el Conde, *y de alli adelante truxo* pendon *y*

Hiſtor. lib. 15. cap. 20.

Nunnez de Villaſan Chron. del Rey Alonſo 11. cap. 46.

Caldera y Casa, y hazenda de Conde *y todos los que antes le aguardavan, assi como a pariente y amiego quedaron de alli adelante por sus vassallos y otros màs.* Hinc apparet quod cum creatio hæc fieret, ob antiquas ceremonias penitus obliti fuerint, (quoniam longo tempore nullus Comes creatus fuerat) adeo ut vehementer dubitaverint, quomodo creatio ejusmodi perfici debeat. Quod vero dicit *Evad el Conde* vel *Ecc ad & Conde*, quod aliqui resolvunt in *He, va el Conde*, inquit *Salazar de Mendoza*, esse *Evad* vocem *Castiliæ* antiquam significantem idem cum *Mirad*, vel *Ecce* & sic *Evad el Conde* esse *Ecce Comitem*. Ex hoc quoque exemplo observat, quod tum temporis mos fuerit creationis per *juntamente por insignias el pendon y Caldera*, seu vexillum & calderam, at hodie solum fieri per diploma cum urbe vel territorio adjuncto ad sustinendum Titulum Diplomatis exemplum sit *Henrici IV.* Creantis *Petrum Lopesium de Ayala* Comitem *de Fuensalida.*

anno MCCCCLXX ap. Lopes. de Haro en suo nobiliario 513.

Don Henrique *por la Gracia de Dios, Rey de* castilla y Leon, de Toledo, de Galicia, de Sevilla, Cordova, Murcia, de Jaën, del Algarue, de Algecira, de Gibraltar, *Sennor* de Viz caya y Molina &c. *Por quanto a los Reys, e Principes, pertenece honrar, e sublimar, e decorar, e fazer gracias, e mercedes a sus subditos e naturales, especialmente aquellos que bien e lealmente los sirven: lo qual por mi acatado, e considemdo, e a los muchos, e buenos, e leales, e sennalados servicios que vos Redro,* Lopez de Ayala *mi* Alcalde *mayor de* Toledo, *e de mi Consejo, me avedes fecho, e facedes cada dia, e en alguna enmienda e remunemcion dellos; E por vos honrar, e decorar, e sublimar, e poner en estado e porque de vos, e de vuestro Lina aya memoria, e seades mas acatados e honrados: Por la presente, de mi propio motu, e y cierta ciencia, e poderio Real, de que en esta part, como Rey e Sennor, quiero usar, e uso, e vos fago, e creo* Conde de la vuestra villa de Fuensalida, *e quiero, e mando, que de aqui adelante, vos e vuestro hijo mayor, e los que del vinieren, e vuestra casa e mayonizge heredaren paren siempre jamas; ayades, e tengades el dicho titulo de Conde, de la dicho villa de Fuensalida, e que vos podades llamar, e intitular, e nombrar* Conde, *e vos lo llamedes, nombrar y intitular de la dicha* Fuensalida, *e que vos sea fecha salva e ceremonia, e las otras cosas que a los Condes de mis Reynos se fazen, y acostumban fazer. Otrosi que aydes e gozeds, e vos sean guardadas todas las honras, gracias, e mercedes, franquezas, e libertades, preeminencias, dignidades, e prerogativas que han, e gozan, e son guardadas a los*

otros

otres Condes de mis Reynos, e seades recibido a todos los actos y cosas que a ellos son, e deven ser recibidos, e por esta mi carta, o por su traslado signado de Escrivano publico, manda a la Princesa Donna Juana *mi muy cara, e muy amada fija, e a los Prelados, Duques, Condes, e Marqueses, Ricos hombres, Maestres de las Ordenes, Priores, Commendadores, e a los de mi Consejo, Oydores de la mi Audiencia, Alcaldes e Notarios, e a otras justicias Especiales, qualesquier de la mi casa, e Corte, e Chancilleria, e a los mis Matriculados, e Reyes de Armas, Farautes, e Persevantes, e a los subcommendadores, Alcaydes de los Castillos, e casas fuertes, llanas, e a todos los Concejos, Alcaldes y Alguaziles, villas, e lugares de los mis Reynos, e Sennorios, e a otras qualesquier personas; mis vassallos, e subditos, e naturales, de qualquier estado, e condicion, preeminencia, o dignidad que sea, cada uno dellos, que de aqui adelante vos ayan, e tengan por Conde de la dicha* Fuensalida, *e llamen e intitulen* Don Petro Lopez de Ayala, Conde de la dicha villa de Fuensalida, *e vos reciban a todos los actos o cosas aque los otros Condes de mis Reynos son, e deven ser recebidos, e vos guarden e fagan guardar todas las cosas susodichas que a los otros Condes de mis Reynos son e deven ser guardadas; despues de vos, a los que la dicha vuestra casa e mayorazgo heredaren, e que vos non vayan, ni passen, ni consientan ir, ni passar aora, ni de aqui adelante en tiempo alguno ni por alguna manera, ca yo por esta mi carta os fago, e creo Conde de la dicha Fuensalida, e vos do el dicho titulo para vos, e los que la dicha vuestra casa e mayorazgo heredaren segun dicho es, e vos fago par, e igual de los otros Condes de mis* Reynos, *para todo lo susodicho, e para Cada cosa dello, sobre lo qual mando a mi Chancillere Notario, e alos otros mis oficiales que estan a la tablea de los mis sellos, que vos den, e libren, passen, e sellen mi carta de privilegio lo mas firme e bastante que les pidieredes, e oviere des, menester, e los unos ni los otros no fagan endeal por alguna manera, sopena de la mi merced, e de privacion de los oficios e de confiscacion de los bienes de los que lo contrario bizieron, para nuestra camara: e demas mando al Escrivano que le esta mi carta monstrare, que los emplace, que parezcan ante mi en la mi Corte, do quier que yo sea el dia que los emplazare, fasta quinze dias primeros sigvientes, so la dicha pena so la qual mando a qualquier Escrivano publico que para esto fuere llamado, que de al que ende le monstrare testimonio signado con su signo, para que yo lo sepa, en como se Cumple mi mandado. Dada en Segovia a viente dias de Noviembre, anno*

del nacimiento de nuestro Sennor Jesu Christo de mil y quatrocientes y sesenta annos.

YO EL REY.

Yo Juan de Oviedo Secretario del Rey nuestro Sennor, la fize Escrivir. por su mandado.

Idem *Lopezius* & aliam longam habet formulam Creationis, qua *Don Gabriel Manrique* factus est *Conde de Osorno.*

Coronæ quas licuit *Comitibus* addere insignibus suis, si credimus *Mariana*, (cujus verba adduximus supra in Sectione de Ducibus) sunt *Regiis haud absimiles*, neque illis Ducum. *Geromino* tamen *de Urrea*, *Salazar de Mendoza Lopez de Haro* & alii dicunt esse illas *tres puntas o hilo de perlas*, (ut loquitur *Haro*) & *tres puntas, y mas baja la de en medio*, ut *Urrea & Mendoza* inquiunt. Hac autem forma eas utplurimum exhibet in Comitum insigniis *Haro* in *Nobiliorio*, ac nonnunquam cum pauciori-bus margaritis, quod utrum sit Sculphris inventum vel negligentia, vel indifferens, ignoro.

Palatini Comites quoque seu *Conde Palatino* fuerunt in Hispania; nam *Gonzalo de Guzman*, & *Sennor de Torija* sic fuerunt appellati fere CC. abhinc annis.

Alonso Lopez de Haro Nobil. Gen. l. 4. pag. 273. id. ibidem. Salazar en l'Inventaire de l'Espagne pag. 239. & si placet lib. 2. part. 2. fol. 1: Leg. Navarra l. 5. tit. 17 pag. 218. edit. 1614.

V. *Viceconsites* seu *Vizcondos* occurrunt etiam non pauci ibidem. Eadem hic origo vocis quæ in *Gallia*. Dicunt præterea *Hispanici* Scriptores filios & hæredes Comitum certos solere appellari *Vizcondes*, atque titulum hunc fuisse in ipsis tanquam *Majorazgo*, *Majoratum*, seu jus Primogenituræ, quoniam exerceant Patrum suorum Potestatem, & *illorum vice* jure eorum fruantur. Sic expressis verbis *Benedictus Guardiola de Nobeza de Esp. cap. 42. Salazar Mendoza Orig. de las dignidades lib. 3. cap. 7. Garibay Lib. 10. cap. 4.*

VI. Antequam vero olim majores istæ dignitates *Ducum & Marchionum* usu recipirentur, cum *Comitis* titulus summus esset, (un-

(unde vox eorum *Conde* formata) *Castilianorum* lingua seu *Romanensis* fabula istius loci non adeo frequenter *Comites* feudatarios appellavit *Condes*, sed potius *Ricos Hombres*, id est, divites homines, ita tamen ut minus eorum innuerentur divitiæ quam dignitates. Sicuti enim *Alexio Venegas* observat apud *Guardiol. de Nobil. cap. 40. & Salazar. lib. 1. cap 9. Rico hombre* est dignitatis Titulus, & transmutatis vocabulis *Hombre Rico* simpliciter denotat divitem. Quicunque enim dives erat, etsi territorium ejus æque amplum esset ac maximi Comitis, attamen non fuit *Rico hombre*; sed specialis hujus tituli collatio hanc in dignitatem eum evexit, quod probant exemplo *Don Alonso Fernandez Coronel*, qui existens Dominus magni territorii, sollicite petiit a *Petro Castellæ* Rege, ut donaretur titulo *Rico hombre*. Ceremoniæ creationis & investituræ eædem fuerunt cum illis *Comitum*, superius enarratis. Comes enim *Trastamaræ* certe fuit *Rico hombre* illius temporis. Traditionem etiam *Banneriis & Calderæ* historiæ meminerunt. Sic enim *Alonso Fernandes* creatus est. Talisque fuit ritus in *Hispania*, (habent *Chronica de Rey don Pedro cap. 21.*) cum crearentur *Rico hombre*. Sic & alii.

Salazar & de Guardiola ibidem. Vide plura de Ricis hominibus & Rica hombre a Aragonum ap. Joseph. de sesse decis. Aragon 1. §. 36. &c. & alios ibi citatos.

Vexillum, inquit *Salazar de Mendoza*, erat testimonium potestatis concessæ, quod liceat ipsi copias educere in campum, & *Caldera* excellentiæ ejus in familia, atque sufficientia ad alendos, quos eduxit. Atque sic creatus libertatem habuit assumendi titulum *Don* tanquam prænomen. Fuit enim mos temporibus antiquis ut nemo præter Regem, Infantes & Prælatos illud vocabulum suis adderet nominibus. *Lorenzo de Padilla apud Salazar lib. 1. cap. 9.* Dicunt tamen alii quod non omnibus *Rico hombres* licuerit assumere titulum, *Don*, sed illis solummodo, qui obstricti non fuerunt ad exeundum in militiam Rege præcipiente, verum pro libertate sua. Speciale exemplum Tituli *Ricos hombres* comprehendentis omnes tum temporis Comites, & alios Magnos Dominos est in diplomate antiquo an. MCCCXX. asservato in Monasterio *Sahagunensi* (apud *Guardiol. cap. 40.*) ubi sic enarrantur Status: *los Infantes & los Prelades & los Ricos homes, & los conceijos, & las Ordines & la Cancellaria del Regno de Castilla & de Leon & de Galizia.* Sic in antiqua lege *Alfonsi X. Si algun Rico home de nuestro Sennerio denostare a Dios a Santa Maria &c. Partid. 7. tit. 28. l. 2.* Si blasphemasset *Rico home* multabatur unius anni re-

ita Joseph. de sesse decis. Arag. 1. §. 62.

Vide de Titulo Don Guardiol. de la nobez. cap. 39. & vide Bocabulum Condes pro hisce diversis usurpatum in l. 2. tit. 5. Partid. 3.

ditibus ex territorio suo prima vice, si vice secunda, duorum annorum; tertia vice autem omnibus suis privabatur bonis. In lege *Alfonsi XII.* de exactionibus tempore tumultuum sancitum, *Establissemos Otrosi que ningun Rico hombre ni Cavalliero ni hombre hijo dalgo no tome conducho* &c. ubi non alium videmus titulum pro Nobilibus eminentissimis, qui tum quoque erant Comites, quam *Ricos hombres*. Hinc Autor *de Regimine Principum lib. 3. cap. ultim.* *Apud Hispanos omnes sub* Rege *Principes*, *divites homines appellantur & præcipue in Castella*: quæ verba *Gregorius Lopez* citat ad *Partidas l. 10. tit. 25. de los vassallos Partid. 4.* hancque rationem reddit istis verbis: *Hujus est ratio, quia Rex providet in pecuniis singulis Baronibus secundum meritum suæ; vel secundum complacentiam, hos deprimit, illos exaltat. Ut plurimum enim munitiones & jurisdictiones non habent nisi ex voluntate Regis, & inde vocantur Divites homines, quia cui in majori summa providetur, ille major est Princeps, quia pluribus potest militibus providere.* Hic tamen facit *Ricos homines* denotare Barones. Verisimile enim videtur quod sicuti Baro olim & nunc aliquando denominat majores dignitates, ita tum temporis *Rico hombres* in Hispania dicti fuerint, ut etiam appareat ex lege, in quam commentatur. *Ricos hombres* (verba sunt legis) *segund custumbre de Espanna son llamados los que in las otras terras dizen Condes o Barones*; acsi putasset Autor *Condes* vel *Barones* olim in genere appellatos Summos Dominos aliis in Regionibus, qui dicerentur *Rico hombres* in *Hispania*: Non quasi *Baronis* vox significatione angusta, denotans feudalem dignitatem infra *Comitem* innueretur per *Rico hombre*; sed quod *Rico hombres* denominaret omnes Dominos magnos, ut *Barones* appellati sunt in genere aliis in terris. Vide dicta de Baronibus *Galliæ*. Quidam volunt *Rico Hombre* olim denominasse, quem nunc innuit *Grand* in *Castilia*: aliæque significationes sunt apud *Josephum de Sesse decis. Aragon.* *Robadillam Polit. l. 2. cap. 16. §. 21.* & alios. Verum *Rico hombres* vocantur non solum modo eminentes in *Castilia* Domini, verum & in *Arragonia* & *Navarra*, aliisque istius terræ regnis. Est autem vox *Grande* additamentum dignitatis non solum in Ducibus omnibus, sed etiam in Marchionibus & Comitibus quibusdam, consistitque in eo ut caput tegant, ac sedeant coram Rege, aliisque prærogativis in Aula. Pauci Marchiones & Comites illis gaudent privilegiis, ideoque nullam video

recopilat. Phil. 2. lib. 8. tit. de los labran tamientes lib. 3.

Cardiola de la noblez. c. 40.

video convenientiam in *Grande & Rico hombre.* Quinque vel Sex Comites, inquit *Salazar de Mendoza*, pro *Grandibus* æstimantur & septem vel octo *Marchiones.* Qui vero *Dux* creatur etiam eo ipso fit *Grande.* *Origen. de las dignidades l. 3. cap. 8. 13. 15.*

Limitata notio *Baronis* seu *Varonis*, specialem dignitatem denotans etiam in *Hispania* est, præsertim in *Catalonia & Valentia* ubi possidentes hæreditatem Dominiorum cum ampla jurisdictione, absque alio tamen titulo annexo, vocantur *Barones* veluti quidam Castella possidentes *Castellani* nominantur. Sic & in aliis *Hispaniæ* Provinciis. *Gbardiola de la nobleza cap. 43.*

VII. Ex his magnis dignitatibus quanquam nonnullæ sint perpetuæ, ac per legem, post mortem transmittantur ad posteros, absque nova concessione seu investitura Regia; attamen & aliæ sunt, &, ut videtur plurimæ, quæ in casu mortis denovo recipiuntur a Rege; non tamen aliquo novæ creationis diplomate, sed tantum ut Rex agnoscat eosdem, & addat nominis titulum in responsione ad hæredem, qui solo nomine suo, absque tituli additamento indicat Regi Antecessoris sui obitum. Hicque mos remanet ibi, ex reliquiis antiquiorum temporum, cum tituli *Comitis* & *Ricos hombres* concederentur solummodo ad annos vel vitam solam. Hinc *Salaz. de Mendoz. lib. 3. cap. 8. & 13.*

Mariana de reb. Hispan. lib. 8. cap. 2. Antiquis temporibus Comitum appellatione provinciarum præfectos honestare mos fuit, annorum numero quibus præesse deberent præfinito. Consequenti tempore, Regum indulgentia aut imbecillitate, honos ille, dum vita maneret, cepit esse proprius; demum ad posteros propagari hæreditatis jure. Antiquitatis vestigia in Hispania retinentur, quando Proceres Hispani non prius paterni principatus à parentum obitu nomen usurpant, neque Ducis, Marchionis, *aut* Comitis *titulos ascribunt quàm Rege denuò annuente, præter paucas familias, quibus jure privato contra facere à Regibus est concessum.*

VIII. *Cavaleros* Hispaniæ (præterquam quod vox ista significet omnium graduum nobiles, seu *Hydalgos*) trium sunt generum; si sequor divisionem Scriptorum Hispanicorum. Primo habent *Cavalleros de Espuela d' Onda* id est, Equites aurei calcaris; Secundo *Cavalleros armados*, Tertio *Cavalleros de Alarde, e de premio, de guerra, o quantiosos*, ut vocant.

Circa *Equites aurei calcaris* ex antiquis eorum & recentioribus con-

sve-

ſvetudinibus obſervari meretur, *quibus iſte conferatur Titulus, quis conferat, formam receptionis, ad quæ* Cavallero *ſic creatus obligetur, ſpecialis honor & privilegia ipſi debita, quomodo poſſit hanc perdere dignitatem ſuam.* Perſonæ hanc dignitatem Equeſtrem adipiſcentes ſunt juxta *Partidas* ſolummodo *Hydalgos* ſeu nobiles ortu & quidem ex tribus generationibus ad minimum. *l.2.tit.21.Partid.2.* Nunc vel una generatio ſufficit; imo nec ulla requiritur ſi *Hydalguia* vel Nobilitas per diploma fuit conceſſa illi qui creandus eſt. Honor autem eorum tantus fuit, ut non ſolum Regum filii verum etiam ipſi reges adſtricti fuerunt ante coronationem eundem ſuſcipere.

Lib.36. tit. 2. Part.3.& l.11. & 23. tit. 21. part.2.& ibid. Lopez.

A Summis vulgo Principibus collatus eſt. Hiſtoria tamen refert quod Legatus *Johannis Arragoniæ* Regis, nomine Domini ſui creaverit filium *Sultani* in *Cairo* Equitem talem per ceremonias Chriſtianas. *Ferdinandus* etiam filius *Johannis* Primi Regis *Arragoniæ* creatus eſt Eques talis dum coronaretur *Sangoſæ* a Duce *Candiæ. Guardiol.ib.* Sed & vide Hiſtor. de ea re fuſiorem apud *Zuritam in Annal.Aragon.lib.12.cap.34.* In *Partidas* l.11.tit.21.part.2. ſpecialis lex legitur de illis qui potuerunt hanc donare dignitatem vel non. Nemo poteſt donare (inquit Lex illa) qui eandem non adeptus erat. Nulla igitur fœmina licet eſſet Regina vel Imperatrix potuit eam conferre manu ſua, verum per delegationem. Nemo infra quatuordecim annos natus neque Clericus neque Monachus impertit illam. Dicitur tamen ibidem, quod quidam aſſeruerint poſſe Regem vel filium ejus & hæredem indubitatum conferre dignitatem iſtam, quanquam eandem adepti non eſſent, atque ſic uſu receptum in quibusdam Provinciis, quoniam ſunt *Cabeças de la Cavalleria*, id eſt Caput ſeu Domini Nobilitatis. Verum non videtur hic ſufficere ratio iſta; ideoque hac de re mox plura ubi de *Caualleros Armados*.

Guardiol.de la Nobleza cap.35.

Forma ſeu ceremoniæ conferendæ dignitatis antiquæ fuerunt ſicuti in aliis regionibus plures quam hodie. Tempore poſtmeridiano dici, quo largienda erat dignitas, *Eſcudero*, *Hydalgo* vel Nobilis eam accepturus in balneo lavandus erat, aſſiſtentibus aliis *Eſcuderos*, qui lavarunt caput ejusque poſthac in molle & elegans repoſuerunt lectum. Deinde ab Equitibus quibusdam etiam aſſiſtentibus pretioſis indutus eſt veſtibus, deductusque in Eccleſiam

L.1.14.& c.in Partid.2.21.

am

am ubi in Vigiliis manſit. Hic confeſſus eſt deprecatusque peccata ſua, ſupplex itidem poſcens potentiam obſervandi officia Equitis, nec non protectionem in omnibus conaminibus: minime vero ſtetit quandocunque precatus eſt. Vigiliis peractis, & Miſſa audita, ille qui dignitatem collaturus eſt, venit adeum interrogatque num deſideret Equitis dignitatem. Poſt affirmationem interrogat porro an velit obſervare Equeſtris ordinis leges, quo etiam aſſerto, ipſe vel per aliquem ex Equitibus ſuis calcaria ipſi applicat, gladium accingit, (mos antiquus fuit, ut *Partidas* habent, quod totus armandus eſſet, excepto capite quod ſolum operire non licebat) eumque evaginat, inque dextram creandi tradit manum, ac juramentum proponit, ne recuſet mori in defenſione legum, Regis, vel Patriæ ſuæ. Juramento præſtito, percutit ipſius *una perſcoçada* unica percuſſione collum, ut eo melius recordetur quæ promiſit, dicitque, aſſiſtat tibi Deus ut perficias quæ promiſiſti. Tum creans eum & Equites ibi præſentes ipſum oſculantur: Omnesque Equites alii anno ſequente ipſi obviam facti ad idem faciendum obſtricti ſunt, ceu teſtimonium perhibentes fidei ſuæ amorisque erga eum; inde ſequitur (inquiunt *Partidas*) eſſe contra Equeſtris ordinis Leges ſi Eques alteri injuriam inferat, niſi prius transmittat cauſam, provocationem vel publicationem ruptæ inter ipſos fidei. *Cavallero* ſic creato, gladio diſcingitur proprio, vel ab ipſo Rege vel alia excellente perſona ibidem præſente, quæ illo in actu eſt *Padrino*, ſeu Compater putaturque confirmare Equeſtrem dignitatem ſic collatam. Narratur hic pariter, id eſſe conſentiens temporibus vetuſtis ac *Alfonſi X.* ætati. Et quanquam balneum, vigiliæ, induitio Calcarium, cinctura gladii cum juramento concurrerunt in creatione Equitis; attamen *cingulo accingere* ſolitaria phraſis fuit ad denotandam aliquando Equitis creationem, (ut & alibi) ſicuti videmus in reſignatione omnium jurium in *Vaſconia* facta ab *Alfonſo X. Caſtiliæ* Rege ad Principem *Edwardum* filium *Henrici III.* ubi narrat quod *cingulo eum accinxerat militari*, idq; factum an. MCCLV. in *Burgos* fuitque actus tantæ æſtimationis, in *Caſtilia*, ut in quibusdam diplomatibus Regis *Alfonſi* iſtius ſcriptis eodem anno hæc collatio Ordinis in Principem Equeſtris nominata fuerit tanquam temporis Character, ut exempli gratia, legitur in diplomate ſub

de Vigiliis Equitum item Zuritam in Annal. Aragon. lib. 12. cap. 34.

pur ſu ley, pur ſu ſenner Natural pur ſu terra.

Rotul. Vaſcon. 39. Henr. 3. membr. 12. in arce Londinenſi. V. Math. Weſtmonaſterienſ. ſub. anno 1254. &c.

Gbardiol. de Nobleza.cap. 35.

Lopez.ad lib. 23.tit.21.Partid.2.

figillo, adhuc ſervato in Monaſterio *S. Benedicti,'el Real de Sahagun* dat.XXV.Aprilis,Æræ MCCXCIII.(id eſt anno ChriſtiMCCLV.)*En el anno que Don Odoart fijo primero & heredero del Rey Enrice de Angla terra cecilio Cavalleria en Burgos del Rey Don Alfonſo ſobredicho.* Verum his temporibus noviſſimis. ut in aliis regnis, hic multo minores, & vix aliquæ præter percuſſionem uſurpantur ceremoniæ in collatione ordinis hujus, & præter diploma creationis, cujus etiam mentio fit apud Scriptores Hiſpanicos, (videſis *Otolanum in ſumma Nobilitatis part. 4. cap. 1. §. 6. de Johanne de Avecia,*) de quo mox plura.

Ordinament. Caſtil.lib.4. tit.1.l.8.& Recopilat. lib.6. tit.1.l.8.

Nam MCCCCLXXVI. *Ferdinandus & Iſabella* ſanxerunt in *Madrigal* in Regis eſſe arbitrio uti ceremoniis antiquis vel non, atque dignitatem debere eſſe eandem etſi omiſſæ fuerint illæ. Ante hoc tempus videntur ceremoniæ iſtæ ſemper adhibitæ vid.ordinament. tit. *eod.l.7.& Recopilat.eod.l.5.* Eques autem creatus tenebatur ad exhibendum ſpecialem honorem tum ſe creanti, tum Patrimo gladium ſuum ſolventi; qui erga creantem ſe talis fuit (ut habent *Partidos* l.16. &c.tit.21.p.2.) ut non liceret ipſi erga eundem pugnare, niſi in defenſionem ſupremi ſui Domini, quem hic intelligo per *Sennor natunle.* Hoc tamen in caſu ſpecialis ipſi habenda fuit cura ne occideret ipſum, neque vulneret, niſi viderit quod ipſe percutiatSummumDominum ſuum. Neque in actione aliqua vel conſilio, legitime potuit eſſe ei contrarius, verum e regione prævenire omnes injurias ipſi illatas, vel admonere eum de iſtis, niſi res fuerit ejusmodi quæ poſſet cedere in damnum ſupremi ſui Domini, vel Patris, Filii, Fratris, vel cujuscunque qui propinqvus eſſet Domini iſtius & pertinuerit ad vitam, bona vel honorem eorum. In aliis enim rebus non tenebatur monere eum. Ad ſimilia, lex inquit, obſtrictus erat ergaPatrimum ſuum,quoad tres primos annos,poſt dignitatem receptam, vel ut alii volunt,annos ſeptem. Tempore pacis equitabat gladio cinctus & pallio amictus. tempore belli autem totus armatus. Tenebatur defendere fœminas,nec vendere, aut oppignorare Equum ſuum nec arma, absque mandato Summi Domini ſui, vel neceſſitate inevitabili, neque in ludo exponere.

NOTA.

Sic Regi Poloniæ *Michaëli* aureum vellus collatum a Legato Imperatoris

toris tanquam dispensatore Hispaniarum Regis postquam ipse Rex *Michaël* in genua coram crucifixo procumbens regio verbo promisisset se ordinis illius conditiones servaturum: *præmissa tamen de nonnullis in favorem coronatorum capitum dispensatione*, ut refert. *Hartknoch lib. 2. de rep. Pol. cap. 1. §. 23.* ex *Chwalkovii Jure publico Polonorum.*

Honor etiam Equitibus istis tantus exhibitus est, in *Partida* L. 23. 24. &c. tit. 21. part. 2. ut nemini licuerit ante illos sedere nisi fuerint Reges. Prælati vel alii magni Domini, & Clerici Sacra facientes. Idem observatur cum ipsis *Pax* dicitur. Nemo ad mensam cum ipsis sedit, vel cum ipsis disputavit, nisi & ipse Eques fuisset, *Escudero ni otro ninguno* (ut verba sonant) aut aliqua eminens Persona ob nativitatem seu virtutem. Nemini licuit eorum effringere domum nisi ad expressum Regis mandatum & ejus *Justicia*, id est, Judicii summi. Sic enim intelligo *Si non per mandato del Rey o por mandado de Justicia*, quanquam *Lopez* vertat, *nisi justitiæ prætextu aut Regis mandato*. Equus & arma ejus ipsi neutiquam adimi poterant in quacunque lite, excepto si præter illa nihil aliud apud ipsum reperiretur; atque tum etiam Equi quibus ipse vectus est privilegiati fuerunt. Et cum bona domus ejus quædam possent arripi, licitum illud solummodo fuit, si neque ipse neque uxor ejus præsentes fuissent. Torturæ subjici nequivit, nisi ob suspicionem criminis læsæ Majestatis. Neque sicuti alii omni genere mortis affici potuit, sed capite tantum plecti. Alia Privilegia omittimus. Verum an ista pertineant ad *Cavalleros de Espuela d' Orada* hodie, non satis mihi perspectum. Jurisconsulti eorum disputant ea de re. *Et communiter concluditur* (inquit *Gregorius Lopezius*) *quod milites qui vacant armis pro superiore gaudeant privilegio militum. Licet enim ordo & solennitas in assumtione militiæ in usu desierit, tamen effectus remansit.* Et hunc in finem allegat *Cynum, Baldum*, & alios in *l. 1. C. de Juris & Sancti ignorantia.*

Videsis ordin. Castel. lib. 4. tit. 1. l. 12. & ibi Perez.

Vide Didac. Perez ad lib. 4. Ordinament. tit. 1. l. 1. Lopez ad l. 22 tit. 21. Partid. 2. §.

NOTA.

El Justicia summum dicunt Hispani Magistratum, cui etiam in Regem advertere licuit. Apparuit enim aliquando Rex electus coram illo caput nudans, & in genua procumbens, juramento intra manus illorum promittens, velle se eorundem manutenere privilegia; quo facto Magistratu illo summo fungentes, ac dum ista perficeret Rex

electus, caput tegentes, tandem Regem ſic allocuti ſunt. *Nos que valemos tanto como vos os hazemos nueſtro Rey y Sennor, con tal que guardeis nueſtros fueros y libertades, ſi no, no,* i.e. Nos qui tantum valemus quantum Tu, aſſumimus Te in Regem & Dominum noſtrum ea conditione ut cuſtodias privilegia & libertates noſtras: ſin vero minus neutiquam rex eris: Abrogavit autem hunc morem inaugurationis regiæ, ceu minime decentem, *Don Pedro* cognominatus *el Punal*, quoniam ſolenniter illum ſublaturus manum ſuam qua tenuit pergamenum cui lex iſta fuit inſcripta, abſcidit, vel ut alii habent, transfodit, dicens: *quod Lex ejuſmodi ſanguine Regio deleri debeat*: verba ſunt: *Ley de poder eligir Rey los Vaſſallos ſangre de Rey avia de coſtar.* vid. *Voyage d' Eſpagne ſur le M. S.* (dicitur *Samuel Sorbiere* autor eſſe) *cap. 34. & Comitiſſa d' Aunoy*, itinerarii ſui itidem Hiſpan. epiſt. 4.

Cavallero dignitate hac privatus eſt ſi in militia exiſtens vendidit equum ſuum & arma, vel aleæ luſu perdidit L. 25 tit. 21. ſeu concubinis ſuis tradidit, ſeu in tabernis oppignoravit, ſeu furatus eſt Socii ſui arma, vel ſuſcepit in Equitis ordinem qui per Leges in eum aſſumi nequivit vel profeſſus eſt Mercaturam vel aliquam exercuit artem manuariam in captivitate non exiſtens. Ac ſi ob crimina enormina eſſet morte plectendus, (ut fugiens in prælio, deſerens ſummum ſuum Dominum, vel Caſtellum quod ipſius cauſa tenuit, vel non tradens Domino ſuo equum ſuum, ſi is in prælio amiſiſſet equum, vel non liberans Dominum ſuum a Captivitate, cum poſſet, quæ omnia exiſtimata ſunt eſſe crimina læſæ Majeſtatis) prius erat dignitate ſua exuendus, degradationisque hujus ceremoniæ fuerunt iſtæ; Rex mandavit *Eſcudero* ſeu nobili cuidam, ut Equiti iſti accingat calcaria & gladium, deinde balteum ſeu cingulum in tergo ipſius diſcingat, & ſic quoque corrigia calcarium: quo facto perdidit iſte honorarium Equitis titulum in perpetuum.

IX. Sicuti *Cavalleros de Eſpuela d' Orada*, ſeu primi in diviſione facta ſunt *Hijdalgos* antequam Equites fieri poſſunt; ſic *Cavalleros armados* (ut vocant) qui antehac ſunt *Buenos Hombres pecheros*, vel non *Hijdalgos*, atque ſic obnoxii omnibus tributis exactionibusque, recipiunt *Cavelleri* dignitatem, collatam eodem more quo Equites

de

de Eſpuela d' Onda ſupra deſcripto, qui ad diſtinctionẽ ab iſtis vocantur aliquando *Fidalgos e Cavalleros*, id eſt, *Nobiles & Equites*, ut in epitaphio antiquo cujusdam ex familia *Feyxoorum*:

Gonſalo Girlote de Molina, en la Nobleza de Andaluzia lib. 1. cap. 103. & lib. 2. cap. 13.

AQUI JAZ FEYXOO ESCUDIERO
BON FIDALGO E CABALEIRO
GRAN CAZADOR E MONTEYRO

Sic *Migvel Perez, Alguazil Mayor de Jayen* ſepultus anno M.CCCX. in *Santiago del Armbal Toleti* vocatur eadem de cauſa, ni fallor, *Miles famoſus probus armis & generoſus.* Verum ſicuti Ceremoniæ creandorum Equitum horum mutatæ ſunt, ita & iſtorum. Creantur autem Equites *Armados* ab ipſo Rege, ac ſin minus, non poterant frui Equitum privilegiis, ad quæ vel per diplomata ſua vel aliter jus habuerunt. Verum plenius tradenda horum Equitum ab aliis diſtinctio, & nomina. Repetendum igitur omnes *Hijdalgos* ab omnibus tributis & impoſitionibus eſſe immunes. his igitur in Equeſtrem ordinem receptis, nulla fit acceſſio per ejusmodi privilegium, *quia cum ſint Nobiles, h. e. Hijosdalgos* (ut *Otolora* loquitur) *etiam citra privilegium ſunt immunes ab omnibus collectis & contributionibus.* Ideoque cum accipiunt Diploma dignitatis ſuæ (quod Hiſpani appellant *Privilegios de Cavalleria*) nulla ibi occurrit mentio ejusmodi immunitatis. *In hujusmodi privilegiis nulla ſit mentio,* (inquit Hiſpanus autor) *tributorum, quia non conſequuntur militiam hanc niſi tantum quoad majores honores & alias nobilitatis præeminentias, & ad exercendos ipſius militiæ actus,* ut apparet etiam in eo, quod non modo eorum *Ricos hombres* ſeu maximi Domini, verum & Regum filii, Regesque ipſi hanc aſſumſerint dignitatem. Aſt ſicut iſti Equeſtrem ingrediuntur ordinem ob honoris ſolam acceſſionem ita alii, qui ante equeſtrem dignitatem fuerunt *Hombres pecheros* ſeu non *Hijdalgos*, & obnoxii tributis, cum dignitate illa etiam immunitatem ab his tributis accipiunt per expreſſa in diplomatibus verba, quam immunitatem ſic conceſſam faciunt primarium Characterem *Los Cavalleros Armados. Iſti milites* (inquit Otolora) *per tale privilegium ſunt immunes ab omnibus collectis & contributionibus ſecundum formam & tenorem ſuorum privilegiorum.* Parant itaque arma & equos alunt, aliaque obſervant

V. Ordinat. Caſtellæ, l. 4. tit. 7. & Recopilat. l. 6. tit. 1. l. 5. & 6. & Otolor ſumm. Nobilit. part. 4. cap. §. 7. GBardiol. de la Noblez c. 35. Joſeph de ſeſſe deciſ. Aragon. 1. §. 19. &c. Summ. nobilit. part. 4. c. 1. § 6.

vant ſancita in *Pragmaticis Madrigal & Zamora* a *Johanne I.* Rege ſtatutis. Alias enim nequeunt frui *la Cavalleria, ni los Privilegios o las exemptiones della*, ut *Pragmatica Zamorenſis* ait. Ac in probatione hujus ordinis Equeſtris & immunitatum nullum ſufficit teſtimonium præter privilegium exhibitum, & quidem *Hiſpaniæ* ſigillo munitum. *Recopilat. lib. 6. tit. 1. l. 7.* Qui enim Equites creati ſunt, & immunitates adepti a Principibus aliis, vel, ut verba legis ſonant, qui habent diplomata Equeſtris dignitatis a *Carolo V.* Imperatore (qui etiam Rex fuit *Hiſpaniæ*) quatenus fuit Imperator, frui per ipſa nihil potuerunt. *Ordin. lib. 4. tit. 1. l. 8.* Alia ſpecialia de iſtis *Cavalleros Armados* vide locis citatis, & *Didacum Perez, Alfonſum Azevedum* ad illa loca, *Otoloram* item & alios iſtius gentis diſputantes de Collectis & contributionibus a quibus, ſunt immunes.

Ordinat. Caſtella lib. 4. tit. 1. l. 4. & 4. ejusmodi habetur Pragmatica in ordinat. Portugal. libr. 2. tit. 35.

Tertium genus Equitum quod vocant, *de alarde o de guerra* &c. puto eſſe non aliud quam eorum qui tenentur (absque evectione in dignitatem equeſtrem) alere Equos, ac arma parare in Regis miniſterium, nec non oſtendere ipſa in publica exercituum luſtratione, ſemel vel bis in anno. Addo eos hic reliquis, quoniam video diviſionis partem conſtituere apud *Guardiolam, Otoloram* & in legibus *Hiſpaniæ*; fruuntur etiam libertatibus quibusdam intuitu oneris ſibi incumbentis. *Videſis Otolor. ſumm. Nobilit. part. 4. cap. 1. §. 7. prope finem.* Titulus autem non magis videtur honorarius quam Tenutarii appellatio cum miniſterio equeſtri hic in *Anglia*. Neque, ut volunt aliqui, Titulus *Cavalleros armados* (qui nobiles non ſunt antequam creentur) tantus eſt, quantus *Hijdalgo* ſeu nobilis ortu vel diplomate; nam inquit idem pag. 282. *licet utrumque privilegium ſcilicet* el de Hydalguia y Cavellaria *conferat jus immunitatis, plenius tamen & uberius providetur per privilegium nobilitatis.* Hæc enim privilegia nobilitatis impertiunt abſolutam immunitatem ab omnibus tributis, illa *Cavalleria armada* tantum ſub conditione alendorum Equorum & armorum concedunt, & obſervandarum legum *Madrigalenſium Zamorenſiumque.* Verum quoniam Equeſtris dignitas cum ea immunitate confertur, non poſſumus non honorarium nominare titulum, ubicunque reperimus. Hoc vero Equitum genus *de alarde*, non alium habet honorem annexum quam qui intelligitur ex militia pro Republ. ſuſcepta, denominante potius

Ordin. l. 9. tit. 1. Luitim. & Recopil. lib. 6. tit. 1. l. 10.

potius ſic militantes bonos *Patriotas* vel cives (ſi bene rem ſuam gerant) quam conferente aliquem honoris titulum & dignitatem.

Et fortaſſis diviſio Equitum in *de eſpuela d' omda*, atque *los Armados* minus recte facta eſt. Nam illi revera ſunt *Armados*, & hi revera *de Eſpuela d' Omda*. Utrorumque enim Creatio iisdem peragitur ceremoniis, & diplomata ſaltem differunt: dividendi igitur potius fuiſſent in illos qui ante creationem fuerunt nobiles ſeu *Hijdalgos* & tales qui fuerunt *Hombres Pecheros*. Verum ſequor hic autores Hiſpanos eorumque acquieſcens autoritati nihil muto: Similes tituli ſunt in *Portugallia, Navarra Arragonia & Caſtilia*: ſpecialia autem Equitum *Navarra* vide apud Armendariz in *Recopilatione Legum Navarra lib* 2. & de *Portugallia* ejusdem regni *Ordenazones lib. 2. tit. 38.*

X. Titulus his ſic exhibitis addimus & leges nonnullas concernẽtes honoraria *attributa*, quibus utuntur in ſubſcriptionibꝰ, inſcriptionibus & aliis ad Principem, illuſtriſſimosq; Dominos; ut & concernẽtes collocationem coronarum in inſignibus Tam Arrogantia autem *attributa* introducta ſunt (ut ſolet) ab adulatione, ut per *Prematica de los tratamentos y Curteſias* ſub *Philippo III.* menſ. Octobr. MDLXXXVI. ſic limitata fuerint. Princeps appellandus *Sennor* in titulo, in ſubſcriptione autem *Dios guarde V. Alteza* id eſt *præſerve Deus altitudinem veſtram*. inſcriptio, *Al Principe nueſtro Sennor*.

Anton. Herrera part 3. de la Hiſt. gentil. lib. 2. c. 9. & Hiſtor. Hiſpan. lib. 31. pag. 1235. Vid. & ſupra Part. 1. cap. 7. §. 4.

Infantes ſeu *Infantas* debent ſolummodo dici *Alteza*, & in allocutione *Sennor*, *Sennora*; ſubſcriptio qualis ad Principem: inſcriptio *Al Senor el Infante Don N.* ſeu A *la Sennora la Infanta Donna N. Alteza* abſolute ſumta in ſermone vel ſcriptis intelligi debet de Principe vel hærede manifeſto.

Generi Regis & Affines aſſumunt titulum uxorum ſuarum, Nurus vero maritorum.

Nemini licet aſſumere titulum *Excellenza* vel *Sennor Excellent*, vel *Sennoria Illuſtriſſima*, neque ſic appellare alios, præter Cardinales ſolos, & Archiepiſcopum *Toletanum* ceu Primatem *Hiſpania*, quanquam Cardinalis non ſit.

Omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, *Grandes* & qui coram Rege ſtan-

ſtantes caput tegunt, nominandi *Sennoria*, ut etiam Præſes Conſilii Regii.

Marchionibus, Comitibus, magnis Commendatoribus ordinum S. *Jacobi*, *Alcantara*, *& Calatrava* & Præſidibus aliorum Conſiliorum, Cancellariorumq; titulus *Sennoria* tribuendus in ſcriptis & ſermone, Legatis etiam, qui locum habent in Sacello regio, non vero aliis, præter primariis regni Civitatibus, atque Eccleſiis metropolitanis, quibus tribuendum eſt nomen iſtud juxta morem antiquum.

Omnes epiſtolæ a Subdito ad ſubditum (aliter ſe habent Epiſtolæ ad Principem, Infantem vel Infantam, vel matrimonio his conjunctos) incipiant ab ipſo argumento absque ullo præfationis titulo: inſcriptio etiam ſit Ad *Archiepiſcopum*, *Epiſcopum*, *Marchionem vel Comitem N. loci.* Si ad inferiores, *Ad Don. N. N.* addito cognomine, nec non dignitate & officio ejusdem, quod etiam licet in inſcriptionibus ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Duces, Marchiones & Comites.

Eadem *Pragmatica* (quoniam Coronæ impoſitæ ſunt inſignibus a multis ad quos ea non pertinuit libertas) ſancivit, ut nemo præter Duces, Marchiones & Comites eas uſurparet, & hi quoque forma ſolummodo uſitata.

Qui contra hanc peccaſſet *Pragmaticam* multandus erat decies mille Maravedis, quarum tertia pars denuncianti, alia Judici ſententiam pronuncianti, & tertia *piis* ceſſit *uſibus*.

Sunt ibidem & alia ſpecialia, cum exceptionibus titulorum a ſervis ad Dominos, a filiis ad Patres uſurpatorum. Et quoniam ſuſpicor harum rerum curioſos malle ipſam videre Legem, hic addo integram.

Don Felipe *por la gracia de Dios*, *Rey de* Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las Dos Sicilias, de Jeruſalem, de Portugal, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valentia, de Galizia, de Mallorcas, de Sevilla, de Cerdenna, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarves, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Jndias Orientales y Occidentales *Islas y tierra firme del mar Oceano*, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgonna, de Bravante, y Milan, Conde de Abſpurg, de Flandes, y de Tirol, y de Barcellona,

na, *Sennor, de* Vizcaya, y de Molina, &c. *Al Principe Don* Felipe, *nuestro muy caro, y muy amado hijo; y a los Infantes, Prelados, Duques, Marquesses, Condes, Ricos hombres, Priores de las Ordenes, Commendadores, y Subcommendadores, Alcaydes de los Castillos, y casas fuertes, y llanas, y a los del nuestro Consejo, Presidentes, y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa, y Corte, y Chancillerias y a todos los Corregidores, Assistentes, Governadores, Alcaldes mayores y ordinarios, Alguaziles, Merinos, Prebostes; y a los* Concejos, *y Universidades, Veintiquatros, Regidores, Cavalleros, Jurados, Escuderos, Officiales, y hombres buenos, y otros qualesquier subditos, y naturales nuestros, de qualquier estado, preeminencia, o dignidad que sean, o ser puedan, de todas las civdades. Villas, y lugares, y Provincias de nuestros Reynos y Sennorios, realengos, abadengos, y de Sennorio, assi a los que aora son, como a los que seran de aqui adelante, y a cada uno, y qualquier de vos, a quien esta nuestra carta, y lo en ella contenido toca y puede tocar en qualquier manera, salud, y gracia. Sepades, que aviendosenos suplicado por los procuradores de Cortes de las civdades, y villas, destos nuestros Reynos, en las que mandamos celebrar en la noble villa de* Madrid, *el anno passado de mil y quinientos y ochenta y tres, y se dissolvieron y acabaron el de mil y quinientos y ochenta y cinco, fuessemos servido mandar proveer de remedio necessario y conveniente, cerca de la desorden y abuso que avia en el tratamiento de palabra y por escrito, por aver venido a ser tan grande el exceso, y llegado a tal punto que se ayan ya visto algunos inconvenientes, y cada dia se podian esperar mayores, si no se atajasse y reformasse, reduziendolo a algun buen orden y termino antiguo, pues la verdadera honra no consiste en vanidades de titulos, dados por escrito, y por palabra, sino en otras causas mayores a que estos no annaden ni quitan. Y aviendose diversas vezes tratado y platicado por nuestro mandado por los del nuestro Consejo, y Consultado con nos: avemos acordado, proveydo, y ordenado en lo suso dicho, lo que por esta nuestra carta y provision se declara, provee y ordena.*

Primeramente, como quiera que no era necessario tratarse en esto de nos, ni de las otras personas Reales, todavia porque mejor se guarde, cumpla, y observe, lo que toca a los demas: queremos, y mandamos, que de aqui adelante, en lo alto de la carta, o papel que se nos escriviere, no se ponga otro algun titulo mas que Sennor, *ni el remate de la carta mas* de Dios guarde, la Catolica persona de V.M.Y. *assi mismo, no se ponga en la cortesia de*

abaxo cosa alguna, mas de la firma del que escriviere la tal carta: ni en el sobre escrito se pueda ponir, ni ponga, mas de tan solamente, al Rey nuestro Sennor.

Que a los Principes, *herederos, y successores destos nuestros Reynos, se les escriva en la misma forma, mudando tan solamente lo de* Magesdad *en* Alteza, *y lo de* Rey *en* Principe, *y al remate y fin de la carta,* Dios guarde a V. Alteza.

Que con las Reynas destros nuestros Reynos, se guarde y tenga la misma orden y estilo, que con los Reyes dellos: y con las Princessas destos dichos Reynos, la que esta dicho se ha de tenir con los Principes dellos.

Que a los infantes, y infantas, destos nuestros Reynos, solamente se llame Alteza, *y se les escriva en lo alto,* Sēnor, *y en el fin de la carta se ha de poner,* Dios guarde a V. Alteza, *sin otra cortesia. Y en el sobre escreto a* Sennor Infante don N. y a la Sennora Infanta donna N. *pero quando se dixere, o escriviere absolutamente su Alteza, se ha de atribuyr a solo el Principe heredero y successor destos nuestros Reynos. Declarando, como declaramos, que lo contenido en este capitulo no se ha de entender, ni es nuestra intencion y voluntad que se entienda con la Emperatriz donna* Maria, *mi muy cara, y muy amada hermana, aunque sea Infanta de Castilla, pues esta claro que se le ha de* llamar *y escrivir* Magestad, *y ponerle en el sobre escrito,* a la Emperatriz mi Sennora: *y a sus hijos hermanos del Emperador,* nuestro muy caro y muy amado sobrino, *se hara el mismo tratamiento de palabra, y por escrito que esta dicho, se ha de hazer a los Infantes destos Reynos, y tambien a los Archiduques sus tios.*

Que a los yernos y cunnados de los Reyes *destos nuestros Reynos se haga el tratamiento que a sus mugeres, y a las nueras, y cunnadas de los dichos Reyes, el mismo que a sus maridos. Y quanto al tratamiento que las dichas personas Reales han de hazer a los demas, no entendemos innovar cosa alguna, de lo que hasta agora se ha acostumbrado, y acostumbra.*

Que el estilo, usado en las peticiones que se dan en nuestro Consejo, y en los otros Consejos, y Chancillerias, y tribunales: y el que se acostumbra de palabra quando estan en Consejo se guarde, como hasta aqui, en todo lo que no fuere contrario a esta nuestra carta y provision, excepto que en lo alto se pueda poner, Muy poderoso Sennor, *y no mas.*

Que en las refrendadas de todas las cartas, cedulas, y provisiones nuestras, pongan nostros Secretarios, del Rey nuestro Sennor, *en lugar de*

su

su Mageſtad: *y en las refrendadas de los noſtros eſcrivanos de camara ſe haga lo miſmo.*

Que en todos los otros juzgados, aſſi realengos, como qualesquier que ſean y de qualquier calidad y forma, ora ſe hable en particular, o en publico, las peticiones, demandas, y querellas, ſe comiençem en renglon, y por el hecho de que huviere de tratar, ſin poner en lo alto, ni en otra parte, titulo, palabra, ni ſennal de Corteſia alguna: y al cerrar, y concluyr ſe podra dezir: Para lo qual, el officio de V.S.o de V.m. imploro, *ſegun fueren las perſonas, y juezes con quien ſe hablare: y los eſcrivanos ſolamente diran:* por mandado de N. Juez, *poniendo el nombre, y ſobre nombre ſolamente: y podran tambien poner el nombre del officio de la tal perſona, o juez, y la dignidad, o grado de letras que tuviere, y no otro titulo alguno.*

Que a ninguna perſona de qualquier eſtado, condicion, dignidad, grado, y officio que tenga, por grande y preeminente que ſea, ſe pueda llamar por eſcrito, in de palabra, excelencia, *ni* Sennoria iluſtriſſima, *ni aſſimiſmo ſe pueda llamar* Sennoria iluſtriſſima *a ninguno, ſino a ſolos los Cardenales, y al Arçobiſpo de Toledo, como a Primado de las Eſpannas, aunque no ſea Cardenal.*

Que a los Arçobiſpos, Obiſpos, y a los grandes, y a las perſonas que mandamos cubrir, ſean obligados todas y las perſonas deſtos nueſtros Reynos a llamar Sennoria, *y tambien al Preſidente del nueſtro Conſejo Real.*

Que a los Marqueſſes, y Condes, y Comendadores mayores de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara, *y Preſidentes de los otros nueſtros Conſejos, y Chancellerias, ſe pueda llamar y eſcrivir* Sennoria *por eſcrito, y de palabra, y no a otra perſona alguna, excepto a las ciudades, cabeças de Reynos, y Cabildos de Igleſias Metropolitanas, que ſe les podra llamar en ſus ayuntamientos, donde huviere coſtumbre dello, y tambien eſcrivir ſe la.*

Que a los Embaxadores que tienen aſſiento en nueſtra Capilla, ſe pueda aſſi miſmo llamar, y eſcrivir Sennoria.

Que en lo que toca al eſcrivir unas perſonas a otras generalmente, ſin ninguna exception ſe tenga y guarde eſte forma, Començar la carta, o papel, por la mzon, o por enegocio ſin poner debaxo de la cruz en lo alto, in al principio del renglon ningun titulo, ni ciſra, ni letra, y acabar la carta diziendo. Dios guarde a V.S.o a V.m.o Dios os guarde, *y luego la data del lugar, y del tiempo, y tras ella la firma, ſin que preceda ninguna corteſia. Y que el que tuviere titulo, ſe ponga en la firma, y de donde es el tal titulo.*

Que en los sobre escritos se ponga al Prelado la dignidad Ecclesiastica que tuviere, y al Duque, Marques, o Conde, el de su estado: y a los otros, Cavalleros, y personas, su nombre, y sobre nombre, diziendo al Cardenal, al Arçobispo, al Obispo de tal parte. Y de la misma manera al Duque, al Marques, al Conde de tal parte: y a los demas a don N. o, a don N. *poniendo el sobre nombre, y a cada uno de los nombrados en este Capitulo, se podra poner la dignidad, oficio, o cargo, o grado de letras que tuviere.*

Que desta orden no se pueda exceptar, ni excepte el vassallo escriviendo al Sennor, ni el criado a su amo, pero los padres a los hijos, y los hijos a los padres podran sobre el nombre propio annadir el natural, y tambien entre marido y muger sennalar el estado del matrimonio si quisieren, y entre hermanos el tal deudo.

Que el tratamiento a las mugeres, y entre ellas mismas por escrito, y de palabra, sea el mismo que esto dicho, se ha de hazer a sus maridos.

Que a los religiosos de las Ordenes no se llame se, ni escriva sino Paternidad, o Reverencia, segun el cargo que tuviere y en el sobre escrito se pueda poner con su nombre el cargo, o grado de letras que tuviere, en las Ordenes que los usan.

Que lo que en esta nuestra carta y provision se ordena y manda se guarde por todos en estos nuestros Reynos y assi mismo escriviendo a los ausentes dellos.

Otrosi, por remediar el grand disorden y exceso que ha avido, y ay; en poner Coroneles en los Escudos de armas de los sellos y reposteros: ordenamos, y mandamos, que ninguna, ni algunas personas puedan poner, ni pongam Coroneles en los dichos sellos, in reposteros, ni en otra parte alguna donde huviere armas, excepto los Duques, Marquesses, y Condes, los quales tenemos por bien que los puedan poner, y pongan, siendo en la forma que les toca tan solamente, y no de otra manera: y que los coroneles puestos hasta aqui se quiten luego, y no se usen, ni emygan, ni tengan mas.

Y porque mejor se guarde, cumpla, y execute lo luso dicho, ordenamos, y mandamos, que los que fueren, o vinieren contra lo contenido en esta nuestra carta y provision, o qualquier cosa, o parte dello, cayan, y incurran, cada uno dellos por cada vez, en pena de diez mil Maravedis repartido en esta manera. La tertia parte, para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para obras pias, y que esto se execute sin remission alguna.

Porque

Porque vos mandamos a todos, y a cada uno de vos, segun dicho es, que veays esta nuestra carta y provision, y lo en ella contenido, la qual queremos que tenga fuerça de ley, y prematica sancion hecha, y promulgada en Cortes, y Como tal la guardeys, cumplir, y executar en todo, y por todo, segun y como en ella se contiene: y contra su tenor y forma no vays, ni passeys, ni consintays ir, ni passar en tiempo alguno, ni por alguna manera, so las penas en que caen y incurren los que passan, y quebrantan cartas y mandamientos de sus Reyes, y Sennores naturales, y so pena de la nuestra merced, y de los sobredichos diez mil Maravedis a cada uno que lo contrario hiziere. Y porque lo suso dicho venga a noticia de todos, y ninguno hueda pretendes innorancia, mandamos, que esta dicha nuestra carta y provision sea pregonada publicamente en nuestra Corte, y lo en ella contenido se guarde, cumpla, y execute precissa, y inviolablemento, desde primero dia del anno venidero, de mil y quinientos y ochenta y siete; y los unos, ni los otros no fagades, ni fagan ende al por alguna manera, so las dichas penas. Dada en san Lorenço *a ocho dias del mes de* Otubre, *de mil y quinientos y ochenta y seys annos.* Yo el Roy. El Conde de Barajas. *El Licenciado* Juan Thomas. *El Licenciado* don Lope de Guſman. *El licenciado* Ximenez Ortiz. *El licenciado* don Pedro Portocarrero. *El licenciado* Mardones. *El licenciado* Ovardiola. *El licenciado* Mardones. *El licenciado* Nunnez de Bohorques. Yo Juan Vazquez de Salazar Secretario de ſu Catolica Magesdad *la fize eſcrivir por ſu mandado. Regiſtrada* Jorge de Olaal de Vergara, *Chanciller Mayor* Jorge de Olaal de Vergara.

En la villa de Madrid, *a diez dias del mes de* Otubre, *de mil y quinientos y ochenta y seys annos, delante de Palacio y caſa Real de ſu Mages dad, y en la puerta de* Guardalajara *de la dicha villa, donde es el comercio y trato de los mercaderes y oficiales, eſtando preſentes el Doctor* don Alonſo de Agreda, *y los Licenciados* Martin de Eſpinoſa, y Petro Bravo de Sotomayor, *Alcaldes de la caſa y Corte de ſu Magesdad, por pregoneros publicos ſe pregono la ley y Prematica contenida en el pliego antes deſte con trompetas. A lo qual fueron preſentes los* Alguaziles de Corte, Muxica, Velazquez, y Franciſco de Oro, *y otras muchas perſonas: de lo qual doy fe* Juan Gallo de Andrada.

Verum hæc *Pragmatica* ſine ullo fuit effectu, manſitque moriſtinus: unde factum ut idem Rex *Philippus* alia inſuper roboraret ſtatuta hæc *Pragmatica* ſanctione, qua pro delicto primo viginti millia

Nota. Et quomodo titulos ponerent, qui aſ-

ſveti verborum æque ac morũ ſplendori ſolent, mendico cũ ſtipem denegant, ejus exorare veniam dicendo: *Perdone Vueſtra merced no tengo dineres*: id eſt ignoſce Domine, nummis enim careo. *Voyage d'Eſpagne c.6.*

millia Maravedarum ſolvere præcepit: pro ſecundo quadrageſies mille, & pro tertio octuageſies mille, atque unius annui bannitionem ſubire, vel exilium, ad quinque milliaria ab aula, vel ab alio quocunque loco ubi delictum fuiſſet admiſſum. Mulctæ diſpenſandæ erant ſicuti in prima pragmatica ſanctione ſancitum. Qui vero non poſſent ſolvere mulctam pro delicto primo incarcerandi erant ad decem dies, pro ſecundo ad dies viginti, & pro tertio triginta, eandemque ſupra dictam pati bannitionem. Additur præterea ſpeciale mandatum ut omnes Judices diligentem Pragmaticæ executionem curent, & procedant ex officio adverſus delinquentes, ſi accuſator deſit: ſub pœna ejusdem mulctæ ex bonis propriis ſolvendæ, & ſuſpenſionis duorum annorum ab officiis. Statutum hoc eſt, *Madriti* ultimo Decembris anno MDXCIII. & ibidem ſolitarie excuſum anno ſequente. Tertium quoque eundem in finem Decretum ſequutum eſt an. MDC. ut plurimum cum prioribus congruens, niſi quod in hoc anni MDC. poſt verba *Calatrava y Alcantara* ſequatur, *y Commendador Mayor de Monteſa y Claveros de las dichas Ordenes de calatrava y Alcantara, y a las hijas de los Grandes, ſe pueda llamar y Eſcrivir Sennoria: y tambien a los Preſidentes de los otros nueſtros Conſejos y Chancellerias y a los Priores, y Baylios de la orden de ſan Juan y las civdades cabezas de Reyno y a las otras que tienen voto en Cortes y a los Cabillos de Yglefias Metropolitanas donde huviere coſtumbre de llamarſela*; Et quod uxores *Grandium y de Cavalleros de titulo* debeant habere titulum *Sennoria*, prout earundem mariti. Habetur hoc decretum in *Quaderno de las Leyes annadidas a la nueva Recopilacion, que ſe imprimio el anno de 1598. Madriti 1610. pag. 53.* Atque hactenus de Titulis Hiſpaniæ ſubordinatis.

Cap. V.

I. *Princeps* Walliæ, Filius Regis Primogenitus. Clyto, Etheling.

II. *De antiquis titulis Comitum & Baronum in Anglia; nominibus item* Ealdorman *ſeu* Earl & Thane *easdem dignitates denominantibus antequam Normanni in Angliam venirent.*

nirent. Subregulus, Regulus Princeps, Dux, ꝥeꝥoꝛa, Conſul, Geꝛiꝑe *illorum temporum.*

III. *Poſſeſſiones & uſusfructus pertinentes ad Saxonicos* Ealdermen & Earl. *De eorundem ſtatu in ipſorum Comitatibus, ac relevamentis cum morerentur pendendis.*

IV. *Poſſeſſiones ſeu territoria ad* Thanes *pertinentia, ſeu* Tainlands *illorum temporum nec non relevamenta, cum morerentur pendenda. Feudalis titulus* Valvaſoris, *qui poſt Normannorum tempora denominavit* Middle Thane.

V. *De jurisdictione Saxonicorum* Ealdormen *ſeu* Earles *&* Thanes; *in territoriis, quorum aſſumſerant nomina, vel ipſi poſſidebant.*

VI. *De jurisdictione in* piꝛenaꝛemoꝛeꝛ, *magno Conſilio, ſeu Parlamento tum temporis.*

VII. *De titulo* Earl *poſt Adventum Normannorum. De verbo* Comes, *quod illum latine effert & ratione qua olim putabatur Comes recipere tertiam partem uſusfructus ex Comitatu cum Rege.*

VIII. *De* Comitibus & Comitatibus Palatinis.

IX. *Diplomatum formulæ quibus creantur Palatini Comites.*

X. *Comites non Palatini ſed Locales. Variæ formulæ diplomatum quibus creantur.*

XI. *De eorum Comitatibus ſeu honorariis poſſeſſionibus & relevamentis.*

XII. *Teſtimonia quædam, quæ videntur probare habuiſſe Comites antiquos, quatenus Comites, generalem poteſtatem regiminis in Comitatibus ſuis. Æqua horum teſtimoniorum interpretatio.*

XIII. *Cultura gladii in Comitum inveſtitura: & antiquus ejus mos ad inveſtituram, in vel poſt traditionem, ſeu* ouſter le mains *Comitatuum.*

XIV.

XIV. *De Coronis Comitum.*

XV. *Titulus Comitum Personalis.* Earl Marshal, *& personalis titulus* Earl Palatin, *olim usurpatus in Anglia.*

XVI. *Titulus* Baronis *hic usurpatus post Normannos. Varia vocis acceptio; & quomodo plerumque honorarii Barones vocati sunt absque ejus additione.*

XVII. *De natura & creatione* Baronum, *post Normannorum adventum, usque ad postremos Iohannis* R. *annos. De numero feudorum Equestrium, constitutorum a Wilhelmo primo.*

XVIII. *Testimonia quæ probant Seculares Barones & Baronias illius temporis, intra adventum Normannorum, ac postremos Iohannis Regis annos. Eorundem relevia.*

XIX. *Initia* Baronum Spiritualium, (*scil. Barones per tenuram sub Wilhelmo primo, & testimonia quæ docent, quales fuerint illo temporis spatio.*

XX. *Primaria loca quæ faciunt mentionem Spiritualium & Temporalium habentium locum & votum in Parlamentis vel magnis Consiliis illo tempore.*

XXI. *Mutatio Baronum & Baroniarum circa exitum Iohannis Regis.*

XXII. *Baroniæ & Barones ex tenura vel scripto, & Barones ex scripto solum, post illa tempora, usque ad medium Richardi II. & primo de scriptis citatoriis, illorum temporum.*

XXIII. *Variæ personæ citatæ illis temporibus, ut Barones, & in specie Regulares Barones, ut* Abbates *et sim.*

XXIV. *Manumissio dignitatum quibusdam Baronibus regularibus concessarum, quoniam neque tenuerant Baroniam, neque Prædecessores eorum continuo ad Parlamentum citati fuerant.*

XXV.

XXV. *Titulus* Banneretti, *ea notione qua aliquando Synonymum est Baronis.*

XXVI. *De Communi opinione, quæ statuit Baroniam consistere ex XIII. feudis Equestribus & tertia parte.*

XXVII. *De Baronis titulo ex mediis Richardi II. annis usque ad hunc diem. Et primo de forma instrumentorum quæ creant atque citant Baronem, & de regularibus Baronibus qui fuerunt illo tempore.*

XXVIII. *De Baronibus creatis per diplomata & eorundem formulæ.*

XXIX. Ducis *titulus*; *ejus initium*; *Investitura, insignia, & Creationis diploma.*

XXX. Marchio, *prima ejus creatio, investitura, insignia, & creationis diploma.*

XXXI. Vice Comes, *prima ejus creatio, Investitura, insignia & diploma creationis.*

XXXII. *Breve Corollarium de* Titulo Parium Regni, *attributo omnibus Parlamentariis dignitatibus, ac de vestitu iisdem proprio. Nonnulla de eorundem generalibus titulis aliis. Titulus* Comitis & Domini Lord, *attributus illis, qui* Pares *non sunt.*

XXXIII. *Variæ notiones vocabuli* Knight, Militis, & Chivaler in *Anglia; Divisio tituli honorarii* Knight, *& primo* Knigths Bachilers; *ac qualitas personarum qua vel contulerunt vel acceperunt dignitatem istam.*

XXXIV. *Ceremoniæ aulicæ & circumstantiæ olim & nunc usurpatæ in conferenda dignitate.* Equitis Baccalaurei.

XXXV. *Sacræ Ceremoniæ olim in Collatione ejusdem dignitatis usurpatæ.*

XXXVI. *Sufficientia possessionum, ex qua tenebatur aliquis illum*

suscipere Equestrem ordinem, nisi mulctam incurrere voluerit. De processu fori eundem compellente.

XXXVII. *De subsidiis quibus primogenitus factus est Eques.*

XXXVIII. *Honor olim & nunc isti dignitati exhibitus.*

XXXIX. *Degradatio Equitis Baccalaurei.*

XL. *De Equitibus* Bannerettis.

XLI. *Occasio & tempus instituti* Ordinis Periscelidis.

XLII. *De* Sancto Georgio *istius Ordinis Patrono, Præcipua testimonia ex Oriente seu Ecclesia Græca de ipso.*

XLIII. *Præcipua testimonia ex Ecclesia Occidentali.*

XLIV. *Quomodo seu quare in Patronum Anglicæ Gentis electus fuerit, ejusque dies festus.*

XLV. *De figura vulgo ostendente S. Georgium.*

XLVI. *De Ordine* Bathensi.

XLVII. *Titulus* Baronetti.

XLVIII. *Titulus* Esquire, seu Armigeri.

SUbordinati in Anglia tituli dividuntur in illos qui sunt *Principis Walliæ*, ad *Barones* inclusive (ut *Ducum, Marchionum, Comitum, Vice Comitum*, vel eorum qui habent locum & votum in superiori domo Parlamenti) & illos qui votum non habent, ut *Equitum* diversi ordinis, *Baronettorum, & Armigerorum.* Ac primo de primo genere.

1. Unde titulus *Princeps Walliæ* fuerit delatus ad filios & hæredes certos in *Anglia* satis manifestum est, minime vero quo tempore usurpari cœperit. Translatus est a *Principibus Walliæ* (*Walliæ* præsertim Septentrionalis) qui priscis temporibus Britones existentes tenuerunt regionem a Regibus *Angliæ* cum titulo *Principis.* Neque ibi cuiquam præter quam ipsis attributus est *Principis* titulus, quatenus subordinatam dixit dignitatem. *Princeps Walliæ & Dominus Snowdoniæ* communis eorum fuit titulus, ut videmus in stylo *Llewelino ap. Gruffith* sub Rege *Edwardo I.* Observandum autem quod in articulis pacis confectis inter *Llewelinum & Edwardum I.* Regem ann.

Regist. mr. Joh. Pecham Arcb. Cant. circa extrem. & Histor. Walliæ pag. 340.

ann. MCCLXXVII. (cum titulus *Principis* ipsi integer relinqvendus, plurima vero territoria subjicienda Regi essent:) habuerit ipse assignata sibi homagia vel Dominia quinque Baroniarum circa *Snowdoniam*, acsi habere sub se Baronias aliquot fuisset necessarium, vel ad minimum conveniens, ad conservandum *Principis* titulum. Hic enim scopus est articuli istius, de quinque Baroniis, *Walsinghamo* recensente. *Item quod omnia homagia* (verba sunt ipsius sub an. 1278.) *Walliæ remanerent Regi præterquam V. Baronum qui in confinio Snowdoniæ morabantur, quia se Principem convenienter vocare non potest nisi sub se aliquos Barones haberet ad vitam suam.*

Alii tamen hujus Tituli initium in Hæredibus Angliæ indubitatis, collocant in annum XXXIX. *Henrici III.* Sic *Polydorus*; *Edvardus* Regis *filius ut matwius ad res gerendas graviores expertus redderetur, fit* Walliæ Princeps *simulque Aquitaniæ ac Hiberniæ Præfectus. Unde natum ut deinceps unusquisque* Rex *hoc seculo institutum filium majorem natu* Walliæ Principem *facere consueverit.* Sic & alii Scriptores moderni. Indeque *Hispani* dicunt Titulum *Principe de las Asturias*, ex istius imitatione, & simili occasione apud ipsos ortum esse, & sicuti hic cœpit in *Castilia* post connubium contractum cum fœmina Anglicana (ut supra dictum) ita in Anglia post connubium *Edvardi* (postea *Edvardi* I.) & *Eleanoræ* filiæ *Alfonsi X.* Castiliæ Regis. *Notable concurrencia* (inquit *Salazar de Mendoza origen de las dignidades de Castella lib. 3. cap. 23.*) *que commençasse este titulo en Inglaterra, casando alli Infanta de Castilla y en Castilla casando ella Sennora de Inglaterra.* Verum etsi *Walliæ* traditio facta est his verbis, *una cum conquestu nostræ Walliæ*, ut *Vasconia Hibernia* & aliis nonnullis Territoriis recensitis in Diplomate ad hunc Principem *Edvardum* ab *Henrico III.* attamen nondum persvadere mihi possum *Principis Walliæ* titulum in ipso cœpisse.

Vid. Pat. 38. Henr. 3. Vasc. membr. 8. N. 25. & Florit. an. 1254. it. Math. Paris fol. 1187 edit. Lodin

Alii asserunt hujus tituli initium *Edvardo* filio & hæredi *Edvardi* Primi, ex famosa illa historia de Rege mittente Reginam *Eliænoram* gravidam ex *Anglia* ad Castellum *Carnarvan*, ut ibi enitereturs sobolem. *Histor. Walliæ pag. 376.* Postquam igitur filiũenixa esset, pollicitus est Rex (ut inquiunt) *Walliæ* incolis habituros eos Principem ab omni honorum macula immunem, nec ullatenus Anglicanam linguam callentem: hunc Principem recens genitum intelligens.

Verum quòque est, quod *Edvardus* iste filius & hæres indubitatus *Edvardi I.* postmodum *Princeps Wallia* fuerit appellatus ut videmus in ejus convocationibus Parlamentorum circa postrema Patris tempora. Ipsi enim scribitur, *Edvardo Principi Wallia & Comiti Cestriæ filio suo charissimo.* Diploma autem primum Creationis, quod vidi, est *Edvardi III.* ad filium suum & hæredem certum, *Edvardum* Ducem *Cornwalliæ* sex circiter annis postquam Dux factus esset, de quo titulo mox plura suo in loco. Sunt in diplomate isto etiam primarii investituræ ritus, ut corona, annulus aureus, Virga argentea; cùm quibus *juxta morem* investitus est, ut verba sonant: acsi ante illud tempus *Walliæ Principes* eodem modo investiti fuissent. En illud integrum.

Dorso Claus. 30. Edw. 1. m. 12. & 7. 32. Edw. 1. membr. 2. &c.

Rotul Cart. 17. Edw. n. 27.

Rex Archiepiscopis &c. Salutem. De serenitate Regalis præeminentiæ, velut ex sole radii, sic inferiores prodeunt Principatus, ut Regiæ claritatis integritas de luce lucem proferens, ex lucis distributione minoratæ lucis non sentiat detrimenta; immo tantò magis Regale Sceptrum extollitur & solium Regium sublimatur, quantò tribunali suo plures subsunt Proceres eminenciæ clarioris. Hæc autem consideratio condigna nos, qui nominis & honoris Edwardi *Ducis* Cornubiæ *& Comitis* Cestriæ *primogeniti nostri charissimi incrementum appetimus, (in quo potius nos ipsos conspicimus honorari & Domum nostram Regiam, & subditum nobis populum nostrum speramus per Dei gratiam, sumpta de gloriosis suis auspiciis conjectura, honorificè roborari) allicit & inducit, ut ipsum qui reputatione juris censetur eadem persona nobiscum digno præveniamus honore, & fœcunda gratia persequamur! De consilio itaque & consensu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Communitatum Regni nostri Angliæ, in generali Parliamento nostro apud Westmonasterium die lunæ in quindena Paschæ proximè præterita convocato, ipsum* Edwardum Principem Walliæ *fecimus & creavimus, & dictum* Principatum *sibi dedimus & concessimus, & per cartam nostram confirmavimus, ac ipsum de dicto* Principatu *ut ibidem præficiendo præsideat, & præsidendo dictas partes dirigat & defendat, per sertum* in capite, & Annulum in digito aureum, ac Virgam argenteam *investivimus juxta morem, habendum & tenendum de nobis sibi & hæredibus suis Regibus Angliæ in perpetuum, cum omnibus dominiis & terris nostris* Northwalliæ, Westwalliæ, Southwalliæ, *ac Dominio, Castro, Villa & Comitatu de* Caernervan, *in Dominio Castro & Villa de* Conewaye *in Do-*

Dominio, Caſtro, & Villa de Krukich, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Bellomariſco, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Hardelagk, *Dominiis & Comitatibus de* Angleſye, & Merionith, *Dominio, Caſtro, Villa & Comitatu de* Kermerden, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Lampadenmar, *Dominio & Seneſcalcia de* Cantremaur, *Dominio Caſtro, Villa & Comitatu de* Kardygan, *Dominio, Caſtro & Villa de* Emelyn, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Buelt, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Haverford, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Monte-Gomery, *ac omnibus Dominiis terris & tenementis, quæ fuerunt* Reſi apud Mereduke, *& quæ ad manus inclytæ memoriæ Domini* Edwardi, *quondam Regis Angliæ, Avi noſtri devenerunt, unà cum omnibus aliis Dominiis, Civitatibus, Caſtris, Villis, Maneriis, Membris, Hameletis, Terris, Tenementis, Feodis Militum, Vacationibus Epiſcopatuum, advocationibus Eccleſiarum,* Cathedralium *& aliarum quarumcunque nec non Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hoſpitalium, & aliarum domorum Religioſarum, Mineris, Regalitatibus, liberis conſvetudinibus, cuſtumis, priſis, & exercitio omnis juſtificatus & Cancellariatus, homagiis, ſerviciis, reddditibus, proficuis, pratis, paſcuis, paſturis, Wreceo Maris, Piſcariis, Moris, Mariſcis, turbariis, Foreſtis, Chaceis, Parcis, Boſcis, Warennis, Hundredis, Commotis, Raglotiis, Ringeldiis, Wodewardiis, Conſtabulariis, Ballivis, Foreſtariis, Coronatoriis, Reverſionibus, Feriis, Mercatis, Wardis, Maritagiis,* Releviis, *Eſcaetis, & ſerviciis tenentium tam liberorum quam nativorum ac omnibus aliis tam ad dictum Principatum, quam ad nos in dictis partibus ſpectantibus quoquo modo, adeò plenariè & integrè, ſicut nos ea tenuimus ſeu tenere deberemus, ſeu poſſemus, faciendo nobis pro dicto Principatu & præmiſſis omnibus tale ſervicium, quale inveniretur celebris memoriæ Dominum* Edwardum *nuper Regem Angliæ, patrem noſtrum dicto Avo noſtro pro prædictis omnibus dum ea tenuit ex conceſſione dicti Avi noſtri feciſſe. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus* Edwardus, *filius noſter habeat & teneat* Principatum *prædictum ſibi & hæredibus ſuis Regibus Angliæ imperpetuum, cum omnibus Dominiis & terris* Northwalliæ, Weſtwalliæ, Southwalliæ, *ac Dominio, Caſtro & Villa de* Kaernarvan, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Conewey, *Dominio, Caſtro & Villa de* Crukych, *Dominio, Caſtro & Villa de* Bellomariſco, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Hardelagh, *Dominiis & comitatibus de* Angleſeye & Meryonith, *Dominio, Caſtro, Villa & Comitatu de* Kermerdyn, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Lampadervaur, *Dominio &*

Seneſcalcia de Cantremaur, *Dominio, Caſtro, Villa & Comitatu de* Kardygan, *Dominio, Caſtro & Villa de* Emelyng, *Dominio, Caſtro, & Villa* de Buelt, *Dominio, Caſtro, & Villa de* Haverford, *Dominio, Caſtro, & Villa* Monte-Gomery, *ac omnibus Dominiis terris & tenementis, quæ fuerunt* Reſi apud Meredith *ſupra dicti, unà cum omnibus aliis Dominiis, Civitatibus, Caſtris, Burgis, Villis, Maneriis, membris, hamelettis, terris, tenementis, feodis* Militum, *Vacationibus Epiſcopatuum, advocationibus Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum quarumcunque, nec non Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hoſpitalium, & aliarum domorum Religioſarum, Mineris, regalitatibus, liberis conſuetudinibus, cuſtumis, priſis, & exercitio omnis Iuſticiatus, & Cancellariæ homagiis, ſerviciis, redditibus, proficuis, pratis, paſcuis, paſturis, Wrecco maris,* Piſcariis, *Moris, Mariſcis, turbariis, Foreſtis, Chaceis,* Parcis, *boſcis, Warenis,* Hundredis, *Comatis, Ragloriis, Ringeldiis, Wodewardiis, Conſtabulariis, Ballivis, Foreſtariis, Coronatoriis, Reverſionibus, Feriis, Mercatis, Wardis, Maritagiis,* Releviis, *Eſcaetis, & ſervitiis tenentium tam liberorum quam nativorum, & omnibus aliis tam ad prædictum principatum, quam ad nos in dictis partibus ſpectantibus quoquo modo, adeò plenariè & integrè, ſicut nos ea tenuimus, ſeu tenere deberemus vel poſſemus, faciendo nobis pro dicto* Principatu *& præmiſſis omnibus tale ſervicium, quale invenietur celebris memoriæ, Dominium* Edwardum *nuper Regem Angliæ, patrem noſtrum, dicto Avo noſtro prædictis omnibus dum ea tenuit ex conceſſione dicti Avi noſtri feciſſe ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus venerabilibus Patribus.* I. Cantuarienſi *Archi-Epiſcopo totius Angliæ Primate,* R. Dunelmenſi, & R. Coventrenſi & Lichfeldiæ *Epiſcopis,* Willielmo de Bohun *Northampton.* Thoma de Bello Campo *Warwic.* & Willielmo de Clynton *Huntingdon. Comitibus* Thoma Wake de Lydel, Henricus de Percie, Roberto Parnyng *Cancellario noſtro* Willielmo de Cuſancia *Theſaurario noſtro,* Randolpho de Stafford *Seneſchallo hoſpitii noſtri & aliis. Datum per manum noſtram apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Maji.*

Per ipſum Regem.

Inſtrumentum etiam alia ſub magno ſigillo ſequenti die ſcripta, miſſa ſunt ad *Richardum* Comitem *Arundeliæ* Juſticiarium *Walliæ Septentrionalis, Gilbertum* Dominum *Talbot* Juſtitiarium *Walliæ Meridionalis*

nalis & alios, ut ipsi in possessionem traderent Principatum. Multis etiam in *Wallia* habitantibus mandatum, *quod eidem Principi tanquam Domino suo de Homagiis & servitiis suis, ac omnibus aliis ad Principatum, Dominia, civitates, comitatus, castra, & alias terras & tenementa predicta spectantibus, intendentes sint & respondentes.* Post hoc diploma Titulus iste (qui juxta limitationem post creati Principis mortem conservatur in Corona seu regno, usque ad creationem alius) fere omnium fuit Filiorum & hæredum indubitatorum ut & *Richardi Burdegalensis* filii & hæredis Principis Nigri. Creationes tamen eorum aliquantulum diversæ ab hac formula prima tum quoad investituram, tum Patentes literas ipsas. Aliquando insimul nominatur Dux *Cornubiæ*, & Comes *Cestriæ* istique tituli per idem diploma & investituram collati sunt, Virga etiam aurea, ut cum *Henricus IV.* crearet filium suum *Henricum* Principem; *De consilio & assensu Ducum, Comitum, Baronum,* ait, *& Comitatuum regni nostri Angliæ, in instanti* Parliamento *apud Westmonasterium* (primus erat regni ejus annus) *convocato existentium, Henricum primogenitum nostrum charissimum, Principem Walliæ, Ducem Cornubiæ, & Comitem Cestriæ fecimus & creavimus & dictos Principatum, Ducatum & Comitatum sibi dedimus & concessimus, ac ipsum de eisdem principatu, Ducatu & Comitatu ut ibidem præficiendo præsideat præsidendo & dictas partes dirigat & defendat, per Sertum in Capite, & annulum in digito aureum & Virgam auream investimus juxta morem habendum & tenendum de nobis sibi & hæredibus suis Regibus Angliæ imperpetuum; Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus nostris quod prædictus Henricus filius noster habeat & teneat de nobis Principatum, Ducatum & Comitatum prædictos sibi & hæredibus suis Regibus Angliæ imperpetuum sicut prædictum est. His testibus.* Verum posthac *Comitatus Cestriæ* solus vulgo in instrumentis conjungitur. (Statutum autem quod [a] non necessaria sit alia creatio filii & hæredis Cestriæ seu collatio nova tituli *Ducis Cornubiæ*, quia cum eo nascitur) ut in illis quibus [b] *Henricus VI. Edwardum* [c] *IV.* & *Henricus VII.* creaverunt filios suos Principes, ut & aliis antiquioribus, nec non *Jacobi* Regis ad filium *Henricum*, quo creavit eum principem *Walliæ* & Comitem *Cestriæ* in Parlamento [d], tradendo ipsi *nomen, sigillum, titulum, statum, dignitatem & honorem Principatus & Comitatus eorundem*, & investivit (*ut ibidem præficiendo præsideat & præsidendo dictas partes dirigat & defendat,*

[a] Coke Rep. 8. le Princes case & le Case de Duche de Cornobaile. London 1613.
[b] Rot. Parl. 31. Henr. 6. n. 48.
[c] Cart. 11. Ed. 4. n. 14. 15. & Rot. Parl.
[d] Pat. 8. Jacobi Regis part. 9. num. 17.

fendat) per cincturam gladii traditionem & positionem serti in Capite, & annuli aurei in digito, nec non virgæ aureæ in manu, ut moris est, habendum sibi & hæredibus suis Regibus Angliæ *imperpetuum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus nostris quod prædictus Henricus filius noster habeat Nomen, Stilum, Titulum, Statum, Dignitatem & Honorem Principatus Walliæ, & Comitatus Cestriæ prædictum sibi & hæredibus suis Regibus Angliæ, ut prædictum est. His testibus &c. & aliis in Parliamento nostro apud Westmonasterium, convocatis & præsentibus.*

Comitatus *Cestriæ* olim quoque fuit in Principatum evectus a Parlamento an. XXI. *Richardi II.* quo etiam sancitum, quod debeat solummodo Regis tradi filio primogenito. Verum integrum hoc Parlamentum sublatum est per primum *Henrici IV.* utut inde Comitatus iste nihilominus semper cum Principatu *Walliæ* collatus est.

21. Rich. 2. c. 9.
1. Henric. 4. c. 3

Præter *Ducis Cornubiæ* appellationem & *Ducis Cestriæ* in *Anglia* accesserunt etiam nomina *Dux Aquitaniæ, Comes de Ponthieu & Monstroile*, item *Dux Normanniæ* in *Gallia* diversis temporibus, antequam Princeps niger donatus esset Titulo *Principis Walliæ*, & denominarunt quosdam filiis hæredesque certos, ut & nomen *Filii Regis primogeniti*; scilicet cum nullus alius ipsis Titulus fuit concessus seu qualis recentioribus & præsenti seculis, in quibus hæc appellatio cum reliquis conjungitur, ipsis tribui solet.

Pat. 19. Ed. 2. part. 1. m. 25. Polydor. in Henr. I.

Quæ nunc diximus de filiorum Regiorum & hæredum certorum titulis concernit solummodo *Normannorum* tempora; Nam *Saxonum* ætate hæc antecedente tum primogenitus tum reliqui Regum filii sæpe dicti sunt *Clitones & Clitunculi*, quasi derivatione a κλυτὸς, *Illustris*. Tum temporis enim frequenter affectabant formationem nominum ex notitia Græcæ lingvæ admodum exigua hic in *Anglia*. Ut in Reformatione ordinis *Benedictini* per Regem *Edgarum* an. DCCCCLXVI in subscriptione post Regem & Archiepiscopum Cantuariensem legimus: † *Ego Eadmond* Clito *legitimus præfati Regis filius crucis signaculum infantili florens ætate manu propria indidi. Et* † *Ego Eadweard eodem Rege* Clito *procreatus præfatam patris munificentiam crucis signo consolidavi. Vid. Ms. in Bibliotb. Cotton. & Typis edit. in notis ad Eadmerum pag. 159.* Et in diplomate authentico Regis *Æthelredi* ad Abbatiam *S. Albani* in territoriis *Northtune, Rodanbangron* & alibi; post *Archiepiscopi Eboracensis* subscriptionem sequi-

Roger de Hoveden part. 1. pag. 436. edit. Francof. & Ordesis Ethelberd. lib. c. 13. & 18. & lib. 4. cap. 3. 4. Flor. Wigorn. sub annis 748. 761 784. 901. 1010. & 1017. & Hen. Huntingdon. Hist. 6. pag. 363. edit. Francof. &c.

ſequitur † *Ego Æthelſtan filius Regis cum fratribus meis Clitonibus adplaudens conſenſi* ſcriptum eſt anno MVII. Plurima his ſimilia occurrunt in diplomatibus & monumentis aliis, illorum temporum. *Æthelıng, Athelıng* vel *Adelıng* tum quoque *Saxonum* tempore uſurpabantur, eodemque ſenſu iſtorum vocabulorum uſus continuavit ad usque *Henricum I.* Illud *Edgar Etheling* obvium eſt in omnibus annalibus noſtris antiquorum temporum. Et *Robertus Gloceſtrenſis* qui ſcripſit circa tempora *Edvardi I.* ſic de eo in Hiſtoria Regis *Haroldi.*

The gode tryewemen of the Londe wolde aabbe y made king.
The kind eir/ the young chiſd Edgar Atheling.
Wo ſo were next king by kunde me cluped him Atheling.
Therfore me cluped him ſo; vor by kunde he was king.

Mſ. in Biblioth. Cotton. in Rege Harold. Vide item Leg. Athelſtani R. pag. 71. & Canuti cap. 55.

Et *Gulielmus Adelingus quem Anglici regni legitimum hæredem arbitrati ſunt*, commemoratur apud *Ordericum Vitalem Eccleſ. Hiſtor. lib. 12. pag. 869. B.* ceu filius & hæres *Henrici I.* Hic *Athelingus* vocatur lib. 4. pag. 522. B. ejusdem Authoris eadem de cauſa *Gulielmus Adelinus Henrici Regis Anglorum filius*, quæ formula loquendi de *Ethelingo* ſæpe, ſed corrupte, occurrit apud eundem Autorem, dum loquitur de *Edgaro Ethelingo.* Et huc pertinet Authoris antiqui dictum de legibus *Edvardi Confeſſoris*; *Rex Edvardus Edgarum ſecum retinuit & pro filio nutrivit. Et quia cogitavit ipſum hæredem facere nominavit* Ethelinge *quod nos* (videtur hæc ſcribens fuiſſe *Gallus*:) *Domicellum id eſt* Damoiſell. *Sed nos indiſcrete de pluribus dicimus, quia Baronum filios vocamus* Domicellos. *Angli vero nullos niſi natos Regum. Quod ſi expreſſius volumus dicere, in quadam regione Saxonica* Ling/ *imago dicitur*, Athel/ *Anglice nobilis eſt*; *quæ conjuncta ſonant nobilis imago. Unde etiam Occidentales Saxonici, ſcilicet Exceſtrenſes habent in Proverbio ſummi deſpectus* Hinderling/ id eſt, *omni honeſtate devella, vel recedens imago.* Adducimus verba hæc quomodo extant in editione Legum *Saxonicarum Lambardi*: eadem admodum corrupte habet *Rogerius ab Hoveden Annal. part. 2. pag. 608. Edit. Francof. lin. 55.* ideoque hinc emendanda. Etymologiam nominis quantum hic concernit, revera ex Athel/id eſt, *Nobilis* provenit: nullum enim dubium Æpel apud *Saxones* idipſum ſignificaſſe. Hinc *Athala* vertitur *Nobiliſſima*[a], & *Ethelingey nobilium Inſula*[b] apud ſcriptores antiquos. Quoad ultimam vero ſyllabam Ling/ quam vult denotare imaginem certe

[a] *Encom. Emmæ pag. 176.*
[b] *Hoved. part. 1 pag. 426. Edit. Franc. & Sideſis Philip. Cluver. Germ. antiqu. lib. 1. cap. 5.*

grandis est error. Ab Æþel formatur Æþelinȝ ceu Patronimicum a primitivo, sicuti *Oiscing, Uffing, Esing ab Oisc, Uffe, & Ese* apud *Bedam & Ethelwerdum* ad denotandos ab *Oisc, Uffe, & Ese* descendentes. Eadem derivatione *Merovingi & Carolingi* sæpe occurrunt in denominatione posterorum ab antiquis Galliæ Regibus descendentium. Est igitur quoad literam Æþelinȝ nobilis ortu, generosus ιυγενης, seu natus ex Æþel, id est nobile. Et excellentiæ causa hoc nomen absolute attributum filiis Regum *Angliæ* imprimis posteriori *Saxonum* ævo. Nam temporibus his anterioribus Nobilis solummodo sic nominatus est. *Cum cunctis gentis suæ nobilibus*, *Beda* ait, Rex *Alfredus* autem, mixto callum Æþelinȝum hiȝ þeoȝe, dicit, idemque sonat. Et sic in aliis locis ab *Alfredo* translatæ historiæ *Bedæ* redditur *Nobilis*. De posterioribus vero *Saxonum* temporibus *Wilhelmus Malmesburiensis* abunde declarat. *Fili Regum Anglorum a Patribus Patronymica sumserunt, ut filius* Eadgari Eadgaring, Edmundi *filius* Edmunding *vocentur, & cæteri in hunc modum. Communiter vero Ethelingi dicuntur.* Addimus hic, quod in legibus *Howel-Dha*, Regis *Walliæ*, ubi fit mentio hæredis certi illa in regione, vocaverint eum Urchrychyad/ interpretanturque itidem *Ethelingum* vel *Edling*. Urchrychyad *id est Edling* (verba sunt exemplaris mei) *& qui post Regem habet succedere, præ omnibus qui sunt in curia post* Regem *& Reginam bonombitur. Iste erit vel filius ejus vel frater ejus. Locus ejus est in aula ultra ignem in oppositio Regis. Inter hæredem & columnam primo loco habet Judex sedere, secundo loco* Offeirad teulu (id est Sacerdos familiæ vel summus familiæ Sacellanus) *ex altera parte hæredis* Penkert/ (id est, Cantor primarius) *Patriæ, post hunc ex illa parte nullus potest sibi debitum sibi Locum vindicari. Pretium hæredis est equale pretio Regis, tertia parte ablata*, De *Ethelingo* vide etiam sequentem paragraphum.

Histor. Eccles. lib. 2. cap. 14. l. 3. cap 1. & c.

de gest. Reg. lib. 1. cap. 3.

Corona & reliqui amictus solennes *Principum Walliæ*, ut & aliorum in Anglia insignibus titulis splendentium (ut hodienum mos est, olimque fuit) in picturis & alia ratione exhibentur ab iis qui diversimode de Dignitatibus scripserunt. Et quoniam picturæ optime talia docent, diligenter curavimus suo loco inseri, uti etiam hic *Principis Walliæ* damus effigiem.

PRINCEPS WALLIAE.

II. Alii tituli nonnulli ad *Baronem* incluſive, originem ſumunt poſt *Normannorum* adventum; alii *Normannos* (ſub variis tamen nominibus) antecedunt: ideoque hinc deducenda eorum origo.

Et primo conſideremus origine antiquiores, qui ſunt *Earl & Baron*, id eſt, *Comes & Baro* Dicunt ex *Earldoms & Baronies* Comitatibus & Baroniis regnum eſſe compoſitum. (*Bracton. lib. 2. cap. 34. §. 1.*) ſicuti ad exemplum regnorum Occidentalium etiam regnum Hieroſolymitanum poſt bella ſacra fuit inſtitutum. Ac primo de *Comitibus* & *Baronibus* ſicuti invenimus eosdem ante Monarchiam *Normannorum* in *Anglia* confirmatum. *Sanut. Torſell. ſecret. fidel. part. 7 l. 3. c. 1.*

Ex *Britonum* ævo nulla ſuperſunt teſtimonia fide digna quæ doceant, quænam dignitates tum iſtis duabus reſponderint. Erunt *Reguli* (ut Latinæ eos appellant hiſtoriæ) ſubjecti Britannicis Regibus, & regentes Provincias, ſicuti Comites *Earls* ſeu *Ealdormen* poſthac ſub *Saxonibus*. Talis fuit *Gorong* ſub *Vortigerno* Rege, Regulus ſeu Gubernator *Cantii* ſicuti & alii in aliis Inſulæ tractibus. *In Cantia*, inquit *Malmesburienſis, omnis juſtitia ſub cujuſdam Gorongi labombat regimine qui tamen ſicut omnes Reguli inſula Vortigerni ſubſternebantur Monarchiæ.* Hæc Provincia ſeu *Shire* tradita eſt a *Vortigerno Hengiſto*, qui primo tenuit eam ſub Rege, fuitque *Primus Conſul & Dux de Germania, gentis Anglorum*, ut *Ethelverdus* de ipſo loquitur, *lib. 2. cap. 2.*

Sequentibus vero *Saxonum* temporibus, ſubordinati honorum ſecularium Tituli fuere *Ethel-ing, Ealdorman & Thane*, vel *Thegen. Ethel-ing* ut mihi videtur, aliquando etiam appellatus eſt *Eorle* (eadem voce, quæ nunc ſcribitur *Earle*, Comes,) ſignificat *Honorabilem, potentem*, ut volunt nonnulli, inque *Angliam* venit cum *Danis*, quibus hodienum *Erlig* notat nobilem, ſeu honoratum, ut *Erlig Radman, Nobilis* eſt *Decurio* in *S. Marci cap. 15. verſ. 43.* Poſtea vero in deſvetudinem abeunte voce *Ealdorman* (prout proximam ab *Ethelingo* deſignavit dignitatem) *Earl* nominati ſunt qui antea dignitate *Ealdormanni* eminuerunt: *Ealdormanni* autem (ſcribitur nunc *Alderman*) appellati ſunt, uti & hodie fit, minoris dignitatis viri. Cœpit autem vox *Earl* circa poſtrema *Saxonum* tempora: de qua nunc plura. Optime demonſtratur eadem ſi explicemus partem illam *Vid. Camdenum in ſuis* Remains.

antiquæ legis ab *Athelstano* sancitæ; In Capite quodam De þeſum, seu de *Weregildis*, id est de diverso pretio homicidiorum, gradus Spiritualium & temporalium Titulorum, officiorumque una cum pretio isto sic recensentur.

Æþcebiſceopes ⁊ eorleſ þeigild XV M þrimſa ⁊
Biſceopeſ ⁊ ealdormanneſ VIII M.
holdeſ ⁊ þeghegerefaſ IV M ⁊ þuſend ⁊
Mæſſerþeginеſ ⁊ þegnold ⁊ eniſeſ II M ⁊ þrimſa

id est *Weregilda Archiepiscopi & Comitis est XV M. Trumsarum*, (*Thrimsa* puto est tertia pars solidi illorum temporum) *Episcopi & Ealdormanni VIII. M. Holdes & Highgereve IV M. Massethane & Weld seu temporalis Tainus II M.* *Eorle* certe in antiqua Legum Saxonicarum translatione Latina, quam habemus in *Joannis Bramptoni* historia MS., redditur *Comes*, acsi idem tum significasset, uti postea significavit, & nunc quoque. Vix tamen dubito *Athelstani* ætate assumptam esse vocem istam ceu Synonymum *Etbelingi*, ideoque hic denominasse Filios, Fratresque regis, non vero Comitem, ut postea factum. Nam licet *Ealdorman* posthac dictus est *Earl*, atque duo ista nomina idem notarunt, attamen illo tempore, quo *Eorle* distinctum ab isto fuit vocabulum, atque longe dignius, ut videmus in hic *Weregildis* seu capitum æstimationibus, certe non nisi *Etheling* per illud intelligi potuit; si videlicet usum vocabulorum definimus ex illorum temporum monumentis superstitibus. Confirmor in hac opinione videns Leges Canuti Regis jungere Archiepiscopum cum titulo *Atheling*, & Episcopum cum *Ealdormanno* (sicuti & hic factum) in materia huic simili.

Leg. Canuti 054. Gif hpa (Verba sunt legis) aþcebiſceopeſ boſh oppe Æþelingeſ boſh abþece ȝebete ꝺ miꝺ ȝhym punꝺum ⁊ Gif hpa leoꝺbiſceopeſ oþþe ealdormanneſ boſh abþece ȝebete þe miꝺ tpam punꝺum. id est. *Si aliquis peccet in fidem Archiepiscopo vel Æthelingo debitam, multetur libris tribus. Si in Episcopum vel Ealdormannum, duabus libris.* Quod vero, uti dictum, in legibus *Athelstani* Earl redditur *Comes* ex ignorantia proveniisse existimo eorum, qui post *Normannorum* Monarchiam transferentes Leges *Saxonum* putarunt vocem illam idem denotasse *Athelstani* tempore, quod postea denotavit & suo tempore. Hic enim error admodum est vulgaris:

Sic

Sic etiam *Ealdermanni* Saxonum ætate prima, male nonnunquam vocantur *Earls* quoniam illi posteriorum temporum sic quoque sunt appellati, cui scilicet *Ealdormannorum* nomen in desvetudinem abiit quoad hanc significationem. Atque sic satis de nominibus *Etheling* & *Clyto*.

Jam de *Eoldermannis* qui in legibus *Athelstani* conjunguntur Episcopis, & vulgo in versionibus latinis Legum Saxonicarum antiquis vocantur *Aldermanni*, præfueruntque Provinciis, Comitatibus aliisque territoriis. Frequētissima eorum fit mentio in illorum temporum instrumentis, sed sub nominibus variis. *Ealdorman* juxta literam solumodo *Seniorem* vel *Senatorem* notat, *non autem propter Senectutem*, inquit antiquus quidam Autor, *cum quidam adolescentes essent, sed propter sapientiam*. Idem dicuntur aliquādo *Subreguli & Reguli* aliquando *Patricii*, *Principes*, *Duces*, & Saxonicè ꝺeyneꝺoꝛa. *Comites* item & *Consules*; neque exemplo caret, quod aliquando *Reges* nominentur. Rex *Alfredus* & *Æthelfredus Ealdermannus Merciæ* conjunguntur in Privilegio Ecclesiæ *Wigornienſis*, ubi tum in ipso privilegio, tum in subscriptione *Æthelfredus* nominatur *Subregulus* & *Patricius Merciorum*. Sic † *Ego Eanbert Regulus*, † *Ego Uthred Regulus*, leguntur in diplomatibus Regis *offæ* ad Eccleſiam eandem. Sic & alia prostant exempla quamvis rariora. Frequentissimum autem est *Principis* Nomen *Aldermanno* tributum tum in instrumentis illorum temporum regiis, tum subscriptionibus & diplomatibus aliis. Sic etiam *Duces* sæpissime appellati. Aliquando varii eodem *Ducis* nomine utuntur in subscriptionibus, aliquando *Principis* vocabulo, & nonnunquam ambo tituli sigillatim aptantur personis ejusdem dignitatis in subscriptionibus ejusdem instrumenti. Modum subscriptionis vide apud *Ingulphum*, in notis ad *Eadmerum*, & frequentissime in Saxonicis diplomatibus *Turris Londinenſis*. Vide etiam quæ hic sequuntur alia ex occasione adducta. Verum utut *Principis* nomen in numero singulari proprium fuit singulis (pro eorum lubitu) attamen & *Principes* in in plurali dicti sunt sæpe alii, minoris quidem at singularis etiam eminentiæ, ut *Taini*, & alii *viri primarii* nuncupati. Testantur id phrases historicorum antiquorum post *Normannorum* tempora, ut & historiæ *Saxonum*. *Heretogas* autem raro vocantur. *Alfhere Ealder*

ap. Reg. de Hoveden pag. 607. Edit. Francof.

Cod. Wigorn. Eccles. p. 18. MS. & pag. 23

V. Henric. Huntindon. l. 6. pag. 364. edit. Francof. &c. Vide porro certamen Ethelulphi Regis ap. Malmeshurienſ. de gest. Reg. l. 2. cap. 2. & Ingulphum. pag. 862. edit. Francof.

dermannus Merciæ, clarus in *Saxonum* hiſtoriis, vocatur *in Cod. Wigornienſ.* B. *MS. p.71.* Ælfere Mercna hlaford, ab *Oswaldo* Archiepiſcopo *Cantuarienſe*. Sic *Hengiſtus* & *Horſa* vocantur hlafordan in annalibus *Saxon. Mss, ſub ann. 446.* Ac uti videtur ſortiti ſunt titulum hunc quatenus militarem exercuerunt poteſtatem ſeu fuerunt *Duces* ſenſu vocabuli maxime proprio & antiquo. *Aldermanni* vero nuncupati quatenus civili præditi fuerunt dignitate, quales *Senatores* vel *Seniores*, per multa in Europa ſecula extiterunt. Utraque vox ſic legitur in *Pſalterio Saxonico*: Ælcermannum Juda, hlaford Heafola, Ælcermannum Zabulon & Ælcermannum Neptalim pro illis S. Davidis verbis Pſalm. 67. verſ. 27. *Principes Juda, Duces eorum, Principes Zabulon, & Principes Nephtalim.* Vide & *Pſalm. 21. & Evangelia Saxonica. Comites & Conſules* appellatos *Aldermannos* vide apud *Florentium Wigornienſem Huntingdonienſem, Hovedenum* & alios, qui vel e *Saxonum* lingua ſuos tranſtulerunt annales, vel ex iſtis verſionibus tranſcripſerunt. Ubi enim iſti legunt *Comes* vel *Conſul, Saxonum* Annales utplurimum habent *Ealdorman.* Et *Alfricus* in vitis Sanctorum Saxonice redditis, dicturus *S. Georgium* fuiſſe *Comitem Cappadociæ* ait: Ealdorman on þæt Scyre Cappadocia, id eſt, *Aldermannus Shiræ ſeu Comitatus Cappadociæ. Comitis* vero vocabulum rarius cernitur in additionibus, quæ ad ſubſcriptiones privilegiorum temporibus Saxonicis occurrunt, usque ad initia *Canuti* Regis: hucusque enim ſæpiſſime dicti ſunt Duces & Principes, & aliquando ſaltem in additionibus iſtis antiquis. In diplomate *Ethelberti* pro Eccleſia *Cantuarienſe* ſi credimus authori (*apud Ioſcelin. Abb. Furn. in vita Archiep. Cantuar. MS. in extremo*) ann. DCV. *Hocca Comes & Gravio Comes* commemorantur in ſubſcriptionibus. In illo etiam *Ethelbaldi* Regis *Merciorum*, quod concernit fundationem Abbatiæ *Crowlandiæ*, apud *Ingulphum* legimus iſta. † *Ego Egga Comes Lincolniæ conſilium dedi.* † *Ego Leucitus Comes Leuceſtriæ aſſenſum præbui.* † *Ego Saxulphus filius Saxulphi Comitis corroboravi.* Factum id anno DCCXVI. Et in diplomate (quod compactum eſt cum *Pſalterio Latino Saxon. Ms. An. 730. in bibliotb. Cotton*) Jejusdem Regis *Ethelbaldi* circiter 14. an. dehinc ſcripto, agros tradit cuidam *Cynibertho* ſub nomine *Comitis*, quem & *Ducem & Comitem* appellat. eidem diplomati ſubſcribunt etiam quidam illius temporis *Aldermanni* cum

Luc. 9. Verſ. 22.

Mſ. de Vitis Sanctorum Saxon. tit. 13. Videſis Ingulph pag. 893. Edit. Franc.

pag. 852. ed. Fr.

cum *Comitis* elogio. Diploma est ex antiquissimis quæ unquam vidi, nec indignum quod hic inseratur totum.

Ego Æthilbalt *Domino donante Rex non solum* Marcersium, *sed & omnium provinciarum quæ generalii nomine* Sutangli *dicuntur pro remedio animæ meæ & relaxatione peccatorum meorum, aliquam terræ particulam, id est, X Cassatorum venemndo* a Comite meo Cyniberthe *ad construendum cœnobium in provincia cui ab antiquis nomen inditum est* Huſmeræ *juxta fluvium vocabulo* Stur *cum omnibus necessariis ad eam pertinentibus cum campis Sylvisque, cum piscariis, pratisque in possessionem Ecclesiasticam benigne largiendo tradidi, ita ut quamdiu vixerit potestatem habeat tenendi ac possidendi cuicunque voluerit, vel eo vivo vel certe post obitum suum relinquendi. Est autem supradictus ager in circuitu ex utraque parte supra nominati fluminis, habens ex aquilone plaga Sylvam quam nominant,* Cynibre, *ex occidentale verò aliam cui nomen est* Moerheb *quarum pars maxima ad præfatum pertinet agrum. Si quis autem hanc donationem violare temptaverit, sciat se in tremendo examine tyrannidis ac præsumptionis suæ Deo ultionem terribiliter redditurum. Scripta est hæc cartula Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi septingentesimo tricesimo.*

a pro *Comiti* ut *donationi* pro *donationi* &c. inserius.

† *Ego* Ædilbalt *Rex Britanniæ propriam donationem confirmavi ..... subscripsi.*
† *Ego* Vvor *Episcopus consensi & subscripsi.*
† *Ego* Vuilfridus *Episcopus jubente Æthilbaldo Rege subscripsi.*
† *Ego* Æthilric Subregulus *atque* Comes *Glorioſissimi Principis Ethilbal huic donationi consensi & subscripsi.*
† *Ego* Ibracsi *indignus Abbas consensi & subscripsi.*
† *Ego* Heardberth *Frater atque* Dux *prafati Regis consensi & subscripsi.*
† *Ego* Ebbella *consensum meum accommodans subscripsi.*
† *Ego* OnocComes *subscripsi.*
† *Ego* Oba *consensi & subscripsi.*
† *Ego* Sigibid *consensi & subscripsi.*
† *Ego* Bercol *consensi & subscripsi.*
† *Ego* Ealduuft *consensi & subscripsi.*
† *Ego* Cusa *consensi & subscripsi.*
† *Ego* Pede *consensi & subscripsi.*

Est autem a *agrum in memorata silva* Moreb *cui vocabulum est* Brochil a pro *ager*

quem

b *fideli &c.*

quem Ego Edilbalt *Rex* Sutanglorum b *Fidele Duce atque Comite meo* Cyniberhite *in jus Ecclesiasticum cum supra dicto agro largiendo donavi.*

Alia de *Comite* testimonia hunc ejus sensum probantia reperiuntur in vetustioribus temporibus, ut in *Asserio Menevense* præprimis qui vixit sub *Alfredo* Rege, & in *Ingulfo.* Sic *Alfere Merciorum Comes* legitur in locationis codicillo ad tres generationes concessæ *Alfrico* ab *Oswaldo* Episcopo *Wigorniæ* an. DCCCCLXIII. Quomodo autem *Comitis Ducisque* tituli hanc ingressi fuerint insulam, intelligi potest ex illis, quæ de Imperii titulis diximus.

Cod. Wigorn. Ms. pag. 63.

Regis titulum *Aldermannis* tributum esse ista probant: *Ethelredus Aldermannus Merciæ* sub Rege *Alfredo* sic vocatur ab *Ethelwardo lib. 4. cap. 3.* ejusque *Earldordom* seu *Earldom* id est Comitatus vocatur, *Regnum* in *Florentio* & *Rice* Saxonum lingva. Verum utut *Aldermanni, Comitis* & alia nomina denominarunt eos quibus Provinciæ commissæ fuerunt, vel tanquam feuda vel aliter, (quod mox tradetur largius) attamen duo ista nomina *Aldermanni & Comitis* etiam aliter usurpata sunt. *Comes* aliquando dictus est homo in officio constitutus seu Consiliarius solummodo status, seu personalis Comes quem appellarunt vulgo (ut credo) Geꝑeꝑ, vel Geꝑþemoneꝑ, id est quoad literam *Socios* vel *Comites.* Et potest esse, quod *Comes* idem significet in diplomate *Ethelbaldi* nuper inserto, ubi jungitur nominibus *Ducis & Subreguli*, acsi differenter denotaret titulos. Fortassis etiam *Comes*, ut in aliis regnis, ita & hic alios denominare potuit. *Aldermanni* quoque vox dignitatem officii cujusdam, quod majore fulsit excellentia quam vulgaris *Aldermanni* titulus indigitavit, uti nunc ex adversa parte multo minorem, quam olim insignit dignitatem. Docet itaque substrata materia seu vocis additamentum, antiquam ejusdem notionem. E.gr. in miraculis *Johannis* Episcopi in *Hexam* circa ann. Servatoris DCC. *Beda* hoc lemma habet. *Ut Conjugem Comitis infirmam aqua benedicta curaverit.* Verba *Conjugem Comitis* Saxonica *Bedæ* translatio MS., facta ab *Alfredo* Rege reddit: Geꝑþmanneꝑ piꝼ id est, *Uxor Gesithmanni*, ac in ipso historiæ textu; *Villa erat Comitis cujusdam, qui vocabatur Puch*, Saxonica versio: pæꝑ ꝑumeꝑ ȝeꝑþeꝑ Tunꝑeꝑæꝑ Puh hæȝen; seu erat urbs cujusdam *Gesithi* dicti *Pub.* Ac per omnem historiam *Gesithe* reddit *Comes.* Caput proximè sequens habet

Hist. Eccles. lib. 5. cap. 4 & 5. & Ibid. cap. 10. lib. 3. cap. 14. lib. 4. cap. 22. & 6.

habet pro Puer Comitis Gefiþmonneſ Cnihȝ : & pro *Eccleſiam Comitis vocabulo Addi* : Geſiþeſ Cirricean ſe paſ hæȝen *Addi*. Sic & alia ibidem occurrunt loca, quæ *Comitis* vocabulum interpretantur *Geſithe* ut Æþelſtanes ȝeſiþ þæſ Cyninȝeſ. *Comes Ethelredi Regis. &c.* Nunquam vero ibidem *Comes* vertitur *Ealdorman*: ideoque ubi *Beda* habet *Principes, Duces, vel Subregulos* Saxo ſemper tegit *Ealdorman*, ut & aliquando vertit *Majores natu*: quibus vocibus fortaſſis uſus eſt *Beda*, ut juxta literam explicaret *Ealdormanni* vocabulum. Verba ejus in *hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 3.* Sunt: *Rex ſuis Ducibus ac miniſtris interpres verbi extit cœleſtis*: loquitur de *Oſwaldo* Rege. Saxo habet, hiſ Ealdormannus onȝ hiſ ȝeȝnum ſeu *Aldermannos & Thainos ejus*; Vide *& lib. 1. cap. 13.* aliaque exempla ibidem, & cum capite ſuperius citato ait, *miſit ad majores natu Scotorum*, indigitans primarios Dominos, interpres Saxonicus legit: paſ ſenȝe he to Scottа Ealdormannum.

Jam *Ealdormannum* ſignificare aliquando officium eminentius quam vulgata illorum temporum notio indigitavit, docet antiqua inſcriptio in *Abbatia Ramſejenſe*. Scripta eſt *Alwino* ex Regio Sangvine oriundo, qui totius *Angliæ* fuit *Aldermannus* ſub Rege *Athelſtano*, & hujus Abbatiæ fundator.

Hiſt. Ramſ. apud Camd. Britan. p. 308. Obiit an. Chriſt. 992. Cod. Rāſejen. ſis in Archiis Scaccarii. Videſis Guil. Malmesb. de geſt. reg. lib. 3. pag. 111. ed. Fr: & lib. 4. pag. 120. Item Hobedenum ead edit. pag. 450. Flor. Wigorn. An. 1067. Orderic. Hiſt. Eccleſ. lib. 4. p. 506, 537. & Huntingdon. lib. 6. pag. 371. ed. Franc.

HIC REQUIESCIT AILWINUS INCLITI REGIS ÆDGARI COGNATUS, TOTIUS ANGLIÆ ALDERMANNUS, ET HUJUS SACRI COENOBII MIRACULOSUS FUNDATOR.

Hæc innuunt fuiſſe ipſum quodammodo ſimilem antiquo Angliæ Juſtitiario ſummo, ſeu ſummo directori negotiorum per univerſum regnum, tanquam *totius Angliæ vicedominus* vel *Princeps* utifuerunt *Wilhelmus Fitzosberne* Comes *Herefordienſis*, & *Odo* Comes *Kantii* ſub Rege *Wilhelmo I.* aliique ſub Regibus hos ſecutis. Inde eſt quod in hiſtoria quadam *Ramſejenſe* vocatur *Regiæ dignitatis Conſors*, ut & alii Saxonum tempore apud *Bedam Hiſt. Eccleſ. lib. 3. cap. 14.* &c. even hleȝan þæſe Cynelicam peoſȝneſſe lingua ſua pronunciarunt. Dictus etiam fuit, ut nonnulli volunt, *Ailwinus* iſte Halfkéning/ id eſt, Semi-Rex. Et revera alia hiſtoria *Ramſejenſis*

MS, in bibliotheca V.C. & doctiss. *Henrici Spelmanni* Equ. Aurati, loquens de ejus Patre *Athelstano* qui fuit *Ealdormannus* Orientalis *Angliæ*, ait quod *ipsi Regi* (intelligit *Athelstanum* Regem) *adeò officiosa erat ejus sedulitas ut ad arbitrium ipsius cuncta regni negotia tractarentur. Idcirco ab universis Æthelstanus,* Half-Kéning *quod est Semi-Rex dicebatur* & in Codice *Ramsejensi* alio, qui est Historiola MS. de Comit. & Ducibus Orient. *Angliæ* in *Codice Ramsejense in Archivis Scaccarii pag.* 217. legimus: *Fuit in diebus Athelstani Regis quidam Dux Orientalium. Anglorum Æthelstanus* Halfking. i.e. *Semi-Rex*, ubi etiam dicitur suscepisse ex *Alfwen* uxore sua quatuor filios *Ethelwold, Alfwold, Etheisi* & hunc *Alwinum*, qui etiam ante mortem ipsius fuit *Ealdormannus* totius seu maxima ex parte Ealdormanniæ paternæ, &, quod verosimillimum videtur, eadem fruens apud Regem potentia seu dignitate ideoque dictus est *totius Angliæ Aldermannus.* Fuit etiam *Aldermannus Angliæ Orientalis, Norfolciæ, Suffolciæ, Cantabrigiæ*, & nonnullarum vicinarum partium.

Aldermanni titulus mansit apud hos *Duces, Principes & Comites* usque ad ann. MXX. post Christum natum seu ad regem usque *Canutum.* Circa hoc vero tempus, *Eorle* vox, qua Dani appellarunt hominem similis dignitatis, ipsis tributa est; *Saxonumque Æthelingi* non diutius dicti sunt *Earls*, tanquam Synonymica voce: Verbo *Aldermanni* sic quoad primam significationem in desuetudinem abeunte. *Eorle* autem vox hoc sensu antiquior fuit apud *Danos.* Nam ubi annales *Saxonici* Ms. contexti sermone illorum temporum, loquuntur de illis qui fuerunt ex *Danorum* parte, & *Comites Ducesve* sunt in *Florentio*, *Huntingdoniense* & aliis (idque diu ante Millesimum post Christum natum annum) vocant eos *Eorles* ut Sidroc Eorl ealda Sidroc Eorl esne Sionc, and Osbern Eorl and Freona Eorl and Hamol Eorl anno DCCCLXX. quod recte vertitur: *Sidroc Senex Comes, Sidroc junior Comes, Osberny Comes, Freona Comes, Hemldus Comes.* Sic & alia occurrunt exempla. Ex adverso Comites vel Duces Saxonum temporibus ante *Canutum* appellantur in iisdem annalibus *Aldermanni*: & quod *Earle* aliquando occurrit in quibusdam Annalibus Saxonicis circa tempora *Ethelredi* regis, paulo ante *Canutum*, accidit, ut puto, quoniam istius *Ethelredi* ætate cœpit vox Aldermanni vilescere apud illos qui amarunt *Danorum* more

Flor. Wigorn. An. 871. alii.

more & ſermone appellari *Earls*. Sic utrumque vocabulum *Eorle* & *Ealdorman* aliquandiu illis temporibus idem denotavit, ut fortaſſis etiam ſit in *Canuti* legibus. Hujus vero tempore cum *Danorum* potentia hic indies augeretur, nomen *Earl* adeo firmiter adhæſit illis, qui olim dicti fuerunt *Aldermanni*, ut inde ad hunc usque diem ſalus manſerit hujus dignitatis titulus. Inde publicatum *Saxonicum* Fragmentum exhibens dignitates illorum temporum (ad poſtrema autem Saxonicæ Monarchiæ pertinet tempora) loquitur ſaltem de *Earles* & *Thanes* nulla *Ealdermanni* mentione facta. Hocque nomen *Earl* tantæ tum fuit dignitatis ut *Wilhelmus I.* ſtylo Saxonico in *Normannia* ſolummodo *Earl* nominaverit, quod tum temporis latine reddiderunt *Princeps Normannorum*; verum & eodem inſignivit nomine illos qui tum fuerunt *Comites Angliæ*: quare vide indifferentem appellationem *Comitis & Ducis* antiquam in *Normannia* ſupra de dignitatibꝰ *Francie*. In diplomate ejus avthentico pro Abbatia *S. Edmonsbury* Latine & Saxonice ſcripto, iſta habentur latina: † *Willielmus* Rex *Anglorum*, *Princeps Normannorum atque Cenomanenſium Archiepiſcopis*, *Epiſcopis*, *Abbatibus*, & *cæteris ſuis fidelibus*; his reſpondent Saxonica: † pillelm Enȝla Kynȝ ȝ ȝoꝛle Oꝛȝp Noꝛmanȝie & oꝛȝp þa manꝛ ic ꝛenȝe ȝhetinȝ Ancebiſcopan anȝ leoȝbiſcopan Æbboȝan ȝ ȝoꝛlanȝ eallum ȝ ȝeleaꝛꝛullum mannum. Sic *Odo Comes Cantiæ* nominatur *Eorl opher Cent* in eodem inſtrumento. Atque ab iſta ætate hæc duo verba Latinum *Comes* nec non *Danorum Eorl* ſeu *Earl* denominaverunt hanc dignitatem. Alia olim occurrentia in Latino Saxonum ſermone nunquam vel raro cernuntur poſt Normannorum ingreſſum, in denominatione ſeu deſcriptione dignitatis iſtius.

Vid. Leges Canuti c. 55. & 96

ap. Lamb. in Peramb. Kantii, pag. 500. & in Mils de nobilitate civili &c.

In principio etiam Monarchiæ Normannorum ratio fuit tradita appellationis *Comes*, & quidem propriæ huic regno. Ideoque plura mox vide ubi de Normannorum temporibus diſſeremus.

His titulis ſunt proxima in Regis *Athelſtani* legibus nomina *Heroldes & hebgereves*; officiales tantummodo dignitates innuentia. *Holdes* fuerunt Capitanei vel Duces in bello. *Hebgereves* fuerunt ſummi *Sheriffi Shirarum*, vel territoriorum comiſſorum ipſorum cuſtodiæ Regis mandato, ea ratione qua nunc *Cuſtodia Comitatus* committitur *Sheriffs*. *Shire-reeve*, vel *Shire-gereeve* eſt eadem vox cum *Shrive*

Nota. Holdes a germanorũ Holden sel halten du Freme, unde etiam Held heros deſcendiſſe dicitur.

Videsis Leges *Edwardi Senioris cap. 2. Vide Seyreman. in leg. Inæ. cap. 8.*

Shrive seu *Sheriffe*. Videturque tum temporis habuisse *High-gereeves* vel *hehgereves*, in commodum Regis custodiam comitatuum, vel Territoriorum illorum, quæ nulli subfuerunt Aldormanno vel Comiti, *Earl*, ibidem collocato, vel utut subfuissent, immediate tamen subdita fuerunt Jurisdictioni regiæ, qui habuit ibidem *High Sheriffos* æque ac *Aldermannos*, quod accidit vel consuetudine vel concessione, vel singulari consilio Latine appellarunt eos *Summos Præpositos*, *Vice Comites*, *& vice Dominos*, ut videmus apud *Ingulphum* Abbatem *Crowlandiæ pag. 870. edit. Franc.* apud *Bramtonum* & alios. Latina tamẽ particula *vice* in postremis duobus nominibus non semper denominavit subordinationem ad *Comitem* vel *Dominum* alium præter Regem, sicuti nec hodie *Vice Comes* dicitur. Sheriff: nam quemadmodum *Horatius* ait etiam *utar vice cotis*, & in curia Romana est *Vice Cancellarius* ubi Cancellarius nullus: ita illud *vice* refertur ad officium a Rege constitutum. Imo hæc vocis est origo: videl. Rex designavit aliquem, qui debuit *supplere vicem Comitis*, seu *vicem Domini* in Comitatu qui Comite caruit vel Aldermanno ceu Domino ordinario. Verum hæc intelligenda solummodo de immediate Regi subditis, quales hodie sunt, & fuerunt inde a *Normannorum* tempore summi *Sheriffi* præter illos antiquos Comitatuum *Palatinorum* & Comitatuum *Palatinis* similium. Nam aliqui *Ealdormanni*, *Earls* vel *Comites* illorum seculorum, exercentes jurisdictionem regiam & existentes quasi Comites Palatini habuerunt Vice Comites suos seu *Gerefas*, sibi subordinatos ut videre est apud *Ingulphum* ubi quidam *Normannus* filius *Leswini* Comitis *Leicestriæ* est *Vicecomes Edrici Comitis* vel *Sheriffus Eadrici Strona Ealdormanni* seu *Earl Merciæ* sub Rege *Æthelredo*.

Nota: Retenta est in hac voce Shira, atq; Sheriffi, ne magis latino vocabulo usurpato, lector aliquando seducatur. *Nam* Scyra (*prout scribi vult du Fresne in Glossario, quem & vide:*) redditur etiam Satrapia Sheriffus vero Vice-Comes.

Hist. Croyland. pag. 811. & 912. edit. Fr.

Hoc sequuntur in illo Regis *Athelstani*, *Mesthegnes & world thegnes* id est, Spirituales *Thanes* & temporales *Thaini Spirituales & temporales* habent Latina *Bramptoni MS.* In iisdem legibus Sacerdos Missam celebrans *Messe Preost* omnino æqualis judicatur more Anglorum, *Weorld Degne*, seu Seculari Thaino. Vox enim *Thegne* vel *Thane* significat *ministrum* vel *servum*, uti testantur frequentissime Saxonicarum legum & annalium versiones in latinum sermonem, & ex latino sermone in Saxonicum. Exemplum habes in illo *Bedæ* supra citato, ut & in aliis apud eundem reperiendis; nam

Nota: *Degen Germanorũ vox nunc gladium dicens, olim, varie pronunciata, etiam heroem denominavit: & Ba-*

sic

sic *Minister Regis* vertitur *Cyninges Degn* Eccles. hist. lib. 4. cap. 22. & lib. 2. cap. 9. *Minister Regis Amicissimus* redditur Cyninȝes Deȝn him ſe holȝeſta: Similia invenies plurima apud *Marianum* & *Florentium*: *Quatuor de ministris Regis* (ajunt) *in DCCCXCVI. occiduntur*, quod transtulerunt ex Saxonico, & in istorum annalibus Ms. 896. sic reperimus ſeovon Cyninȝes Deȝnaſ oꝑ ele ȝene. Ac anno insequenti; *Ministri Regis, Eadulphus in Saxonia Regis minister & Ecgulfus Strator Regis* vocantur Saxonica lingva Cyninȝes ȝeȝnaſ & Eadulꝑ Cynȝes ȝeȝn on Suſeaxum & Ecȝulꝑ Cynȝes hoſt ȝenȝ, id est, Minister vel Servus occupatus circa equos Regis, eo fortassis sensu, quo nunc dicimus *Magister Equorum vel Statuti*. Sic anno MXIII. *Occidentales Ministri* apud ipsos sunt *Saxonum* lingva ȝa peſtþænaſ Deȝenaſ, seu *Taini occidentalis terræ*. Sic & alia obvia sunt exempla. Appellatio etiam *ministri* pro *Thane* frequentissima est in diplomatis subscriptionibus illo tempore post *Principes* vel *Duces*. Et quanquam vox ista denominaret Servum vel ministrum in genere (ideoque varie nominaret titulum prout fuit officiarius & personalis) attamen qui fuerunt immediate Regis Tenutarii egregiarum possessionum, quas tenuerunt ex personali servitio tanquam ab ejus persona (vel uti nunc loquimur per *Grand Serjeanty*, seu Equitis servitium in capite) dicti sunt, ut existimo, *Thanes* honoraria fulgentes dignitate atque partem facientes in Nobilitate majore illius temporis, quanquam officiariæ dignitates *Holdorum* & *Highgereve* præ illis præcedentiam habuerint i.e. omnes erant Regis feudatarii *Thanes*, feudumque vocabatur *Tainland*, vel *Thaneland*, sicuti postea feudum Baronis dictum est Baronia, quod & hodie fieri solet. Titulus hic perseveravit a *Saxonum* tempore, usque ad *Normannorum* adventum & deinceps. Ac sicuti *Barones* vox hodienum primario sensu seu honoratissimo denominat solummodo Barones Parlamenti, & nihilominus varie communicatur quibusdam aulæ ministris ordinariam justitiam administrantibus, ut illis quinque Portuum, & Dominis Maneriorum; sic etiam *Thane* varias habuit significationes illis temporibus. Sensu honoratissimo denotavit Regis *Thanes* seu Tenutarios per magnum Servitium, vel Equitis ministerium in capite, qui tum temporis conjuncti fuerunt Comitibus, uti postea etiam Barones.

ria inde composita nomina propria ut Dagobertus, Adeldagus *&c. Meibom. rerum Germ. Tom. 3 p. 344. a verbo* Tugel *sive* Togen *derivari fuit* Wegnerus *in libellum Nomenclatorem D. Lutheri.*

Videsis notas ad Eadmerum p. 170.

Pat. 18. Henr. 6. part. 2. membr. 9. m. 12. Idem Cart. 4. Ed. 3. membr. 13. &c

Probant id diplomata quædam illius ætatis. Eadvard cyning gret his biscepes and mine eorles and alle mine degnes on þan scyre þære mine preost ten in Paulus Minstre habben land. † *Ego Edvardus Rex Saluto omnes meos Episcopos, & meos Comites, & meos Thaines, apud quos mei sacerdotes Ecclesiæ Paulinæ agros habent.* Sic & alia plura Latine hæc paulo post *Normannorum* Monarchiam constitutam reddita fuissent (ut existimo) *Comites & Barones.* Paucis enim post ingressum *Normannorum* annis vox ista *Thane* in desvetudinem abiit, ac substituta *Baronis* ac *Baroniæ* appellatio, de qua mox plura. Saxonibus autem hæc nomina Baronis Baroniæque minime sunt usurpata, ut puto. Legitur quidem *Baro* in monumentis quibusdam Latinis, Saxonum res gestas tradentibus; sub Rege *Edvardo* filio Regis *Alfredi*: *occisus est Siulf Dux, & Sigem Dux & Edulwold Baro Regis*, scribit *Henricus Huntingdon. lib. 5. pag. 353. ed. Franc.* ac paulo post sub eodem Rege; *Turchetel Consul subditus est Regi omnesque Consules & meliores Barones qui appendebant ad Bedfordiam.* Verum Saxonici Annales Mss. unde ista depromta, (& quidem post Normannos) titulum *Baronis* ibi minime exhibent: prima verba Saxonica sunt: Dep peah Suilf Ealdorman ofslægen and Sihelm Ealdorman, and Eadpold Cyneges Degn. Hic ponitur *Degn* seu *Thane* pro *Barone* quem vult Huntindonus. Verba posteriora sunt: pa ylcestan men þe to Bedfordscire hyrdon i.e *primarii viri Bedfordiæ*, (absque elogio *Baronis* vel *Thane*) seu *Nobiliores de Bedfordia* ut *Marianus* vertit, & post ipsum *Florentius*. Iuxta hanc translationem autem qua *Thane* vertitur *Baro* post *Normannorum* tempora, intelligenda sunt, quæ occurrunt in legibus latinis *Conf. Iforis cap. 21. & ap. Roger. de Hoveden* nec non *Canuti* Regis in antiqua versione Ms. & alibi. Tale est illud *Johannis Brumptoni* Ms. loquentis de *Godwino* Comite in *Westsex* accusato criminis læsæ Majestatis, quoniam conscius fuit necis *Alfredi* qui fuit frater Regis *Edvardi Confessoris*, & scribentis, quod Rex locutus fuerit de eo ad *Comites* suos & *Barones* congregatos in Parlamento. Vix enim dubitare queo Saxonica, unde descripsit, fuisse verba Eorlas & Degnas, ut & Parlamentum quod vocat, tempore illo, quo scripsit, vocarunt witenagemot, vel Micel gynoð fuit enim judicium, quod postea ex *Romanensium* dialecto nuncuparunt Parlamentum. Et sic ex versionibus similibus

Hunting. l. 5. pag. 353. ed. Fr.

bus

bus alia quoque veterum interpretanda. Mox etiam §. 6. dabimus integra *Bramtoni* verba. In vulgato tamen tractatu, *Modus tenendi Parliamentum*, qui in titulo refertur ad tempora *Edwardi Confessoris* vox *Baro* non eandem admittit versionem. Scriptus est etenim libellus diu post initia Monarchiæ *Normannicæ*, titulusque falsissimus est totum deformans tractatum, de quo paulo post plura, ubi loquemur de ætate post *Normannorum* ingressum. Hic tantum addimus ad nomina dignitatum *Saxonicarum* interpretationem ex Latino sermone in Saxonicum *Alfrici* Archiepiscopi *Cantuariensis* viventis illa ætate, qua inusu fuerunt: *Princeps* (inquit in *Grammatica Ms. penes Lamb. Moreton Equ. Aurat.*) Ealdorman; *Dux* Heretoga oþþe Latteop; *Comes* Ealdorman oþþe Gerefa (sic scribitur in exemplari, quo utor, superscriptum vero manu seu charactere æque antiquo *vel* Gerefa cum linea transversim ducta.) *Clito* Æþelinz, *Primas* Healfdeamann, *Satrapa* þegen, *Præpositus*, Gerefa oþþe þnavost, *Dominus vel Herus* hlaford, *Domina* hlæfdiz. Ubi observa quod non habeat titulum *Eorle* seu *Earle* verum *Ealdorman* ejus loco, quæ Saxonibus & *Principem* & *Comitem* denotavit. *Earle* enim a *Danis* nomen est, ut supra dictum. Mortuus autem est *Alfricus* postquam sedit annos tredecim an. MVI. ac verisimile est quod scripserit grammaticam suam diu ante mortem, idque observari volo, ut appareat, quomodo consentit cum nostra deductione vocis *Earl* ex Danorum lingva, ejusque usu recentiore pro *Aldermanno* Saxonum. Ac tantum de nominibus *Ealdorman*, *Earl* & *Thane* Saxonum ævo.

III. Ostenso quomodo vocabula hæc fuerunt usurpata, addenda adhuc duo antequam ad *Normannorum* perveniamus tempora, de *Earls Aldermannis & Tainis* Saxonum videl. *Possessiones* ad eorum dignitates pertinentes, & *Jurisdictio*. *Possessiones vel Bona* Aldermannorum seu Comitum, *Earls*, erant quandoque integra territoria, a quibus nomen sortiti sunt, id est integra eorum *Ealdordomes*, ut vocarunt, vel *Earldoms* ut hodie Angli appellant, i.e. *Comitatus*, vel una aut plures *Shiræ* ipsis commissæ. Nonnunquam possessiones eorum erant specialia tantum territoria, ipsis Shiris apud regnum permanentibus: habuerunt etiam præterea aliquando tertiam partem, vel aliam quandam consvetam ex reditibus

bus certarum Civitatum, Municipiorum vel aliorum locorum intra Comitatum.

Obiter hic primo trademus veram regni divisionem primitus institutam in Shiras vel Comitatus a multis male traditam. Dicunt *Alfredum* Regem eam primo fecisse, quod & *Ingulphus* confirmat pag. 870. ed. Franc. *Totius Angliæ pagos & Provincias in Comitatus primus omnium commutavit, &c.* Hoc si verum esset, nemo ante *Alfredum* habuisset Shiram vel Comitatum, & nemo ante eundem præditus fuisset dignitate a Shira vel Comitatu denominata. Verum quicquid tandem innuat *Ingulphus*, manifestum est, quod *Alfredus* minime primus fecerit divisionem regni in Shiras seu Comitatus. Neque *pagi & provinciæ* de quibus loquitur aliud fuerunt quam *Comitatus* vel *Shiræ*: Ante *Alfredum* vero pagi isti suos habuerunt *Aldermannos*. *Ethelwolfus Barocensis Pagæ Comes* & *Ceorle Domaniæ Comes*, & *Eanulf Somersetensis Pagæ Comes* denominant Comitatus (*Earldoms*) *Bercheriæ*, *Devoniæ & Sommersetiæ* sub Rege *Athelwolfo*, Patre Regis *Alfredi* apud *Asserium Menevensem Alfredo* coævum. Duo etiam sunt apud *Ethelwerdum* lib. 3 cap. 3. Scriptorem tempore *Saxonum* præter *Osricum Dorsetum Ducem*, pro Aldermanno *Dorsetiæ*, seu *Dorcestriæ*. *Ealhere* vel *Alchere* erat tum temporis Aldermannus *Cantii*, & *Auda* vel *Wuda* Aldermannus *Surriæ*, ut legimus apud *Hovedenum*, *Huntingdonium* & *Asserium* ipsum. *Ingulphus* etiam exhibet diploma Regis *Ethelbaldi* quo fundamenta jacta sunt *Crowlandiæ*, cui subscripserunt Comites *Leicestriæ & Lincolniæ*. Præterea authenticæ leges *Inæ* Regis in *Westsex* DCCXX. dicunt, quod si Aldermannus fugæ reus sit þoliȝe hiſ Scyſe *perdat Comitatum suum*, ut vetus habet latina versio. *cap. 36. apud Brampton. MS. cap. 31. & vid. cap. 8.* Quomodo igitur incœpit Shirarum divisionem *Alfredus*? Certe male intellexit *Ingulfus* divisionem istam, voluit enim enarrare quod *Alfredus* divisérit Shiras in Centenas & Decumanas, quod verum est, ac refertur ingenue absque Comitatuum mentione illa, a *Wilhelmo Malmesburiense*, qui æq; ac *Ingulphus* circa ann. CLXX. post *Alfredum* scribens, veritatem scire potuit. *Henricus Huntingdonienſis* & *Godofredus Malmesburienſis* in Historia Ms. diserte referunt initia divisorum Comitatuum ad unionem *Heptarchiæ* in Regibus West-Saxonum. *Postquam autem* (ait *Hunting. hist. lib. 1. circa init.*)

Re-

Nota: *Sic pagos Germaniæ veteris quibus Duces præfecti sunt describit* Meibomius *Tom. 3. rer. Germ. pag. 96.* Sed variis diversa modis plebs omnis, habebat quot pagos tot pene Duces *hinc etiam* Gow Grafen & *corrupte* go Grafen *dicti i. e. pagorum comites, nam* gow *pagum nominarunt. de gest. Reg. Angl. l. 2. c. 4.*

Reges West-saxe *cæteris prævaluerunt, & Monarchiam obtinuerunt, terras per* XXXV. *provincias sibi diviserunt.* Hæc acciderunt LXX. circiter ante *Alfredum* annis. Certum tamen divisionis tempus minime manifestum: nisi quod dubitari nequeat, quod posteaquam aliquod hic confirmatum est regimen, talis facta fuerit regni divisio quæ apta visa est ad præficiendos Gubernatores vel Præfectos. Neque dubium, tempora secuta varie immutata esse, novamque divisionis formam induxisse, ita tamen ut semper Comitum dignitates conservarentur, qui plures vel pauciores ex divisione adepti sunt portiones juxta arbitrium Regis ipsos creantis vel constituentis. *Vid. Ingulphum Hist. pag. 911. edit. Franc. Luc. 3.*

Exemplum Possessionis Aldermannicæ seu Comitivæ illorum temporum sit sequens: *Ethelredus Aldermannus Merciæ* habuit omnium ad regnum *Merciæ* pertinentium reditus, tanquam Comitatus & feudi in dotem sibi traditi cum *Ethelfleda* ab ejus Patre *Alfredo* Rege. *Londoniam Caput* Regni *Merciorum* (inquit *Wilhelmus Malmesburiensis*) *cuidam primario Ethelredo, in fidelitatem suam cum filia Ethelfleda concessit*; id est, in feudum concessit, vel ut Saxonici legunt annales Ms. an. DCCCLXXXVI. Heta betæhte Lundenburhe Æþelræde Ealdormanne to healdenne: *Asserius* & *Florentius* dicunt *servandum commendavit*: Quod autem dicitur primaria sedes tradita, innuit integrum *Merciæ* territorium concessum, ut apparet ex illo ejusdem *Malmesburiensis* narrantis, post *Alfredi* mortem filium ejus *Edvardum* fuisse regem *West-saxonum & Merciæ*, ita tamen ut *Merciæ* solumodo Rex fuerit quoad nomen, integra enim ejus possessio pertinuit ad *Ethelredum* Aldermannum. *Duo regna Merciorum & West-Saxonum*, ait, *conjunxerat*; *Merciorum nomine tenus, quippe commendatum Duci Ethelredo, tenens*, ut existimo, status non erat alius, quam hæreditas qualem habuerunt Donejæ in hoc Comitatu: utut nec dubito feuda alia pro arbitrio regis fuisse ad vitam usque, alia ad voluntatem ejus. *Ethelredus* hoc Comitatu gavisus est quoad vixit, mortuusque est postquam *Edvardus* Rex imperare cœpisset. Uxor ejus *Ethelfleda* ipsi superstes omnia quoque tenuit exceptis *Londino & Oxonio*, cum vicinis territoriis a Rege Fratre ipsi ademtis. Cum moreretur, *unicam filiam suam Elfwinam* seu *Alfwinam* (ait *Florentius* de *Ethelfledo*, loquens sub anno 919.) *ex Ethelredo sub regulo susceptam* *de gest. Reg. l. 2. cap. 4. & 5.* *Ms. 896.*

hæredem regni (ſic Comitatum appellat, quoniam fuit regnum) *reliquit*: Et *exhæredavit Rex Edvardus, ex Dominio Mercæ totius Alſwin*, addit *Huntindonus*, cujus alias de hac fœmina hiſtoria magnis ſcatet erroribus. De hæreditaria etiam in Comitatus ſucceſſione videquod alii habent de Comitibus *Leiceſtriæ*. Verum videtur etiam quod dignitas iſthæc in nonnullis Angliæ locis fuerit feudalis & hæreditaria vel ab ipſo Saxonum in Angliam ingreſſu, quem vulgo collocant in an. CCCC XLVIII. Chriſti utut exactior calculus faciat XX. annis citiorem. Nam ab illis circiter temporibus, usque ad ann DLXVII. *Northumbria* (i.e. omnis trans *Humbriam* tractus, nec ſolum quam nunc vocamus *Northumbriam* provincia) duos fecit Comitatus, quos Reges *Cantii* tenuerunt. Unus ab *Humbria* ad *Tynam* usque vocatus *Deireland* vel *Deira*: alter inde verſus ſeptentrionem vocatus *Bernicia*. Hi Comitatus cœperunt in *Ottone* fratre *Hengiſti* Regis *Cantii & Ebuſa* ejus filio, qui *Hengiſti* mandato bello ſubjugarunt ſeptentrionales iſtas regiones tenueruntque easdem tanquam Comitatus a Regibus *Cantii*, & ad hæredes ſuos demiſerunt, qui non alio claruerunt titulo quam *Aldermanni, Ducis* vel *Comitis*, vel ſimili indifferente vocabulo, ſupra oſtenſo, usque ad *Idam* an. DLXVII. Regis in *Northumbria* nomen aſſumentem. *Illi imperatis inſiſtentes* (inquit *Malmesburienſis lib. 1. de geſt. reg. cap. 3*) loquens de *Otbone & Ebuſa* miſſis illuc *Hengiſti* Mandato) *conveniens* *ſtudiis ſuis exitum habuerunt. Namque ſæpenumero cum provincialibus congreſſi, profligatisque qui reſiſtendum putavemnt, reliquos in fidem acceptos placida quietis gratia mulcebant. Ita cum & ſuis artibus & ſubjectorum favore nonnihil poteſtatis corroſiſſent nunquam tam regium nomen temerare meditati, ejuſdem mediocritatis formam in proximos poſteros declinaverunt. Annis uno minus centum Northumbriæ* Duces *communi habitu contenti, ſub imperio* Cantuaritarum *privati agebant. Sed non poſtea ſtetit hæc ambitionis continentia, ſeu quia ſemper in deterius declivus eſt humanus animus, ſeu quod gens illa naturaliter inflatiores anhelat ſpiritus. Anno itaque Dominicæ Incarnationis* DLXVII. *poſt mortem* Hengiſti LX. Ducatus *in regnum eſt mutatus regnavitque ibi primus*: Ina; Regnum hoc ibi perſeveravit usque ad *Ethricum* cum quo ſub Rege *Eldredo* deſiit, atque in Comitatum ab iſto immutatum eſt. Is dedit eum primo *Oſulfo* & deinde *Oſaco*, inter utrumque dividens, ac ipſis mortuis

Tho. Talbot. ap. Camd. Brit. pag. 930.

Vid. Camden. Brit. pag. 95.

Nota: *An hoc alluſit?* qui pueris niveo candore Romæ viſis audiens, Anglos vocari, & Provinciales Deiros ac Regem terræ Alle nuncupari, dixit: Angelos Angelis ſociari, & Deiros de ira Dei liberari, ac Dei laudem in terra Alleluja oportet decantari. *cap 1. in Vita Auguſtini Anglorum Apoſtoli a Goſcelino ſcripta apud Wartonum, Angliæ ſacra tomo 2.*

Wal-

Waltheofo fuit Comes ejus, a quo devenit ad ipſius filios *Uchtredum*, *Edaulfum*, & *Coſpatricum*: Primo horum ſucceſſit ſecundus (poſtquam *Eadulf Cudel* eorum avunculus ex favore Regis *Canuti* aliquandiu uſurpaverat Comitatum) atque *Eadulfo* juniore occiſo, Rex *Hardecnutus* occupavit eundem ac *Siwardo* tradidit, qui jure in illum gaviſus eſt ratione uxoris ſuæ *Elfledæ* Comitis *Aldredi* filiæ. Poſt hujus mortem, ad Regis rediit manus dantis illum aliquando ex parte, aliquando integrum *Toſtio*, deinde *Morcaro*, poſt *Coxio* vel *Coxo*, ſed ut videtur pro arbitrio; Et Succeſſive iſti tenuerunt eum. Poſt mortem *Coxii* (tantum tenentis, quanta nunc eſt *Northumbria*) *Wilhelmus I.* (in cujus manu & reliqua fuerunt) integrum honorem & territorium contulit *Coſpatrico*. Rationem ejus reddit *Hovedenus*; *Nam ex materno ſangvine* (præter hanc autem conſangvinitatem ingentem quoque pecuniæ ſummam Regi ſolvit) *attinebat ad eam Honor illius Comitatus. Erat enim ex Matre Algitha, filia Uchtredi Comitis, quam habuit ex Elgiva filia Ethelredi Regis. Hanc Algitham pater dedit in Conjugem Maldredo filio Crinani.* Hæc ratio nullius fuiſſet momenti niſi *Uchtredus* extitiſſet *Comes Northumbriæ*, quoad Perſonam ſuam & hæredes ſuos. Si enim minus quomodo hic *Coſpatricus* filius *Algithæ* filiæ *Uchtredi* jus obtinere potuit in illam. Hic tamen *Wilhelmus* Rex recepit eam denuo, quoniam *Coſpatricus* reum ſe feceratCriminis læſæ Majeſtatis jungens ſe rebellibus *Eboracenſibus*. Creavit igitur deinde Comitem ejus *Waltheofum* filium *Siwardi* Comitis, qui & ſangvinis jure propinquior fuit, quam *Coſpatricus*, & ex utroque parente jus illud vindicare potuit, ideoque præjudicare ipſi nequivit *Coſpatrici* crimen. *Poſt Coſpatricum datus eſt Comitatus* (ait *Hovedenus*) *Waltheve Siward Comitis filio qui ei tam ex patris quam ex matris proſapia debebatur.* Unde videtur quod *Siwardus* hæres ejus factus fuerit jure uxoris ſuæ *Elfledæ*: *Fuerat enim waldeofus* (inquit *Hoveden*) *Siwardi Comitis filius ex filia Aldredi quondam Comitis Elfledæ.* Et prætextus quare non diutius eum Comitatum conceſſerunt *Waltheofo* filio *Siwardi* fuit (juxta varios illorum temporum caſus) quoniam minorennis extitit. Ideoque *Toſti* filius *Godwini* Comitis eundem ſibi acquiſivit; ut & alii poſt ipſum. Verum antiquo hæreditatis jure, ad conſangvineos iterum rediit, & hæredem proximum illius, qui primo accepit illum pro ſe & hæredibus ſuis. Similia acciderunt

V. Roger. de Hoved. annal. part. 1 pag. 424. & 454.

Videſis Henr. Hunt. lib. 6 in Edwardi Confeſſor. ann. 12.

runt in Comitatibus illorum temporum aliis: sufficiant autem exempla isthæc: & videtur quod Territoria *Northumbriæ* possederint Comites illi, quomodo Rex tenuit ea Creationis tempore.

Alii autem non possederunt Territoria, a quibus nomen sortiti sunt, neque eorundem proventus, sed tantum ejusmodi particularia bona, quæ vel nominatim ipsis assignata, vel alia quadam ratione eorundem dignitati annexa fuerunt. *Godwinus* fuit Comes totius *Westsaxoniæ.* Post mortem vero *Canuti* fratris uterini Regis *Haroldi I. Consilium inierunt* (scribit *Henric. Huntingdonensis*) *quod Emma Reginam cum Regis defuncti familia conservaret Westsex apud Wincestre in opus filii sui* (intelligit *Hardicnutum*) *Godwinus vero Consul Dux eis esset in re militari.* Hic si *Godwinus* omnia possedit in *Westsaxoniam* sicuti *Ethelredus* in *Mercia* certe *Hardicnutus* in nullam rem Rex esse potuit apud *Westsaxones.* Ideoque statuendum quod tantum specialia quædam bona ibidem possederit. Similia dici queunt de aliis nonnullis, quorum in historia illorum temporum fit mentio.

De *tertia proventuum parte* & similibus, T.R.E. (id est Tempore Regis Edvardi scilicet *Confessoris*) *reddebat Oxenford* (verba sunt libri *Domesday*) *pro theoloneo & gablo & omnibus aliis consuetudinibus per annum, Regi quidem XX. libras & VI. sextarios mellis, Comiti vero Algaro X. libras adjuncto molino quem infra civitatem habebat.* Fuit iste *Algarus* sub Confessore *Edvardo* Comes *Merciæ*, cujus pars erat *Oxonienſis* Shira. *Staffordia* Shira in eodem fuit Comitatu & reddebat (habet idem liber) *Burgum de Stafford de omnibus consvetudinibus IX. libras denariorum. Duæ partes erant Regis, tertia Comitis.* Et in Shira *Nottinghamenſi* ibidem sub hoc titulo: *Hic notantur qui habuerunt Socam, & Sacam & Thol, & Thaim, & consvetudinem Regis II. denariorum* varia sequuntur inde nomina magnorum virorum, ac post illa: *horum omnium nemo habere potuit tertium denarium Comitis nisi ejus concessu & hoc quamdiu viveret præter Archiepiscopum & Ulfenisc & Godeve Comitissam.* Ista *Godeve* fuit Mater *Algari* & Comitissa *Merciæ.* Sic & in Comitatibus aliis. In *Ipswich*, quæ fuit pars Angliæ orientalis, *Regina Edeva duas partes habuit*, (sic legimus in libro *Domesday*) *& Comes Gvert tertiam. Nordowicum* in eodem Comitatu *reddebat XX libras Regi, & Comiti X. libras.* Ille *Gvert* fuit sextus filius *Godvini*

Co-

Comitis occisusque cùm Rege *Haroldo* in prælio *Hastingensi*. Monachi appellant eum *Girthe, Girtha & Gvorthe.* Ex *Lewes* in *Sussexia erant duæ partes* (ait *Domesday*) *Regis, tertia Comitis. Ciceſtria reddebat XV. libras. Regi X. libras, Comiti C. ſolidos. Godwinus* ejusque filius *Harold* fuerunt *Sussexiæ* Comites illo tempore de quo liber loquitur, ut etiam *Cantii* & *Weſt Saxoniæ.* Et *Pax manu Regis vel ſigillo ejus data* (ſic narrant antiquam conſuetudinem *Lincolnienſium*, ut in eodem legimus libro) *ſi fuerit infracta, emendetur per XVIII.* Hundred. *Unumquodque* Hundred *ſolvit VIII. libras XII.* Hundred *emendant Regi & VI. Comiti.* Idem fere tradunt *Confeſſoris* leges. Pax Regis infracta certis temporibus (ut intra VIII. Coronationis dies, & in feſtis maxime ſolennibus, vel adverſus perſonas & loca, quæ ſub ſpeciali ejus fuerunt protectione) mulctabatur *in Danelega per XVIII. Hundreda, qui numerus complet CXLIV. libras, quoniam foris facturam Hundredi, Dani, Norwegienſes VIII. libris habebant. Multiplicatis igitur VIII. per XVIII fiũt CXLIV. Et hoc non ſine cauſa. De iſtis enim octo libris Rex habebat centum ſolidos & Conſul Comitatus L. qui tertiam habebat denarium de foris facturis* Reſiduos decem ſolidos accepit Decanus, in cujus Decanatu pax rupta fuerat, excepto ſi fuiſſet rupta in locis ſub ſpeciali ejus protectione, ſignificata ſpeciali ejus mandato (nam ſic intelligo verba illa *Pax data manu Regis*) vel tempore coronationis, Feſto Nativitatis, Paſchatis vel Pentecoſtes. *Edwinus* filius *Algari Mercia* Comitis, ac hæres ejus in *Ceſtria* ad minimum, & quorundam aliorum territoriorum, quæ fuerunt pars antiqui Comitatus *Mercia* ſub *Edvardo* Confeſſore, ſic diviſit proventus VIII. Salinarum in *Warmunſtow, ita quod de omnibus exitibus & redditibus ſalinarum habebat Rex II. partes & Comes tertiam*, ut verba ſunt in *Domesday.* Ubi ſimiliter ſub titulo *Ceſtrienſis* Shiræ legimus de Civitate *Ceſtrienſe*, quod ætate Confeſſoris, *reddebat hæc civitas X. Marcas argenti, & dimidiam. Duæ partes erant Regis & tertia Comitis, & hæ leges erant ibi.*

Cap. 31. apud Lambard. ſed depravate (ut id genus alia) habentur hæc ap. Rog. de Hoved. part. 2. pag. 606. ed. Fr

Pax data manu Regis vel ſuo brevi, vel per ſuum legatum, ſi ab aliquo fuiſſet infracta, inde Rex C. ſolidos habebat. Quod ſi ipſa pax Regis juſſu ei a Comite data fuiſſet infracta, de C. ſolidis, qui pro hoc dabantur, tertium denarium Comes *habebat. Si verò à Præpoſito Regis aut Miniſtro* Comitis *eadem pax data infringeretur, per decem libras emendebatur & Comi-*

tis *erat tertius denarius. Si quis liber homo Regis pacem datam infringens in domo hominem occidisset terra ejus & pecunia tota Regis erat &* Utlagh *fiebat. Hoc idem habebat* Comes *de suo tantum homine hanc foris factum faciente. Cuilibet autem* Utlagh *nullus poterat reddere pacem nisi per Regem.*

Qui sanguinem faciebat à mane secunda feria usque ad nonam Sabbati, X. solidis emendabat; à nona verò Sabbati usque ad mane secunda feria sanguis effusus XX solidis emendabatur: Similiter XX solidos solvebat, qui hoc faciebat in XII. diebus Nativitatis & in die purificationis S. Mariæ & primo die Paschæ, & primo die Pentecostes, & die Ascensionis, & in Assumptione, vel Nativitate S. Mariæ & in die festo omnium Sanctorum.

Qui in istis Sacris diebus hominem interficiebat IV. libris emendabat. In aliis autem diebus XL. solidis. Similiter Heinfaram vel foreſtel *in his festis diebus, vel die Dominico qui faciebat, IV. libris emendabat. In aliis diebus XL. solidis.* Hagenuitham *faciens in Civitate X. Solidos dabat: Præpositus autem Regis vel* Comitis *hanc foris factum faciens XX. solidis emendabat.*

Qui Rebelach *faciebant vel latrocinium vel violentiam fœminæ in domo inferebat, unumquodque horum XL. Solidis emendabatur.*

Vidua si alicui se non legitime commiscebat, XX. solidis emendabat, puella verò X. solidis pro simili causa.

Qui in Civitate terram alterius Saisibat, & non poterat dimtiocinare suam esse XL. solidis emendabat. Similiter & ille qui clamorem inde faciebat, si suam esse debere non posset dimtiocinare.

Qui terram suam vel propinqui sui relevare volebat X. Solidos dabat.

Qui id si non poterat vel nolebat, terram ejus in manum Regis Præpositus accipiebat.

Qui ad terminum quod debebat gablum non reddebat decem Solidis emendabat.

Si quis civitatem comburebat de cujus domo exibat emendabat per tres orat denariorum, & suo propinquiori vicino dabat duos solidos. Omnium harum foris factarum duæ partes erant Regis & tertia Comitis.

Si sine licentia Regis ad portum civitatis naves venirent, vel a portu recederent, de unoquoque homine qui in navibus esset XL, solidos habebant Rex & Comes.

Si

Si citra pacem Regis & super ejus prohibitionem navis adveniret tam ipsam quam homines, cum omnibus quæ ibi erant, habebat Rex & Comes.
Si verò cum pace & licentia Regis venisset, qui in ea erant quiete vendebant quæ habebant. Sed cum discederent IV. denarios de unoquoque Lesth *habebant Rex & Comes. Si habentibus matrinas pelles juberet Præpositus Regis ut nullibi venderent donec sibi prius ostensas compararet, qui hoc non observabant XL. solidis emendabant.*
Vir sive mulier falsam mensuram in civitate faciens, deprehensus, IV. solidis emendabat. Similiter malam cervisiam faciens aut in Cathedra ponebatur stercoris, aut quatuor solidos dabat Præpositis.
Hanc forisfactum accipiebant ministri Regis & Comitis in Civitate in cujuscunque terra fuisset, sive Episcopi, sive alterius hominis. Similiter & theloneum si quis illud detinebat ultra tres noctes XL. solidis emendabat.
a T.R.E. Erant in Civitate hac Septem Monetarii, qui dabant Septem libras Regi & Comiti *extra firmam, quando moneta vertebatur. Tunc erant XII. Judices civitatis & hi erant de hominibus Regis & Episcopi & Comitis.* a *Tempore Regis Edwardi.*
Horum si quis de Hundret *remanebat die quo sedebat sine excusatione manifesta, X solidis emendabat inter Regem &* Comitem.
Ad murum civitatis & pontem reædificandum de unaquaque hida comitatus unum hominem venire præpositus edicebat. Cujus homo non venibat. Domus ejus XL. solidis emendabat Regi & Comiti. Hæc forisfactum extra firmam erat.
Hæc Civitas tunc reddebat de firma XLV. libras & tres timbres *pellium martrinarum. Tertia pars erat* Comitis *& duæ Regis.*
Quando Hugo Comes *recepit non valebat nisi XXX. libras: valdè enim erat vastata. Ducentæ & V. domus minus ibi erant quam T.R.E fuerant.*
Hanc civitatem Mundret *tenuit de comite pro LXX. libris & una marka auri.*
Ipse habuit ad firmam, pro L. libris & una marka auri omnia placita Comitis *in Comitatu & Hundredis præter* Ingleseld.
Terra in qua est templum S. Petri, quam Robertus de Rodelend clamabat ad Teinland, *sic diratiocinavit* Comitatus. *Nunquam pertinuit ad Manerium extra Civitatem, sed ad Burgum pertinet & semper fuit in Consuetudine Regis & Comitis sicut aliorum Burgensium.*

In legibus Confessoris Cap. 12. invenimus etiam; Manbote Anglorum lege, Regi & Archiepiscopo tres marcas de hominibus eorum propriis, ap. Lambard. Sed videsis Hoveden. pag. 603 ed. Fr.

prius. Sed Episcopo ejusdem Comitatus & Consuli & Dapifero Regis XX. solidos. In Shira *Lincolnienſi* habemus *consuetudines Regis & Comitis* enarratas in libro *Domesday*, quæ, ut videtur, neceſſario referendæ ad *Saxonum* tempora. Cœptus enim & finitus eſt hic liber intra XIV. & XX. annum *Wilhelmi I.* complectiturque inter alia antiquas illas conſvetudines, quæ æque recentes ac *Normannorum* adventus minime eſſe queunt. Addatur iſtis, quæ ibidem habentur de *Nottinghamenſi* Shira. *Si Tainus habens ſocam & ſacam foris fecerit terram ſuam, inter Regem & Comitem, habent medietatem terræ ejus atque pecuniæ, & legalis uxor eum legitimis hæredibus ſi fuerint, habent aliam medietatem.*

Verum concludimus hic tractationem de poſſeſſionibus ad dignitatem Comitum pertinentibus illo *Saxonum* tempore, redemtione Regi debita cum moreretur quiſpiam hæresque ſuccederet, quam Heſleȝeate tum temporis appellarunt. Eoſleſ Heſeȝeate (Lex *Canuti* eſt) ſpa ðæſ to ȝebyriȝeþe ſinton, eahta horſ, ſeoſeſ ȝeſaðoloðe anð ſeoſeſ unȝeſaðoloðe anð ſeoſeſ helmaſ anð IV byſnan anð ehta ſpeſa anð ealſpa ſcla ſcylða anð ſeoſeſ ſpurðs anð tpa hunð maucuſ ȝolðeſ. i.e. *Comitis Relevium ſunt octo equi, quatuor ſtrati & quatuor non strati quatuor galeæ, quatuor loricæ, quatuor haſtæ, totidem ſcutæ, quatuor gladii & CC. Marcæ auri.*

IV. *Bona a Thanes vel Tainis poſſeſſa* quæ nominant *Tainlands* & a Rege conceſſa ſub conditione ſervitii, in perſona præſentis, erant ad minimum quinque *Hidæ*, ſi fidem præbemus illi Saxonicæ relationi de dignitatibus illorum temporum: Gif Ceoſle (verba ſunt ȝeþeah þaþe heſðe ſullice fif hiða aȝeneſ landȝe Cyſican anð Cycenan Belhuſ anð Burȝhȝeatſetl anð Sunðeynotðe on Cynȝeſ healle þonne pæſ he þononforð ðe Deȝenþiȝhðeſ peoſðe. id eſt uti habet antiqua verſio latina, *Si Villanus excreviſſet ut haberet plenarie V. Hidas terræ ſuæ propriæ Eccleſiam & Coquinam, Timpanarium, & januam & ſedem & Sunderno tam in aula Regis, deinceps erat Tiani lege Dignus.* Non poſſum intelligere quid velint *V. hidæ*, niſi de agris totidem quos tenuerunt a Rege ſub conditione ſervitii militaris. Alio enim ſi functus fuiſſet officio, vel miniſterio, atque ſic extitiſſet quoad perſonam ſuam *Thane* vel ſervus,

apud Lambard. in itinerar. Cantii, pag. 500.

Leges Athelſtani in Codice Ms. quo uſi ſumus in bibliotheca regia ad D. Jacobi p. 143.

vus. minime fuit feudatarius vel honorarius *Thane*, qui ſolummodo hujus loci ſubjectum eſt. Et in eodem Codice, ubi eadem Latina verſio verborum Saxonicorum nunc allegatorum habetur, legitur etiam inter *Athelſtani* Leges *Si* Ceorlman *provehatur, ut habeat quinque ſuidas terra adlitwaram Regis* (id eſt quas tenet a Rege cum ſervitio Equitis) *& occidatur, reddentur II. millia Thrymſa*: acſi diceret ejusdem fuiſſe dignitatis cum *Thane* ſeu *Tiano*, nam Weregildum *Thiani* erat *MM. Thrymſa*, uti ſuperius vidimus ex Legibus *Athelſtani* impreſſis. Hinc etiam *V. Hida* eo melius intelligentur, ut & ex altera deſcriptione *Tiani* in iisdem Legibus pag. 163. *Taini Lex eſt, ut ſit dignus rectitudine teſtamenti ſui & ut tria faciat pro terra ſua expeditionem, Burhbotam & Burgbotam*: hæc duo poſteriora ſæpe occurrunt in Saxonum reſervationibus, vacanturque *Arcis Pontisque conſtructio vel extructio*, & conjunctim dicuntur quantum memini in quibusdam diplomatibus Eccleſiæ *Cantuarienſis*: *Trinoda neceſſitas*.

NOTA.

Hidam, & *Hydam*, Scotis etiam *Hildam* dicit Spelmannus in gloſſario eſſe, unius aratri penſum annuale; & continere non ſolum ipſam domum, quam ab *hide* tegere tectum nominare ſolent ſed etiam agros eidem adſcriptos. Hinc etiam vertitur *manſio, manſum, & familias*, quas Beda nominat, autores alii nec non interpres Saxonicus vocant *Hidelandes*: non multum abit vox Germanorum Húben/ vel Húſen/ ut plurimum *hydæ* reſpondens, unde Húbener vel Húſener/ qui colit agrum iſtum.

Jam *Hida* fuit ordinarie & eſt (me judice) ager quem unum poteſt ſubigere aratrum una cum paſcuis, pratis & lignis eodem pertinentibus ad alendum aratorem ſervosque familiæ. Nonnulli veterum dicunt continere C. jugera: alii aliter. Sed revera incerta fuit ejus dimenſio, & recte ab eruditis dicitur ager aratro ſulcandus, vel tantum terræ, quantum ad agriculturam pertinet, unde neceſſario varia eſt juxta pingvedinem ſoli & morem agriculturæ in unaquaq; regione. Hinc in libro *Domesday*, locus aliquis *geldabat pro X, XII, XX. &c. Hidis*, id eſt, ſolverunt juxta multitudinem *Hidarum* (nam juxta *Hidas* olim ſubſidia & aliæ pecuniæ exigebantur, & quæ terra ſemper libera erat vocabatur ſæpe *Terra non Hidata*, uti alia *Hidata*)

Vide Coke Relat. part. 9. fol. 124. Matth. Pariſ. pag. 14. edit. Lond. Videſis Codic. Domesday MS. in Hantescyre.

Hidam) quæ tamen certa *hidæ* dimensio fuerit, universo apta regno, minime manifestum. In antiquo libro Regali *Manscorum* in *Cranfield*, qui fuit Abbatiæ *Ramsejensis* (*Temp. Henric. 3. MS.* in *bibliotb. Cotton. & penes Rememorator. Regis in Scaccario*) *homagium* (in judicio quodam lustrationis seu descriptionis) *dicunt quod nesciunt, quot acræ faciunt virgatam quia aliquando XLVIII. acræ faciunt Virgatam, & aliquando pauciores. Quatuor virgatæ faciunt Hidam. Dominica* non est Hidata. *Persona tenet terram sed nescitur quantam. Nihil inde facit Domino Abbati, quia est Eleemosyna*, non est Hidata. Ubi videmus quod æque *virgata* ac *Hida* fuerit incerta: & nihilominus in ista incertitudine universa civitas dicitur fuisse XII. *hidarum*, at tamen *quantum ad Regem computabatur pro decem Hidis*, ut habet liber, & quoniam *Quatuor Virgatæ faciunt Hidam*, ac *XLVIII. acræ faciunt virgatam*, sequitur quod CXCII acræ vel jugera hoc in loco fecerint *Hidam*. Et juxta hanc incertitudinem agrorum virgatorum incerta quoque sunt *Oxgang*, *Selion*, *Acre*, *Hida* (nam omnia juxta uniuscujusque provinciæ morem computanda:) quem in finem & multa alia produci possent testimonia. Reliqua verba Saxonica describentia quomodo Agricola fiat *Tainus*, meo judicio, exhibent statum seu conditionem eminentis illa ætate Domini, qui haberet Ecclesiam pro familia sua & inquilinis aulam instrueret (quod innuere videntur verba Burhzate, Cetl, id est *oppidi porta cum sede*) & in ea sibi ministrantes pro dignitate sua aleret, quod volunt verba Cycenan & Belhuf, id est, Culina & Domus Campanarum. Domus enim Campanarum potest indicare Triclinium, seu locum ordinarium ubi Domini prandere solent. Certe æque iste locus hic intelligi potest, si Saxones eadem usi sunt ratione, & Dominorum Triclinia isto appellarunt nomine, qua, ut dicunt quidam, *Itali, Hispani & Galli* eadem nominantes *Tinello*, *Tinelo & Tinel*; quæ vox etiam in nostris retinetur legibus. *Tinel le Roy* pro *Regia aula*. Dicunt autem rationem nominis esse, quoniam per sonum campanæ cum tempus prandendi esset, & cœnandi, convocarentur. Sic diserte *Colade Benerento* in tractatu *del governo della corte d' un signore, Rome* multis abhinc annis excuso, ubi cap. 19. ista habet. *Il Tinello non men Corretto a tempi nostri, ne fatti che nel nome, fui così da maggior nostri sbiamato per diminutione (come jo mi stimo) da tinno voce latina*

15. Rieb. 2. c. 3.

(in-

(innuit, existimo, verbum *tinnio*) *quasi* Tinnello, *cio e picciol suono che cosi si dice in quella lingva il suono de metalli per ciochè al suono d' una picciola campana (come ognium sia) si corre a Tinello, il quale e un luogo (perche non lo sapesse) dove in commune si va a mangiare da Cortigiani come al refettorio da frati. Et era all' hora di tanto honore il mangiare in Tinello quanto e hoggi riputato cosa vile & disbonevole.* In legibus vero præcipientibus, quantum *Taini* solvere debeant post mortem suam, distinctionem eorundem reperimus in varios ordines, & quidem juxta tenuras suas, ut videtur, & possessiones. Sylþan Cyninȝeƿ ǽeȝeneƿ heƿeȝeaƫa ȝa him nihƿƫe ƿinȝon (verba Legum *Canuti* Regis cap. 69.) IV. hoƿƿ ƫpa ȝeƿaȝoloȝe, anȝ ƫpa unȝeƿaȝoloȝe. anȝ ƫpa ƿpaƿȝ. & IV. ƿpeƿa & ƿpa ƒeala ƿcylȝa & helm & byƿnan & ƿƿƫiȝ mancuƿ ȝolȝeƿ. Ænȝ Meȝmeƿa DeȝƷna hoƿƿ & hiƿ ȝeƿeƫan & hiƿ pæpen obƿe halƿ. ƒanȝe on peƿ ƫƿeaxan & on Myƫcan ƫpa punȝ, a & Cyninȝeƿ DeȝƷeneƿ heƿeȝeaƫa mine miȝȝenum ǽe hiƿ ƿocne hæbbe IV. Punȝƿ anȝ ȝiƿ he ƫo ƿa Cyninȝ ƿohȝon cyȝȝe hæbbe ƫpa hoƿƿ an ȝeƿaȝoloȝe & oƥeƿ unȝeƿaȝoloȝe anȝ I. ƿpuƿȝ & ƫpa ƿpeƿa & ƫpa ƿcylȝaƿ & ƿiƿƫiȝ mancoƿ ȝolȝeƿ. anȝ ƿeȝe laƿƿe hæbbe & laƿƿe maȝeƿy II. punȝ. id est, Relevium seu *Relevatio* (juxta versionem antiquam.) *Thani a rege proximi solvitur IV. equis, duobus stratis, duobus non stratis, duobus gladiis, IV. hastis, totidem scutis, una galea, una lorica, & quinquaginta Marcis auri.* Meȝmeƿa DeȝƷn (seu ut vocat b versio latina antiqua, *Mediocris homo, quam Angli dicunt* Leƿƿe-ƿeȝƷn, quod corrupte profertur *Lespegend.* In Constitutionibus Forestaruram *Canuti* editis §. 1. & 2. nec non in versionibus Historiæ *Brumtoni* vocatur *Mediocris Thaynus*) *Relevatio est equus ejus & apparatus, arma, vel juxta morem West Saxonum* Halfange *suum & in Mercia duæ libræ, & in Anglia orientali duæ libræ. Regis Tainus suo gaudens foco ex Danorum lege solvit IV. libras. Si vero* Regi *propior sit, duos equos, stratum unum & alterum non stratum, gladium, duas hastas, duo scuta, ac quinquaginta Marcas auri: atque si minus habeat, minusque dives sit, duas libras.* Sic videmus Relevationem *Thainorum* varie redimendam juxta leges *West Saxonum, Anglorum orientalium, Mercia & Danorum.* Fuerunt præterea & divisiones aliæ teste libro *Domesday* in constitutionibus *Bercheria, & Nottingbamia & Ebomei* quæ utut ad Ærarium

a and on East Engla tvva pund.

b *Huntingdon l. 6. MS. quem olim Iridis penes Guil. Cnshaeo.*

redierint, circa vigesimum post conquestum annum (quo [a] *Domesday* finitus est) attamen opinor, tam antiquas fuisse consuetudines istas, ut fuerint instar legum provincialium in Regionibus illis *Saxonum* xvo; De *Tainis Berceria* sic liber dictus *Domesday*: *Tainus vel miles Regis Dominicus moriens pro relevamento dimittebat Regi omnia arma sua & equum unicum cum sella & alium sine sella. Quod si essent ei canes vel accipitres, præsentabantur Regi, ut, si vellet, acciperet.* Et in Nottinghamia: *Tainus habens plus quam quatuor Maneria non dat terra relevationem nisi Regi tantum VIII. libras. si habet sex tantum vel minus vicecomiti dat relevationem trium marcarum argenti ubicunque manet in Burgo vel extra.* In *Eborancensi* [b] *Relevationem terrarum dant solummodo Regi illi Taini qui plusquam Sexta maneria habuerint. Relevatio est VIII. Libra. Si vero sex tantum maneria vel minus habuerit, Vicecomiti pro Relevatione dat tres marcas argenti. Burgenses autem Eboraca civitatis non dant Relevationem.*

[a] *Videsis præfat. ad Edmeri pag. 4 & 5.*

[b] *districtu*

Verum isti tantum *Thaini* qui feuda tenuerunt, & vocati sunt Cyninȝes Deȝenȝ, id est, Regis Thaini, seu ab ipso proximi, & ab ipso tenuerunt in capite sub conditione Servitii Equestris feuda sua, fuerunt *Thaini* honorarii, & iidem cum illis, quos post *Normannorum* adventum appellarunt honorarios seu Parlamentarios Barones; eorumque territoria (*Thainlandia*) fuerunt solummodo honoraria Tenementa, seu Parlamentariæ Baroniæ postmodum dictæ. Quomodo in locum Regii *Thaini* seu ab ipso proximi, *Baro* successerit, docebimus §. 16. ubi de Baronibus post Normannorum tempora. Jam proximus feudalis titulus post Regium *Thainum* in illa Lege *Saxonica* Relevamenti (Heꝛeȝeaꝛeȝ) est Meȝmeȝa Deȝen, id est, *Mediocris Thainus*; ut vocarunt illum qui post Normannorum tempora dictus est *Vavasor*; nomine nunquam hic honorario, sed feudali tantum. Et si *Mediocris Thaini* titulus non fuit honorarius, multo minus credendum alios sub ipso fuisse. Et sicuti Baronis vox (prout est honoraria) post *Normannos* explicat naturam Thaini Regis primarii *Saxonum* ætate celebrati, ita illa *Vavasoris* appellatio *Mediocrem Thainum* explicat. Hunc in finem primo observamus congruentiam nominis, & deinde usum ac indolem tituli *Vavasor*. Nam de Etymologia vocis plura non libet addere, quam quæ in Imperii dignitatibus dicta sunt. Congruentia vero no-

nominum *Mediocris Thaini & Vavasoris* apparet ex Gallicis legibus *Wilhelmi I.* ubi sicuti *Earl, Regius Thainus & Mediocris Thainus* ordine sequuntur suo, in legibus *Saxonicis*, ita *Comes, Baro & Vavasor* apud interpretes leguntur. Et post relevamentum Comitis, Baronisque vel Regii *Thaini*, relevamentum *Vavasoris* sic constituitur. *De Reise a Vavasur a son lige Seignur; dedit estre quite par le chival son piere (sic ego lego) tel qu' il avoit a jour de sa mort, e per son halbert, & per son baume e per son escud e per sa launce, e per S' espee. Si fust desapeile qu' il ne out ne chival ne les armes, per C. solz.* Quantum ergo attinet titulum *Vavasoris* apud nos, observo hic primum specialia quædam testimonia de usu & continuatione ejus, deinde addo conjecturam meam deeorundem natura, ita ut *Mediocre Thaino* e Saxonum ætate jamdum cognito, eo felicius concludere queamus, utrum aliquis Tainus fuerit honorarius vel non, præter illum qui in specie vocatur Regis Thainus in illa *Saxonica Relevamenti* lege. *Leg. Will. I. c. 24 in Not. ad Edmer. pag. 180.*

Usus & continuatio *Vavasoris* fuit inde a *Normannis* usque ad *Henricum IV.* sed feudalis tantum minime autem honoraria fuit appellatio. In libro *Domesday* occurrit aliquando cum synonymo isto, *liberi homines Regis* vid. §. 74 *Ms. Suffolk.* Et in legibus attributis *Henrico I*, quæ adhuc servantur in *rubro libro Scaccarii Mss. ex parte Rem. Regis*, personæ habentes locum in aula Comitum, sunt *Episcopi Comites, Vicedomini, Vicarii, Centenarii*, Aldermanni, *Præfecti, Præpositi, Barones, Valvasores, Tungravii & cæteri terrarum Domini diligenter intendentes, ne malorum impunitas aut Gravionum pravitas, vel Judicum subversio solita miseros lamentatione conficiant.* Et sub titulo *de libertate Valvasorum*; *Habeant Vavasores qui liberè tenent placita* Vitam *vel Veram pertinentia super suos homines & in suo & super alios homines si in foris faciendo retenti vel gravati fuerint.* Leges aliæ ejusdem Regis habent ista[a]. *Si modo exurgat (lis) de divisione terrarum, si interest Barones meos Dominicos, tractetur placitum in curia mea. Et si est inter Vavasores duorum Dominorum tractetur in Comitatu, & hoc Duello fiat, nisi in iis remanserit.* In instrumento transactionis[b] inter *Johannem Moretonii* Comitem & *Wilhelmum* Episcopum *Ebiensem* Cancellariumque *Richardi I*; *Concessum est quod Episcopi & Abbates, Comites, & Barones, Vavasores, & libere tenentes non ad voluntatem Justitiarum vel ministrorum Domini Regis de terris & catallis suis dessaisientur, sed judicio curiæ Domini*

[a] *Cod. Ms. Set. Legum.*

[b] *Roger. de Hoved. pag. 700. edit. Fr.*

mini Regis secundum legitimas consuetudines & assisus Regni tractabuntur vel per mandatum Domini Regis. Sub *Henrico* c quoque III. reperitur epistola ad Bailivium *Wiltoniæ* narrans mortem *Andreæ Gifford*, qui tradiderat possessionem Baroniæ *Funtel* tempore *Johannis* Regis *Roberto* de *Mandevil*, *Roberto Maudit*, *Wilhelmo Cumin*, nec non *Wilhelmo de Fontibus*, *tanquam rectis haeredibus ipsius Baronis*, *retentis in manu sua* Vavasariis *spectantibus ad ipsam Baroniam quæ* Vavasariæ *sunt de feodo Comitis de Clare*, & quod Sheriffus reduxerat Vavasarias in Regis manus, ideoque præcipiebatur ipsi restitutio earundem in manus hæredum istorum. *Bractonus* meminit etiam *Vavasorum* eadem ratione qua Leges *Wilhelmi I.* Loquens enim primo de Comitibus, dein Baronibus, addit tandem, *sunt & alii qui dicuntur Vavasores, viri magnæ dignitatis*, ac postmodum ludens in verbo; *Vavasor* enim *nihil melius dici poterit quam vas fortitum ad valetudinem.* Ac Autor *Fleta* Ms. lib. 1. cap 5. *sub Regibus sunt Comites & Barones, Duces, Milites, Magnates*, Vavasores *& alii subditi ut liberi ut servi, qui omnes ætatem XII. annorum ad minus habentes ferre tenentur Regi fidelitatis sacramentum. Alioquin non habebant warrantum in terra ejus remanere.* Territoria *Vavasoris* dicebantur *Vavasaria. Quod dicitur* (inquit *Bracton*) *de Baronia non est observandum in* Vavasoria *vel aliis minoribus feodis quam Baronia, quia caput non habent sicut Baronia.* Et quod earum usus duraverit usque ad *Henrici IV.* ætatem apparet ex instrumento tractante dissolutionem vinculi obedientiæ erga *Richardum* Regem: nam illud apud *Thomam Walsinghamensem* inscriptum *omnibus & singulis Dominis, Archiepiscopis, Episcopis, & Prælatis, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, Baronibus, Militibus, Vassallibus quibuscunque ac cæteris hominibus*; in Rotula Parlamentaria habet eadem verba usque ad *Militibus*, indeque sequitur, *Vasallis & Valvasoribus ac cæteris hominibus.* Utitur quoque verbo isto *Chaucer* tanquam usitatissimo ætate sua loquens de suo *Frankelino.*

c *Claus. 4. Henr. III. part. 1. membr. 2.*

lib. 1. de ver. divis. cap. 8. §. 4.

libr. 2. de acqu. rer. dom. cap. 39.

Rot. Part. 1. Henr. 4. art. 52.

At Sessions (ait, was he Lord and Sire
Full often time he was knight of the Shire
An Anlace and a Gipsere all of silk
Hung at his girdle white as morrow milk.
A Sheriff had he been and a Coronour
Was no where such a worthy Vavasour

Sic

Sic & alia Ms. habent, alia tamen legunt *Countour* pro *Coronour*. Et memini me aliquando ex antiqua Romanensi fabula annotasse vocem *Countour* in rythmo jungi cum *Vavasour*

Sage, e Prince, Duc & Contur,
Baron, demeine Vavasur.

Jam de natura *Vavasoris*; quanquam fortassis errare possemus in tradenda definitione ejus exacta attamen manifestum est, quod semper infra Baronem fuerit. Et videtur, fuisse eum antiquissimis temporibus solummodo Tenutarium sub conditione Equestris servitii, qui tenuit vel a Domino inferiore, non vero immediate a Rege vel ad minimum a Rege honore quoque alio vel Mansione prædito, non vero in capite; quæ ambo excluserunt eum a dignitate Baronis Tenutarii, quales omnes fuerunt usque ad exitum Regis *Johannis*, ut ostendimus ubi de Baronibus post *Normannorum* tempora. Et ejusdem naturæ existimo fuisse *Mediocres Thainos Saxonum* ævo, non vero honorarios, neque eorundem *Fainlandia* honorarias Baronias. Tantum de diversis possessionibus *Aldermanni* seu *Earl & Thani Saxonum* ævo.

V. Eorundem jurisdictio, (de qua adhuc dicendum) fuit vel in *territoriis Comitatus sui*, vel in *summo judicio* seu *Consilio* Regni, quod fuit tum temporis *Parlamentum*, & appellarunt ꝑiꝛena ȝemoꝛe vel ꝑicel ȝynoȝ. *Aldermanni* seu *Earls*, ut videtur habebant in territoriis a quibus denominati sunt, vel Comitatibus suis jurisdictionem; ita tamen, ut si integrum Territorium esset Aldermanni proprium. (ut in casu *Ethelredi* Aldermanni in *Mercia* sub *Alfredo* Rege & *Edvardo* Seniore Rege, uti supra ostensum) tum judicia constituta & reditus ex jurisdictione ejus cesserunt usui & commodo. Verum si territorium a quo denominatus est minime possedit, excepta solummodo parte quadam proventuum ad dignitatem suam pertinentium, tum, videtur, jurisdictionem exercuit judiciumque constituit (nisi forte exceptis possessionibus ipsi propriis) in usum commodumque Regis, id est, supplevit vulgo immediatum officium quod *Sheriffi* ordinarie executi sunt in Comitatibus non *Palatinis*. Quando igitur *Ingulphus* narrat, quod *Alfredus* designavit *Justiciarios & Vice Comites* per Comitatus suos; intelligo ejusmodi Co-

Comitatus primarios, qui ad Aldermannos tanquam eorum poſſeſſiones propriæ non pertinuerunt. Nam gubernatio aliorum Comitatuum ſufficienter ſtabilita fuit cum ipſis Aldermanni aſſignati ſunt. Et ȝc᷑ȝeȝemoƶ (judicium erat quotannis bis exercitum, quoties Sheriffi hodie circumeunt) ſervavit Epiſcopus illius dioeceſis, ac *Aldermannus* (in Shiris Aldermanno traditis:) Epiſcopus vero & Sheriffus in illis, quæ Sheriffis commiſſæ fuerunt immediate ſub Rege. Atque ſic Eccleſiaſticæ & Civiles leges conjunctim regno ſunt demandatæ. Expreſſe etiam teſtantur Regis *Ethelredi* Leges *cap. 6.* (vide & *Ina leges cap. 36. teg. Alured. cap. 33 34. & praf. leg. Athelſtani*) quod Aldermannus, *Earl* vel Comes communiter fuerit Temporalis Judex immediatus ſub Rege; quare obſervari meretur illud *Aſſerii Menevenſis* in vita Regis *Aluredi* loquentis de adminiſtratione Juſtitiæ ſub Rege iſto, & nominantis Judices ſub ipſo immediatos *Comites* ac *Præpoſitos*, id eſt, Aldermannos in Aldermanniis ſuis & Sheriffos in hiȝhȝeaſeƿ id eſt, in Shiris ſeu Comitatibus ſuis: Quanquam & juxta ſpecialem quandam conſvetudinem, conceſſionem vel conſtitutionem Sheriffus vel etiam Præpoſitus aliquando in locis quibusdam ſedit cum Aldermanno; ut docet exemplum mox adſcribendum ex Codice *Ramſejenſe*. De ipſo autem *Alfredo* Rege ſic *Menevenſis*: *Studebat is quoque in Judiciis etiam propter nobilium & ignobilium ſuorum utilitatem, qui ſæpiſſime in concionibus* Comitum & Propoſitorum *pertinaciſſimè inter ſe diſſentiebant (ita ut pene nullus eorum, quicquid a* Comitibus & Præpoſitis *judicatum fuiſſet verum eſſe concederet) qui pertinaci diſſentione obſtinatiſſime compulſi, Regis ſubire judicium ſinguli ſubarrabant.* Et quando lites per appellationem (ſeu ob inſtrumenta erronea) ad ipſum delatas ab Aldermanno ſuo vel Sheriffis, invenit errore vel injuſtitia contaminatas, ipſique excuſarent per ignorantiam propriam, vehementer reprehendit eos. *Aut terrenarum poteſtatum miniſteria quæ habetis illico dimittatis, aut ſapientiæ ſtudiis* (*Aſſerius* de ipſo narrat) *multo devotius de cetero ſtudeatis Impero. Quibus auditis verbis, perterriti, veluti pro maxima vindicta correcti,* Comites & Præpoſiti *ad æquitatis diſcenda ſtudium totis viribus ſe vertere nitebantur, ita ut mirum in modum illiterati ab infantia Comites pene omnes* Præpoſiti *ac miniſtri literatoria arti ſtuderent, malentes inſuetam diſciplinam quam labo-*

Videſis leg. Edgar. cap 5. & Not. ad Edmer. p. 166. 167. Hiſtoriam noſtram de Decimis cap. 14. §. 1. & leg. Canut. cap. 17. Lambard.

V. leg. Edgard ſenioris, cap. 11. & 12. Henr. 7. fol. 17. b.

laborioſe diſcere quam poteſtatum miniſteria dimittere. Exacta tamen forma ſeu indoles jurisdictionis iſtorum *Comitum* ſeu *Aldermannorum* minime patet: plurima enim *Saxonici* regiminis adeo ſunt obſcura, ut vix veſtigia & exiguas quasdam reliquias deprehendere liceat, nedum ſatisfieri queat inquirenti. Abſtineo igitur hic ab ulteriore generali aſſertione circa jurisdictionem pertinentem ad dignitatem iſtorum *Aldermannorum* ſeu *Dominorum* (*Lords*) atque addo tantum ejusmodi caſus, aliaque illorum temporum teſtimonia, quæ a melioris judicii viris examinata & comparata cum editis legibus *Saxonicis* poſſunt fortaſſis ſuppeditare certiorem notitiam genuinæ jurisdictionis iſtius, tum voluntariæ tum contentioſæ, quam aliqua concluſio a me ipſo formata dare poterit. Quidam *Siferth Dunbamenſis* ægrotans *Linduni* in Inſula *Elienſi*, ſub Rege *Edgaro* accerſivit *Brithnothum* Abbatem *Elienſem*, nec non monachos varios: *Aderantque ibi* (inquit liber quidam *Elienſis*) *Aluricus de* Wicham/ *Æthelſtanus & filius ſuus Wine, Leovricus, Brihtelmus, Afelmus de* Redewinden/ *& Ædericus unus de proceribus Ajelwini* Alderman/ *& Oswaldus presbyter & Sexferdus cum filio ſuo. Tum Brithnothus Abbas teſtamentum hujus Siferthi coram uxore & comm filia ſua, coramque omnibus ſupra memoratis fecit ſcribi in tribus Cyrographis commque cunctis fecit recitari, lectumque fecit incidi, unamque partem Cyrographi retinuit Siferthus, alteram autem dedit* Abbati, *tertiam verò miſit ſtatim per præfatum Brihtelmum Ajelwino* Alderman *qui tunc temporis degebat in* Ely (erat *Aldermannus Eaſtanglia* cujus iſta pars erat) *& petiit ab eo, ut ſuum teſtamentum ita ſtare conceſſiſſet, quomodo Abbas illud ſcripſerat & ordinaverat apud* Lindum *comm prædictorum teſtimonio virorum. Cum itaque Ajelwinus* Alderman *hoc audiſſet & Cyrographum vidiſſet, remiſit illico ad eum Winothum de* Stowe *cum Brihtelmo ſciſcitatusque eſt ab eo, quid aut quomodo vellet de teſtamento ſuo, qui mox per eosdem renunciavit ei, ſic ſuum teſtamentum abſque omni contradictione vel mutatione ſe velle ſtare ſicuti præfatus Abbas illud in Cyrographo poſuerat. Quod, ut Ajelwinus* Alderman *audivit totum, conceſſit, ut ſtaret, ſicuti ipſe Siverthus teſtatus erat.* Hic videmus teſtamentum coram Aldermanno probatum; obſerva tamen etiam quod iſte fuerit *Aldermannus totius Angliæ.* Præterea in eodem libro legitur *Ajelwin* Alderman *venit & tenuit placitum cum toto hundredo* ſeu *cum III. hundredis* etſimil. In lite etiam ubi ſen-

Cod. Elienſ. Ms. de operibus B. Adelwoldi Epiſcop. Winton. ex Saxonico idiomate verſus in latinum ſub Henr. I.

Vid. ſupr. §. 2.

BIBLIOTECA GIORGIO DEL VECCHIO UNIVERSITÀ DI ROMA

sententia ob debiti officii omissionem lata est sub Rege *Edvardo* successore *Edgari* circa possessionem *Stany* & jus piscationis ibidem inter Abbatem *Elienſem* accusatorem & aliquem dictum *Begmuna de Holand*, aliosque tenutarios, qui Abbaciæ illud negarunt *sine judicio & sine lege civium & Hundretanorum*, sicuti idem loquitur liber, *venit Ajelwinus* Alderman *ad Ely. fueruntque Begmundus & alii pro hac causa vocati & summoniti ad placitum civium & Hundretanorum semel & secundò sed & multociens, nunquam verò venire volebant. Abbas tamen non ideò desistebat, sed infra urbem & extra ad placita renovabat, & sæpè reiterabat hanc eandem causam, & querimoniam inde populo faciebat. Tandem veniens Ajelwinus* Alderman *ad* Grantbrug *habuit ibi placitum Civium & Hundretanorum coram XXIV. Judicibus* (iste numerus Judicium & alibi occurrit similibus in causis eodem in libro recensitis) *subtus* Thernigfield *prope* Meidenburge. *Narravit igitur Abbas palam omnibus quomodo Begmundus & cognati prafati vidue* (de hac vidua Aswen *dicta* ejusq; cognatis superius illic sermo fuit) *injustè diripuerant* S. Ætheldrythæ Staney *& quod sæpè fuerant summoniti pro illa causa ad placitum nec unquam venire voluerant. Tunc ludicătes statuerunt, ut Abbas suam terram scilicet* Staney *cum palude & piscatione habere deberet. Statuerunt etiam, ut Begmundus & cognati prafati vidue suum piscem de VI. annis* (servi Abbatiæ antehac concessionem ipsis acquisiverunt pro arbitrio piscandi reservatis solummodo in censum MM anguillis *Abbati solverent & persolverent, & Regi foriafacturam darent. Statuerunt quoque, ut si sponte sua hoc reddere nollent, captione sua pecunia constanti justificarentur. Præcepit itaque Agelwinus* Alderman, *ut Osketulus & Oswi de* Bere *& Godere de Ely eandem terram ciruissent, & Abbatem super eam duxissent, & hoc totum perfeciſſent, qui sic fecerunt, totumque sic peractum est.* Hic sententia lata est nec non executio facta mandato hujus Aldermanni. Alia his similia in eodem reperiuntur libro, ubi etiam ejusdem Aldermanni curiam alio tempore institutam, & sic descriptam habes *Magna concio ent statuta apud* Wittelsford *& convenerunt illic Agelwinus* Alderman *& fratres sui Alfwoldus & Athelsius & Episcopus Aswi* (erat Dioecesis Episcopus) *& Wlsted relicta Wolstani & omnes meliores concionatores de Comitatu Cantabrigiæ*, ubi dijudicata est lis de hæreditate *Svafhami & Berley* intra eundem Comitatum. Et in codice quodam *Ramsejense* refertur, quod in cu-

Ms. penes V. C. Henr. Spelmannum Equitem Annũ.

ria

ria ubi idem Aldermannus cum *Adrico* Regis Sheriffo (quod accidit, uti exiſtimo, ex ſpeciali induſtria, conceſſione vel conſvetudine) ſedit tanquam Judex; aliquis *Alfnoth* dictus popoſcit certas terras in *Swafham* contra Abbatem *Ramſejenſem*. *Quidam Alfnothus* (verba ſunt hiſtoriæ) *filius Godwini eandem terram contra Eccleſiam improbè calumniatus, fratrem Adnothum, utpote loci ejuſdem* (Abbatiam, Autor intelligit) *Præpoſitum & Proviſorem cum aliquot fratribus ſuper ea reſponſuram apud* Wendlesbiri *coram Judicibus apparere cõegit, cui foro Aiſwinus Aldermannus & Ædricus Regis Præpoſitus judices præſidebant. Lite igitur inchoata & rationibus hinc inde auditis, ex conſilio Magnatorum qui affuerunt*; *XXXVI. Barones* (hic puto verbum *Barones* denotat *Tainos*. Scripſit enim Autor iſte circa tempora *Stephani* Regis, cum Baronis vocabulum in uſu eſſet, quod Saxonum ætate non factum eſt) *de amicis utriuſque partis pari numero electos ipſi Judices conſtituerunt, qui cauſam judiciali inter eos ſententia dirimerent, quibus ad decernendum exeuntibus, & rem diutius examinantibus interim idem Alfnothus coram Judicibus fratrem Ædnothum interrogavit, & Alfwinum Monachum, qui cum eo venerat, quanam ratione, & cujus donatorii nomine eandem terram poſſediſſent. Cui frater Ædnotus conſtanti voce reſpondens, illuſtris viri, qui eam quiete & abſque omni calumnia tenuerat, & liberè donare poterat juſto mera donationis titulo ſe eam poſſediſſe affirmavit, quem cum calumniator interrogaret, ſi aſſertionis ſuæ veritatem corporalis præſtatione Sacramenti cum præfato Monacho, ſocio ſuo probare auderet, ut omnis deinceps omnino controverſia terminaretur, frater Ædnotus de puritate conſcientiæ ſecurus conſenſit. Omnibus itaque ſententiam approbantibus, ſolus Aldermannus, vir probatæ prudentiæ & diſcretionis, viros profeſſionis monaſticæ coram poteſtate ſecularí juramentum præſtare debere abjudicans prorupit in medium ſe Rameſejenſis Eccleſiæ advocatum, ſe poſſeſſionum ejus tutorem, ſe fraternæ donationis* (nam donatio vel transmiſſio cujus vi Abbas poſtulavit illam facta erat ab *Alfwoldo* Fratre hujus Aldermanni) *& fidei teſtem, ad ſe hujus juratoriæ cautionis exhibitionem pertinere allegans. Videntes igitur omnes conſtantiam viri & fidelitatem cognoſcentes propter reverentiam tam ſublimis perſonæ, & propter clareſcentiam veritatis judicio præſtandæ jurationis neceſſitatem exemerunt; præfati Alfnothi pro falſa calumnia & religioſorum virorum vexatione injuſta, univerſa tenura & omnibus catallis Regis miſericordiæ adjudicatis. Sed*

Ædrico Regis Præposito, & ceteris, qui aderant, magnatis operam dantibus, idem Alfnothus successuum suorum dispendium providens, si tanti viri indignationem erga se consenescere permisisset eadem terra publicè abjurata, & fide coram omnibus interposita, quod nunquam ulterius aliquid calumniæ super ea præsumeret machinari, taliter ejus gratiam sibi conciliasse gavisus est. Querelæ etiam trans *Humbriam* habitantium adversus suum Comitem *Tostium* sub Confessore huc pertinent. *Pro immensitate Tributi quod injustè acceperat, eum exlegaverunt*, ut *Florentius* sub anno 1065. loquitur vel ut Saxonice legimus in annalibus *Saxonicis Mss. an. 1064. Anonymi.* Et profitebantur *se nullius Ducis ferociam pati posse, a majoribus didicisse, aut libertatem, aut mortem*, ut *Wilhelmus Malmesburiensis* loquitur, cujus phrasis *Comitatum regere* ostendit jurisdictionem eorum in Comitatu. Plura specialia vide apud ipsum obvia & scriptores de rebus gestis illorum temporum editos. Omittimus autem ista, & concludimus afferentes testimonia alia nondum publice exstantia. In vita Sancti *Cutberti* Ms. Anonymi circa tempora *Henrici I.* Criminalis Jurisdictio Comitis *Tostii* sic enarratur. *Dum Tostius Comes ille cunctis notissimus in partibus Northamimbranis Comitatum administraret, quidam prava actionis vir, nomine Aldan Hamal ab eo comprehensus compedibus arctissimè constringitur. Multa enim mala fecerat, furtis atque rapinis, homicidiis atque incendiis Comitem sæpè offenderat, nec unquam prius comprehendi potuit, cujus parentes & amici compassionis affectu permoti, multa pro eo, ne capite plecteretur, Comiti offerebant & plura promittebant*; pergit autor recensendo hujo *Hamali* sacrilegium perpetratum in sancti *Cutberti* scriniis. Inter antiquos etiam *Saxonum Eboraci* mores legitur in libro *Domesday Pax à Comite data & infracta à quolibet ipsi Comiti per IV. Hundrez emendatur*; *unumquodque VIII. libris. Si quis secundum legem exulatus fuerit, nullus nisi* Rex *ei pacem dabit. Si verò Comes vel Vice-Comes aliquem de regione foras miserint, ipsi eum revocare, & pacem ei dare possunt.* Hactenus de jurisdictione Comitum seu Aldermannorum Saxonicorum in Comitatibus suis. *Tainorum* vero in suis *Tainlandis* augurari possumus fuisse similem jurisdictioni Dominorum in suis maneriis. Et quale alias fuerit interesse Comitis in Jurisdictione Comitatus, partim colligi potest ex illo quod videmus XXXVI. Barones (quo nomine sæpe scriptores post Normannorum

de gest. reg. l. 2. pag 83 edit. Franc. & Sid. leg. Edgard. Confess. c. 12. Vide si placet Florent. Wigorn. an. 1051. ubi de Godwino Comite, &c.

rum tempora appellant *Tainos*) electos vel conſtitutos judices in rixa *Alfnothi* cum Abbatia *Ramſejenſe* ſupra exhibita ubi de curia *Ailwini* Aldermanni ſub *Edgaro* rege diximus.

VI. Jurisdictio eorum in ſumma curia ſeu Conſilio pitena ȝemote fuit vel *poteſtas deliberativa* conſentiens novis legibus, & conſilium præbens in reipubl. negotiis vel *judicativa* ſententiam ferens in controverſiis & rixis ad curiam illam delatis. De prima. *Ina* Rex (*Weſt Saxonum*) circa ann. DCCXI. compoſuit leges ſuas miȝ ȝeþeahe & miċ læþe (*Epiſcoporum* & miȝ eallum minum ealdoꝛmannum & þam ylȝeſtan piȝtan minſte þeoȝe & eac mycelne ſomnunȝe ȝoȝeþ þeovena. i.e. vertente antiquo interprete: *Exhortatione & doctrina* (Epiſcoporum) *& omnium Aldermannorum meorum & Seniorum Sapientum regni mei multaque congregatione ſervorum Dei.* Huc referenda Regis *Ethelberti Decreta judiciorum juxta Exempla Romanorum cum Conſilio Sapientum.* Et Rex *Northumbriæ Edwinus* Chriſtianam fidem amplexurus, conſultavit *cum Principibus & Conſiliariis ſuis*, ſeu Ealdoꝛmannum & vitum, ut vertit *Alvredus* Rex ex *Bedæ lib. 2. cap. 13.* Deinde *habito cum ſapientibus conſilio*, inquit, ſinguli iſti ſententiam ſuam dixerunt pro introducenda religione Chriſtiana in regnum. Plura ejus vide exempla in *Saxonum* legibus editis. *Cynwelfus Weſt Saxonum* Rex ſcribit *Lullo* Epiſcopo *Moguntino*: *una cum Epiſcopis meis necnon cum Caterva ſatmparum*, de religione in regno ſuo, ubi *Satmpæ*, ut videtur, ſunt dignitates ſeculares, quales *Proceres & Optimates* ſæpe denominant. Sic quando ſub *Ethelulpho* Rege *Weſt Saxonum* Decimæ aſſignatæ ſunt Eccleſiæ in pitena ȝemote, ſeu Parlamento Wintonienſi an. DCCCLV. factum id eſt *præſentibus & ſubſcribentibus Archiepiſcopis & Epiſcopis Angliæ univerſis nec non, Beorredo Rege Mercia & Edmundo Eaſtanglorum Rege, Abbatum, & Abbatiſſarum, Ducum, Comitum, Procerum totius terræ, aliorumque fidelium infinita multitudine qui omnes regium Chyrographum laudaverunt. Dignitates vero ſua manu ſubſcripſerunt*, ut ſonant verba *Ingulphi.* Et ſub Rege *Eldredo* anno DCCCCXLVIII. idem loquitur autor. *In feſto nativitatis B. Mariæ univerſi magnates regni per regium edictum ſummoniti, tam Archiepiſcopi & Epiſcopi, ac Abbates, quam cæteri totius regni Proceres & Optimates Londoniis convenerant ad tractandum de negotiis publicis totius regni*: ubi convocatio pitena ȝemote ſeu Parla-

Joh. Brompt. hiſt. Jornall. Ms.

Bed. Hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 5.

Bonifac. Moguntt. epiſt. 112.

lamenti illius temporis diserte commemoratur. Alia exempla habes in historiis illorum temporum.

Potestas eorum judicialis in illis piꝺena ȝemoꝺes his duobus casibus imprimis conspicua fit; primo in causis civilibus (quales & nunc supersunt) deinde in criminalibus; Illius exemplum datur sub *Eldredo* Rege filio *Edgari*, Quidam, *Leffi* dictus, emerat agros in Insula *Ely* ab *Adelwoldo* Episcopo *Wintonienſi*, ac non solum negavit solutionem, verum & ademit Episcopo tres Mansiones *Burch Undeles & Kateringes*, quas recepit Episcopus per sententiam *Aldermannorum & Thainorum* in piꝺena ȝemoꝺe. Sic intelligo quæ hac de lite referuntur in antiquo *Elienſi* libro Ms. de operib. B. *Edelwaldi* Episcopi. *Edicitur placitum apud Londoniam, quo tum Duces, Principes, Satrapæ, Rethores & Causidici ex omni parte confluxerant, beatus Ædelwoldus prefatum Leffium in jus protraxit, & coram cunctis suam causam & injuriam ac rapinam, quam ipse Leoffius intulerat sanctæ Ecclesiæ ex ordine patefecit. Quæ rebenè & ritè, ac apertè ab omnibus discussa, omnes Deo & beato Æthelwoldo per judicium reddiderunt* Burch & Undelas & Kateringes. *Judicaverunt etiam, ut Leoffius Episcopo totum damnum suum suppleret, &* a Mundam *suam redderet, de rapina verò Regis foriſfactum emendaret dato pretio genealogiæ suæ. Post hæc infra octavum diem convenerunt iterum ad* Northamtune *& congregata ibi tota provincia sive vicecomitatu, coram cunctis iterum causam supra dictam patefecerunt. Quæ patefacta ac declarata, ut præjudicatum erat apud Londoniam, judicaverunt & ipſi apud* Northamtune. *Quo facto omnis populus cum juresjurando in Christo cruce reddiderunt Episcopo, quæ sua erant, scilicet* Burch, & Undelas, & Kateringes.

Vide ad extremum Voluminis satis grandis de Bit. SS Ms. in bibioth. Cotton

a *Munde Saxonice pax dicitur. Sed & Satisdatio ſ. Auti hic ni fallor interpretatur.*

Exemplum criminalis processus est contra *Godwinum* Comitem, qui examinatus coram Dominis sub Rege *Hardicauto* (*coram Proceribus regni, licet falsò se purgarat*, inquit *Brampton* Ms. *Hist. Jornal. pag.* 78.) ob cædem *Alfredi*, qui erat filius *Ethelredi* Regis, & frater ejus qui postmodum dictus est *Edwardus* Confessor, ex *Anglia* fugerat, sententia bannitionis, ut videtur, prolata est, vel ad minimum tabula proscriptionis decreta adversus eum, in piꝺena ȝemoꝺe seu Parlamento. Revertens autem fiducia *Edvardi* Confessoris gratiam consequendi, sollicite precatus est Dominos ut pro se apud Regem intercederent: tempore autem quo reversus est piꝺe-

V. Florent. Wigornienſ. an. 1051.

na-

naȝemoᵵe seu Parlamentum sedit *Londini*. *Rex & omnes Regni magnates ad Parliamentum fuerant* (*Bromtoni* verba sunt) *& super hoc consilio inter eos deliberato ipsum coram Rege pro gratia obtinenda secum duxerunt, sed statim cum Rex eum intuitus esset, de proditione & morte Alfredi fratris sui ipsum appellavit in hac verba: Proditor Godwine, Ego te appello de morte Alfredi fratris mei, quem proditionaliter occidisti. Tum Godwinus excusando respondit: Domine mi Rex, salva reverentia & gratia vestra, pace, & dominatione, fratrem vestrum nunquam prodidi nec occidi; unde super hoc pono me in consideratione Curiæ vestræ. Tunc dixit Rex: Clarissimi Domini Comites & Barones terræ* (ubi Barones notat Tainos) *qui estis homines mei ligii modo hic congregati & apellum meum responsumque Godwini audistis; Volo quod inter Nos in ista appellatione rectum judicium decernatis, & debitam justitiam faciatis. Comitibus verò & Baronibus super hoc adinvicem tractantibus, quidam inter eos justo judicio faciendo diversimodo sentiebant. Alii enim dicebant, quod nunquam per Homagium, servitium seu fidelitatem Godwinus Regi extitit alligatus, & ideò Proditor suus non fuit, & quod ipsum etiam manibus suis non occiderat. Alii verò dixerunt, quod Comes, nec Baro, nec aliquis Regi subditus a bellum contra Regem in appellatione sua de lege potest vadiare, sed in toto ponere in misericordia sua & emendas sibi offerre competentes. Tunc Leofricus Consul Cestriæ, probus homo quoad Deum & Seculum, dixit; Comes, inquit, Godwinus, post Regem est homo melioris parentelæ totius Angliæ & dedicere non potest, quin per consilium suum Alfredus, frater Regis interemptus fuit, unde pro me considero, quod ipsemet, & filius suus, & nos omnes XII. Comites, qui amici & Consanguinei sui sumus, coram Rege humiliter procedamus, onerati cum tanto auro & argento, quantum inter brachia sua quilibet nostrum poterit bajulare, illud sibi pro suo transgressu offerendo & suppliciter deprecando. Et ipse malevolentiam suam rancorem & iram Comiti condonet, & acceptis homagio suo & fidelitate terras suas sibi integrè restituat & retradat. Illi autem omnes, sub ista forma thesauro se ornantes, & ad Regem accedentes seriem & modum considerationis eorum sibi demonstrabant; quorum considerationi Rex contradicere nolens, quicquid judicaverunt, per omnia ratificavit* Circumstantiæ ad hunc casum pertinentes variè recensentur in editis historiis *Wilhelmi Malmesburiensis, Huntingdonensis, Hovedeni, Florentii* &c. Et ex *Florentio* apparet quod ista fuerint facta in *Consilio*, ut vocat, vel ȝitenaȝemoᵵe habito

pag. 77. b.

a Battaile *sel monomachiã.*

anno

anno MLII. vel anno Confeſſoris IX. Tum enim, ait, Comes reconciliatus eſt Regi, quanquam neque ipſe neque alius narret proceſſum iſtum ſicuti *Bramptonus* narravit. Quæ fortaſſis hic expectari poſſunt de numero Comitatuum & Baroniarum ultimis *Saxonum* temporibus ex libello *modus tenendi Parlamentum* addemus infra §. 26. una cum ampliore ejus conſideratione, ubi de Baronibus diſſeremus.

VII. Ita pertractatis dignitatibus *Aldermannorum* ſeu *Earl & Thainorum*, quæ honorariæ fuerunt & feudales *Saxonum* ætate, nunc progrediamur ad nomina *Earl & Baro* iſtis ſuccedentia, & hodienum inter nos frequentata inde a *Normannorum* adventu. Et primo de titulo *Earl* ſeu *Comes*. Nunc enim ſola vox *Comitis* denominat noſtrum *Earl*: at inde a *Normannis* admodum rara eſt; imo mea opinione nullibi reperitur Titulum *Earl*, prout eſt titulus peculiaris, aliter latine reddi vocibus *Aldermanno & Earl* æquivalentibus *Saxonum* ævo, quam per iſtas *Comes*, *Conſul*, & *Dux*, Dudum vero eſt quod duæ illæ *Conſul & Dux* in deſuetudinem abierint. *Conſul* ſæpe nominatur *Earl* ſub initia Regum *Normannorum* apud *Wilhelmum Malmesburienſem*, *Huntingdonenſem*, *Hovedenum* & alios. Circa tempora vero *Stephani* Regis iſte vocis uſus deſiit. *Bractonus* ait ſolummodo, ſub *Henrico III.* ſcribens, *Comites dici poſſunt Conſules a Conſulendo.* *Duces* rarius appellati ſunt noſtri *Earls* poſt *Normannorum* tempora. *Wilhelmus* quidem *Malmesburienſis* ait quod *Walker* Epiſcopus *Dunelmenſis* ſub *Wilhelmo I.* fuit *Dux pariter provinciæ & Epiſcopus*. Verum *Dux Provinciæ* hic poteſt dicere *Sheriffum Northumbriæ* tum *Earl* dictum, de quo mox plura. Idem Monachus recenſens *Wilhelmum II.* expoſtulaſſe cum *Odone Earl Cantii*, *Rogerio de Montgomery Earl Arundeliæ*, & aliis ipſi rebellantibus, introducit eum loquentem, quod velit ipſis ſatisfacere in omnibus quæ deſideraturi eſſent; & optet ſolummodo ne Patris ſui judicium in quæſtionem vocent. *Quod ſi de ſe putaverint aſpernandum, de ſeipſis caveant exemplum. Idem enim ſe regem qui illos Duces fecerat.* Huc poſſent tranſcribi quæ habet *Huntingdon. Hiſt. lib. 8 pag. 390. 391. & Hoveden Annal. 485. edit. Fr.* de *Roberto Earl* in *Gloceſtria* (filio *Henrici I.*) qui aliquando *Dux* appellatus eſt, prout eum etiam nominat *Geoffry Monmuthenſis* in epiſtola ad ipſum Dedicatoria. Verum vocem eandem non

de rer. dibiſ. lib. 1, c. 8. §. 2.

de geſt. Pontif. lib. 3.

de geſt. Reg. lib. 4. pag. 120. edit. Fr.

non uſurparunt alii (quantum obſervavi) poſt tempora illa antiquiſſima. Neque reperio *Ducis* vel *Conſulis* titulum Anglicano *Earl* tributum in forenſibus inſtrumentis ſeu actis, poſt Normannorum adventum; ſed ubique redditam vocem illam *Comes*. Et usque ad *Richardi* Primi tempora frequenter videmus noſtros *Earl* elogium *Comitis* addidiſſe Chriſtianis ſuis nominibus ut *Alanus Comes*, *Rogerus Comes*, *Hugo Comes* &c. in libro *Domesday* & plurimis illorum temporum privilegiis *Wilhelmus I.* victo Rege *Haroldo* & Anglicanis *Earls* atque *Thanes* facientibus cum *Haroldo*, (unde factum ut omnia eorum bona ad Regem *Wilhelmum* pervenirent, qui ad minimum ſub prætextu juſti tituli tum ex donatione tum Hæreditate *Angliæ* Regnum affectavit) dedit plurimas terras iſtorum *Earl* (dictas *Earldoms*) & *Baronias* ſeu *Tainlandia* ſuis *Normannis*, ut ut etiam nonnullas Anglis, & quidem iis qui jus ſuum derivabant ab *Anglis*, *Saxonumque* tempore *Earls* exſtiterant ut videre eſt in *Goſpatrico* Earl *Northumbriæ* § 3. allegato: adeo vero liberalis in ſuos fuit *Normannos*, ut *Ingulphus* in ipſius aula vivens ſcribat: *Comitatus & Baronias, Epiſcopatus & Prælatus totius terræ ſuis Normannis Rex diſtribuit. Et vix aliquem Anglicum ad honoris ſtatum, vel alicujus Dominii Principatum aſcendere permiſit.*

Nota. *Primicerius Conſul dicitur tralatitie S. Auguſtinus in vita ejus ſcripta a Goſcelino ap. Warthon. Anglia S. part. 2. pag. 60. Conſules medios inter Duces & Barones poni vide ibidem pag. 659. &c.*

Creatio & natura noſtrorum *Earl* deinde fuit varia: antequam vero de iis loquamur, obſervemus opinionem ætatis unius vel duarum poſt *Normannorum* adventum circa *Comitis* Nomen. Opinio tum erat *Comitem* dici *Earl*, quoniam eſſet *Comes & Socius Fiſco in percipiendis*, id eſt, quoniam tertiam haberet partem redituum ex Comitatu quos ipſi ſolvit *Sheriffus*, aliis duabus partibus in ærarium Regis delatis, quomodo etiam *Cicero* ait *Socius atque Comes tum honoris tum etiam Calamitatis*. Invenimus illud in Dialogo de *Scaccario* quem attribuunt *Gervaſio Tilburienſi* viventi ſub *Henrico II.* *Comes eſt* (verba ſunt) *qui tertiam partem & portionem eorum qui de placitis proveniunt in comitatu quolibet percipit. Summa namq; illa quæ nomine firmæ requiritur a Vicecomite tota non exurgit ex fundorum redditibus, ſed ex magna parte de placitis provenit & horum tertiam partem* Comes *percipit, qui ideò ſic dicitur quia fiſco ſocius eſt &* Comes *in percipiendis*. Sic in libro antiquo Abbatiæ *Battel*, ſcripto circa tempora *Stephani* Regis, Dicitur quod *Wilhelmus I.* dederit Manerium *Wy* in *Cantia*. Abbatiæ

Orat. pro Sylla

Ms. penes Camerarios Scaccarii.

Ms. de fit u Eccleſiæ Belli.

bati e huic *cum omnibus appenditiis suis septem* Swillingarum, *id est, Hidarum, ex sua Dominica corona, ita liberum & quietum, sicut ipse liberius & quietius tenuit vel ut Rex dare potuit*, item quod fuerit Manerii hujus tanta dignitas *ut cum suo Hundredo viginti duobus Hundredis & dimidio ad Socnam illius pertinentibus praesset, de quibus omnibus quotiens ad comitatus vel ad alias Consuetudinales Collectiones convenire debent, Vice-Comes de* Chent, *praeposito de Wy vel ministro ejus loco & termino designato literis suis sigillatis mandare debet, & ipse a deinde consuetudinaliter summonere. Quibus collectis, de omnibus placitis & foris facturis praedictorum Hundredorum praepositus de* Wy *vel minister ejus vadimonia acciperet & duos denarios similiter.* i.e. duas partes sportularum ex foro seu curia Comitatus, quas Rex quoque dedit Abbatiæ; tertia autem pars illo donationis tempore erat *Odonis* Episcopi in *Bayeux* & Comitis *Cantii*. Nam *Consuetudinaliter* (idem liber ait) *per totam Angliam mos antiquitus pro lege inoleverat, Comites provinciarum tertium denarium sibi obtinere.* Et porro; *Inde enim Comites dicebantur. Unde quia tunc Episcopo Bajocensi Odoni, fratri scilicet suo, Rex Cantiæ comitatum totum dederat liberum & concesserat idcirco Ecclesiæ suæ de Bello duos quos ipse habebat in Dominio suo denarios dedit. Tertio ab Episcopo, cui Comitatus cesserat, retento.* Et aliquando in antiquis *Creationum* formulis (ut deinde clarius patescet) tertius ipsi denarius conceditur cum immediate hac addita clausula *unde Comes est*, & aliquando, *sicut Comes habere debet in Comitatu suo*, ac si ipsa etiam Cancellaria, diplomata scribens, hac imbuta fuisset opinione. Verum est tertium denarium pertinuisse ad multos Comites antiquos post *Normannorum* tempora: & vide supra terriam proventuum partem ad ipsos pertinentem Saxonum ævo. Hic videmus Comites *Cantii* habuisse illum sub *Wilhelmo I.* postmodum etiam Comites *Arundeliæ, Oxonii, Essexiæ, Norfolciæ, Devoniæ* & alias. Aliquando hæc tertia pars numerabatur illi quem Comes jusserat præsentem esse in aula Sheriffi ut videre est in scripto clauso *Henrici III.* præcipientis Sheriffis *Lincolnienfibus* in gratiam *Randali* Comitis *Cestrienfis & Lincolnienfis* ne alios assumat scribas, quam quos Comes suarum literarum autoritate muniviſſet. *Adeundem tecum per comitatum Lincolniæ & ad recipiendum tertium denarium de placitis Comitatus ejusdem nomine Comitis Lincolniæ, ad opus ipsius Comitis sicut eidem illum tertium denarium con-*

a *ipsum*

Clauſa Henr 3. memb. 9.

ceſſi-

ceſſimus. Ut plurimum vero reductus eſt denarius iſte ad certam penſionem annuam, reddita quandoque per Sheriffos ex prædiis Comitatus, aliquando pro *liberate* ex ærario. Ita Comes *Norfolciæ* ab illis antiquiſſimis temporibus usque ad trigeſimum *Edvardi* Primi accepit XXXVIII. libras VI. ſolidos & VIII. denarios, *ut pro tertio denario Comitatus Norfol. nomine Comitis ejusdem Comitatus V. Rot. Part. 3. Henr. 6. art. 1.* Et ſicuti *Comites Arundeliæ* diu habuerunt XX. Marcas annuatim, *ut pro tertio denario Comitatûs Suſſex*, ita quidam Comites alii ut videmus in Rotulis *Henrici II.* ejusque Succeſſorum nonnullorum ſimilem annuam penſionem certam acceperunt. Comitis *Lincolnienſis* reducta eſt ad XX. libras non diu poſt illud ſcriptum clauſum, quod ejusdem collectionem præcepit. Verum quanquam ita *Earles* nonnulli eſſent *Socii vel Comites* Regis in percipienda tertia parte, nihilominus tamen iſta nominis ætiologia craſſus fuit error. Nam cur illi quoque *Earls*, dicti ſunt *Comites*, qui tertiam partem non acceperunt? Plurimi autem ſunt iſti. *Non omnes Comites iſta percipiunt* (inquit Scriptor antiquus) *Sed hi quibus Rex hæreditariò aut perſonaliter conceſſit.* Sic etiam loquitur Autor libri *de Scaccario.* Comites etiam poſſidentes Comitatus Palatinos omnes acquiſiverunt Comitatuum ſuorum proventus: unde ergo iſti *Comites* dicti? Præterea *Comites* dicti ſunt *Earls* Saxonum ætate, & quidem diu antequam cernimus aliquam hujus tertiæ partis mentionem; ideoque non alia de cauſa in Regnum hoc traducta eſt vox illa, quam qua in alia venit regna ex Romani imperii conſvetudine. Opinio tamen iſta erronea, quantum novi, cœpit circa tempora *Henrici II.* & poſt *Johannem I.* R. non amplius invenio mentionem ejus. Usque ad hujus ætatem diplomata Creationis & traditionis Comitatuum aliquando habent, *unde Comes eſt*, cum relatione *ad tertium denarium*; quod probat, ad ipſum usque hanc opinionem perſeveraſſe. Alii autem Autores veteres apud nos eruditi non aliunde derivant Comitis appellationem, quam Scriptores gentium exterarum. *Iohannes Sariburienſis* ſcribens ſub *Henrico II.* ait *epiſtol. 263.* *Comites a ſocietatis participatione dici quis quis ignorat, ignarus eſt literarum quas literalis inſtitutio primas imdere conſvevit.* Et *Bracton* vivens poſtremis *Henrici III.* annis, loquens de *Comitibus* in genere, verum magis ſpecialiter oculos intendens ad pa-

Videſis rotul. liberate 2. Joann. R. memb. 3. clauſ. 2. Henr. 3. membr. 8. clauſ. 4. Edw. 2. membr. 20. &c.

Pat. 17. Henr. 3. membr. 9. n. 35. & Videſ. clauſ. 4. Ed. 2 m. 20.

ap. Camd. Brit. pag. 120, quin Videsitem pag. 151.

triæ ſuæ *Comites*, bene ait, quod vocentur *Comites quia à Comitatu ſive à ſocietate nomen ſumpſerunt qui etiam dici poſſunt Conſules à Conſulendo. Reges enim tales ſibi aſſociant ad conſulendum & regendum populum Dei, ordinantes eos in magno honore & poteſtate & nomine quando accingunt eos gladiis, i.e. ringis gladiorum. Ringæ enim dicuntur, ex eo quod Renes gyrant & circundant & unde dicitur, accingere gladio tuo, &c. Et Ringæ cingunt Renes talium ut Cuſtodiant ſe ab inceſtu luxuriæ quia luxurioſi & inceſtuoſi Deo ſunt abominabiles. Gladius autem ſignificat defenſionem Regni & Patriæ.* Verum de natura hujus tituli plura in ſpecie.

Re rer. dicis l. 1. cap 8. §. 2, 3. & 4. & lib. 2. de acquirend. rer. Dom. cap. 16. §. 3.

VIII. Titulus *Earle, Comitis* poſt *Normannorum* tempora eſt vel *Localis* vel *Perſonalis*. *Localem* dicimus, qui denominat a Comitatu vel territorio alio; ut *Comes Ceſtriæ, Arundeliæ, Cantii* etſim. *Perſonalem*, qui ab officio quodam inſigni ortus eſt, ut *Comes Mareſchallus*. *Localis* titulus eſt vel *Comitum Palatinorum*, qui locales ſunt, vel *non Palatinorum*. Atque de his omnibus ordine ſuo. Primo de *Comitibus Palatinis Localibus*, omiſſa ſaltem etymologia vocis *Palatinus* Comitatum reſpicientis: ſine dubio enim deſumta eſt ex more Imperii & *Francorum*, eadem notione, qua ibidem uſi ſunt: ut & perſonalis titulus *Palatini*, prout reperimus originem ejus in legibus imperii antiqui, ſupra declaratam, & appellationem ejus ab aliquibus iſtis Comitibus, qui illuſtri in Aula ſunt functi officio, de quo mox plura, ubi de perſonali *Comitis* titulo. *Locales Comites Palatini* fuerunt ejusdem naturæ cum illis Saxonum tempore poſſidentibus Comitatus ſuos proprio commodo, ut & ſub Rege cum omni jurisdictione regali, ſeu *mero & mixto Imperio* ita ut Regis Scriptæ ordinariæ juſtitiæ illuc non pervenerint. Talis fuit *Ethelredus Aldormannus Merciæ* ſub Rege *Alfredo* ejusque filio *Edwardo* R. Licet enim apud nos *Saxonum* ævo nullibi reperiatur *Palatini* vocabulum, attamen ſenſus & ſubſtantia ejus integre fuit in Comitatu iſto. Nam *Comes Palatinus, Count de Palais*, vel *Count Paleis* (quomodo appellantur in noſtrarum legum libris) debebat habere titulum Comitis, & Comitatum acquirere, & *Regalem poteſtatem in omnibus* ſub Rege, ut bene loquitur *Bracton*, differens de venia vel gratia felonibus permittenda. *De felone aut probatore nullus priſonam habere poterit nec de eo placitum habere niſi ipſe Dominus Rex, cum nullus alius ei poſſit vitam concedere vel membra. Et hæc vera ſunt, niſi ſit aliquis in*

de Corona l. 1. cap. 3. §. 4.

regno

regno qui regalem habeat potestatem in omnibus sicut sunt Comites Paleys (sic legendum: nam verbum *civitates*; insertum exemplaribus impressis superfluum est, nec *Bructoni*, ut proba docent Mss.) *Salvo Dominio Domino Regi sicut Principi, vel si sit aliquis qui de concessione Domini Regis talem habeat libertatem.* Quam mutationem deinde fecerint secula recentiora in jurisdictione Comitum Palatinorum evidentissime cernere licet in statuto XXVII. *Henrici VIII.* cap. 24. quo eorum potestas largiendi veniam delictorum, conficere scripta nomine suo proprio, etsimilia, ipsis ademta sunt.

Eminentissimus qui hunc fortitus est titulum, est *Comes Cestriæ.* Et (sicut vulgo ajunt) Comitiva primo cum regali jurisdictione a *Wilhelmo I.* data est *Hugoni Lupo*, ut vocant, vel *Hugh d' Aunuches*, vel *de Abrincis*, quomodo dicitur *Orderico vitali*, qui tamen *Ordericus* diserte ait, quod *Wilhelmus I.* dederit Comitivam hanc *Gherbodo*, natione *Flemmingio* & postmodum (quoniam *Gherbodus* captivus detentus est in *Flandria*) creaverit *Hugh d' Aurunches* Comitem ejus. Et si velimus niti verbis ejus indifferentibus, videbitur Comitatum non aliter fuisse in *Gherbodo* quam in Comite *Hugone.* Dicit enim primo *Cestrum & Comitatum ejus Gherbodo Flandrensi jam dudum dederat qui magna & difficilia tam ab Anglis quam a Gallis adversantibus pertulerat.* Et deinde narrans ejus captivitatem addit: *Interea Rex Cestrensem Consulatum Hugoni de Abrincis filio Richardi cognomento Goz concessit, qui cum Roberto de Malo passu aliisque Proceribus feris multum Gvallorum sanguinem effudit.* Quæ enim tradita sunt *Hugoni Comiti*, videtur & habuisse *Gherbodus* ante ipsum. Quæ jura specialia ibi exercuerint Comites ante *Normannos*, observari potest ex illis quæ transcripsimus supra §. 3. ex libro *Domesday*, de Comitum tertio denario. Accepit vero *Hugo* & hæredes ejus *Cestriam adeo liberam ad gladium sicut ipse Rex totam tenebat Angliam ad Coronam suam*, quæ verba sunt antiquicujusdam autoris Ms. veruntamen non apparet Dominium Regis in agros Episcopales ad eundem transiisse. Nam in *Domesday*, qui liber hujus Comitis ætate scriptus est, legimus *In Cestreschire tenet Episcopus ejusdem civitatis de Rege quod ad suum pertinet Episcopatum. Totam reliquam terram Comitatus tenet Hugo Comes de Rege.* Regalis autem Jurisdictio per diploma in Hugonem delata, talis erat, ut Comites isti postmodum habuerint suum Consistorium Cri-

Hist. Eccles. lib. 4. pag. 522. An. 1070.

Eidem pene ap. Camden. Britan. 464. pag.

minales & civiles causas dijudicans, suos etiam Barones seu Consiliarios suos magnos, & unusquisq; horum Baronum habuerit *Curiam* a *suam liberam de omnibus Placitis & querelis in curia Comitis motis, exceptis Placitis ad Gladium ejus pertinentibus.* Hic ejus nominatur *Jus Gladii* vel *Dignitas Gladii*; ut & in illo *Comitatus Flint*; *Comitatus Flint* b *pertinet ad Gladium Cestriæ.* Sic *Henricus Bradshaw* Monachus S. *Werburgis* in *Cestria* circa initium *Henrici VIII.* loquens de hoc Comite *Hugone*, ejusque dignitate in Comitatu, ait de ipso in vita *Sanctæ Werburgæ* cap. 16.

a *Rot. Inspex. Pat. 18. Henr. 6. part. 2. membr. 34.*

b *Antiqua Schedæ apud Camden. Brit. pag. 553.*

----the king gave/ for his enheritance
The County of Cheshire with the Appurtinance/
By victory to win the foresaid Earldom
Freely to govern it as by conquest right;
Made a sure Charter to him and his succession
By the Sword of Dignity, to hold it with might.
And to call a Parlament to his will and sight.
To ordre his Subjects after true Justice/
As a pre potent Prince/ and Statutes to devise.

Et ad hodiernum usque diem *Comitatus Palatinus Cestriæ* (semper in Regno conservatus sub hoc titulo quando nullus supersit *Walliæ Princeps*, cui alias traditur dum ipse creatur) habuit Cubicularios, supplentes locum Cancellarii & justiciarios, examinantes causas ordinarie ad Regium Bancum & Communia placita spectantes, habet etiam Baronem Ærarii, Sheriffum & officiales alios similes illis qui ministrant Coronæ in *Westmonasterio.*

Verum utut Comitatus iste vulgo appelletur *Palatinus* in legibus nostris & sermone communi, (seu *Palantinus*, *Palantin*, *Counter-palen* corrupte pro *County Paleys* ut aliquando in Legum libris) & vere sit talis, atque inde a prima institutione talis manserit (nisi velis excipere breve illud tempus, quo *Principatus* fuit *21. Richard. 2. cap. 9.*) attamen neque in Creatione Comitis, (ut vidimus supra de *Principe Walliæ* tractantes) neque in ejus citatione ad Parlamentum, neque in scriptis aliis nominatur *Palatinus*, quanquam juste alias nomen tribuatur ipsi. Neque ulla mihi persvadent testimonia, quod *Hugo* Comes primo creatus, hoc nomine in creatione sua fuerit

Vid. lib. Intrat. tit. Iurisdiction. 1. & tit. Appell. in pro[illegible] 19. Henr. 6. fol. 12. 31. Henr. 6. fol. 11 21 Henric. 7. fol. 33. 7. Edw. 6. cap. 10. Stanford. lib. 2. pag. 68. D.

rit insignitus. Sed accipiens Comitatum cum tanta regali jurisdictione, quantam *Palatini Comites* in territoriis suis apud exteros exercent, appellatus est *Comes Palatinus* ipse & successores ejus, Comitatus vero *Palatinatus*; ut & in aliis accidit regionibus. Neque legi *Palatini* axioma usque ad *Henricum II.* apud nos frequentatum. Hujus enim tempore videtur *Johannes Saresburiensis* indicasse *Cestriæ Comites*, & alios quosdam Regalem quoque exercentes jurisdictionem in Marcis *Walliæ*, Palatinos nominans, ubi de Britonum crescente potentia sic scribit, nec non de maxime corruptis & effœminatis aulæ tum temporis moribus. *Dum hoc faciunt* (inquit) *milites gloriosi, Nivicollinus indomitus insolescit, inermes Britones intumescunt, ipsosque qui dicuntur* Palatini Comites *& Regum Sanguine gloriantur fere ad aeditionem compellunt & quasi tributarios faciunt.* Verum primum testimonium in quo reperio *Comitem Cestriæ* appellari *Palatinum Comitem* est in instrumento Coronationis Reginæ *Elianoræ* quæ fuit uxor *Henrici III. Comite Cestriæ Gladium S. Edwardi* (ait *Matheus Parisiensis*) Curtein *dicitur ante Regem bajulante, insignum quod Comes est Palatinus.* *De antiq. Curialium lib. 1. cap. 16.*

Simili de causa, qua *Cestrienses* Comites, antiqui Comites *Pembrokii* dicti sunt *Palatini*, fuerunt enim *Domini totius Comitatus de Pembroch* & tenuerunt *totum Regale infra precinctum Comitatus sui de Pembroch*, ut veteres habent annales; verum hi non sæpe sic appellati sunt. Idem dicendum de Episcopis *Dunelmensibus* qui a multo tempore *habuerunt omnia jura Regalia & omnes libertates regales infra libertatem suam Dunelmensem*, videlicet, (inquit Consilium Episcopi *Antonii Beke* in demonstratione errorum in Parlamento quod decreverat adimere libertates ejus per Iusticiarium summum in *Northumbria* sub *Edvardo I.*) *a tempore conquestus Anglia & antea*; verum hic non diserte addit, quod sit *Comes Palatinus*, quanquam in aliis casibus post ista, illum tulerit titulum; videl. sub *Edvardo III. Thomas* Episcopus *Dunelmensis* ad libellum contra ipsum scriptum ob contemtim habitum nec confirmatum testimonium, respondet *quod ipse est Comes Palatinus & Dominus regalis cujusdam terra vocata, le* Bistoprique de Duresme *& habet omnia jura Regalia quæ ad Comitem Palatinum & Dominum regalem pertinent, per se, Justiciarios & ministres suos exercenda, &c.* ita vocatur *un Counte Palays* & *Count de Paleys* in aliis *Plac. Parlam. 18. Edw. 1. fol. 11. & 19. Edw. 1. fol. 25.* *Placit. Part. 21. Edw. 1. fol. 59.* *Pasch. comm. Rege 49. Ed. 3. Northumbr. Rot. 42.*

aliis forenſibus libris ſeu annalibus. Nunquam tamen, quod novi, in Epiſcopi ſtylo legitur titulus iſte; quanquam ſigilla Epiſcoporum, quæ vidi, (rotunda ſunt non ovalis figuræ ut aliorum Epiſcoporum & Abbatum) exhibeant imprimo latere Epiſcopum ſellæ inſidentem, & nomen circumſcriptum *Dei gratia Epiſcopus Dunelmenſis*, ac in altero virum armatum equo inſidentem, cum gladio evaginato, ac nonnunquam Epiſcopi inſignia vel, familiæ ejus vel Epiſcopatus in ſcuto, cui eadem verba circumſcripta, quæ omnia hic exhibita, ſunt *tanquam Comitis Palatini*, inquit *Camdenus* eruditiſſimus; itidem aſſereréns, illico poſt *Normannorum* adventum hunc Epiſcopatum fuiſſe *Comitatum Palatinum*, i.e. habuiſſe jus & jurisdictionem *Comitatus Palatini*; quod potius credo, quam illam Epiſcopi *Beke* aſſertionem, quæ ſupponit Regalem illic jurisdictionem (unde poſtea proceſſit titulus Comitis vel Comitatus Palatini) fuiſſe apud Epiſcopos æque ante *Normannorum* adventum ac poſt illum. Eſt ratio dicendi Palatinam jurisdictionem illic cœpiſſe in Epiſcopo *Walchero* quem *Wilhelmus I.* Rex fecit Epiſcopum & Ducem Provinciæ ſimul; ut poſſet *franare rebellionem gentis gladio & reformare mores eloquio, Wilhelmo Malmesburienſe* teſte. Videmus etenim & ante *Walcherum* Epiſcopum terram hanc ſub nomine *Comitatus Dunelmenſis* fuiſſe in Laicorum manibus. *Anno tertio regni ſui* (inquit *Ordericus vitalis Hiſt. Eccl. lib. 4 pag. 512 C.*) *Guilelmus Rex Dunelmenſem Comitatum Roberto de Cuminis tradidit qui mox cum militibus quingentis civitatem confidenter adiit.* Exiſtimo autem potius *Ducem Provinciæ* hic notare Sheriffum vel alium cui *Cura Comitatus* concredita, qualis, referente *Hovedeno*, *Walkero* commiſſa eſt, quomodocunque vulgus dicat eum illa ætate fuiſſe *Northumbriæ* Comitem. Obſervari hic etiam meretur hiſtoria *Hugonis de Puſaz* Epiſcopi *Dunelmenſis* ſub *Richardo I*, quandoquidem hic in iſtius Comitatus Palatini inquirimus initia. Emit iſte *Northumbriæ* Comitatum a Rege qui magna perfuſus lætitia dum crearet ipſum, dictitabat miraculum ſe perfeciſſe ex ſene Epiſcopo juvenem creando Comitem. Fuit ne igitur Comes, vel Epiſcopatus ejus Comitatus, vel Palatinus ante hanc Creationem? Loquentur etiam quidam de creatione hujus *Puſaz*, acſi perpetuus quidam nexus fuiſſet Comitatus cujuſdam in *Northumbria* ad Eccleſiam illam. Verum Creatio ejus non ultra vitam ejus extenſa fuit. *Matheus Pariſienſis*

&

f. Edd. 3. fol. 58. a. 17. Edd. 3. fol 56. a Vide Blaik. 14. Edd. 3. Tit. Error. 6

Brit. pag. 600. & Sideſis pag. 607.

Nota. *Vide etiam hic ſpectantia in hiſtoria Epiſcoporum Dunelmenſ. a* Wartono *edita Angl. S. part. 1. in vita* Eardulphi.

de geſt. Pontif. lib 3. pag. 277. ed. Franc.

Videſ. Ciſil. Nubrig. lib. 4. cap. 5. lib 5. c. 10. & Du Cheſne Hiſt d' Angleterre lib. 11. pag. 538

& alii illud diſerte affirmant. Utcunque tamen hæc ſe habeant, Epiſcopus certe *Dunelmenſis* & *Comites Ceſtriæ* atque *Pembrochii* ſub *Henrico III.* dicuntur eſſe tres ſingulares Domini in regno, regali jurisdictione fruentes. Cum enim ſcriptum *nuper obiit* probatum eſſet contra *Johannem Scot Ceſtriæ* Comitem ab aliis Cohæredibus *Randalii* Comites *Ceſtriæ*, & actio inſtitueretur in prædia quædam ipſius in *Northamtonia* regeſſit, *quod noluit reſpondere ad hoc breve niſi curia conſideraverit & conſideratione Partium ſuorum per ſummonitionem factam in Comitatu Northamptoniæ de terris & tenementis in comitatu Ceſtriæ, ubi brevia Domini Regis non currunt.* Sed *quia uſitatum eſt hucusque* (inquit rotula) *quod pares ſui & alii qui libertates habent Conſimiles, ſicut Epiſcopus Dunelmenſis & Comes Mareſcallus* (id eſt, Prembrochii Comes) *reſpondent de terris & tenementis infra libertates ſuas per Summonitionem factam ad terras & tenementa extra libertates ſuas. Ideo conſideratum eſt quod reſpondeat.* Atque de hoc Comitatu Palatino vide *rotulas Part. 7. Edw. 6. & rotulpat 7. Edw 6. part. 8. & 1. Mariæ cap 3.*

Eng placit. temp. Henr. 3. in arce Londin. orta eſt lis iſta 14. Henric. 3. quod ſatis conſtat ex placit. 18. Henric. 3. Rot. 14. ibidem Initium eſt placiti quod habetur 21. Henr. 3. Tit. Briefe 881. & 21. Henr. 3 tit. Particion. 18.

Sic recepta voce *Palatini* vel *Palantini* hoc in ſenſu quo denominat Regalis jurisdictionis exercitium, alii quoque Comitatus vocati ſunt *Palatini* vel *Palantini*, quanquam eorundem Dominis nunquam Palatini Comites appellati fuerint. Ducatus *Lancaſtrenſis* dictus eſt *Comitatus Palatinus*, ſed demum poſtquam Ducatus factus eſſet. Nam Rex *Edwardus III.* in diplomate quo creavit *Henricum* Ducem *Lancaſtriæ*, ad vitam, dedit ipſi etiam omnem libertatem ad Comitem Palatinum pertinentem ad imitationem Palatini Comitatus *Ceſtrienſis* paucis tantum particularibus exceptis. Eadem conceſſa eſt poſtmodum *Johanni Gandavenſi* Duci abhoc proximo. Libertas eadem & *jura regalia* huic annexa ſunt Ducatui in perpetuum per Decretum Parlamenti ſub initium *Henrici IV.* Eſtque hodienum ab hac creatione Comitatus Palatinus, in Regis tamen manibus. Simili ratione Comitatus Palatinus factus eſt Epiſcopatus *Elienſis*, & *Hexamſhire*, quæ tamen *Shira* ſub *Eliſabetha* Regina unita eſt Comitatui *Northumbriæ*.

Eadem ratio legis in Commentariis juris noſtri nempe 1. Edw. 3. fol. 14. a. 18. Edw 2. Aſſiſe. 382. 24. Ed. 3. f. 33 30. Henr. 6. fol. 6 35. Henr. 6. fol. 30. 45 Ed. 3. tit. Biſne 50. Pat 25. Edw 3. part. 1. membr 18. & Plowd. in Comment. fol 215. Eliſab. cap. 12. & vid. 3 Henr. 8. cap. 2. Placit. Coron. in Hundredo de Stoteſden in Com. Salop. 20. Edw 1. ap. Vincent.

Eadem ratione & alii quidam Comites Regia jurisdictione præditi in territoriis ſuis præter illos qui hoc nomine innotuerunt, apud nos ſic appellati ſunt, ut *Hugo de Belesmo* (qui fuit Comes in *Shrewsbury* ſub *Wilhelmo II.*) in quibusdam inſtrumentis *Edwardi I.*

pag. 17. non reperio in loco citato.

Sed vocatur *Palatinus.* Et eadem fortassis de causa *Johannes* Comes in *Warren & Surrey* sub *Edvardo III.* semetipsum nominat *Comitem Palatii,* quem titulum, Syllabis totidem, nunquam alias vidi attributum Comitibus nostris. Reperio autem illum in Sigillo ejus quod annexum est instrumento Castellum & oppidum *Reygate, Dorking & Becheswerth* in *Surrey,* Castellum item & oppidum *Lewes, Cokefield, Cleyton* & diversa alia maneria *in Sussexia & Wallia* Regi addicenti. Verum utrum usus fuerit hoc titulo respectu Comitatus sui *Strathernensis* in *Scotia* vel in *Surrey* clare dijudicare nequeo. Sigilli prima pars, (nam fractum est) quæ remansit, ostendit ipsum armatum & equo insidentem cum circumscriptione SIGILLUM JOHANNIS COMITIS WARRENIÆ ET SURR'.... pars aversæ faciei quæ etiam supereſt ostendit illum insidentem Throno Justitiæ & legitur circumscriptio..... MITIS WARRENIÆ ET STRATÆRNIÆ ET COMITIS PALACII.

apud Caneford. 1. April. an. Ed. 3.

IX. Jam Formulæ Creationum quibus Comites Palatine creati sunt. Illa Comitis *Cestriæ* exhibet quiddam observatione dignum, quanquam commisceatur cum Principatus dignitate, cujus investitura etiam ad Comitatum facit. Nullibi autem *Palatini* mentio facta in eorundem creatione. Primum & antiquissimum me judice diploma, hoc cum titulo traditum, est *Edvardi III.* ad *Laurencium* Dominum *Hastinges* qui per illud creatus est *Comes Palatinus Pembrochii* non tamen absque jure ejusmodi consangvinitatis, quod tum temporis svadebat Jure Consultis pronunciare, ipsi hunc titulum deberi Casus fuit iste: *Wilhelmus de Valentia Comes Palatinus Pembrochii* Feudalis, genuit *Aymerum de Valentia* qui ipsi in Comitatu successit, & filias *Isabellam, Iohannam, Agnetem & Margaretham Aymero* mortuo absque prole sub *Edvardo II* hæredes ejus factæ sunt ipsius sorores earumque soboles, inter quos *Laurentius Hastingis* Dominus erat descendēs ex sorore istius natu maxima *Isabella,* uxore *Iohannis* Domini in *Hasting* hujus avi. Sedecim circiter annis post *Aymeri* mortem, *Edvardus III.* sic recognovit jus istius *Iohannis* Domini *Hastingis* & *Isabellæ* hæredis.

Rot. Pat fact. hominibus Angl. & Vasconiæ 13. Ed. 3. membr. 12.

Rex omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod circumspectionis & elegantiæ præsagium quæ ex aptis Consangvinei nostri Charissimi Lawrencii de Hastinges *juventutis auspiciis concepimus, meritò nos inducunt, ut*

ipsum

ipsum in his quæ honoris sui debitam conservationem respiciunt, promtis favoribus prosequamur. Cum itaque hæreditas bonæ memoriæ Adomari de Valencia *Comitis* Pembroch, *ut* [a] *dicitur* Palatini, *pridem sine hærede de Corpore suo procreato decedentis ad sorores suas fuerit devoluta, inter ipsas & earum hæredes proportionabiliter dividenda; quia constat nobis quod præfatus* Laurentius *qui dicto* Adomaro *in partem hæreditatis succedit, est ex ipsius* Adomari *sorore seniori descendens, & sic peritorum assertione quam super hoc consulimus, sibi debeatur prærogativa nominis & Honoris, justum & debitum reputamus ut idem* Laurentius *ex Seniori Sorore causam habens, assumat & habeat nomen* Comitis Pembrochiæ, *quod dictus* Adomarus *habuit dum vivebat, quod quidem nomen quantum in nobis est, sibi confirmamus, ratificamus, & etiam approbamus; volentes & concedentes ut dictus* Laurentius *prærogativam & honorem* Comitis Palatini *in terris quas tenet de hæreditate dicti* Adomari *adeo plene & eodem modo habeat & teneat sicut idem* Adomarus *illas habuit & tenuit tempore quo decessit. In Cujus &c. T. R. apud Montem Martini XIII. de Octobris. Anno XIII. &c.*

per ipsum Regem.

[a] *deprabatæ hic legitur apud Camdenum Britt. pag. 513.* ut dicitur jam pridem *& commisso Secabulo* Palatini.

Verum licet iste *Iohannes Dominus de Hastinges* sic creatus est vel declaratus quod sit *Comes Palatinus*, attamen neque ipse, neque aliquis Comitum ibi succedentium quamdiu fuit Comitatus Palatinus, appellati sunt Palatini in summonitionibus ad Parlamentum, vel instrumentis aliis quantum quidem observavi. Plura quoque de *Comitibus Palatinis* occurrent, ubi exhibebimus Comites locales, qui Palatini non sunt.

X. Indoles seu natura *Localium Comitum* qui neutiquam *Palatini* existunt & facti sunt post *Normannorum* adventum, optime docetur ex eorundem Diplomatibus seu patentibus literis Creationis, Confirmationis, Restitutionis seu Traditionis, cum nonnullis antiquis testimoniis ejus rei; observatione eorundem *honoraria possessionis* seu *Comitatuum*, una cum *Relevio* & primariis indumentis indui solitis dum crearentur: vel aliis rebus recensitis quod ad illos pertineant. De his distincte. Atque primo de Diplomatibus vel literis patentibus Creationis, Confirmationis, Restitutionis, vel Traditionis, nec non de antiquis loquendi hac de re formulis.

Diplomatum formulas hanc dignitatem conferentium non reperimus ante tempora Reginæ *Mathildis* nisi velimus instrumentum illud *Wilhelmi* primi pro *Alano Fergentio Britanniæ* Duce, de Terris, oppidis & reliquis ad hæreditatem Comitis *Edwini* in *Eboracensi* Provincia pertinentibus, fuisse creationem qua donatus est Titulo *Comitis de Richmond.* Verba sunt illa quæ exhibet diploma pictum sub sigillo, & traditum Duci *Alano* in genua procumbenti a Rege *Wilhelmo* in libro *Richmondiæ* Ms, circa tempora *Edvardi III.* & apud *Camden in Brigant. pag. 591:*

Ego Gulielmus *cognomine* Bastardus *Rex Angliæ, do & concedo tibi nepoti meo* Alano Britanniæ *Comiti & hæredibus tuis imperpetuum, omnes villas & terras quæ nuper fuerunt Comitis* Edwini *in* Eborassiria, *cum feodis militum & aliis libertatibus & Consuetudinibus ità liberè & honorificè sicut idem* Edwinus *eadem tenuit Data obsidionem eorum Civitate* Eboraci.

Datum hoc incidit in annum tertium ejusdem regni. Quidam ex Gallis opinantur hoc esse instrumentum quo Comitatus *Richmondiæ* cœpit in Britanniæ Ducibus figi. Ego hic non disputo. Quas possessiones præterea habuerit *Alanus* in *Eboracensi* Satrapia, legere est in *Domesday.* Sed & quædam de ratione creandorum Comitum ante *Mathildim* videntur summarie innui in variis expressionibus scriptorum vetustioris ævi illius, quando loquuntur de Creationibus Comitum, tempore ipsam antecedente. *Comitatum dedit, commisit Comitatum N., Comitem* vel *Consulem præfecit* vel *instituit, Arundellum,* vel *Northumbriam dedit* vel *donavit,* & similia occurrunt de creationibus illorum apud *Ingulphum, Ordericum, Wilhelmum Malmesburiensem* & reliquos; aliquando etiam dicitur *Comitatum N. cum omnibus terris eidem pertinentibus donavit;* ut de *Wilhelmo* primo qui *Simonem de Senlis Normannum* creavit *Comitem Huntingdoniæ.* Alia exempla mox subjicientur, ubi de Comitatibus Comitum illa ætate. Diversam vero ab his creationem, quoad specialia quædam non observavi in Scriptoribus istis usque ad Regis *Henrici I.* tempora, qui (refertur in libro Abbatiæ *Ford*) dedit *Richardo de Redueriis,* seu *Revis,* primis *Tiverton* & deinde Honorem de *Plimpton* cum aliis nonnullis locis pertinentibus ad Honorem istum & *in Comitem* (verba sunt) *Devoniæ, tertium Denarium annui Exitus ejusdem Comi-*

Bertrand d'Argentr. Hist. de Bretagn. lib. 4. ch. 38.

Apud Cãden. in damnoniis pag. 151.

Comitatus illi concedendo, eum consequenter creavit. Adde huic Creationem *Roberti Comitis, Gloceſtrenſis*, qui fuit naturalis filius Regis *Henrici I.* Rex loquens cum *Mabile* unica filia & hærede *Roberti Fitz Haymam* Domini *Gloceſtriæ*, ait ipſi (prout narratur in antiqua anglo-rythmica hiſtoria *Roberti Gloceſtrenſis*) quod

---- he ſeold is ſone to her ſpouſing avonge/
This Maid was theragen/ and with ſaid it long.
The king of ſougt her ſuith ynou/ ſo that atten ende
Mabile him anſwered/ as gode Maide and hende/
Sir/ heo ſede/ wel ichot/ that your hert ope me is/
More vor mine heritage than vor my ſulve iwis;
So vair eritage as ich habbe/ it were me grete ſhame/
Vor to abbe an loverd/ bote he had an toname.
Sir Robert le Filz Haim, my faders name was/
And that ne might nought be his that of his kunne nought nas.
Therefore/ Sir/ vor godes love/ ne let me no mon owe.
Bote he abbe an twoname war throru he be ik nowe.
Damoyſele/ quoth the king/ thou ſeiſt well in this caſe
Sir Roberd le Fitz Haim thy fader twoname was;
And as vair twoname he ſhall abbe/ gif me him may biſe
Sire Roberd le Fitz Rey is name ſhall be.
Sire/ qvoth this Maid tho/ that is a vaire name
As who ſeith/ all his life and of great fame.
Ac wat ſhold is ſonne bote thanne and hi that of him come?
So ne might hi bote/ Whereof nameth gone.
The king underſtood that the Maid ne ſede no outrage
And that Glouceſtre was chief of ire heritage.
Dameſeile he ſede tho/ thi Loverd ſhall have a name/
Vor him and vor his heirs vair without blame.
Vor Roberd Earle of Glouceſtre and his heirs i wis.
Sire/ qvoth this Maid tho/ well liketh me this
In this forme ichole that all my gode be his.
Thus was Earle of Glouceſtre firſt I made there
Ac his Roberd of all thulke that long bivore were;
This was End leve hundret vere and in the nith yeer right
After that ure Loverd was in his moder a hight.

Antiquissima vero diplomata diserte Comitivæ creationem exhibentia, quæ hodie extant, sunt Reginæ *Matildis*. Ut illud ad magnum Dominum *Geoffrii* de *Mandevile*, Comitiva *Essexiæ* donatum.

In Thesauro Cottoniano & ap. Camden in Ord. Angl. pag. 120. Vide & Hoveden sub anno 1143.

Ego Matildis *Filia Regis* Henrici *& Anglorum Domina do & concedo* Gaufredo *de* Magnavilla *pro servitio suo & hæredibus suis post eum hæreditabiliter, ut sit* Comes de Essexia, *& habeat tertium denarium Vicecomitatus de Placitis, sicut Comes habere debet in Comitatu suo &c.*

Neque contradicit diploma iis qui dicunt Regem *Stephanum* creasse illum. Bella civilia illorum temporum sat bene nota sunt. Et Dominus iste aliquando ex partibus Reginæ existens, aliquando cum Rege *Stephano* faciens, creatus est, ut videtur, ab ambobus, quod etiam de aliis legitur. Eadem quoque Regina ob insignia in se merita *Milonis* (qui erat Locumtenens fratris ejus *Roberti* Comitis *Gloceſtriæ* in ipsius Comitatu, & alias magnæ autoritatis in regno) in bellis istis contra Regem *Stephanum*, *& quia ejusdem Milonis præcipue fruebatur consilio, & favebatur auxilio, utpote quæ eatenus nec unius diei victum nec mensæ ipsius apparatum aliunde quam ex ipsius munificentia sive providentia accepit* (quæ ipse *Milo* narravit *Florentii* historiam continuanti) creavit ipsum Comitem *Herefordiæ* per subsequens diploma, asservatum adhuc sub magno sigillo Reginæ.

V. Gesta regis Stephani pag. 932. & contin. ad Florent. Wigorn. an. 1139. 1140.

Matilda *Imperatrix* Henrici *Regis filia & Anglorum Domina Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iusticiariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris & omnibus fidelibus suis, Francis, & Anglis totius Angliæ salutem. Sciatis me fecisse* Milonem *de* Gloceſtria, *Comitem de* Hereford *& dedisse ei Motam* Hereford, *cum toto castello in feudo, & hæreditate sibi & hæredibus suis ad tenendum de me & hæredibus meis. Dedi etiam ei tertium denarium placitorum totius Comitatus* Hereford. *Dedi etiam ei tria maneria in ipso Comitatu de meo Dominio, videlicet* Mawardinam & Luggewordinam & Wiltonam *cum omnibus appenditiis suis. Dedi etiam ei Hajas Hereford & foreſtam de* Trivela *cum hoc quod ad hoc pertinet, Dedi etiam ei servitium* Roberti de Chandos & Hugonis *filii* Willielmi & Richardi *de* Coremil, *& omnia feuda eorum ubicunque ea habeant. Et hæc omnia supra dicta dedi, & etiam concessi in feudo & hæreditate sibi & hæredibus suis ad tenendum de me & hæredibus meis. Hanc autem donationem fecit ei apud* Oxinford *die sancti* Jacobi

Meminere hujus creationis, Giraldus in itinerario Cambriæ lib. 1 cap. 2, Autor gestorum reg. Stephani pag. 956, Florint. sub anno 1141.

Apo-

Apostoli, videlicet octava die ante festum Sancti Petri ad Vincla, *pro servitio suo quod mihi fecerat, & ita quod tunc habebam in captione mea apud* Bristol *Regem* Stephanum, *qui Dei misericordia & auxilio* Roberti *Comitis* Gloecestriæ *fratris mei & auxilio ipsius* Milonis *& aliorum* Baronum *meorum captus fuit in bello apud* Lincolniam *die Purificationis* S. Mariæ *proximo ante prædictum diem* S. Jacobi *Apostoli. Quare volo & firmiter præcipio, quod hæc omnia supradicta teneat de me & hæredibus meis ipse & hæredes sui ita bene & in pace, & honorificè, & plenariè & liberè & quietè in bosco & in plano in foreſtis & fugaciis, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in stagnis & vivariis, in viis & semitis, in foris & feriis infra Burgum & extra, in Civitate & extra, & in omnibus locis cum Soca & Sacha, &* Toll & Team & Infangentheof *& cum omnibus consuetudinibus & libertatibus, & quietudinibus sicut unquam aliquis Comes melius, & honorabilius, & quietius, & liberius, & plenarius, aliquod tenementum vel dominium de me in Anglia vel unquam tenuit de aliquo antecessore meo. Teste* Theobaldo *Archiepiscopo* Cantuariensi, & Roberto *Episcopo* Londonensi, & Alexandro *Episcopo* Lincolniensi, & Bernardo *Episcopo* Sancti Davidis, & Nigillo *Episcopo* Elienſi, & David *Rege Scot.* & Roberto *Comite* Gloecestriæ, & Reginaldo *Comite* Cornubiæ, & Roberto Reginaldi *filio* & Brientio *filio Comitis*, & Umfrido *de* Bohun, & Alex *de* Buch & Johanne *filio* Gisleberti *Marescallo* & Pagan *de* Claris Vallibus, & Roberto de Curceo, & Radulfo Paganello, & Willielmo *de* Doura & Elia Giffard, & Walkenio Maminot & Ernulf *de* Hesding, & Gisleberto de Laſcrio *apud*[a] Oxinfordiam.

Illud etiam ejusdem Reginæ pro *Aubery de Vere* (postmodum Comite *Oxonii*) observari meretur. Concessit ipsi restituitve varias terras, interque illas turrim & Castellum *Colecestriæ*. Creavitque ipsum Comitem *Cantabrigiæ*, sub conditione, quod nisi possit frui Comitatu illo, eligat sibi vel Comitatum *Oxonii, Bereberiæ, Wiltoniæ, vel Dorsetiæ*, *Et præter hoc do ei* (verba sonant in antiquo libro instrumentorum, unde ipsum diploma totum habetur nunc exclusum apud *Aug. Vincent. pag. 397.* qui liber pertinet ad Comites *Oxonienses*) *& concedo quod sit Comes de* Cantebrugge feyre *& habeat inde tertium denarium sicut comes debet habere. Ita dico, si Rex Scotiæ non habet illum comitatum. Et si Rex habuerit, perquiram illud ei ad posse meum per Escambium. Et si non potero, tunc do ei & concedo quod sit* comes *de quolibet*

Confectum est instrumentum hoc in festo D. Iacobi anno reparatæ salutis 1141. sive 6. Stephani R. id constat ex Florentio & Hogedeno sub annu 1141. nonnulli male miscentes annos salutis atque eos qui ab initiis Stephani deducuntur, in 1140. temere conjiciunt captivum Regem, quod idem ipsum est, ac si etiam hoc instrumentum illuc retro traherent.

a *Atqui anonymus autor Gestorum Stephani R. pag. 956. Wintoniæ. Creatum Milonem scribit. Videsis Camden. Britan. pag. 393.*

libet quatuor comitatuum subscriptorum, videlicet Oxenford scyre/ Wersscyre/ Wiltscyre/ & Dorsetscyre *per Consilium & Considerationem Comitis* Gloceſtriæ *fratris mei & Comitis* Gaufridi *& Comitis* Gilberti. *Et teneat comitatum suum cum omnibus illis rebus quæ ad Comitatum suum pertineant. Ita bene & in pace & liberè, & quietè, & honorificè & plenariè sicut unquam aliquis comes melius vel liberius tenuit vel tenet comitatum suum.* Deinde, poſt terras alias ipſi traditas, *Hæc omnia tenementa,* pergit, *concedo ei tenenda hæreditariè in omnibus rebus sibi & hæredibus suis de me & hæredibus meis. Quare volo & firmiter præcipio, quod ipſe* Albericus *Comes & hæredes sui teneant omnia tenementa sua ita bene & in Pace & libere & quietè & honorificè, & plenariè, sicut unquam aliquis Comitum meorum melius vel liberius* tenuit *vel tenet, &c.* Hæc confirmavit Princeps ipſius Filius, utens titulo ejusmodi. *Henricus filius filiæ Regis Henrici, rectus hæres Angliæ & Normanniæ.*

Rex *Stephanus* pene multos creavit Comites, non leves regni obventiones iis impendens. *Multos Comites qui ante non fuerant* (inquit *Wilhelmus Malmesburiensis*) *instituit, applicatis possessionibus & redditibus, quæ proprio jure Regi competebant.* Nullam tamen Creationis formulam ab ipſo vidi. Niſi quod & illæ *Matildis* Reginæ, ei ſint coætaneæ. Exemplum ſaltem reſtitutionis vel traditionis Comitatus ipſo regnante eſt in redditione municipii *Herefordiensis* & Caſtelli cum toto Comitatu de Herefordscyre (exceptis agris ad Epiſcopum & eccleſias alias pertinentibus) facta *Roberto* Comiti *Leiceſtriæ*, ejusque hæredibus, ut teneat *ea bene & in pace, & libere & quietè, & honorificè, in boſco & in plano, &c. Cum omnibus aliis rebus & libertatibus quæ ad omnia prefata pertinent, cum quibus Gulielmus Filius Osberni unquam melius, vel liberius tenuit.* Hic *Wilhelmus Fitz Osbern* factus eſt Comes *Hereſordiæ* a *Wilhelmo I.* Plures deinde Comites a *Stephano* Rege creati, appellati ſunt *Imaginarii & Pſeudo-Comites. Henricus II.* enim antiquas Coronæ poſſeſſiones recuperans, ſub initium regni ſui *depoſuit quosdam Imaginarios & Pſeudo-Comites* (ait Autor Chronici *Normandiæ*) *quibus Rex Stephanus omnia pene ad fiſcum pertinentia minus caute deſtribuerat.* Eadem habet liber Ms. Abbatiæ *Waverley.*

Ex Reg. Tabularii Ducatus Lancaſtrenſ. ap. Aug. Vincent. pag. 237. & Fideſis Camden. Britan. pag. 473.

Jam ad tempora *Henrici II.* Notiſſima creatio hic eſt *Alberici de Vere* Comitis in *Gvines*, qui factus eſt *Oxonii* Comes, cujusque po-

poſteri hodienum illo fruuntur Comitatu. Fieri nequibat C. *ntabrigia.* Comes quoniam *David Scotiæ* Rex iſtum tenebat Comitatum, ideoque juxta literas patentes *Matildis* Reginæ elegit *Oxonium*. Ipſum autographum ſub ſigillo, a me viſum inter documenta Comitum *Oxoni* & hic tranſcriptum ſequenti modo ſe habet.

H. Rex Angliæ & Dux Normanniæ, & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vice Comitibus, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis totius Angliæ, Francis & Anglis, ſalutem. Sciatis, me dediſſe & conceſſiſſe Comiti Alberico *in Feodo & hæreditate, tertium denarium de Placitis Comitatus* Oxenfordſcyre, *ut ſit inde Comes. Quare volo & firmiter præcipio, quod ipſe & hæredes ſui habeant inde Comitatum ſuum, ita liberè, & quietè, & honorificè, ſicut aliquis Comitum Angliæ liberius, & quietius, & honorificentius habet. Teſtibus T. Cancellario,* Hugone *Comite de* Norff. Rogero *Comite de* Clare, *Comite* Patricio, *Richardo filio* Gisleberti, Henrico *de* Eſſex *Conſtabulario,* Richardo *de* Hum *Conſtabulario,* Richardo *de* Lucy, Waltero *filio* Roberti. M. Biſſet *Dapifero,* Warino *filio* Geraldi *Camerario,* Richardo *de* Canvilla, Willielmo *de* Lanval, Hammone Peccato, *apud Deur. in tranſitu Regis.*

[a] *ad maſculũ reſtringebatur hæc dignitas, ſub Richard. 2. Bid. rotul Parl. 16. Rich. 2. & rotul. Cart. de anno 15. Rich. 2. & deciſionem in Parlamento 1. Caroli Regis de iſthoc Comitatu.*

Tali formula idem Rex creavit ſeu confirmavit *Hugonem Bigotum Norfolciæ* Comitem. *Sciatis me feciſſe* Hugonem Bigot *Comitem de* Norfolk. *Et volo & præcipio quod ipſe & hæredes ſui ita libere, & quietè, & honorificè teneant de me & de meis hæredibus ſicut aliquis Comes Angliæ melius vel liberius Comitatum ſuum tenet.* Diploma etiam exhibet confirmationem juris ipſius in omnes terras ejus. Videturque quod potius fuerit Confirmatio dignitatis quam creatio. Manifeſtum enim eſt, quod *Bigot* iſte non ſolum fuerit *Norfolciæ* Comes tempore *Stephani* Regis, ſed etiam agnitus fuerit pro tali, juſto titulo, in compoſitione inter *Stephanum* Regem & *Henricum II.* antequam ad regnum perveniret. Nam conſenſerunt ut *Wilhelmus* filius *Stephani* Regis haberet omnem *Norfolciæ* Comitatum; tertio denario unde *Hugo Bigot Comes erat*, excepto. Neque illud quod ſequitur verbum, *dediſſe*, pro *Wilhelmo de Albineto* Comite *Arundeliæ*, ſub eodem Rege aliter quam de Confirmatione ſumendum, quæ tum temporis ſtilo Cancellariæ parum differebat a Creatione.

Cart. ant in q S. n. 13.

19. Stephani. R. apud Holinshed. Hiſtor Angliæ. pag. 62. Camden. Britan. 351.

Cart. Inſpex. 5 Ed. 3. memb.

Henricus *Rex Angliæ, & Dux Normanniæ, & Comes Andegaviæ. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vice Comitibus.*

1. pro Richardo Comite Arundel. & de Comite Hereford videſis Camden. Brit pag. 473.

Miniſtris, & Fidelibus ſuis totius Angliæ, Francis & Anglis ſalutem. Sciatis, me dediſſe Willielmo *Comiti* Arundel *Caſtellum de* Arundel *cum toto Honore Arundelli & cum omnibus pertinentiis ſuis; Tenendum ſibi & hæredibus ſuis, de me & hæredibus meis in feodo & hæreditate, & tertium denarium de placitis de* Sutheſex *unde Comes eſt. Quare volo & firmiter præcipio, quod ipſe & hæredes ſui hæc prædicta habeãt & teneant, benè & in pace & honorificè, & liberè, & quietè, & hæreditariè in Dominiis, in militibus, in feodis, & in foreſtis, in boſco, & plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, in Burgis & extra, in aquis & piſcaturis, & in omnibus locis cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, prædicto honori & Caſtellariæ pertinentibus, ſicut* Rex *H. avus meus honorem illum habuit, quando eum in ſuo dominio habuit. Teſte* Theob. *Archiepiſcopo* Cant Hillario *Epiſcopo* Ciceſtren N. *Epiſcopo de* Ely *& Cancellario*, Willielmo *fratre Regis*, Rogero *Comite* Cornubiæ, Hugone, *Comite de* Norfol. Henrico *de* Eſſex Conſt. Richardo *de* Hum. Conſt. Richardo *de* Lucy, War. *fil. I. Camer.* Joſcel. *de* Balliolo, Roberto *de* Duneſtanvilla, Roberto *de* Curci, *apud Weſtmonaſterium*.

a *Cart. Stephani R. in rotul. pat 2. H 6. part 3. m. 18. pro Abbate de* Berking.

b *Tranſactio inter Stephan. regem & Henr. Normanniæ Ducem apud Hoveden. hiſt. angl. pag. 63. col. 1.*

Fuit enim Comes ante hoc diploma (teſte *Matheo Pariſ. anno 1139, Camden. Brit. pag. 221.*) aliquando dictus a *Suſſexiæ* aliquando b *Ciceſtriæ*, quæ denominationes illo tempore eandem indigitarunt perſonam. Nam ſic quoque *Suſſexiæ* Comitatus aliquando dictus eſt Comitatus *Ciceſtriæ*, niſi velis *Comitatus* vocem notare hic Dioeceſem: ut in illo *Johannis Sariburienſis* viventis ſubRege *Henrico II. In Comitatu* Ciceſtriæ (dicitur epiſt. 15. Ad *Adrianum IV. Papam*) *diutius honeſtiſſime verſatus eſt*, loquens de *Gauterio* nobile quodam qui diu commoratus erat in *Suſſexia*. Hic Rex *Henricus* fieri quoque diploma juſſit pro *Rogerio* filio & hærede *Milonis Herefordiæ* Comitis, quale eſt Reginæ *Matildis*, paulo ante inſertum. Confirmata etiam, tradita vel reſtituta eſt dignitas Comitis *Norfolciæ Rogerio* Bigot, a *Richardo I.* iisdem verbis, quibus *Henricus II.* confirmavit eam *Hugoni* qui frater erat *Rogeri*; Sic etiam *Wilhelmo Arundeliæ* Comiti reſtitutio facta eſt juxta illa verba quibus ab eodem Rege *Henrico* accepit dignitatem. Ita ſub initium *Johannis* Regis, *Wilhelmus de Fermariis* reſtitutus eſt in Comitatum *Derby* iſtis verbis.

1. Ric. 1. Cart. antiq. S. n. 14. Cart. antiq. X. num. 29. & Cart. 5 Ed. 3. membr. 1. Cart. antiq. B. num. 30.

Johannes *Dei gratia* Rex *Anglia, Dominus Hibernia &c. Sciatis, nos reddidiſſe & conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe dilecto noſtro* Willielmo

elmo *de* Ferrariis *Comiti de* Dereby *tertium denarium de omnibus placitis placitatis per Vice Comitem in toto Comitatu de* Derebi *tam in* Derebi, *quam extra, unde ipſe Comes eſt. ſicut unquam aliquis anteceſſorum ſuorum illum melius habuerit, tenendum ſibi & haredibus ſuis de nobis & haredibus noſtris imperpetuum. Et ipſum tanquam Comitem propria manu gladio cinximus.* Teſte W. London & H. Sarum *Epiſcopis*, G. *filio* Petri *Comite* Eſſex. Ranulpho *Comite* Ceſtriæ, W. *Mareſcallo Comite de* Pembroc/Willielmo *de* Brajos, Willielmo *filio* Alani *Datum per manus* H. *Cantuarienſis* Archiepiſcopi *Cancellarii noſtri apud* Northamton. *VII. die Iunii, Regni noſtri Anno primo.*

Ejusdem quoque diploma pro *Henrico de Bohun* Comite Herefordienſe obſervatione dignum; ipſi enim largitur inibi *XX. libras de tertio denario Comitatus* Hereford *annuatim percipiendas, unde eum fecimus Comitem* Hereford, *& ipſe nobis cartam ſuam fecit quod ipſe vel haredes ſui nihil clamabunt unquam de nobis vel de haredibus noſtris quos de uxore deſponſata habuerimus, per cartam* H. *Regis patris noſtri quam ipſe habuit in hac forma.* Recitatur deinde integrum diploma ſcriptum pro *Rogerio Comite Herefordienſe*, in quo (uti in illo Reginæ *Matildis* pro *Milone* tertius denarius placitorum ex Comitatu aſſignatur ipſi inter res alias. *Hac autem Carta* (ait Rex *Iohannes* in iſto pro Comite *Henrico*) *prædicti Regis H. Patris noſtri, depoſita eſt in Prioratu* Winton. *per manum Godefridi Wintonienſis Epiſcopi frangenda & deſtruenda, ſi haredem de uxore nobis deſponſata habuerimus, ſin autem, idem Henricus de Bohun vel haredes ipſius recupembunt prædictam Cartam ad faciendum inde quod ſibi melius viderint expedire.* *Cart. 1. Ioh. part. 2. mem. 6. n. 40. 28. April.*

Ex tempore *Henrici II.* obſervamus hic inſpecie largitionem & confirmationem Comitatus *Lincolnienſis* factam *Johanni de Lacy. Randol* ſeu *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ & Lincolniæ* poſſidens feuda dignitatis ſuæ permiſit *Lincolniæ* Comitatum Sorori ſuæ Dominæ *Hawiſiæ de Quency* vi hujus inſtrumenti.

Ranulphus *Comes* Ceſtriæ & Lincolniæ *omnibus præſentibus & futuris, præſentem cartam inſpecturis vel audituris, ſalutem in Domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volo pervenire me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Dominæ* Hawiſiæ de Quency *Sorori meæ chariſſimæ* Comitatum Lincolniæ, *ſcilicet quantum ad me pertinuit, ut inde* Comitiſſa *exiſtat*; *Habendum & tenendum de Domino meo Rege*

Anglie & hæredibus ſuis eidem Hawiſiæ *& hæredibus ſuis liberè, quietè, plenè, pacificè & integrè jure hæreditario, cum omnibus pertinentiis ſuis & cum omnibus libertatibus ad prædictum Comitatum pertinentibus. Et ut preſens ſcriptum perpetuitatis robur obtineat, illud ſigilli mei appoſitione roborare duxi. His teſtibus venerabilibus patribus* T. Winton. & Alexandro Coventr. & Lichf. *Epiſcopis*, R. *Mariſcallo* Comite Pembrochiæ W. *de* Ferrariis *Comite* Derby, Stephano *de* Gegrave, *Juſtitiario Anglie*, Simone *de* Monteforti, W. de Ferrariis, Phill. *de* Albiniaco, Henrico *de* Aldith, Willielmo *de* Cautilupo, & aliis.

Deſcriptum eſt ex autographo, adhuc ſub ſigillo extante. Inde dicta eſt *Comitiſſa Lincolniæ* in ſcripto *nuper obiit* tranſmiſſo ab ipſius cohæredibus poſt Fratris ejus mortem, quod commemoravimus ſupra §. 8. ex Placitorum Rotulis illorum temporum. Verum ad ejus petitionem dedit Rex Comitatum iſtum (quem, uti videtur & ipſa Regis conceſſione acquiſivit, ut ita confirmatio Regis conſueta fieret) filio ipſius *Johanni de Lacy*. Conceſſio talis narratur in rotulis illorum temporum.

Patent. 17. Henr. 3. membr. 9. num. 35.

Rex *ad Inſtantiam* Hawiſiæ de Quency *dedit & conceſſit* Johanni de Laſcy, *Conſtabulario* Ceſtriæ, *illas viginti libratas, quas R. quondam Comes* Ceſtriæ *& Lincolniæ recepit pro tertio denario Comitatus* Lincolniæ, *& quas prædictus Comes in vita ſua dedit prædictæ* Hawiſiæ *ſorori ſuæ. Habendas & tenendas, nomine Comitis* Lincolniæ *de Rege & hæredibus ſuis ipſi* Johanni *& hæredibus ſuis, qui exibunt de* Margareta *uxore ſua, filia prædictæ* Hawiſia *imperpetuum. In cujus &c. Teſte Rege apud* Northampton XXII. *die Novembris.*

Formulam quoque creationis ſub eodem Rege habemus in ipſius privilegio ad filium ſuum *Edmundum*, quo ipſi tradit *Leyceſtriæ* Comitatum poſt mortem *Simonis de Montfort*.

Edwardus, &c. *Militibus liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de Comitatu & Honore* Leyceſtriæ, *Seneſcalcia Anglia, & de omnibus terris & tenementis, quæ fuerunt* S. de Monteforti *quondam* Com. Leyceſt. *Salutem. Sciatis, quod dedimus & conceſſimus* Edmundo *filio noſtro prædicta Comitatum, Honorem, Seneſcalciam, terras & tenementa, quæ fuerunt præfati* Simonis *inimici noſtri, exceptis Dominicis noſtris, habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris eidem* Edmundo *& hæredibus ſuis imperpetuum, faciendo ſervitium inde debitum & conſuetum.*

Et

Ex ideo vobis mandamus, quod eidem Edmundo tanquam Domino veſtro in omnibus quæ ad prædicta Comitatum, honorem, Seneſcalciam, terras & tenementa pertinent de cetero intendentes ſitis, & reſpondentes ſicut prædictum eſt. In cujus &c. Teſte, &c.

Verbis iſtis, *Comitatus Leyceſtriæ*, dignitas Comitalis hic complectitur. Ac *Seneſcalcia Angliæ* hic commemorata putabatur deinde eſſe portio hujus Comitatus, vel ei connexa in antiquis iſtis Comitibus. *Rex Henricus* (inquit *Henricus de Knighton* Canonicus *Leiceſtrienſis* de hac creatione in Ms. quodam.) *dedit Comitatum Leyceſtriæ cum honore de* Hincley / & Seneſcatu *Angliæ, Edmundo filio ſuo.* Venerunt autem ad Comites Leiceſtrenſes iſte honor de Hincley & Officium Seneſcalciæ in Anglia primo per *Roberti Blainchemains* Comitis *Leiceſtriæ* connubium cum *Parnel* (*Petronilla*) filia & cohærede *Hugonis Grentemaiſnil* ſub *Henrico II.* *Robertus ove les Blanchemains* (inquit idem *Knighton*) *tertius poſt conqueſtum deſponſavit* Petronillam *filiam Hugonis Grentemeſnill* (nominatur in libro *Domesday* ſæpe *Grentemaiſnill*) *cum qua accepit totum honorem de* Hincley *una cum* Seneſcatu *Angliæ ex dono ejusdem Hugonis.* Poſtea vero in Coronatione *Henrici IV.* (qui fuit *Leiceſtriæ* Comes antequam ad regnum pervenit) *dictus Dominus Rex* (ſicuti legimus in rotulis ejus anni primi) *ut in jure Comitatus Leiceſtriæ, cui officium Seneſcalli pertinet, idem officium commiſit Thomæ filio ſuo in coronatione prædicta faciendum.*

Ex regno *Edvardi I.* hæc ſit formula pro Comitatu *Richmondiæ* tradito *Iohanni de Britannia.*

Cart. 34. Ed. 1. membr. 4. num. 19. Videſis item renũciationem Comitatus Norfolciæ ſub Ed. 1. in rotul. Parl. 3. Henr. 6. art. 3.

Edwardus &c. *Archiepiſcopis, &c. Salutem. Sciatis, quod cum Comitatus* Richemund *Caſtra de* Richemund *& de* Bowes *& omnes terræ & tenementa, quæ* Johannes *quondam Dux* Britanniæ *defunctus in Anglia tenuit, per mortem ipſius Ducis ad manus noſtras jam devenerint, dedimus & conceſſimus, & hac carta noſtra confirmavimus pro nobis & hæredibus noſtris, dilecto nepoti & fideli noſtro* Johanni de Britannia *Comitatum prædictum, Caſtra & omnes terras & tenementa prædicta cum pertinentiis, habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris eidem* Johanni *& hæredibus ſuis Comitatum prædictum*, nomine Comitis. *Caſtra & omnes terras & tenementa prædicta cum feodis Militum, advocationibus Eccleſiarum, Domorum religioſarum & hoſpitalium, ſervitiis liberè tenentium, liberis Chaceis, & Warrennis, una cum omnibus libertatibus, & liberis*

beris, conſvetudinibus, ad Comitatum, Caſtra, terras, & tenementa prædicta pertinentibus, ac cæteris pertinenciis ſuis univerſis, per ſervicia inde debita & conſveta imperpetuum, adeo liberè & integrè ſicut prædictus Dux pater ſuus ea de nobis tenuit in vita ſua. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod prædictus Johannes *habeat & teneat de nobis & hæredibus noſtris, ſibi & hæredibus ſuis, Comitatum prædictum,* nomine Comitis, *Caſtra & omnes terras & tenementa prædicta cum feodis Militum, advocationibus Eccleſiarum, Domorum religioſarum & hoſpitalium, ſerviciis liberè tenentium, liberis Chaceis, & Warrennis, unà cum omnibus libertatibus & liberis conſvetudinibus ad Comitatũ, Caſtra, terras, & tenementa prædicta pertinentibus, ac cæteris pertinenciis ſuis univerſis per ſervicia inde debita & conſveta imperpetuum, adeo liberè & integrè, ſicut prædictus Dux pater ſuus ea de nobis tenuit in vita ſua, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus venerabili Patre* W. Coventr. & Lichf. *Epiſcopo,* Henrico *de* Lacy *Comite* Lincol. Thoma *Comite* Lancaſt. Radulpho *de* Monte-hermer *Comite* Gloceſtriæ *&* Hertford, Humfredo *de* Bohun *Comite* Hereford & Eſſex, Adomaro *de* Valencia, Roberto *de* la Ward. *Seneſcallo hoſpitii noſtri & aliis. Datum per manum noſtram apud Lanertoſt, decimo quinto die Octobris.*

Per breve de privato Sigillo.

Sub *Edvardo II.* iſtæ duæ merentur obſervari. Prima ad fratrem ejus *Thomam de Brotherton* Comitatus *Norfolcienſis*.[a] Altera ad *Andream de Hartley* Comitatus *Carlilæ*[b].

[a] *Cart. 6. Edv. 2. num 30.*

[b] *Pat. 15. Ed. 2. part. 2 memb. 22. & cart. 15. Edv. 2 memb. 2 num. 7.*

Edwardus &c. *Archiepiſcopis, &c. Salutem. Sciatis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe* Thomæ *de* Brotherton *fratri noſtro chariſſimo totum jus & honorem ac Dominium quæ* Rogerus le Bigod *quondam* Comes Norfolciæ, *& Mareſcallus Angliæ, habuit nomine Comitis* in Comitatu Norfolciæ, *& quæ ad manus celebris memoriæ Domini* Edwardi *quondam* Regis *Angliæ patris noſtri per conceſſionem, redditionem, remiſſionem, & quietam clamationem ejuſdem Comitis devenerunt, & in manu noſtra exiſtunt, habendum & tenendum eidem* Thomæ, *& hæredibus ſuis de corpore ſuo legitimè procreatis de nobis & hæredibus noſtris*

cum

cum omnibus & ſingulis ad ea ſpectantibus, quocunque nomine cenſeantur; adeo integrè, ſicut prafatus Comes ea habuit & tenuit die conceſſionis, redditionis, remiſſionis, & quiete clamationis praditarum imperpetuum, & ſi contingat, quod praditus Thomas *obierit ſine harede de corpore ſuo legitimè procreato, tunc poſt acceſſum ejusdem* Thomæ *pradita jus, honor & Dominium, cum omnibus pertinentiis ſuis ad nos & haredes noſtros integrè revertantur. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & haredibus noſtris, quod praditus* Thomas *habeat & teneat ſibi & haredibus ſuis de corpore ſuo legitime procreatis pradicta jus, honorem, & Dominium, que praditus Comes habuit, nomine Comitis, in Comitatu pradicto, & que ad manus dicti Patris noſtri per conceſſionem, redditionem, remiſſionem, & quietam clamationem praditas devenerunt & manu noſtra exiſtunt, de nobis & haredibus noſtris cum omnibus & ſingulis ad ea ſpectantibus, quocunque nomine cenſeantur, adeò integrè, ſicut praditus Comes ea habuit & tenuit die conceſſionis, redditionis, remiſſionis, & quieta clamationis praditarum imperpetuum. Et ſi contingat, quod praditus Thomas obierit ſine harede de corpore ſuo legitimè procreato, tunc poſt deceſſum ejusdem* Thomæ, *pradita, jus, honor, & Dominium cum omnibus pertinentiis ſuis ad nos & haredes noſtros integrè revertantur, ſicut praditum eſt. Hiis teſtibus Venerabilibus Patribus* W. Wigorn. J. Norwic. *&* I. Bathonenſ. *&* Wellen. *Epiſcopis,* Gilberto *de* Clare *Comite* Gloceſtr. *&* Hertford. Iohanne *de* Britannia *Com.* Richemond, Adomaro *de* Valencia, *Com.* Pembrochiæ, Hugone *le* Deſpens. Henrico *de* Bello Monte, Nicholao *de* Segrave *& aliis. Datum per manum noſtram apud Weſtmonaſt. XVI. die Decembris.*

Habet & alia diplomata ſub eodem dato de caſtellis, civitatibus, Maneriis, municipiis, honoribus & terris redditis ſeu traditis Regi *Edvardo I.* (ſicuti fuit Comitatus, a Comite *Rogerio le Bigod*: Illius de Comitatu *Carlile* hæc verba ſunt. *cart. 6. Ed. 2. num. 31-32.*

Edwardus *&c. Omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod pro bono & laudabili ſervicio quod dilectus & fidelis noſter* Andreas *de* Hartcla *nobis nuper impendit* Thomam *tunc comitem* Lancaſtriæ *& alios ipſius fautores nobis ſubditos inimicos & rebelles noſtros de-*

debellando &, divina opitulante clementia, devictos nobis reddendo, dedimus ei & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris viginti libras de exitibus Comitatus noſtri Cumbriæ, *per manus Vicecomitis comitatus illius qui pro tempore fuerit percipiendas, & habendas ſibi & hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo legitime procreatis* ſub honore & nomine Comitis Karlioli, ipſumque Andream gladio cinximus in Comitem dicti loci. *Et pro ſtatu hujusmodi uberius manutenendo conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris providere eidem* Andreæ & *aſſignare Mille Marcatas terræ & redditus per Annum, videlicet quingentas Marcatas in Comitatu* Cumbriæ & Weſtmorlandiæ, *& libertatibus adjacentibus, & quingentas Marcatas in* Marchia Walliarum; *habendum & tenendum eidem* Andreæ *& hæredibus ſuis maſculis ſicut prædictum eſt, conceſſimus inſuper eidem* Andreæ *Mille Marcas ſingulis annis ad Scaccarium noſtrum ad quatuor anni terminos videlicet in tribus Septimanis Paſchæ in quindena Nativitatis,* Sancti Johannis Baptiſtæ, *in quindena Sancti* Michaëlis *& in octabis* Sancti Hillarii *percipiendas quousque nos vel hæredes noſtri dictos Mille Marcatas terræ vel redditus per Annum ſibi fecerimus aſſignari. Ita tamen quod cum portio aliqua de dictis Mille Marcatis terræ vel redditus ſibi fuerit aſſignata, extunc tantum decidat de dictis* Mille Marcis ac Scaccarium noſtrum *ſibi aſſignatum ſicut prædictum eſt. In Cujus &c. per R. apud Pontem fractum XXV. die Martii.*

per ipſum Regem, nunciante Magiſtro

Roberto de Baldock.

Deinde ſub *Edvardo III.* præfationes iſtæ oſtendentes convenienſ eſſe ut viri bene meriti honoribus decorentur, vel aſſerentes merita perſonarum, vel utrumque (quæ inde ad hoc usque tempus perpetuo uſu continuatæ ſunt) cœperunt præfigi formulis, quibus Comites creabant. Anno ejus undecimo, cum plures in Parlamento crearentur (& Princeps quoque Niger fieret Dux *Cornubiæ*) tres illorum *Wilhelmus de Clinton, Comes Huntingdonenſis, Wilhelmus de Bohun Comes Nottinghamiæ* & *Robertus Ufford Comes Suffolciæ* easdem ipſas acceperunt Syllabas in præloquiis, quas legit Princeps Niger in diplomate ſuo, quo Dux *Cornubiæ* Creatus eſt, quod (quantum

Cart. II. Edw. 3 m. 41. 49. 52.

tum ad titulum attinet) infra additur, ubi de Ducibus loquimur: Nulla omnino hic differentia in iis usque ad nomina ipsorum quæ collocantur post verba: *Nostræque considerationis intuitu ad personam dilecti & fidelis nostri.* Ubi vero diploma Principis nigri, paulo inferius habet verba *intimius convertentes*; illa Comitum carent verbo *intimius.* Neque vidi ego præloquium in Creationis formula ante hanc apud nos ætatem. Alii quoque nonnulli tum creati sunt per literas patentes similes istorum trium, cum diversis tamen præloquiis. Exemplum unum hic addimus, *Hugo de Audley Glocestriæ* Comes tales accepit patentes literas.

EDwardus &c. *Archiepiscopis, Episcopis, &c. Salutem. Sciatis quod, cum ad attollenda regalis Sceptri fastigia & regiminis negotia potentius & consultius dirigenda concesserimus, ad requisitionem Prælatorum & Procerum, ac Communitatis Regni nostri in instanti Parliamento nostro apud Westmonasterium convocato convenientium, numerum Comitum & personarum illustrium in eodem regno, duce domino, fœliciter adaugere; Nos ad probitatem strenuam, claritatem generis & providentiam circumspectam dilecti & fidelis nostri Hugonis* de Audele, *nec non ad obsequia placida quæ nobis in opportunitatibus tam libenliter quam gratanter præstitit, personæ vel rerum dispendiis non vitatis, grata Considerationis intuitum dirigentes ac sperantes quod honoris adjectio probitati sua gratum adjiciet incrementum, ipsum de definito dicti Parliamenti consilio in* Comitem Glocestr. *Præfecimus & de statu Comitis, per* cincturam gladii *de munificentia regia, investivimus ad* nomen & omen Comitis *dicti loci sibi & hæredibus suis perpetuo retinendum. Et ut juxta tanti nominis decentiam possit honorificentius, se habere, dedimus, concessimus, & hac Carta nostra confirmavimus, eidem Comiti & hæredibus suis viginti libratas redditus de exitibus Com.* Glocestr. *singulis annis, ad festa* Paschæ *&* Sancti Michaëlis *per æquales portiones percipiendas, per manus vice comitis illius qui pro tempore fuerit imperpetuum. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus nostris quod prædictus* Hugo *& hæredes sui prædictas viginti libratas redditus de exitibus Comitatus prædicti singulis annis ad festa prædicta pro æqualibus portionibus percipiant per manus Vicecomitis comitatus illius qui pro tempore fuerit imperpetuum sicut prædictum est. His testibus venerabilibus Patribus,* J. *Archiepiscopo* Cantuar. *totius Angliæ Primate Cancellario nostro,* H. *Episcopo* Lincoln. *Thes. nostro,* D. *Episcopo* Winton. Johan-

Cart. 11. Ed. 3 num. 34. & ibid. num. 50, 55, 68, & si placet Rot. Parl. 36. Ed. 3. n. 37.

Johanne *de* Warrenia *Comite* Surriæ, Hugone *de* Courtenay, Comite Devon. Thoma Wake *de* Lydel, Rogero *de* Grey, Roberto *de* Ufford *Seneſcallo Hoſpitii noſtri & aliis. Datum per manum noſtram apud Weſtmonaſterium decimo Sexto die Martii.*

per ipſum Regem.

Sic diplomata illius ætatis poſt clauſulam creationis & inveſtituræ (quæ omnia unum eundemque habuerunt ſenſum; & communiter eadem verba) aſſignarunt Comiti ad tanto meliorem ſuſtentationem quasdam obventiones frequentiſſime ex reditibus Comitatus ipſius. Aliquando etiam obventiones iſtæ ad manu tenendam dignitatem hanc traditæ ſunt *ſub nomine & honore Comitis pro tertio denario Comitatus illius*, ut apparet in formulis quibusdam Comitivarum illius ætatis, ex. gr. *Wilhelmi de Clynton Comitis Huntingdonenſis, Wilhelmi de Bohun, Comitis Northamtonie & Edmundi de Langley* [a] *Comitis Cantabrigienſis.* Aliquando magna terrarum portio ipſis aſſignata eſt eundem in finem, ut in illis literis patentibus, quibus *Johannes de Gaunt* creatus eſt Comes *Richmondia. Ipſum* [b] *in Comitem* Richmund/ *prefecimus & eum de comitatu* Richmond *per Cincturam Gladii Solenniter inveſtivimus. Et cum deceat, ut honori tanti nominis correſpondeat ſufficiencia facultatis, dedimus & conceſſimus, pro nobis & haredibus noſtris, & hac Carta noſtra confirmavimus, eidem Comiti, Caſtris, Maneriis, Terris, Tenementis, & omnia alia loca ad prædictum Comitatum pertinentia; habendum & tenendum eidem Comiti & haredibus de Corpore ſuo exeuntibus una cum libertatibus & prarogativis omnimodis tam Regalibus quam aliis quas Johannes nuper Dux* Britanniæ *& Comes* Richemond/ *habuit in Comitatu, Caſtris, Maneriis &c.* Ac ad confirmandum titulum ejus in Comitatu ſic tradito ipſi, relevium deinde aſſignatum a *Johanne* Duce Britanniæ.

Sub *Richardo II.* varia tempora, agri æque ac reditus, pingves aſſignata ſunt in diplomatibus, *pro ſtatu Comitali decentius &* [c] *honorificentius ſuſtentando & manutenendo*, ut verba ſonant nonnunquam. Aliquando annuus cenſus viginti librarum vel ſimilium ex obventionibus Comitatus traditur ei qui creabatur [d], *ſub nomine Comitis.* Obſervatione vero digniſſima ſunt diplomata duo tempore coronatio-

a *V. Cart. 11. Ed. 3. num. 41. &c. & Cart. 36. Ed. 3. n. 8.*

b *Cart. 16. Ed. 3. num. 2. & ex. anct. Donat. 16. Ed. 3. membr. 4. Dorſ. claus. 35. Ed. 3. memb. 39.*

c *Iob. Holland. Comiti Huntingdō. Cart. 31. R. 2. num. 25. Comiti Rutland. Cart. 13. Rich. 2 n. 5.*

d *Cart. 1. Richard. 2. Comiti Buckinhgam, &c.*

nationis ejus: unum pro *Henrico Percy* Comite *Northumbria*, alterum pro *Iohanne de Mowbray* Comite *Nottinghamiæ*. In utroque conceditur quod territoria, quæ jam poſſederunt, vel acquiſituri eſſent, debeant tenere *ſub honore Comitali*, & tanquam partes Comitatuum ſuorum. In illo pro Comite *Northumbriæ* poſt clauſulas Creationis & Inveſtituræ, quæ in his & aliis iſtorum temporum communiter erant: *nomen & honorem Comitis dedimus & ipſum in Comitem N. præfecimus ac de eisdem nomine & honore per cincturam gladii inveſtimus habendum* &c. vel ſimil. XX. libræ annuatim ipſis attribuuntur ex reditibus Comitatus, *ſub nomine Comitis Northumbriæ* ſolvendæ certis feſtis diebus. *Volentes ulterius* (inquit Rex) *de gratia noſtra ſpeciali, quod omnia Caſtra, Dominia, Manoria, terras & tenementa quæ eidem* Henricus *jure hæreditario vel adquiſitione propria præ antea tenuit & poſſedit, vel imposterum eſt habiturus*, ſub honore Comitali, & *tanquam* parcella dicti Comitatus, *jure aliorum in omnibus ſemper ſalvo, de cetero teneantur.* Idem ſenſus (& eædem fere ſyllabæ) ſunt in diplomate Comitis *Nottinghamiæ*. Deinde in formula creationis pro *Michaele de la Poole* Comite *Suffolciæ* annua ſolutio viginti librarum aſſignata pro ſuſtentatione ejus (juxta ſtatum ejus in honore) ex reditibus Comitatus, traditur *pro corpore ſtilo ſeu titulo Comitatus prædicti.* Nullam vero aliam ſub Rege alio vidi cum iisdem clauſulis inſertis. Diplomata creationis variorum Comitum ſub *Richardo* hoc extant in Rotulis. Et circa finem regni ejus quinque Comites idem habent breve præloquium: videlic. *Conſiderantes probitatem ſtrenuam, & providentiam circumſpectam ac geminatam morum & generis claritatem dilecti & fidelis noſtri N.* Eſt hæc præfatio in Creationibus *Thomæ le Deſpenſer* Comitis *Gloceſtriæ*, *Raiſe de Neville* Comitis *Weſtmerlandii*, *Thomæ de Percy* Comitis *Wigornienſis*, *Wilhelmi Leſcrop* Comitis *Wiltoniæ*, (qui creati ſunt anno [a] regni ejus XXI.) & *Iohannis de Beaufort* Comitis *Somerſetenſis* creati anno ipſius [b] vigeſimo. Seculis quoque recentioribus eædem præfandi formula uſurpata eſt (quantum attinet promotionem virorum meritis clarorum) in diplomatibus variis.

Circa exitum *Henrici IV.* *Thomas Beaufort* Regis Frater donatur (Clauſulæ Creationis ejus & Inveſtituræ ſunt ſicut aliorum illo tempore creatorum, & ſicut illæ nuper citatæ ex diplomate Comitis *Northumbriæ*) titulo Comitis *Dorſetiæ*, aſſignataque ipſi viginti libræ an-

Cart. 1. Rich. 2. num. 3.

Cart. 9. Rich. 2. num. 29.

a *Cart. 21. Rich. 2. num. 21. & 19.*

b *Cart. 20. R. 2. n. 1. eadem ipſa vocabula in proœmio diplomatis, quo creatus eſt Edmundus Comes Cantii habentur cart. 5. Ed. 4. num. 18.*

annuatim ad ſuſtinendum honorem dantur *ſub nomine Comitis Dorſet.* Illud ipſum occurrit in creatione quadam Comitis *Northumbriæ* ſub *Henrico V.* quæ verba non reperio adhibita in alia creatione recentiorum temporum.

Cart 13 Henr 4 m 3 n 2. Cart. 13. Henr 5. n. 6.

Si vero perſona, quæ creari debuit, fuit majoris dignitatis ante creationem, tum titulus hac ætate traditus eſt absque mentione ceremoniarum inveſtituræ, & (prout videtur) absque ipſo inveſtiendi actu, ut cum *Henricus VI. Iohannem* Ducem *Sommerſetenſem* creavit Comitem *Kendali.* Largitur ipſi ſolummodo [a] *nomen, ſtilum, titulum & honorem Comitis de* Kendal, *ultra nomen Ducis Sommerſet, & hæredibus maſculis de corpore* &c. Sic *Edvardus IV.* Nepotem ſuum *Iohannem* filium & hæredem *Iohannis Suffolciæ* Ducis creavit Comitem [b] *Lincolniæ*, & *Georgium* Ducem *de Clarence*, fecit Comitem *Saliſburiæ* & [c] *Warwici*, per diplomata diverſa, absque ulla mentione ceremoniarum inveſtiendi. Idem Rex *Edvardum* Principem creavit Comitem tum *Marchiæ* tum *Pembrochiæ* per diſtincta diplomata, ſub eodem dato, *ut ibidem præficiendo præſideat, & præſidendo eosdem* [d] *Comitatum partes ac marchias dirigat & gubernat*, traditque honorem, ſtilum & nomen Comitis utriusque Comitatus absque mentione omnis inveſtiendi ceremoniæ. Aliquando etiam (raro tamen ætate illa de qua loquimur) nulla ejus diſerta fit mentio in diplomate, quanquam titulus conferatur alicui qui minoris eſt dignitatis; ut in *Edvardi IV.* e quo *Henricum* Vicecomitem *Bourchier* fecit Comitem *Eſſexiæ.* Et quando in principio *Richardi III. Wilhelmus* Vicecomes *Berkley* fit Comes [f] *Nottinghamiæ*, diploma ipſius primo ſcribitur absque mentione Ceremoniarum inveſtiendi. Verum aliud quoque ſcriptum eſt ſub eodem Dato, in quo uſitata clauſula ceremoniarum inveſtituræ illo tempore obſervatarum inſeritur, & *vacat* ponitur in primi diplomatis introtulatione, *quia aliter inferius.* Ordinarie vero integra inſtrumenta aliarum creationum illo tempore, conſiſtebant ſolummodo ex præfatione & clauſulis creationis ac inveſtituræ, quæ nonnunquam ſi ſcribebantur: *Ipſum Comitem N. cum* [g] *titulo, ſtilo, loco, & ſede, nomine, authoritate, & honore eidem debito præficimus, erigimus, & ordinamus, & creamus, ac per cinctum Gladii realiter inveſtimus, habendum & tenendum eadem titulum*, &c. Aliquando [h] *ipſum per cinctum Gladii Comitem N præficimus, erigimus, & crea-*

a *Cart. 21. H. 6. membr. 44. n. 45. & Sid. Cart. 9. & 10. Rich. 2. m. 1. n. 1. de Iohanne Duce Britanniæ Create in Comitem Richmondiæ & Cart. 15. Ed. 4. m. 12. n. 13.*

b *Cart. 7. Edw. 4. n. 4.*

c *Cart 12. Ed. 4. n. 11. & 12.*

d *19. Edw. 4. m. 10 n. 9. & 10. Iulii 8.*

e *Cart. 1. Edw. 4. part. 2. n. 1.*

f *Cart. 1. Rich. 3. membr. 1.*

g *Cart. 5. Ed. 4. num 18. Edmundo Comiti Cantii.*

h *Pat. 4. Ed 4. part. 1. memb. 10. & ſide ſ. Cart. 6. Ed. 4. num. 13. & 12. Ed. 4. num. 9.*

& creamus, eique nomen, ſtatum, dignitatem, honorem, præeminentiam & ſtilum Comitis *N. Damus & imponimus, habendum*, &c. etſimil. aſſignatio XX. librarum ex proventibus Comitatus, ut plurimum (quanquam aliquando plures libræ ipſis conceſſæ [i] ſunt) ad ornandam dignitatem illam præter verba *quare volumus & firmiter præcipimus*, quod perſona ad dignitatem evecta debeat frui honore ſuo & cenſibus, vel [k] *feodo* (qua voce nonnunquam cenſum iſtum appellant) juxta literas patentes, verba quoque: *non obſtante aliquo ſtatuto, actu*, &c. adduntur: at aliquando & unum ex his tantummodo ponitur. Neque reperio alias clauſulas temporibus, quæ iſta ſequuntur, usque ad ann. [l] *XXI. Henrici VIII.* ſi excipias codicillum *Edvardi* Courtney Comitis *Devoniæ* ſub *Henrico VII.* [m] ubi poſt clauſulas creationis & inveſtituræ, pene multa, Caſtella, Maneria, Hundreda, & poſſeſſiones aliæ traduntur ipſi (nullus vero annuus cenſus ſeu creationis pecunia, prout nunc appellant) ac Deinde vox *habendum* comprehendit & honorem & poſſeſſiones illas, quæ traduntur ipſi ut teneat ipſa *in tam amplis modo & forma prout Thomas Pater Thomæ nuper* Comitis *Devon. aut aliquis alius* Comes *Devon. ante hac tempora habuit & gavisus fuit.* Verum anno XXI. *Henrici VIII.* poſt illa Creationis & inveſtituræ verba uſurpata illo tempore & vocem *habendum*, in diplomate creationis [n] *Roberti Radcliffe* Viceco-mitis *Fitzwalter*, quo factus eſt *Suſſexiæ* Comes ſequitur *volentes & per præſentes concedentes pro nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris quod præfatus* Robertus *& hæredes ſui prædicti nomen, ſtatum, gradum, dignitatem, ſtilum, titulum & honorem prædictum ſucceſſivè gerant, & habeant, & eorum quilibet gerat, & habeat. Et per nomen* Comitis Suſſex *ſucceſſivè vocitentur & nuncupentur & quilibet eorum vocitetur & nuncupetur; Quodque idem* Robertus *& hæredes ſui prædicti ſucceſſivè, ut* Comites Suſſex, *in omnibus teneantur, tractentur, & reputentur & eorum quilibet habeat, teneat, & poſſideat Sedem & locum in Parlamentis noſtris hæredum & ſucceſſorum noſtrorum infra Regnum noſtrum Angliæ, inter alios* Comites. *ut* Comes Suſſex; *Nec non dictus* Robertus *& hæredes ſui prædicti gaudeant & utantur, & eorum quilibet gaudeat & utatur, per nomen* Comitis Suſſex, *omnibus & ſingulis talibus juribus, privilegiis, immunitatibus ad ſtatum* Comitis *in omnibus rite & de jure pertinentibus quibus cæteri Comites dicti Regni noſtri Angliæ, ante hæc tempora melius honorificentius & quietius*

[i] *Cart. 12. Ed. 4. num. 9. Ludovico Comiti Winton.*

[k] *Cart. 5. Ed. 4. n. 18.*

[l] *Videſis Cart. 1. Richard. 3. m. 1. Pat. 5. Henr. 8. part. 2. memb. 11. & m. pat. 1. Henr. 7. part. 1.*

[n] *Pat. 21. Henr. 8. part.*

quietius uſi ſunt & gaviſi ſeu in præſenti gaudent & utuntur. Concluſio deinde aſſignat annuum cenſum viginti librarum ex proventibus Comitatuum *Surrey* & *Suſſex*. Illa quoque ætate aliquando cenſus iſte vel creationis pecunia tradita eſt non ex Comitatu o, verum ex alio quodam proventu. Et cum titulus ſumtus eſt ab oppido cuidam vel civitate p annuus cenſus (uti & hodie) aſſignatus eſt & ſolutus vel ex Comitatu, in quo oppidum ſitum fuit, vel ex Comitatu eodē cum aliis, vel ex portu quodam, vel aliunde pro Regis arbitrio. Ac inde ab anno XXI. Henrici VIII. clauſulā illa *volentes* &c. ut in *Eſſexii* diplomate, vel ſimil. ut plurimum inſerta eſt diplomatibus Comitum. Circa finem quoque regni *Henrici VIII.* uſu receptum eſt, ut evehendus ad dignitatem Comitis, prius crearetur *Baro*, (ſi antea *Baro* non fuiſſet,) ut videre eſt in *Wilhelmo Parre*, qui per diverſa inſtrumenta ſub eodem dato, cum iisdem etiam præfationibus (nam ſic etiam diverſarum Perſonarum diplomata easdem præfationes habuerunt) creatus eſt primo *Baro de Horton* ac poſthac demum *Eſſexiæ Comes*.

o *Pat. 29. H. 8. part. 1.* Edvardo Seimour *Com. Hartford.*

p *Pat 30. H. 8. part. 2. Hen. Dom. Dabbney. Com. Bridgwater.*

Pat. 35. H. 8. part. 15. membr. 24.

Sub *Edvardo VI.* formula inveſtituræ (poſt illam Creationis) eſt aliquando: *ipſumque N. hujuſmodi ſtatu, ſtilo, titulo, honore & dignitate per cinctuum gladii inſignimus, inveſtimus & realiter Nobilitamus, & unam Capam honoris & dignitatis, atque circulum aureum ſuper caput ſuum ponimus, habendum* &c. Aliquando etiam: *ac ipſum N. in hujuſmodi ſtatu, titulo, honore & dignitate Comitis N. per Gladii cincturam Capæ & Circuli aurei impoſitionem inſignimus, inveſtimus, & realiter nobilitamus per præſentes, habendum &c.*, quæ ultima clauſula vel ſtilus inveſtituræ continuo in uſu permanſit usque in diem hodiernum. Formulis variis priorum temporum, ſic oſtenſis, nec non quomodo diverſimodè introductæ fuerint; concludimus cum formula Creationis conſueta, quæ his temporibus noſtris legitur in diplomatibus. Poſt Regis titulos & præfationem, ut plurimum de virorum meritis conſpicuorum digna evectione ad honores, & de meritis perſonarum evehendarum ad axioma Comitivæ, Diploma ſic pergit.

Pat. 1. Ed. 6. part. 6. memb. 19. & 3. Ed. 6. part. 7. Com. Wilts.

Pat. 5. Ed. 6. part. 4. Comiti Pembroke.

Sciatis igitur nos de gratia noſtra & ſpeciali, ac ex certa ſcientia, & mero motu noſtris præfatum N. in Comitem *A. Nec non ad ſtatum, gradum, dignitatem, & honorem* Comitis *A. ereximus, præfecimus, conſtituimus & creavimus,*

ximus, ipſumque N. Comitem A. *tenore præſentium erigimus, præficimus, conſtituimus & creamus per præſentes, Eidemque N. nomen, ſtatum, gradum ſtilum, dignitatem, titulum & honorem* Comitis A. *impoſuimus, dedimus, & prabuimus, ac per præſentes imponimus, damus & prabemus, Ac ipſum N. hujusmodi nomine, ſtatu, gradu, ſtilo, dignitate, titulo & honore Comitis* A. per Gladii cincturam & Capæ Honoris & Circuli Aurei impoſitionem, *inſignimus, inveſtimus, & realiter nobilitamus, per præſentes; Habendum & tenendum eadem nomen, ſtatum, gradum, ſtilum, Dignitatem, titulum & honorem Comitis A. prædicti cum omnibus & ſingulis prabeminentiis, honoribus, ceteriſque nomini, ſtatui, gradui, ſtilo, dignitati, titulo & Honori* Comitis *pertinentibus ſive ſpectantibus, præfato N. & haredibus maſculis de Corpore ſuo exeuntibus, imperpetuum. Volentes & per præſentes concedentes, pro nobis haredibus & ſucceſſoribus noſtris, quod præfatus N. & haredes ſui maſculi prædicti nomen, ſtatum, gradum, ſtilum, dignitatem, titulum & honorem* Comitis A. *ſucceſſive, gerant & habeant, & eorum quilibet gerat & habeat, & per Nomen Comitis A ſucceſſive vocitentur & nuncupentur & quilibet eorum vocitetur & nuncupetur, & quod idem N. & haredes ſui maſculi prædicti ſucceſſive ut* Comites A. *teneantur, tractentur, & reputentur, & eorum quilibet tractetur, teneatur & reputetur, habeantque, teneant, & poſſideant, & eorum quilibet habeat, teneat, & poſſideat ſucceſſive, ſedem, locum, & vocem in Parliamentis & publicis Comitiis ac Conſiliis noſtris, haredum, & ſucceſſorum noſtrorum infra Regnum noſtrum Anglia, inter alios Comites, ut Comes* A. *Nec non dictus N. & haredes ſui Maſculi prædicti gaudeant & utantur, & eorum quilibet gaudeat & utatur per nomen* Comitis A. *omnibus & ſingulis juribus, privilegiis, prabeminentiis & immunitatibus ſtatui Comitis in omnibus rite & de jure pertinentibus, quibus cateri Comites dicti Regni noſtri Anglia ante hac tempora melius honorificentius & quietius & liberius uſi & gaviſi ſunt ſeu in præſenti gaudent & utuntur. Et quia creſcente ſtatus celſitudine, neceſſariò creſcunt ſumptus & onera grandiora, & ut idem N. & haredes ſui maſculi prædicti, melius, decentius & honorificentius ſtatum, honorem & dignitatem prædictam Comitis A. ac onera ipſi N. & haredibus ſuis maſculis incumbentia manu tenere & ſupportare valeant, & quilibet eorum valeat, Ideò, de uberiori gratia noſtra dedimus, & conceſſimus, ac per præſentes pro nobis haredibus & ſucceſſoribus noſtris, damus & concedimus præfato N. & haredibus ſuis Maſcu-*

ſculis prædictis viginti libras feodi, ſive annualis redditus ſingulis annis percipiendas. &c.

Sive ex Comitatu, ſive ex telonio, ſive ex aliis portus cujusdam reditibus, ſive etiam aliunde juxta Regis arbitrium.

Hac formula hodie Comites creantur: neque multum differt, quando (quoad iſta concernit) per idem diploma unâ confertur Baronis vel Ducis titulus. Quando Ducis titulus una confertur, tum formula Creationis hujus, extenſa ſaltem ad finem clauſulæ *volentes* &c. quæ concluditur verbis *gaudent & utuntur*; præcedit in diplomate; prout teſtantur pauca exempla ejus recentiora. Perſonæ enim creandæ cum fuiſſent antehac Comites aliorum locorum, in creatione ſua nova nullam additam habent creationis pecuniam. Et quando Baronis dignitas conjungitur, tum poſt præfationem & finem creationis iſtius hæc Comitis ſuccedit absque alio præloquio formulâ jam oſtensâ. Poſſeſſio reſtringitur hodie communiter ad hæredes maſculos ex ipſis genitos; olim reſtrictio erat aliquando ad feudum, aliquando ad hæredes ab ipſis genitos, nec non ad vitam usque.

Pat. 21. Iacobi Ducibus Richmond & Buckingham.

XI. Honorariæ Poſſeſſiones antiqui ex hoc genere Comitis, ſeu Comitatus ejus, vocabantur ipſius *Honour*, id eſt honor; illo ſenſu, quo hodienum *honoris* vocabulum apud nos prædium ſignificat: ſic enim dicimus *Honours, Caſtles & Mannors* id eſt Honores, Caſtella & Maneria & *Honor Comitis Gloceſtriæ, Honor Comitis Euſtachii, Honores Comitum* etſimil. vide in libro *Domesday* in *Staffordshire*, rotulis antiquis & alibi ſæpiſſime. Idem dicit *Comitatus* vocabulum, quando Comitatus ſignificat ipſa prædia conſtituentia Comitatum cujusdam antiqui Comitis non *Palatini*: nam Comitatus Palatini Comitis Localis vocatur *Comitatus* prout vox iſta denotat Shiram vel *Earldom*. *Shire* enim vel *Earldom* ejus, & honoraria poſſeſſio ut plurimum ſunt eadem. Talis Comitatus illorum temporum vocatur etiam aliquando *Baronia*, vel *honor Capitalis*. Nam & *Baronia* vox laxiore ſenſu nonnunquam denominat Comitem, uti mox docebimus in Baronis titulo. Hæ poſſeſſiones honorariæ erant vulgo Caſtella, manſiones, & alii agri primario poſſeſſi vel in capite ſub conditione vulgaris miniſterii Equeſtris, vel Servitii illuſtris, (*grand Serjeanty* appellant) vel ſub utroque. Nam utrumque aliquan-

Rot. mag 1. Rich. 3. Rot. honorum & ſæpius in rot. mag. Henr. 3. & Rub. Scacc. Ms. pag. 61. & 152. &c. & Rub Scacc. Ms. pag. 64. 75, 108. 249. Glanvil. lib. 9. cap. 4. Mag. Chart. c. 31. &c.

quando conjunctim reſervabatur præter tertium denarium, de quo jam ſatis. Quæ autem reperimus apud quosdam autores antiquos de æſtimatione Comitatus ex certo numero feudorum Equeſtrium, & de titulo *Pares Comitum* ex illa æſtimatione, mere vana ſunt. Plura mox de ipſis dicemus, ubi de Baronibus. Hic tantum addo nullius curiæ inſtrumenta, quæ vidi hactenus (quanquam ſæpiſſimum Comitatuum mentionem faciant) tale quid vel innuere. Diſerte legimus, quod quidam Magni viri habuerint plures quam viginti feuda equeſtria, attamen nemo exiſtimet quod poſſederint Comitatus. Quando honorariæ poſſeſſiones Comitis vel Comitatus redierunt ad Regem per confiſcationem, ſeu aliter, ab aliis regni terris diſtinctæ fuerunt, per appellationem *Honores Comitum* in cenſualibus tabulis. Et quando novus creatus eſt Comes in ejusmodi Comitatum qui ad Regem redierat, poſſeſſiones illæ ſub nominibus *Honor, Comitatus* ipſi traditæ ſunt. Et ſi Comes eſſet conſtituendus in Comitatum nondum cognitum, tum addi ſolebant poſſeſſiones in Creatione, ut ſic pariter Comitatus erigeretur. Colligere iſta poſſumus ex antiquis Creationibus ſupra adductis, hic quoque exemplum unum vel alterum addere libet. Sub *Wilhelmo I.* nullus fuit *Staffordiæ* Comes, nihilominus *Honor Comitum* ſic nominatur in *Domesday*. *In Burgo* de Stafford *habet* Rex *in ſuo Dominio XVIII. Burgenſes & VIII vaſtas manſas. Præter has habet Rex ibi XXII. manſas de* Honore Comitum. *Harum quinque ſunt vaſtæ, aliæ inhabitantur* --- Rogerus Comes (erat tum *Arundeliæ* Comes & *Shrewsbury*) *habet tres manſas, quæ jacent ad Halam. Ipſe Comes habet intra murum XXXI. manſas. Et his X ſunt vaſtæ.* Hugo *filius ejus tenet de Comitatu V. manſas, & pertinent ad* Gurvelde. Robertus *de* Stafford *habet XIII. manſas* de honore Comitum, *& pertinent ad* Bradley. *Ex his IV. ſunt vaſtæ.* Willielmus *filius* Auſculfi *habet de* Comitatu *IV. manſas quæ pertinent ad* Pennam *Manerium Comitis. Ex his una tantummodo eſt hoſpitata.* Et in *Hovedeno* legimus quod *Richardus I.* dederit Comitatum *Gloceſtriæ* fratri ſuo *Johanni* poſtea Regi Angliæ, una cum *Iſabella* quæ fuit filia & cohæres *Wilhelmi Gloceſtriæ* Comitis. Quæ fuerit indoles & conditio iſtius Comitatus tum temporis apparet ex *Rot. mag.* 1. *Ric.* 1. *Rotul. Honorum* illa ipſa ætate ſub titulo. *Honor Comitis Gloceſtre.* *Hugo Bardulf* (inquit Rotula) *reddit compotum*

Vid. Camd. Brit. pag. 588. de Nigello de Albenie qui 120. feoda militaria tenuit ſub Henr. I. Sed innumera ejusm. teſtimonia habentur apud Alexandrum Salopeburienſem in lib. rubro Scaccarii & vid. infra §. 17. 18.

tum de XLII. Libris XIII. ſolidis & ſex denariis de veteri firma Honoris Comitis Gloceſtriæ. *Et idem de CCC LXX libris & XVIII. ſolidis & IX denariis de firma Maneriorum ejuſdem* Honoris *de tribus partibus anni antequam Rex daret eundem* Honorem Johanni *fratri ſuo. Et de XXXII. libris de tertio denario Comitatus de dimidio Anno.* In eadem rotula ſub titulo *Lancaſtriæ* (cujus Comitatus tum quoque traditus eſt Domino *Johanni*) dicunt quinquaginta libras ipſi ſolvendas fuiſſe *de quarta parte anni; & a modo totum.* Sic & alia plura reperiuntur de natura & æſtimatione antiquorum Comitatuum in hiſtoria & rotulis. De Tenura eorundem Comitatuum hic addam exempla quædam ex annalibus *Johannis* Regis. *Comes Eſſex Pleſſetum* (tenet) *cum honore Comitis per LX. milites. Comes Albricus* (*Oxoniæ* Comes) *tenet* Hengham *cum Honore per XXX. milites*, & ſic alia. Primaria ſedes ſeu Caſtellum, quod ſic tenuerunt, vocabatur a *Caput Comitatus.* Hoc ſenſu *Comitatus integer* eſt pro Comitatu toto in *magna Carta cap. 2. & apud Bracton. lib. 2. cap. 36.* & alibi. *Servitium quartæ partis unius Comitatus* etſimil. occurrunt eodem ſenſu pro miniſterio ex quarta parte Comitatus præſtando *Ex. 30. Edvard. 1. n. 30. Suſſex.* Poſt mortem uniuscujusque Comitis ejusmodi honorarias tenentis poſſeſſiones (quæ conſtituerunt ipſi9 Comitatum) hæres ejus, ſi majorennis fuiſſet, Centum ſolvit libras pro relevamento, ut innoteſcit ex Magna Charta, ante quam Chartam, & ſi hoc & illud *Baronis* dicuntur ibidem *antiquum Relevium* (qualia fortaſſis fuerunt ſveta conſtitutione de qua infra §. 18 diu ante magnam Chartam; & intelligi poſſunt in illis Legum *Henrici I.* apud *Matheum Pariſienſem* verbis, *juſta & legitima releviatio*) attamen ambo nondum quoad praxin fuerunt reducta ad certitudinem quandam, donec Charta iſta plene confirmata eſt. Et ſi moreretur quiſpiam plures poſſidens Comitatus, hæres ipſius pro unoquoque ſolvit Comitatu relevamentum centenarum librarum ſigillatim; & ſic proportionate pro Comitatus cujusque partibus.

Inquiſ. temp. Joh. R. in lib. rubro Ms. Scaccar. fol. 15. b.

Malmesb. no-bell. lib. 2. pag. 184. ed. Franc.

Bracton. lib. 2. cap. 34. §. 1. fol. 76.

Vide autorem quem Glanvillam dicimus, lib 9. cap. 4. Eſcaetr. 47. Henr. 3. n. 17.

Addimus hic de Comitatibus iſtis & relevamentis maxime obſervatu digna teſtimonia ex Rotulis. Sub *Henrico III. Johannes de Pleſſetis* erat *Comes Warvici* quoad viveret, reliqua pertinebant ad Amitam ejus *Alicæ* uxorem *Wilhelmi Maudit* Baronis in *Hanslap* tanquam feudum: hæc enixa eſt *Wilhelmum Maudit*, & deinde mortua, ſicut

ſicut etiam *Johannes de Pleſſetis* mortuus eſt. Filius *Alice Wilhelmus* hæres factus eſt Comitatus, ſolvitque ut hæreditatis certus eſſet Fiſco Regio in relevamentum centum libras, ſicque ipſi traditus. *Rex cepit homagium* (Annales ajunt) *Willielmi Maudit de* Hondlep *de Caſtro, Honore, Manerio de* Warwicke *& Manerio de* Breiles *& de omnibus aliis terris & tenementis de quibus* J. de Pleſſetis *quondam Comes* Warwicke *obiit ſeiſitus tanquam pertinentibus ad Honorem Comitatus* Warwicke *& quæ ad dictum* Willielmum *jure hæreditario debent pertinere, & ei Caſtrum, Honorem, Maneria, terras & tenementa reddidit. Et mandatum eſt* Willielmo de Weylond *Eſcaetori citra* Trentam, *quod acceptâ à prefato* Willielmo *ſecuritate de C. libris Regi* Reddendis *ad Scaccarium pro Relevio ſuo eidem* Willielmo &c. *plenam &c. T. IV. die Aprilis.* Huc etiam adduci meretur *Johannes de Bohun Eſſexiæ & Herefordiæ Comes*, quoniam explicat naturam Honorariarum poſſeſſionum & relevii ſolutionem tum pro iſta tum pro aliis dignitatibus quibusdam. *Johannes de Bohun* (filius & hæres *Humfredi de Bohun* Comitis *Eſſexiæ & Herefordiæ* citatus eſt ærarium ſub initia *Edvardi III.* ut reſponderet de reliviis debitis ex hæreditate ipſius Paterna, *venit per* Richardum *de* Ty (verba ſunt rotuli) *attornatum ſuum & dat Domino Regi CCLI. libras II. ſolidos III. denarios pro* Relevio *predicti* Humfredi *patris ſui de terris & tenementis predictis, videlicet C. libras pro Comitatu* Eſſex, *C. libras pro* Comitatu Hereford, *XXII. libras IV. ſolidos V. denarios ob. pro tertia parte Feodorum quæ quondam fuerunt* Adæ de Portu *qui eadem feoda tenuit per Baroniam; XXII. libras IV. ſolidos V. denarios ob pro tertia parte honoris de* Breghnok *qui honor tenetur de Rege per Baroniam (& quæ quidem duæ Baroniæ* Adæ de Portu *&* Breghnok *quondam fuerunt* William de Breaus *anteceſſoris prefati* Humfredi *patris ſui inde ut dicit) & X. Marcas pro tertia parte quinte partis* Comitatus Mareſcalli, *quæ quidem* Comitatus Eſſex *&* Hereford, *tertiam partem feodorum, tertiam partem Honoris & tertiam partem quinte partis* Comitatus Mareſcalli *dicit prefatum* Humfredum *avum ſuum tenuiſſe in Capite die quo obiit de predicto avo Regis nunc. Requiſitus dictus* Johannes de Bohun

Orig. 47. H. 3. membr. 6. in Scaccario & Rot. Fin. ejusdem anni membr. 8.

Comm. Paſch. 6. Ed. 3. Rot. 10.

quæ caſtra, villas, maneria, terras & tenementa dictus Humfridus *avus ſuus habuit & tenuit ſigillatim die quo obiit de Comitatibus* Eſſex, Hereford, *feodis, honore &* Comitatu Mareſcalli *prædictis, dicit & cognoſcit quod dictus avus ſuus tenuit de dicto* Comitatu Eſſex *Caſtrum & Villam de* Plaſeys/ *manerium de* Walden/ Depeden/ Waltham/ *Alla* Eſtre & Northamſtede *in Comitatu Eſſex*, *Maneria de* Kymbanton/ & Wereſſe *in Comitatu Huntingdon*, *Manerium de* Agmodesham *in Comitatu Buckingham*, *Manerium de* Enfeld *in Comitatu Middleſex*, & *Manerium de* Walton *in Comitatu Surrey*, *quæ Caſtrum Villa & Maneria aliquando fuerunt de Baronia* Willielmi de Mandevil, *quondam Comitis* Eſſex, & *de dicto Comitatu Hereford Manerium de* Wrokesley *in Comitatu* Wiltes *Manerium de* Whyteherſt *in Comitatu Glocestre*, *Caſtrum de* Caldecote/ & *villam de* Newton *in Wallia*, & *ſimiliter Maneria de* Fobbings/ Shenefeld/ Queeneden & Farnham *in Comitatu Eſſex*. *Quæ quidem maneria de* Fobbings/ Shenefeld/ Queenden & Farnham *dicit prædictum Regem Edwardum avum dediſſe præfato Humfrido avo in Eſcambium pro Caſtro & terra de* Harford *in Wallia, quæ caſtra & terra de* Harford *prius fuerunt particula ejuſdem comitatus Hereford, & de Baronia comitatus Hereford, quæ quondam fuit* Humfridi de Bohun. *Et de dictis feodis quæ fuerunt* Adæ de portu, *Caſtrum & terras de* Hain/ *Caſtrum & terras de* Huntingdon/ & *villam de* Kniton *in Wallia*; & *de prædicto honore de* Breghnok *Caſtrum & terram de* Breghnok *in Wallia*; *ac etiam quod idem avus ſuus tenuit Medietatem Manerii de* Crondon *in comitatu Buckingham per Servitium dictæ tertiæ partis quintæ partis dicti comitatus Mareſcalli. Et ſervitatis rotulis &c. ſuper onerationem relevii anteceſſorum* Humfridi de Bohun, *patris prædicti* Johannis de Bohun &c. *Compertum eſt in magno rotulo de anno* XII. *Regis* Edwardi *Avi Regis nunc in Eſſex* Hereford, *quod* Humfridus de Bohun *quem dictus* Johannes de Bohun *dicit fuiſſe anteceſſorem ſuum alias oneratus fuit conſimili modo de relevio ſuo pro prædicta Baronia de* Mondevil, & *Baronia* Comitis Hereford *ac tertia parte quintæ partis* Comitatus Mareſcalli. *Et quod idem* Humfridus de Bohun oneratus fuit *ibidem de* L. *Marcis de relevio ſuo pro tertia parte feodorum quæ fuerunt* Adæ de Portu & *de* L. *Marcis pro tertia parte honoris de* Breghnok & *ſic de majori ſumma quam prædictus* Johannes de Bohun *onerantur inde ad Præſens, & quod Relevium prædictum oneratum fuit tanquam pro tertia parte Prædictarum Baroniarum*

ante-

ante confectionem magnæ Cartæ, *de libertatibus Angliæ, quo tempore Relevium pro Baronia aſſeſſum fuit ad C. libras & poſt confectionem ejuſdem Cartæ ad C. Marcas tantum, juxta quarum C. Marcarum ratam, prædictus* Johannes de Bohun *onerantur ſuperius de relevio dicti avi ſui pro partibus dictarum Baroniarum* Adæ de Portu & Breghnok *prædictis. Quæ quidem duæ Baroniæ poſt deceſſum dicti* Willielmi de Breaus *deſcenderunt jure hereditario tribus filiabus & hæredibus ipſius* Willielmi, *videlicet,* Matildæ *primogenitæ filiæ quæ nupſit* Rogero de mortuo mari, Evæ *ſecundæ filiæ quæ nupſit* Willielmo de Cautilupo, & Alianoræ *tertiæ filiæ quæ nupſit* Humfrido de Bohun *anteceſſori prædicti* Johannis de Bohun, *quorum hæredum nomina plerum annotantur in Magno rotulo de anno XXXVIII. Regis* Heinrici *tertii in* Hereford *ubi iidem hæredes onerantur de feodi dicti* Willielmo de Breaus. Verum apparet deinde quod habuerit integram Baroniam de *Breghnok*, ſolvitque pro illa C. Marcas, & pro reliquis, quomodo prius obtulerat. Multa hiſtoriæ hujus pluribus de cauſis obſervare prodeſt. Illud autem quod dicitur de alia æſtimatione relevamenti pro Baronia anno XII. *Edvardi I.*, & videtur innuere tempus ante confectionem Magnæ Chartæ, intelligendum eſt (prout exiſtimo) ac ſi putaret confirmationem & deſcriptionem (quam exemplificationem dixere) Magnæ Chartæ *Henrici III.* anno XXV. vel XXVIII. *Edvardi I.* (eſtque inſtrumentum illud per quod habemus *Henrici III.* chartam hodienum) eſſe illam ipſam Chartam Magnam, & relevia, quæ inibi leguntur, non fuiſſe certa atque ſic in praxin deducta usque ad illud tempus. Verum quicquid ſit, certiſſimum eſt, quod quicquid habemus in Magna Charta, fuit, prout nunc legimus, conceſſum non tantum *Henrici III.* ætate, verum etiam ſub *Rege Iohanne*, ut videmus apud *Matthæum Pariſienſem, Rogerum de Wendover* & alios. Vidi etiam & uſus ſum aliquando autographo quod a *Johanne* Rege ſignatum erat.

Sub *Edvardo* etiam III. *Thomas de Beauchampe, Warwici* Comes filius & hæres *Guy* (Gvidonis) Comitis *Warwici* filii & hæredis *Wilhelmi de Beauchampe* Comitis *Warwici* per *Robertum* de *Aſton* ſuum Atturnatum in Ærario *cognovit dictum Willielmum* (ut Rotulæ a habent) *tenuiſſe de Rege in Capite die quo obiit Caſtrum, & Honorem, & Maneria de* Warwicke & Brailes, *cum pertinentiis, per Comitatum & nomine*

a *Comm. Mich. 14. Edw. 3. Rot. 8. ex parte Rem. Theſ.*

nomine Comitis Warwicke *& dat Domino Regi C. libras pro relevio predicti Guidonis, inde asserens Comitatum illum quondam fuisse Willielmo Maudit de* Hamslape *antecessoris sui,* qua de causa perquisiverunt rotulas priorum temporum, & invenerunt illam XLVII. *Henrici tertii* ante citatam. Verum hoc relevamentum cum aliis abrogatum est autoritate Parlamenti sub eodem Rege, cujus ætate (inquisitione facta in Ærario ob relevamentum exigendum ab *Henrico* Comite *Lancastrensi* filio & hærede *Henrici* Comitis *Lancastrensis. Com. Hill. 25. Ed. 3. Rot. 4. ex parte Rem. Thes. & Hill. 6. Edw. 3. Fines*) invenerunt, quod a Patre ejus requisiverint relevamentum quinquaginta librarum, *pro Honore, villa & Castro de Leycestre qua quondam fuerunt Simonis de Monteforti , videlicet pro medietate Hæreditatis qua quondam fuit Roberti de Melan quondam Comitis Leycestriæ* & centum Marcarum pro Baroniæ Vicecomitis in *Northumbria*, & centum librarum *pro Comitatu Lancastriæ , & de C. libris pro Comitatu Derby integro.* Ideoque nunc ab ipso eadem requisita sunt, iisdem honoribus ad eum a Patre ejus descendentibus.

14. Edw. 3. Stat. 1.

Sunt & alia exempla ejusdem generis Comitatuum, ex Castellis, oppidis & agris constitutorum. Verum annuus proventus seu Creationis pecunia, ubi expresse addita est *sub nomine & honore Comitis,* adjudicata est magna ex deliberatione circa Comitatum in magna Charta, atque hac de causa relevamentum C. librarum solutum est, *Wilhelmus de Ufford* Comes *Suffolciæ* citatus sub *Edvardo III.* ut responderet de relevamento suo in ærario, exhibet primo diploma quo Pater suus creatus erat anno XI. ejusdem Regis, qui dedit ipsi in eodem diplomate, juxta conditionem ejus in Comitatu *XX. libras sub nomine & honore Comitis Suffolk de firma sive exitibus Comitatus Suffolk,* promittitque velle se solvere relevamentum prout Curia sit pronunciatum. Ostendit porro duabus circiter post Creationem Septimanis Regem dedisse Patri suo varias possessiones Mille Marcas annuatim proferentes, sub Tenuris variis, *ut idem comes statum & honorem Comitis decentius continuare & melius manu tenere ac onera tanto honori incumbentia valeret facilius supportare.* Deinde (pergit Rotulus) *super premissis inter Cancellarium Angliæ, Thesaurarium, Barones Scaccarii & Ju-*

Inſticiarios de utroque Banco, Concordatum eſt & Conſidentum quod prafatus nunc Comes oneretur verſus Regem de C. libris pro relevio ſuo pro prædictis XX. libris quas Prædictus Robertus *nuper Comes pater ſuus percepit & idem nunc Comes percipit annuatim de firma ſive exitibus dicti comitatus* ſuffolk *ſub nomine & Honore comitis* ſuffolk, *tanquam pro Comitatu integro.* De aliis vero ſuis terris ſolvit tantum juxta tenuras ex iſtis reſervatas. Idem pronunciatum fuit ſub *Henrico IV.* in cauſa *Edvardi* Comitis *Cantabrigienſis*, filii & hæredis *Edmundi de Langley*, qui creatus eſt *Cantabrigiæ* Comes ab *Edvardo III.* In diplomate ipſius aſſignatæ ſunt ipſi XX. libræ annuatim (juxta conditionem ipſius in Comitatu) *ſub nomine & honore Comitis Cantabrigiæ &c.* Hoc oſtenſo a Comite *Edvardo*, pollicetur pariter ſe ſolvere velle relevium, prout Curia juſſerit. Inde ſimili conſilio inſtituto, ut in Cauſa Comitis *Suffolciæ, viſisque* (ut habet rotulus) *aliis recordis hujus Scaccarii per eosdem, ſuper oneratione conſimilis relevii in eodem caſu*, par dicitur ſententia, ut ſupra citatum ex illo *Suffolciæ* Comitis.

Comm. Hill. 7. Henr. 4 Rot. 2.

Cart. 26. Ed. 3. num. 8.

Verum ſeculis his recentioribus ubi conceſſio annuæ penſionis ſeu creationis pecuniæ facta eſt absque verbis *Sub nomine & honore Comitis*, ac ſolum cum verbis, *ut honorificentius dignitatem ſuſtineat*, vel ſimilibus, hæredes Comitum ſic creatorum non ſolvunt relevia iſtarum annuitatum ſicuti pro Comitatibus vel aliter, ſed tantum juxta tenuras aliarum ſuarum poſſeſſionum a absque relatione ad Comitalem dignitatem ſuam. Quamquam revera aliquando hæredes & qui non habuerunt creationis pecuniam ſibi aſſignatam cum additione verborum *ſub nomine* &c. erroneè cauſam ſuam egerint, exiſtimantes, quod tali ratione anteceſſoribus ſuis fuerit adſcripta dum crearentur, ac ideo inconſideratè ſumtus b fecerint ſolvendo centum libras in relevium, non aliter quam acſi revera iſta verba in ſuis exſtitiſſent diplomatibus.

a *Vide Comm. Tr. 13 Iacob. Caſ. Fr. Comitis Rutland.*

b *Comm. Mich. 11. H. 7. Rot. 4. Caſ. Georg. Comitis Kantii. Diploma Fero quo creatus eſt pater ejus Edmundus, Habetur Cart. 5. Ed. 4. num. 18.*

Cum his Comitum relevamentis jungimus antiquam *Wilhelmi I.* legem unde patet quam diſtincta illo fuerint tempore, ab illa conſtitutione Magnæ Chartæ poſtmodū introductæ *De relief al Count (inquit Lex Guil. 1. c. 22. in not. ad Eadmer. pag. 180. & vid. Glanvil. l. 9. c. 4.) q; al Rei aſiert, VIII. Chevelz ſelez e enfrenez, IV. Halbers, e quatre Haumes, e IV. Eſcuez, e IV. Laūces, e IV. Eſpes, les altres IV. Chaceurs, e Palfreis a freins e a Chevaſtres.*

veſtres. Tranſcribo ſicut invenio, quanquã obſcura inibi ſint quædã, nec a me interpretanda. Videmus tamen Relevamenta Comitum ſolvenda fuiſſe vel armis vel equis utplurimum. Fortaſſis lex iſta perſeveravit & relevamenta ſic legitime reddita ſunt (quanquam & aliquando de pecunia tranſigeretur, unde incertitudines & propterea, nonnunquam magnæ exactiones factæ) in armis usque ad XVII. *Henrici II.* Tum enim per adjudicationem ſeu definitionem armorum ſtatutum eſt, quæ unusquisque habere debeat arma; & quod ex cujusque Equitis feudo Lorica, Galea, Scutum & Lancea ſervanda eſſent. Et ſi Tenutarius, ejusmodi arma habens, moreretur, arma iſta relinquenda forent ipſius hæredi ſi majorennis eſſet: ſin minus, tutor ejus virum alium in miniſterium Regis armare tenebatur, donec hæres annos conſequeretur plenos, atque tum ipſi reſtituere. A vero non abhorret, quod occaſione hujus legis relevamenta in pecuniam transmutata fuerint. Arma enim poſt Aſſiſam non amplius erant adimenda, ſed ſervanda hæredibus. Lex etiam, uti videtur, extenſa eſt ad Comites & Barones, quorum Comitatus & Baroniæ fuerunt ſolummodo Equeſtria feuda, poſſeſſa in capite, quanquam non ſub certo numero, ut docebitur §. 18. ubi etiam plura de relevamentis Baronum antiquis, & his lucem offundentibus; præſertim hoc in ſcrupulo, cum dicitur Relevamentum feudi equeſtris fuiſſe certum, Relevamentum vero Comitatus ex feudis equeſtribus compoſiti, admodum fuiſſe incertum.

27. Henr. 2. apud Roger de Hoveden pag. 350. Edit. Lond.

XII. Præter poſſeſſiones ſeu bona ex quibus conſtiterunt eorundem Ducatus & eminens poteſtas, qua uſi ſunt utplurimum in Comitatibus ſuis ratione iſtarum poſſeſſionum, fortaſſis poterit colligi, habuiſſe ipſos & talem quandam poteſtatem temporibus antiquiſſimis in Comitibus ſuis, ac ſi fuiſſent legitimi Gubernatores eorum ſub Rege. Hiſtoria *Leulfuni* & *Leodwini* ſub *Walkero* Epiſcopo *Dunelmenſi* (& ſicut dicitur) Comite *Northumbriæ* tempore *Wilhelmi I.* poteſt aliquomodo pro affirmativa facere. Et cum *Rogerius* de *Montgomery* factus eſt Comes in *Shrewsbury* ab eodem Rege, ipſe comitatus ejus arbitrio ſubditus eſt. *Warino Calvo corpore parvo* (ait *Odericus Vitalis* de iſto Comite) *ſed animo magno* Aimeriam *nepotem ſuam & præſidatum* Scrobesburiæ *dedit per quem Gualos alioſque ſibi adverſantes fortiter oppreſſit, & provinciam totam ſibi commiſſam pacifi-*

Rog. de Hoveden. Annal. Part. 1. pag. 558. Ed. Fr. hiſt. Eccleſ. l. 3. pag. 521.

pacificavit. Gulielmum *cognomento* Pantulfum, Picoldum, *atque* Corbatum *filiosque ejus* Rogerum & Rodbertum *aliosque fideles fortissimosque viros Comitatui suo præfecit, quorum sensu & viribus benignissimè adjutus inter maximos optimates maximè efflоruit.* Illa etiam verba de *Cornubia* Comite habuit *amplissimum sub Rege Principatum,* vel *Principatu Dominatum* sub Rege *Stephano,* & de pluribus aliis huc referri possunt. In specie vero quod narratur de *Wilhelmo Fitz Osberne* Comite *Herefordiense* sub *Wilhelmo I.* Videri potest quod Leges sanciverit in Comitatu suo, observatas illic etiam post mortem ipsius. Sic enim loquitur de ipso *Wilhelmus Malmesburiensis* ipsius liberalitatem deprædicans, & indulgentiam in milites suos, quos aluit in defensionem Marcarum *Walliæ. Factum est ut militum multitudine quibus largas stipendia dabat, hostium aviditatem arceret, civium sedulitatem haberet. Quare pro effusis sumtibus, asperrimam Regis offensam incurrit quod gazas suas improvide dilapidaret. Manet in hunc diem in Comitatu ejus apud* Herefordum, Legum *quas statuit* inconcussa firmitas *ut nullus miles pro qualicunque commisso plus septem solidis solvat; cum in aliis provinciis, ob parvam occasiunculam in transgressione præcepti herilis, viginti vel viginti quinque pendantur.* Lex ista de mulcta militum in Comitatu isto perseveravit usque ad *Malmesburiensem,* ad minimum, vixitque iste sub *Henrico I.* Sic *Administratio Comitatus* legitur apud *Hovedenum.* Verum non existimo probare ista hisque similia loca, quod habuerint Comites illorum temporum, quatenus Comites, aliquam potestatem seu jurisdictionem in Comitatibus se denominantibus. In possessionibus seu Comitatibus suis gavisi sunt jurisdictione ejusmodi atq; privilegiis aliis, qualia acceperunt ex Regis concessione, & præterea, ejusmodi potestate, qualem ipsis amplitudo possessionum suarum ac numerus inquisitorum solummodo attulit. Aliter vero non puto quemquam habuisse inde a Normannorum tempore. De testimoniis supra adductis & contrarium probare visis existimo observandum, quod *Walcherus* Episcopus *Dunelmensis* (si fuit *Northumbriæ* Comes) extiterit etiam *Sheriffus,* quem alias ViceComitem dicunt. Habuit *Curam Comitatus Northimbrensium,* uti supra dictum. Et aliquis *Gilbertus* ipsius agnatus fuit ejus Sub-Scheriffus; Sic intelligo *Hovedeni* verba, *Gilberto, quia suus propinquus erat, Comitatum Northimbrensium sub se re-*

Gesta R. Stephan pag. 950.

De gest. Reg. lib. 3 pag. 105.

Sub initio Regis Iohannis.

gendum commiserat. Videtur etiam quod executus fuerit ejusmodi potentiam qualis ad Sheriffum in Comitatu pertinet. Et si revera fuit Comes, minime tamen dubito quod etiam Sheriffi munus singulari indultu acquisiverit, sicuti & alii quidam Comites temporibus istis acquisiverunt antiquis. Inde namque recte intelligitur, quod de *Rogerio* Comite in *Shrewesbury* narrant. Nam & ipse habuit officium Sheriffi in *Shropshire*, atque sub ipso quasi sub Sheriffus videtur fuisse *Warinus* cui demandata fuit æque militaris defensio ac gubernatio Civilis Comitatus seu Sheriffiatus. Nam in illis *Orderici* verbis existimo *Provinciam* notare Sheriffiatum, & *Comitatum* notare ejus *Earldom* seu honorariam possessionem. Nam isti quinque, quibus ipsius *Comitatus* (*Orderico* teste) fuit commissus (*Wilhelmus Pantolf*, *Picot*, *Corbet*, & duo ejus filii) erant in Comitatu Comitis hujus maximi Tenutarii agrorum, qui admodum ampli ibidem erant; ac per census suos personaliaque ministeria (legere enim malo *quorum censu & viribus*, non *sensu*) ita adjuvarunt ipsum in suo regimine ad ipsum tanquam Sheriffum pertinente, ut fecerint magnitudinem ipsius æqualem illis quæ *Ordericus* narrat de ipso. Omnes nominantur in libro *Domesday*, ubi & eorundem possessiones enumerantur. *Rogerius Corbet tenet de Comite* &c. Sic *Willielmus Pantulf*, *Rogerus filius Corbet*, & *Rotbertus filius Corbet* habent loca distincta & possessiones sub titulo *Terra Comitis Rogerii*, tanquam ejus Tenutarii. Pro *Picoldus* vero legitur in *Domesday*, *Picot*; illi quoque *alii fideles fortissimiq; viri* ibi pariter nominantur, ut *Walchelinus*, *Turold*, *Helgot*, *Hugo F. Turgisi*, *Gerardus*, *Nigellus*, &c. Jam ergo quod fuerit Sheriffus Comitatus eodem tempore, disertis probatur verbis ex infallibili autoritate *Domesday*: *Ipse Comes Rogerius* (verba sunt libri) *tenet de Rege Civitatem* Scirepesberie *& totum Comitatum* (Comitatus hic notat Sheriffiatum (*county* vel *Sherifwik* anglice) nam ejus *Earldom* aliter illic indigitatur inter amplas ejus possessiones ibidem enumeratas) *& totum Dominium quod Rex Edvardus ibi habebat cum XII. Mansis quos ipse Rex tenebat cum XLVII.* Berwichis, (id est, villis aut similibus) *ibi pertinentibus. Et alios XI. Mansos habet idem Comes in eadem Scyra. Inter totam, id est, Civitatem & Mansos & Hundreda, & placita Comitatus* (ista verba docent officium Sheriffi) *reddit CCC. libras & CXV. solidos de firma.* Neque huic adversatur, quod

In Scyropscyre Terra Comitis 4.

qui-

quidam *Raynaldus*, ſupra cujus nomen *Vicecomes* ſcriptum legitur, in eodem libro (æque antiquo charactere ac quo totus liber conſcriptus eſt) legatur ibidem in *Shropshire* eodem tempore. Poteſt eſſe tantum agnomen viri. Nam agnomina ibidem ſatis ſunt frequentia. Vel denotare poteſt aliquem Sheriffum alterius Comitatus, vel etiam virum qui munia Subsheriffi ſub ipſo executus eſt. Nam & hic *Raynaldus* fuit ex Tenutariis ejus & quidem inſignis. Et quicquid ſit, manifeſtum eſt ex illo quod adduximus e libro *Domesday*, quod ipſe Comes fuerit Sheriffus, atque inde recte intelligitur quod de Scyræ gubernatione narrat *Ordericus*; ut & illud de Comitatu *Cornubiæ* & aliis, niſi velis Principatum & Dominatum denotare ſolummodo poteſtatem, quam Comes habuit in Tenutarios agrorum ſuorum vel Comitatus ſui ibidem. Neque Lex Comiti *Fitz-Osberne* in *Herefordia* Shira aliter interpretanda quam de conjunctione dignitatis Comitalis cum officio Sheriffi (prout mos illius temporis ferebat) per accidens in eadem perſona. Lex quoque quam *Malmesburienſis* ipſi attribuit, acſi propria eam confeciſſet autoritate, cura ejus potius (me judice) conſtituta eſt in Comitatu illo. Atque ſic vulgari ſermone *Lex* dici potuit, haud tamen aliter, quam quomodo hodie decreta illa anno decimo *Henrici* ſeptimi in *Hibernia* vocantur *Poyningi* decreta; quoniam *Edvardus Poyning* tum fuit Prorex *Hiberniæ*, cum iſta in Parlamento ibi ſancirentur. Et ſane ſufficiens cauſa ſuberat, ut amans militum qui cum ipſo erant, tanquam cum Sheriffo, in defenſionem Marcarum hanc induceret legem, vel ſaltem procuraret mitigationem conſvetudinis, quæ erat in *Herefordia* antequam hic Comes fieret. Nam quodvis crimen pacem Regis hic infringens mulctabatur non paucioribus quam libris quinque, quicunque tandem malefi-cus eſſet; ut clare apparet ex libro *Domesday*, cui inſertæ ſunt antiquæ conſvetudines illic obſervatæ ante *Normannorum* ingreſſum. *Hovedenii* denique verba; *Adminiſtratio Comitatus*, interpretanda ſunt de *gubernatione & poſſeſſione* Comitatus *Earldom*, non vero *Shiræ*, niſi fortaſſis exceperis caſum Comitis Palatini, ubi denominatio Shirarum vix aliquomodo diverſa fuit ab eorum Comitatibus. Sed de his plura §. proxime ſequenti. Et ut finiamus hanc diſputationem, manifeſtum eſt ex Legibus & rotulis priſcorum temporum, quod

Sheriffi Comitatuum tenuerint eorundem regimen atque cuſtodiam, non vero Comites (niſi Palatini eſſent) exceptis caſibus ubi Sheriffiatus cum eorum dignitate conjuncti fuerunt.

XIII. Primaria *inveſtitura Ornamenta* dum creantur Comites, vel honoraria ornamenta, quæ commemorantur in eorundem Diplomatibus, & ad eos pertinent, acſi illis induti fuiſſent, cum inveſtirentur, (ſolennia enim creationum, recentioribus præſertim ſeculis ſæpiſſime omittuntur; ac eorum ſupplet locum Diploma ad ipſo. miſſum, vel ipſis traditum coram) cognoſci poſſunt ex ſuperius allegatis Diplomatum formulis variarum ætatum. Cinctura *gladii, Pileus honoris & corona* (vocata *circulus aureus*) occurrunt in diplomatibus inde ab *Edvardo VI.* & adhibentur hodienum (quandocunque Regi placet ſolennia Creationis perficere) præter veſtes ab aliis ſatis deſcriptas. Inde vero a *Johanne* usque ad *Edvardum* VI. dicitur inveſtitura (quantum obſervavi) facta fuiſſe *per cinſturam gladii* ſolum; & in quibusdam exemplis (qua dixi) nulla omnino ornamentorum ad inveſtituram mentio facta eſt. Repete hic §. 7. ex *Bractono* adducta de Comitum nomine. In aliis tamen teſtimoniis bonæ fidei reperitur & *cinctum gladii* (quanquam in creationis diplomatibus non commemoretur) antiquior *Johanne* Rege, & *corona* ceu honorarium Comitis ornamentum diu fuiſſe in uſu ante *Edvardum* ſextum. De *Pileo* exiſtimo illum ſemper comitatum eſſe Coronam. Igitur de *gladio & corona* ſolis nunc in ſpecie. Prima mentio inveſtiti Comitis per Cincturam gladii eſt in *Richardo I.* creante *Hugonem de Puſaz* Epiſcopum *Dunelmenſem* in Comitem *Northumbriæ*. *Rogerius* de *Wendover* Ms. & *Matth. Pariſ. ſub init. Richardi Primi* ſic recenſent. *A Rege gladio Comitatus accinctus nomen ſibi Comitis uſurpavit. Quo gladio accincto, Rex cum cachinno aſtantibus dixit; Iuvenem feci Comitem de Epiſcopo veterano.* Et quanquam cincturæ hujus non inveniamus memoriam antiquiorem, fuit tamen, ſicuti hinc patet, conſvetudo tum temporis bene cognita, nec uſurpata tanquam nova ceremonia. Neque inveſtiendi tantum fuit ceremonia tempore creationis (uti hodie,) verum & confirmationis ſeu traditionis Comitatuum in hæredibus. Hinc phraſis *Hovedeni, Accingere gladio Comitatus Patris ſui*, cum loquitur de *Richardo I.* confirmante *Robertum* de *Bretvil* filium & hæredem *Roberti* Comitis *Leiceſtrenſis*

2. *Rich. 1. pag.* 687 *ad. Franc.*

Brenſis in Comitatu iſto. Teſtatur idem formula Regis *Iohannis* ante inſerta ad *Wilhelmum* Comitem in *Darby*. Hic addimus ſingulare exemplum ex eadem ætate duorum Comitum, videl. *Willielmi* Comitis in *Strigvil* ſeu *Pembrok* & *Geoffery Eſſexiæ* Comitis. *Pembrokius* certe ni fallor tum fuit Comes Palatinus. Non tamen obſervavi differentiam inter inveſtituram & ornamenta Comitis Palatini & aliorum apud nos, niſi in Comitibus *Ceſtriæ* poſtquam inveſtitura eorum confuſa ſeu mixta eſt cum Principatu *Walliæ*, qui communiter in creatione annectitur, ut ſupra oſtenſum. *Die Coronationis ſuæ*, inquit *Hovedenus*: *Iohannes Rex accinxit Willielmum Mariſcallum gladio Comitatus de Strigvil & Galfredum filium Petri gladio Comitatus de Eſſex; qui licet antea vocati eſſent Comites & adminiſtrationem ſuorum Comitatuum habuiſſent, tamen non erant accincti gladio Comitatus. Et ipſi illa die ſervierunt ad menſam Regis accincti gladiis.* Hæc narratio docere tantum poteſt confirmationes factas poſt vel intuitu traditionis per cincturam gladii, non vero quod tum demum creati fuerint, ut nonnulli erronee opinantur. Dicit enim autor & antehac fuiſſe Comites appellatos, nec non rexiſſe Comitatus ſuos, unde exiſtimo factam fuiſſe poſſeſſionis aſſignationem per traditionem ſeu *ouſtre le maine*. Verum Ceremonia inveſtiendi hæredes æque ac noviter creatos non ante confirmavit illos. Manifeſtum etenim eſt, quod iſte *Willielmus* Comes *Pembrokii* factus fuerit Comes uxoris ſuæ *Iſabellæ* (prout Lex tum ferebat in ſimplici feudo Comitatuum) filiæ & hæredis *Richardi Strongbow* proximi ante ipſum Comitis, unde hic titulus & regimen fuit in ipſo ante *Iohannis* Regis Coronationem aut ſuam, ab iſto Rege factam cincturam gladii. Sic & alter ille *Eſſexius* Comes fuit jure uxoris ſuæ *Beatricis*, quæ fuit hæres *Wilhelmi* de *Mandevil*, qui Comes *Eſſexiæ* mortuus erat, abſque prole ſub initium *Richardi I.* id eſt, filia fuit & hæres *Wilhelmi de Say*, filii & hæredis *Beatricis*, filiæ *Wilhelmi*, Patris Geffery, primi *Eſſexiæ* Comitis, Patris *Wilhelmi* iſtius cui ſucceſſit iſte *Geoffery Fitz Peter*. Novi quod vulgo *Beatrix* hæc dicatur fuiſſe Filia natu maxima *Wilhelmi de Say* acſi cohæredem habuiſſet. Verum ego hic non diſputo. Obſervo ſaltem, quod *Wilhelmus de Mandevil* moriens menſe *Novembre* anno primo *Richardi* primi (ut cernimus apud *Hovedenum* & alios) qui cœpit regnare ſexta *Iulii*, menſe *Ianuario* anni ſecundi ejusdem Regis

Prater minorum gentium ſcriptores de re genealogica, videſis Camden. Britan. pag. 327.

Regis iſte *Gaufridus Fitz-Peter* (clariſſimus Iurisconſultus, ac deinde ſummus Angliæ Juſticiarius) una cum hac *Beatrice* uxore ſua accepit vel *ouſter le maine*, ſub nomine *Iuſti & propinquioris haredis* titulum, & omnes terras *Wilhelmi Comitis*: quod etiam interpretor de facta ipſi traditione Comitatus, qui conſiſtebat ex ejusmodi terris illo tempore. Nam vocabula *conceſſiſſe & confirmaſſe*, ibi reperienda frequenter uſurpata ſunt in traditionibus etſimil. illius ævi. Integra formula hodienum extans in apographo, ſeptem annis recentiore, autoritate ejusdem Regis ſub novo ejus ſigillo, obſervatione digna eſt.

Videſ. Roger. de Hoveden. pag. 446. Edit. London.

Richardus *DEI gratia Rex* Angliæ, *Dux* Normandiæ, Aquitaniæ, *Comes* Andegaviæ. *Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iuſticiariis, Vice Comitibus, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ad quos preſens charta pervenerit, Salutem. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti chartâ noſtra confirmâſſe Dilecto & Fideli noſtro* Gaufrido *filio* Petri & Beatriciæ de Sayeo *uxori ejus, tanquam juſto & propinquiori haredi, totam terram* Comitis Willielmi de Mandevile *quæ ei, jure hereditario, pertinebat, cum omnibus pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis. Quâre volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti* Gaufridus & Beatrix *uxor ſua & haredes eorum habeant & teneant de nobis & haredibus noſtris totam prædictam terram cum pertinentiis ſuis ſicut prædictus* Comes Willielmus de Mandevile *eam melius & liberius & honorificentius & integrius & quietius habuit unquàm & poſſedit in boſco & plano, viis, ſemitis, pratis, paſcuis, paſturis, aquis, vivariis, ſtagnis, piſcariis, molendinis turbariis, in advocationibus Eccleſiarum, in cuſtodiis valectorum, & donationibus puellarum & in omnibus aliis locis & aliis rebus. Hiis teſtibus* Waltero Rhotomagenſi *Archiepiſcopo*, J. Ebroicenſe *Epiſcopo*, Rogero de Patellis *Dapifero noſtro*, Richardo de Kanvile, Betrano de Verduno, Radulfo Filio Godofredi *Camerario noſtro. Datum per manum Magiſtri* R. mali catuli *clerici noſtri anno regni noſtri ſecundo, XXIII. die Ianuarii apud* Meſſanam. *Is erat tenor charta noſtræ in primo ſigillo noſtro. Quod quia fuit aliquando in Alemannia in aliena poteſtate conſtitutum, mutatum eſt. Innovationis autem hujus, Teſtes ſunt iſti*, S. Baton, & G. Ebroicenſis *Epiſcopi, Magiſter* Rogerus Richmond, *Magiſter* Maugerus Ebroicenſis, Simon Wellenſis *Archidiaconi, Comes* Moretoniæ *frater noſter*, Willielmus *Mariſcallus*, Hugo Bardulfe, *Comes*

de

de Arundel, Willielmus *filius* Radulphi Seneſcallus Normanniæ, Joannes de Pratellis, Petrus *de* Pratellis, Robertus *de* Harewcurt, Robertus *de* Tresgoz, Baldewinus *Capellanus*. *Datum per manum* E-Elienſis *Epiſcopi Cancellarii noſtri apud* Bellum Caſtrum de Rupe Andel, *XV. die Iunii anno regni noſtri nono*,

In diplomate anni ſecundi fortaſſis *pertinentiæ, libertates & conſuetudines* comprehendunt etiam tertium denarium Comitatus. Nam illico poſthac *Gaufridus* Comes tertium accepit denarium anni ſequentis dimidii. *Otto filius Willielmi Vicecomes reddit compotum, &c. Galfrido filio Petri* XX. *libras & V. ſolidos & V. denarios in tertio denario comitatus de Eſſex, de dimidio anno.* inquit rotula illius anni. Ac dein durante *Richardi I.* regno, integrum, id eſt XL. libræ, decem ſolidi ac decem denarii ipſi annuatim traditi ſunt pro tertio denario, ut & annoprimo *Iohannis* R. ut conſtat ex rotula; unde manifeſtum quod *Iohannes* Rex cingens eum gladio, non noviter ipſum Comitem creaverit. Atque de cinctura gladii uſurpata in Comitum Inveſtitura tantum.

XIV. Corona vel *Circulus aureus* (quomodo appellatur hodie in creationum literis; & *pileus honoris*, mea opinione ſine dubio coronæ ſemper conjunctus fuit) etiam multo antiquior fuit, inter eorum alia indumenta honoraria, quam diſerta memoria ejus in formulis Inveſtituræ. Hæc enim non ſupergreditur tempora *Edvardi VI.* Sed *Iohannes de Eltham* Frater Regis *Edvardi III.* Comes *Cornubiæ* ſepultus in S. *Edmundi* ſacello *Weſtmonaſterienſe* cernitur cum Corona in capite cujus figura vere eſt *florida* vel qualis hodie eſt Ducum apud nos. Mortuus eſt iſte fermè duobus annis antequam aliquis Dux in *Anglia* creatus eſt; unde fere colligere licet, quod coronæ, ad minimum aliquot Comitum, ante creatos Duces ejusdem fuerint formæ cum illis Ducum. Poſteri- *Videſis Camden. Apolog. ſubnexam edit. penultimæ Britan. in* oribus ſeculis Comitis Corona cuſpidata eſt & in margaritas deſi- *4o. pag. 13.*
nens, prout hodie videmus. Et diu ante hujus *Cornubiæ* Comitis mortem manifeſtum habemus teſtimonium de Comitis Corona *Aymeri* vel *Adomari de Valencia* qui mortuus eſt *Pembrochii* Comes anno XVI. *Edvardi II.* uſus eſt corona, prout appa: et ex inſtrumento *Wilhelmi de Lavenham*, ipſius theſaurario, quo agnoſcit ejus recep-

tio-

ptionem *ab Henrico Stachedene* anno MCCCXIX. seu XII. *Edvardi* secundi.

Pateat universis quod ego Willielmus *de* Lavenham *Thesaurius Nobilis Viri Domini* Adomari *de* Valentia *Comitis* Pembroc, *recepi in custodia de Domino* Henrico de Stachedene *unam Coronam auream dicti Comitis in quodam coffino sigillato sigillis Domini* Walteri Alexandri *& dicti Domini* Henrici *in presentia Magistri* Johannis *de* Witecherche *& Joannis* Bunting. *In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Datum Londoniæ die Dominica post festum decollationis sancti Ioannis, anno Domini MCCCXIX.*

Sic observari hic meretur illud de *Richardo* Comite *Arundeliæ* sub *Edvardo* tertio. Habuit iste tres coronas variæ figuræ ac pretii: Testamento igitur suo, scripto in *Arundeliæ* Castello quinta Decembris anno MCCCLXXV. vel XLIX. *Edvardi* tertii, legavit optimam coronam suam Domino *Richardo* filio suo & hæredi (postmodum *Arundeliæ* Comiti) ut semper maneat apud hæredes dignitatis suæ in memoriam suam; secundam coronam tradidit *Iohannæ* filiæ suæ, ut ipsius sit & hæredum ex ipsâ genitorum; tertiam dedit filiæ alteri *Alisæ* simili modo. Verba sunt *Item jeo done & devise à* Richard *mon fitzma* meliure Coronne, *luy chargeant sur ma benison qu' ill ne la ouste de ly durant sa vie & apres son decesse il la lessa à son heire per meisme la mai neire à demorer perpetualement de heir en heir seigneurs de* Arundel, *à remembrance de moy & de ma alme. Item jeo done & devise à* Joanne *ma fille, ma* second melliure Coronne, *la chargeant, sur ma benison qu' ele nela ouste de luy durant sa vie & que apres son-decesse elle la lesse al heires nees de son corps à demorer de heir en heir de ceux que viendront de ele à touts jours en remembrance de moy & de ma alme.* Et paulò post, *Item jeo donne & devise a* Aleise *ma fille ma tierce Coronne en la forme suisdite.* Vide etiam de Comitum Coronis *Holinshed* in *Henrico VIII.* pag. 933. & diploma creationis *Henrici* Comitis in *Warwick* sub *Henrico VI.* qui donatus est titulo *Primi Comitis Regni Anglia* in Rot. Cart. 22. Henr. 6. membrana 23. Addimus hic figuram Comitis creati cum ceremoniis & induti vestimentis solennibus ac Corona; atque deinde pergimus ad titulum Comitis Personalis.

Ex Registro Simonis de Sudbury Arch. Cant. in Archivo Archiepiscopatus pag. 99.

COMES.

COMES.

XV. Titulus Comitis qui Perſonalis, non vero Localis eſt, nunc & a multo tempore fuit ſolummodo *Comitis Mareſchalli in Anglia.* Titulus æque *Juriſdictionis* ac *Honoris.* Sed omittimus hic jurisdictionem. Primus hoc titulo ornatus per diploma (id eſt officio Mareſchalli, cui competit etiam Comitis elogium) fuit *Thomas de Mowbray* Comes *Nottinghamii*, quem *Richardus II.* primum fecit Mareſchallum Angliæ quoad vitam, ac deinde creavit *Comitem Mareſchallum*, habendum ſibi & hæredibus ſuis ex ſe genitis. Formula diplomatis iſta eſt. *Cart. 9. Rich. 2. num. 17*

Richardus, &c. *Sciatis quod cum nos nuper de gratia noſtra ſpeciali conceſſerimus dilecto conſanguineo noſtro* Thomæ *Comiti* Nottingham, *officium* Mareſcalli Angliæ *habendum ad totam vitam ſuam, Nos jam de ulteriori gratia noſtra conceſſimus prædicto Conſanguineo noſtro officium prædictum unâ cum nomine & honore* Comitis Mareſcalli, *habendum ſibi & hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo exeuntibus cum omnimodis feodis, proficuis & pertinentiis quibuscunque dicto officio qualitercunque ſpectantibus in perpetuum. His teſtibus venerabilibus Patribus* W. *Archiepiſcopo* Cantuarienſi *totius Angliæ primate*, R. London. W. Winthon. *Epiſcopis*; Joanne *Rege* Caſtellæ & Legionis, *Duce* Lancaſtriæ, Edmundo Eborum, Thomæ Gloceſtriæ *Ducibus Avunculis noſtris chariſſimis*, Richardo Arundel, Hugone Stafford, Michaële de la Pole, *Cancellario noſtro Comitibus*, Hugone de Segrave *Theſaurario noſtro*, Joanne de Monteacuto *Seneſcallo hoſpitii noſtri & aliis, Datum per manum noſtram apud Weſtmonaſterium XII. die Ianuarii.*

per literam ipſius Regis

de Signeto.

Idem Rex deinde in Parlamento hanc conceſſionem recitans tradit ac confirmat ipſi *officium ac nomen, titulum & honorem Comitis Mareſcalli Angliæ habendum ſibi & hæredibus maſculis de corpore ſuo exeuntibus*, tam plene & libere prout *Thomas de Brotherton* tum defunctus Comes *Norfolciæ* & *Mareſcallus Anglia*, Pater *Margaretæ* Comitiſſæ in *Norfolk* iſtius Aviæ, vel Rogerius de *Bigot* Comes in *Norfolk* & *Mareſcallus Anglia* vel alii poſt iſtos Comites, vel prout ipſe fuerit *Cart. 20. Rich. 2. m. 1. num. 3.*

eſt *dicto officio Mareſcalli*: Concedit etiam ut officium Mareſchalli in Communibus Placitis & Ærario, nec non officium Præconis in Curia Seneſcalli & Mareſchalli familiæ, poſt mortem illorum qui tunc iſtis functi ſunt officiis, redirent ad ipſum cum limitatione ſtatus certa; & ut ipſe nec non hæredes ejus poſſint juxta limitationem conferre illa quibus liberet. *Et quod eadem officia, & omnia alia officia in quibuſcunque Curiis noſtris & alibi quæ ad dictum officium* Mareſcalli Angliæ *retroactis temporibus pertinuerunt & pertinere conſueverunt, ad dictum* officium Mareſcalli Angliæ integrè *rejungantur, annexantur & unianiur in perpetuum.* Porrò per hoc diploma concedit, *ut ipſe officium prædictum decentius & honorificentius de cætero facere valeat & exercere*, quò ipſe & hæredes ejus juxta limitationem poſſint geſtare baculum aureum nigro colore imbutum ab utraque extremitate cum regiis inſigniis in extremitate ſuperiori, ac cum inſigniis ipſius propriis in extremitate inferiore; verba ipſa ſunt ſequentia; *Quod ipſe & dicti hæredes ſui maſculi Mareſcalli Angliæ ratione officii ſui prædicti habeant, gerant, & defendant tàm in præſentia noſtra & hæredum noſtrorum, quam in abſentia noſtra hæredum noſtrorum quendam baculum aureum circa utrumque finem de nigro amelatum & cum ſigno armorum noſtrorum in ſuperiori fine dicti baculi, & cum ſigno armorum ipſius Comitis in inferiore fine ejuſdem baculi ornatum, Non obſtante, quod idem nunc Comes tempore ſuo, ſeu præfati nuper Comites aut aliquis alius, qui dictum officium* Mareſcalli Angliæ *ante hac tempora habuerunt, baculum ligneum portare ſeu deferre conſueverunt.*

Propter ſententiam adverſus hunc Comitem prolatam, (cum etiam *Dux Norfolciæ* eſſet) non multum ante obitum *Richardi II.* honor iſte & officium quoad viveret ipſi ſunt ademta, officio tamdiu alii commiſſo; mortuus tandem eſt ſub initia *Henrici IV.* Poſteri ejus vi creationis a *Richardo* peractæ uſi ſunt honore iſto & officio usque ad decimum quintum *Edvardi IV.* vid. Rot. Parlam. 3 Henr. 6. membr. 18.) quo defecerunt proles maſculi, atque ſic honor deſiit. Reſuſcitavit autem eundem *Richardus III.* in *Johanne* Domino *Howard*, quem & ipſum creavit Ducem *Norfolciæ*. Hic Dominus *Howard* fuit filius *Roberti Howardi* & *Margaretæ* quæ fuit inter Cohæredes *Thomæ Mowbra*, qui primus fuit creatus Comes Mareſchallus. Patentes literæ primo *Richardi* tertii part. 1. membr. 8 ſunt eædem cum

Pat. 22. Rich. part. 1. memb. 12. Pat. 3. Henr 4. part. 1. & part. 5. m. 6.

cum illis an. XX. *Richardi* ſecundi, quibus primus Comes creatus erat: Sic & eadem limitatio ſtatus. Ex convictione autem Parlamenti ſub initium *Henrici VII.* honor cum officio amiſſus eſt, & collatur tandem *Wilhelmo* Comiti *Nottinghamiæ* poſtmodum Marchioni in *Barkley*, qui tamen intra paucos annos deceſſit absque prole. *Henricus VIII.* contulit eundem honorem ad vitam *Thomæ* Comiti in *Surrey*, poſtmodum Duci in *Norfolk*, nec non poſt mortem hujus Ducis, tradidit filio ipſius *Thomæ* Duci in *Norfolk*, & maſculis ex ipſo prognatis, quod perſeveravit (ſi excipias interruptionem tempore *Edwardi VI.*) usque ad decimum quartum *Eliſabethæ* Reginæ. Inde hic honor & officium ad vitam tantummodo conceſſa: niſi quod tempore coronationis Regis *Iacobi*, Comes *Wigornienſis* eodem functus fuerit ad præſens, ut & quod aliquando idem officium demandatum fuerit variis Dominis pro arbitrio, quando nullus Mareſchallus fuit creatus. Per literas patentes, hac ætate illam conferentes dignitatem, Rex concedit *officium* Comitis Mareſcalli Angliæ *ac ipſum* (inquit Rex in perſona prima) Comitem Mareſcallum Angliæ, *creamus, ordinamus & conſtituimus per præſentes & ei nomen, ſtilum, auctoritatem, dignitatem & honorem, Comitis Mariſcalli Angliæ unà cum omnibus & ſingulis ſuis officiis, commoditatibus, emolumentis, præheminentiis, nominationibus & aliis ſuis pertinentiis quibuscunque tàm in Curiis noſtris, quàm alibi eidem officio Comitis Mariſcalli Angliæ qualitercunque ſpectantibus, ſive de Iure ab antiquo pertinentibus, per præſentes damus & concedimus; ac in eodem officio & cæteris eidem officio, ut præmittitur, pertinentibus ipſum N. inveſtimus, ſtabilimus & corroboramus in tàm amplis modo*, Poteſtate, Iuriſdictione & Auctoritate, quomodo habuerunt antiqui Comites Mareſchalli in Anglia; quorum nonnulli enumerantur in diplomatibus. Deinde *habendum* & *exercendum* (poſt limitationem ſtatus) dicitur *per ſe vel ſufficientem Deputatum ſuum aut per ſufficientes deputatos ſuos, absque compoto vel aliquo alio, &c.* Et clauſula de geſtando baculo aureo additur iisdem verbis quæ ſunt in illo XX. *Richardi II.* pro Comite *Nottinghamiæ* Annuitas XX. librarum additur pariter, quæ pendi debebat ex Hanaperio vel aliunde pro Regis arbitrio. Præterea clauſulæ non dantur inibi aliæ. Continuavitque formula iſthæc utplurimum inde ab initiis *Henrici VIII.* quando *Thomas* Comes *Surrey* creatus fuit Comes Mareſchalhhh 2 lus

Pat. 1. Henr. 7. part. 3.

pat. 2 Henr 8. part. 2.

pat. 25. Henr. 8. part. 2. Videſis rotul. Parl. Maria, num. 34.

Videſis Pat. 19. Iacobi part. 13. n. 5. Comit. Arund.

lus per eam. Nam antehanc formulam diplomata vulgo alia illa continebant ſpecialia, quæ leguntur in inſtrumento pro Comite *Nottinghamiæ* ann. XX. Richardi II.

Pat. 2. Henr. 8. part. 2.

Quanquam autem prima creatio certi tituli *Comes Mareſchallus* fuit ſub *Richardo II.*, & ante creationem illam officium nec non dignitas in diplomatibus, illa conferentibus, nominarentur ſolummodo *Mariſcalcia* vel *officium Mariſcalciæ Angliæ*, etſimil. ipſeque Mareſcallus vocaretur *Mariſcallus* abſque *Comitis* elogio; attamen diu ante creationem iſtam Titulus hic *Comes Mariſcallus, Earl Marshal,* ſæpe occurrit. Et quod idem titulus non incognitus fuerit, docet titulus *Comitiſſæ Mariſcalli,* tributus *Margaretæ* (quæ fuit filia *Thomæ Brothertoni Mareſcalli Angliæ*) in rotulis *Parlam.* 1. ejusdem *Regis memb. 4. num. 30.* Et ſub *Henrico III. Comes Mariſcallus* frequens eſt, ut videre eſt apud *Rogerium de Windover* & *Math. Pariſienſ.* pag. 510. 517. 518. 523. 541. Scriptores duos qui vixerunt & mortui ſunt ſub *Henrico tertio.* Sic enim *Richardus Comes Mareſcallus* numeratur l. c. inter Comites; & *Richardus Comes Mariſcallus cum ceteris venire proponens* & *Petrus Wintonienſis qui vires Comitis Mariſcalli infirmare conabatur: & poſt hunc conflictum Comes Mariſcallus cum Gilberto Baſſet; & venit ad Regem Gilbertus frater Richardi Comitis Mareſcalli* &c. plura vide apud hos duos autores publicos tum temporis hiſtoriographos. *Wendover* ſcripſit omnia vel plurima quæ extant apud *Matheum Pariſienſem* usque ad Henrici III. an. decimum nonum: ipſeque idem eſt, quem alii corrupte nominant *Rogerum Windore* (ut *Balæus cent. 12. ſcript. 57.*) & alii *Rogerum de Windeshora* (ut *Pitſ. at at. 13. ſcript. 332.*) Legitur etiam *Comes Mariſcallus* in ſententia tempore *Henrici III.* ſupra allegata §. 8. in aliis ejusdem Regis Rotulis, apud *Bractonum lib. 2. cap. 39. b.* &c. in cauſis Parlamentariis ſub *Edvardo I.* & *II.* unde manifeſtus fit error dicentium, quod titulus *Mariſcallus* vel *Dominus Mariſcallus,* Lord Marshall ſolum, (non *Comes Mareſcallus*) fuerit ante Richardum *II. Comes Mariſcallus* legitur ſub initia *Henrici tertii pat. 1. membr. 14. & 16.* & frequenter deinde quoad ipſe vixit, atque ſub proxime ipſi ſuccedentibus. Diſerte *le Count Marshal* ſub initia *Edvardi* tertii in impreſſis diariis legum noſtrarum. Neque dubito *Comitis* appellationem additam ad *Mariſcalli* titulum illico poſtquam officium hoc ad Comites de *Pembrok* devenit (ſub initia *Iohannis* Regis

Vid. ſic Pat. 1. Edō 2. part. 2. membr 19. & 22. & Cart 9. Edō 2. n 32.

Placit. 18. Henr 3. rotul. 15. in arce Lōdin. Cod. Parl. 19. Edō. 1 fol. 25. b. 31. Ed. 1. fol. 43. b. 14. Edō. 2. f. 78. in arce Londin. Sid. item Thomā Walſingham in Edward. 1. pag. 100. edit. Franc. 1. Edō. 3. fol. 16. a & 2. Edō. 3 fol. 12. b.

cujus

cujus videſis *Cart. 1. num. 85. part. 2. & conſule cart. 7. num. 37.*) in quibus perſeveravit donec per filiam quandam tranſivit ad *Bigotos*, Comites in *Norfolk* ſub *Henrico III.* (vide *Math. Pariſ. pag. 957. edit. Lond.*) a quibus ad Coronam ſeu regnum rediit circa Exitum *Edvardi I.* Teſtimoniis his adde ex tractatu cui titulus; *modus tenendi Parlamentum*: *Comes Seneſcallus, Comes Conſtabularius, & Comes Mariſcallus, vel duo eorum*, (verba libelli ſunt) *eligent XXV. perſonas* &c. De autoritate hujus libelli mox plura, ubi de Baronibus diſſeremus. Hic videmus & *Dominum Seneſcallum* Lord Steward, & *Dominum Conſtabularium* Comites dictos. Verum quoque eſt utrumque in *Anglia* officium fuiſſe olim hæreditarium in Comitibus. videl. *Seneſcalli* officium in *Leiceſtrenſibus* & *Conestabularii* in *Hereford*ienſibus: indeque fortaſſis factum, quod hic libet utrique vocem *Comitis* jungat æque ac *Mareſcallo*.

Videſis Camden. in Comit. Norfolk. & rotul. Parl. 3. Henr. 6. art. 1. ubi magna illa inter Comites Mareſcallos & Warwicenſem controverſia de locorum prærogativa.

Obſerva quoque ex temporibus antiquiſſimis quod plurimi illuſtres miniſtri cum eſſent Comites locales, fuerint aliquando appellati *Comites* vel *Conſules Palatini* cum relatione ſola ad Palatium, acſi perſonalis iſte titulus ſufficienter denominaſſet ipſos jungendo vocem *Comites* ad vocem, in genere eorum perſonale officium denominantem. Nam *Palatini* vox hoc ſenſu etiam in Anglia eſt uſurpata, nec ſolummodo *Localibus Comitibus Palatinis*, de quibus jam ſatis, manſit propria. Origo perſonalis hujus tituli *Palatinus* oſtenſa eſt in capite de Imperio, (ſcilicet notans officiales in aula.) Exempla ejus ſunt in *Anglia*: *Odo* Epiſcopus in *Bajeux* & Comes *Cantii* ſub *Wilhelmo I.* vocatur *Conſul Palatinus* ab *Orderico Vitale* Anglo ſcribente ſub *Stephano* Rege. *Quid loquar* (inquit *hiſt. Eccleſ. lib. 4. pag. 522. D.*) *de* Odone Bajocaſino *præſule qui* Conſul Palatinus *erat & ubique cunctis Angliæ habitatoribus formidabilis erat ac velut ſecundus Rex paſſim jura dabat*? Tulit hunc titulum *Conſul Palatinus*, non quatenus extitit *Comes Cantii* vel Localis Comes, (Comitatus namque ejus non fuit *Palatinus*) ſed quatenus functus eſt perſonali officio in aula ſub Rege, ſeu præditus fuit generali poteſtate Locum tenentis creata in aula, ſed extendente ſe per univerſum regnum. Fuit enim *totius Angliæ Vice Dominus ſub Rege*, ut *Wilhelmus Malmesburienſis* loquitur de ipſo; & *Princeps Palatii*, dicit *Ingulphus*: *Curæ Palatinæ regnique negotiis ſpecialis præpoſitus*: ait Autor *Geſtorum Regis*

Stephani de *Rogero* Epiſcopo *Saliſburienſe.* Et hoc ſenſu videtur *Iohannes Sariſburienſis* uno in loco appellare omnes magnos Aulæ *Anglicanæ* miniſtros, *Comites Palatinos*: ad minimum miniſtri qui Comites fuerunt, donati etiam ſunt dignitatibus aulæ majoribus *ſicut alii præſules in partem ſolicitudinis* (ſcribit *Sariſburienſis* iſte in epiſtola 263, ad *Nicolaum* Sheriffum *Eſſexiæ*) *a Summo Pontifice evocantur, ut ſpiritualem exerceant gladium ſic a Principe in enſis materialis communionem* Comites *quidam quaſi mundani juris Præſules aſciſcuntur. Et quidem qui hoc officium gerunt in* Palatio *juris auctoritate,* Palatini *ſunt. Qui in Provinciis,* Provinciales. *Utrique vero gladium portant, non utique quo carnificinas expleant veterum Tyrannorum, ſed ut divinæ pareant legi, & ad normam ejus utilitati publicæ ſerviant, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Tu ergo qui* Provincialum vices *agis, prout loci & nominis index eſt Titulus, utinam ſic exequaris quod exegit Princeps ne offendatur is qui aufert ſpiritum Principum.* Verum ubi hic ſcribit Sheriffo iſti, quod *Provincialum vices agat,* ludit tantum verbo *Vice Comes.* Nulla enim unquam fuit ſubordinatio Sheriffi ad Comitem, niſi ubi *Comites* eſſent *Palatini.* Et quamdiu hic *Nicolaus* (qui, niſallor, appellatur *Nicolaus Clericus* & *Nicolaus Decanus* in rotulis *Henrici II.*) fuit Sheriffus *Eſſexiæ* & *Hartfordiæ* (nam utrobique hoc functus eſt officio) uterque Comitatus ſuum habuit Comitem, ipſeque Regi immediate computum reddidit de reditibus Comitatuum, interque illos de tertio denario, utrique Comiti debito. Non tamen tantus ejus fuit ad ipſos reſpectus, quantum dicunt verbæ epiſtolæ *vices gerere.* Iſta denique ſpecies *Comitum Palatinorum Perſonalium* adeo frequens in Imperio vel Papatu, nunquam fuit in uſu apud nos quantum quidem novi: quanquam verum ſit quod in Taxa Diſpenſationum Cardinalis *Wolſeji*, cum eſſet *Ebonenſis* Archiepiſcopus & Legatus *a latere* Pontificis, occurrat nomen hoc, ubi & ejusmodi ſtatuunt pretia.

Rot. magn. 11. & 15. Henr. 2. in Eſſex & Hertford.

Taxa diſpenſationum Domini Cardinalis Ebonenſis;

Capellanus Honoris, XX. li.
Protbonotariatus, XX. li.
Creare Milites ſolo Domino reſervatur.
Doctoratus, XL. ;,

Bac-

Baccalauriatus, XX. s.
Comitis Palatini *creatio*, IV. li.
Notariatus, X. s.

Sic quoque varia pretia pluralitatum, Trialitatum, Quadralitatum, & reliquarum diſpenſationum ſtatuenda ab illo, quem ipſe deſignaviſſet, ſequuntur in Ms. meo, quod Cardinali coævum eſt. Exiſtimo tamen Comitis Palatini nomen hic inſertum eſſe ex formula Facultatis ſeu Commiſſionis qua ipſi Poteſtas Legati a Pontifice collata fuit; neutiquam vero probare praxin vel jus creandi ejusmodi dignitatem hic in Anglia, ad minimum creandi dignitatem iſtius nominis, hic aliquomodo æſtimandam vel ſuſpiciendam. Atq; de titulo Comitis poſt *Normannorum* tempora usque ad hodiernum diem Tantum.

V. Andream Gambarum de Officio & poteſtate Legati Latere lib. 7. §. 6.

XVI. Proximus titulus juxta methodum præſcriptam, eſt *Baro*. Atque primo de nomine *Baronis* ejusque vario uſu, deinde de creatione eorundem atque natura a *Normannorum* tempore usque hodie. Nomen ſucceſſit *Normannorum* ætate in locum Cyninges Dane ða him nihſt ſynðon, id eſt, *Thaini regii, qui proximus ei fuit* apud *Saxones*; quanquam in principio *Normannorum* reipubl. etiam *Thaini* vox ſæpe uſurpata fuerit. Neque poſſibile fuit in inſtanti immutare ſermonis vocabula, ita ut ſolus *Baronis* titulus illos denominaviſſet. Inde liber *Domesday* (*Ms. Hampshire §. 69. Berkshire §. 65. Gurrey 36. Sommerſetshire §. 46 & vide ante §. 4.*) & leges attributæ *Henrico I.* ſic voce *Thanus* utuntur. Vox *miniſtri*, quæ *Saxonum* ætate explicavit vocabulum *Thani*, deinde *Normannorum* tempore rarius adhibita eſt ad denominandos regios ſervos diſtinctos a Baronibus; ut apparet ex lege quadam *Wilhelmi I.* (de excommunicatione eorum) collata cum ſimili ſub *Henrico* ſecundo, de qua lege utraque ſatis quæ huc ſpectant alibi. In legibus autem *Wilhelmi I.* loco *Earl* Regis *Thaini*, & mediocris *Thaini* e *Saxonum* ætate adhibentur *Count* vel *Earl*, *Baro* & *Vavaſor*. De *Comitibus* vero ſeu *Earl* & *Vavaſſoribus* jam ſatis. De *Barone* verba ibidem ſunt iſta. *De relief a Baron, IV. Chivalz enſeles e enfrences, e II. Halbers, e II. Haumes, & II. Eſcus e II. Launces, e II. Eſpes, e les alteres II, un chacteur, e un*

in libr. rubro Scacc. Archiv. cap. de relevationibus.

in notis ad Edmerū pag. 168, & ſeq.

Leg. Wilhelmi I. cap. 23. in not. ad Edmer. pag. 180.

e un Palfrey a frenis e a cheveſtres. Plurima interpretatione non egent; neque tamen omnia, fateor, ipſemet intelligo.

Tenementa, (*Tainlandia*) quæ fuerunt honorariæ poſſeſſiones dicta ſunt *Baronia*; unde *Ingulphus* in aula *Wilhelmi I.* vivens ait, *Comitatus & Baronias Normannis ſuis diſtribuit.* Atq; inde ab hoc *Wilhelmo* Rege, ut & ipſius ætate *Baronis* vox ſæpiſſime uſurpata eſt, raro tamen in libro *Domesday* a. Verum ſicuti aliorum Titulorum nomina ita & *Baronis* habuit & habet varias ſignificationes. Sæpe ſignificavit vel inde ab origine ſua omnes Dominos Parlamenti b, Comites æque ac alios; & vox *Baronage* collectiva, eodem ſenſu omnes comprehendit. Sic & aliquando *Barony* ut in *Gowери Confeſſione amantis.*

a *Mſ. in Dorſet. & videſis not. ad Edmer. pag. 169.*

b *Matth. Pariſ. pag. 396. ed. London. & alibi ſæpius item Bracton fol. 417. a.*

The Priviſege of Regalle
Was ſafe/ and all the Baronis
Worſchipt was in his eſtate.

Baronia Capitales, item *Baroniæ* abſolute dictæ denominarunt æque honorarias poſſeſſiones Comitum ac Baronum. Hiſtoriæ noſtræ id abunde teſtantur. Sæpe ſic appellati ſunt Tenutarii magni, qui tenuerunt ab Illuſtribus in regno ſubditis, ut illi Archiepiſcopi *Cantuarienſis* & nonnullorum magnorum Comitum priorum temporum, præſertim illi Comitis *Ceſtriæ* Tenutarii. Teſtimonia ſatis ſunt obvia, ut apud *Camden Britan. pag. 464. Librum rubrum Scaccarii Mſ. pag. 82.* &c. Sic *Baronis* vocem accipit *Thomas Walſingham* in *Henrico IV. pag. 369. ed. Franc.* inquiens: *Decollati ſunt apud Salopiam Comes Wigorniæ Baro de Kinderton & Dominus Richardus de Vernona.* (Vide etiam *I. Henric 4. Rot. Parlam. m. 15. num. 74. Le Baro de Hilton*, qui minime inter Barones Parlamentarios.) Et hoc nomen hodienum manet in ipſius familia. Vidi etiam authenticam chartam *Randoli* Comitis *Ceſtrienſis* ſub Rege *Stephano*, per quam tradit *Euſtachio* filio *Iohannis totum honorem qui fuit Willielmi filii Nigelli Conſtabularii Ceſtriæ in rebus & dignitatibus omnibus*, facitque *ipſum hereditarie Conſtabularium & Supremum Conſiliarum pro me* (verba ipſius ſunt in prima perſona) *ſuper omnes Optimates & Barones totius terræ meæ.* Barones *Walenſes* etiam ſub Principibus *Walliæ* occurrunt

Not. ad Edmer. pag. 199.

Rot. 9. Edw. 1.

in

in rotulis *Edwardi I.* De his jam antehac diximus nonnulla, ubi de Principibus *Walliæ* diſſeruimus. Tam communicabilis etiam fuit *Baronis* appellatio, ut non ſolum omnes Maneriorum Domini inde a longo tempore & hodienum vocentur aliquando Barones (ut in ſtylo eorum dicitur *Curia Baronis* &c. & ego legi *hors de ſon Barony* pro *hors de ſon fee* Mich. 5. Ed. 2. *Ms. in biblioth. Interior. templ. fol. 66.* verum etiam Judices a multis ſeculis ſibi adjectum habent nomen iſtud. Municipes quoque oppidi cujusdam celebris æque ac illi quinque portuum olim ſic nuncupati ſunt. Verum fortaſſis Barones ærarii olim ita dicti ſunt, quoniam primo lecti ſunt ex Baronibus regni. vel Parlamentariis Baronibus. Si de cauſa alia, cur *Pares* nominantur vel *Peers* reſpectu Baronum Parlamentariorum in *Bractono*? *Comites* (ait ipſe libr. 3. *de Corona cap.* 1. §. 3.) *vel Barones non ſunt amerciandi niſi per Pares ſuos & ſecundum modum delicti & hoc per Barones de Scaccario, vel coram ipſo Rege.* Nam honorarii tituli, *Barones & Pares Baronum* æque ſunt Parlamentarii, & ſignificare queunt integrum Baronagium. Aliquando *Baro* ſignificat tantum ſecularem Baronem, ut docebimus §. 18, 19. Notiſſima autem vocis acceptio eſt pro honorario titulo Parlamentariorum Baronum vel *Baronum regni*, prout diſtinguuntur a Comitibus. & vox iſta ab his proximam denominavit dignitatem, usque ad tempus quo noſtri Vice-Comites ſunt creati; de quibus ſuo loco. Nam poſt Vice Comitum creationem ab iſtis proxima fuit dignitas. Et hæc diſtincta notio iſtius fuit vocabuli inde a Normannorum adventu usque hodie. Non opus eſt ut addamus quidquam de literali vocis ſignificatione, ad illa, quæ jam diximus in translatione Imperii & alibi, præter illud *Bractons* loquentis de illis poſt Comites *hb. 1. ſunt & alii potenter ſub Rege qui dicuntur* Barones, *hoc eſt robur belli.* Verum in hac ſignificatione raro uſi ſunt voce iſta in additamentis ad nomina virorū, qui fuere Barones, vel inſtar appellationis *Comes*, in nominatione illorum qui fuerunt Comites. Utplurimum vel reperimus in plurali numero generalis denominationis (ut quando ſolum legimus *Comites* & *Barones*) vel in ſingulari denominando dignitatem, non vero per formulam additamenti, ut apud *Roger.* de *Hoveden* dicentem quod *Stephanus* Rex creaverit Wilhelmum *Mandevilleum Conſulem de Barone* (quando creavit eum Comitem *Eſſexiæ*) vel in literis patenti-

de Aprisa & certific. fact. in Wall. in arce Londin.

Cart. 16 Joh. R.m 1. Baron. Lond. It. Pat. 50 Henr 3. n. 49. & Math. Paris 1171. & 1322. edit. Lond. quod ſapius etiam in Archiis reperitur, quin & dorſ. clauſ. 17. Joh. R. membr. 7. Baronibus Gernemuthæ; Gippiici Norwici, Orwel, Sorham, Portſmouth, Exoniæ, Boſeham &c.

pag. 488, edit. Franc.

tentibus, quibus Baro creatur, vel in actis XXI. Henrici VIII. de pluralitatibus, Actis veſtimentorum, & ſcriptis teſtantibus quod aliquis eſt) Baro, etſimil, His duabus ſolum notionibus ut plurimum occurrit, dico; quanquam & aliquando occurrat tanquam additamentum uti *Comitis* ſolet vocabulum. In antiquis Citationum vel Summonitionum Scriptis ad Parlamentum Barones de Greyſtock und Stafford hoc additamentum Baronis ſæpe habent, ut *Radulpho Baroni de Greyſtok, Edvardo Baroni de Stafford.* Et in autographis primi anni Regis *Stephani*, quibus dedit *Suttonum* Eccleſiæ *Wintonienſi* in permutationem *Mordoni* poſt ſubſcriptionem variorum Epiſcoporum & Comitum & aliorum quorundam magnorum Officialium multi legantur cum iſto Baronis additamento, quod rarum eſt exemplum.

Et videſis Rot. Parl. 1. Henr. 4. m. 15. n 74.

Signum *Roberti de Fermr* † Bar.
Signum *Willielmi Peverel. de Notingh.* † Bar.
Signum *Gilberti de Lacy* † Bar.
Signum *Walteri Eſpec* † Bar.
Signum *Pag. Fil. Ioannis* † Bar.
Signum *Euſtacii Fil. Joannis* † Bar.
Signum *Walteri de Saresb.* † Bar.
Signum *Roberti Arundelli* † Bar.
Signum *Gaufredi de magna Villa* † Bar.
Signum *Ham de Sancto Claro* † Bar.
Signum *Rog. de Valoniis* † Bar.
Signum *Henrici de Port* † Bar.
Signum *Walteri filii, Ric.* † Bar.
Signum *Walteri de Gaut* † Bar.
Signum *Walteri de Bolebec* † Bar.
Signum *Walteri de Percy* † Bar.
Signum *Walchelini Maminot* † Bar.

Dorſ. Clauſ. 27. Henr. 6. membr. 24. Baroni de Veſcy.

Et ſic aliorum quandoque fit mentio cum additamento ſimili. In Summonitionibus vero ad Parlamentum, proceſſibus, & aliis forenſibus inſtrumentis ordinarie *Baronis* vox penitus omittitur, ſubſtituta in ejus locum communiter voce *Chivaler* ceu additamento

mento in Parlamentariis ſcriptis Secularibus Baronibus proprio, & *Dominus*, aliquando *Dominus Parlamenti* in ſcriptis forenſibus etſimil. Spirituales *Barones* ſolummodo Eccleſiaſticis ſuis nominantur titulis.

XVII. Circa Creationem & Naturam Honorariorum vel Parlamentariorum *Baronum* poſt *Normannos*, dividimus tempus intra initium *Wilhelmi I.* usque ad hodiernum diem in tres partes. videl. in illud quod eſt intra ejus adventum & poſtremam ætatem *Iohannis* Regis: in illud quod includit poſtremam *Iohannis* R. ætatem & ſequentium usque ad mediam *Richardi II*; & denique in illud quod inde decurrit usque ad hodiernum diem.

In primo temporis intervallo docebimus, *quid illud fuerit, quod Barones* tum conſtituit, *ſpirituales* æque ac *Seculares*: deinde producemus ſpecialia teſtimonia exhibentia *Seculares Barones & Baronias*, illorum temporum, eorumque naturam. Sic & de *Spiritualibus Baronibus*. Denique varia dabimus loca ipſos junctim commemorantia, ceu habentes ſedem & jus in Parlamento, ſeu magno regni Concilio, ad quod vocari vel ſummoneri ſolebant.

De primo; Omnes honorarii Barones, temporis de quo loquimur, fuerunt (quoad ſcire licet) Barones ſolummodo per tenuram, & creati ſunt Regis diplomate vel donatione bonarum poſſeſſionum (absque Comitis titulo) cum qua reſervavit ſibi tenuram in capite ſub conditione minoris vel majoris Servitii Equeſtris, ſeu (*grand Serjeanty*) vel utriusque. Nam tenuræ ſub utraque conditione aliquando reſervatæ ſunt. Teſtimonia iſtud probantia mox exhibebimus, ubi diſtinctæ de dignitatibus iſtis. Atque hi revera fuerunt Barones per Tenuram: non vero illi qui habuerunt tredecim equeſtria feuda, & tertiam partem, ſicuti eruditi quidam male collegerunt ex *Modo tenendi Parlamentum*; de qua opinione plura, quando expedivimus præſentis diviſionis noſtræ partes. Hæ poſſeſſiones ipſis conceſſæ fuerunt eorundem Baroniæ, ſeu *Baroniæ Capitales*, quomodo Baroniæ Comitum & Baronum nonnunquam appellatæ ſunt. Equeſtre Servitium reſervatum non definivit certum Equitum numerum, vel virorum Equeſtria ſervitia præſtantium, ſed pependit iſte ex arbitrio Regis vel contractu. Juxta

numerum dehinc Equitum vel militarium virorum deſcriptum in Servitio reſervato, terra tradita æſtimata eſt & addicta ut plura, vel pauciora ſolveret Equeſtria feuda; niſi ubi antehac data fuiſſent cum reſervatione alius numeri Equitum vel militum. Nam aliquando feudaEqueſtria numerata ſunt in donatione juxta priorem numerum quem antiqua conſtitutio illis bonis indixerat, utut numerus Equitum nuper reſervatorum ab illo differret. e.gr. *Johannes* Rex dedit *Waltero Scrop, Inſulas de* Asmundshey *& de* Clere, *pro feodis quinque militum per ſervitium unius militis & medietatis unius Militis pro omni ſervicio* addens, quod ſi plura forent feuda militum, reſervare ſe illa ſupernumeraria ſuæ poteſtati, nec velle transmittere ea. Sic & alia proſtant exempla. Neque certus agrorum numerus potuit conſtituere feudum Equeſtre, ut putant quidam. Sed origo & continuatio feudorum Equeſtrium quanta quanta eſſent, fuit ab iſtis conceſſionibus, & ſervitiis ea de cauſa præſtandis. Si vero ſolum majus ſervitium reſervatum fuiſſet, tum Baronia omnino proprie non conſtitit ex feudis militaribus; quanquam ſpeciali quadam notione, qua Magnum ſervitium vocatur Equitis ſervitium; atque ſic tenementa illa dici poſſunt unum vel plura feuda Equeſtria. Alias (excepto ſcilicet ubi Majus Servitium *Grand Serjeanty* ſolum reſervatum fuit) Baroniæ, quantum intelligo, conſtiterunt ex ejusmodi feudis equeſtribus, qualia nunc diximus, non autem ex eorum certo numero. Sedes Baronum primarias in iſtis feudis nominarunt *Capita Baroniarum*. Duo autem fuerunt genera feudorum equeſtrium ſicuti & ſunt hodienum. Vel enim tenuerunt a Rege ipſo, vel ab aliis inferioribus unde *Valvaſorum* tenementa. Ex primo tantum genere, iſtæ Baroniæ (ut & Baroniæ ſeu honores *Comitum*) factæ ſunt, & hæ per ſubinfeudationem confecerunt deinde ſecundum genus. Ipſi vel per alios quos ſuis ſumtibus aluerunt, vel per Tenutarios ſuos (per ſubinfeudationem factos) ſervitia præſtiterunt Regi reſervata. e.g. Si Rex dedit XX. feuda equeſtria a ſe immediate tenenda, vel agros tenendos ſub conditione ſervitii XX. Equitum ſeu militum (quod eandem dicit donationem) & diploma alios etiam admiſit, ad partem aliquam ſub ipſo tenendam (e. gr.) per ſervitium quindecim equitum; tum Regi præſtanda erant ſervitia ſumtibus Ba-

Cart. 3. Joh. Reg. part. 1. memb. 1. & 6. de infra §. 18. de Baronia Drogonis Iuvenis.

Videſis Bracton. lib. 2. c. 34. §. 1.

Videſis Rich. 2. Hoved. pag. 774. Edit. Franc.

Baronis iſtius per milites quinque, reliquos autem quindecim ſuppeditare tenebantur. Tenentes alii inferiores; ita tamen, ut ſi deeſſent ſervitio ſuo, Baro ſolvere teneretur Scutagium (juxta eorum numerum) Regi, & ſuam ſatisfactionem ab ipſis ſumere. Ex his feudis militaribus in capite *Wilhelmus I.* diſtribuens Comitatus ſuos & Baronias præcipue Normannis ſuis (afferente *Ingulpho*) reſervavit, ſi credimus *Orderico vitali*, ſibi miniſterium LX. mille equitum ſeu militum. *Terras militibus ita diſtribuit*, (ait ipſe *Hiſtor. Eccl. lib. 4. pag. 523. b.*) *& eorum ordines ita diſpoſuit, ut Anglia regnum LX. millia militum indeſinenter haberet, ac ad imperium Regis, prout ratio popoſcerit, celeriter exhiberet*, Et numerus feudorum militarium ſæpe deſcriptus in libris noſtris feudalibus ſtatutis antiquis & alibi, una cum Parochiis nec non civitatibus paululum ab hoc differt: excedit CCXV. Verba illis in libris vulgo reperta ſunt, *Nota quod in Comitatibus prædictis* (poſt Catalogum omnium Comitatuum in Anglia) ſeu *in Anglia continentur* XLVM. *Eccleſiæ parochiales &* LIIM. *&* LXXX. *villatæ &* LXM. *&* CC. *&* XV. *feoda militum de quibus religioſi habent* XXVIIIM. & XV. Autor *Eulogii*[a] refert numerum feudorum *militarium* ad eadem tempora *Wilhelmi* Regis. *Has Provincias* (inquit, loquens de Scyris Saxonum ævo) *Willielmus Conqueſtor fecit deſcribi & per hidas ſive Carucatas fecit demetiri, & tunc inventi ſunt in Anglia &c. Feoda Militum 600215, de quibus habent Religioſi 28015, villæ in Anglia 1080, Eccleſiæ Parochiales in Anglia 40711. Alexander* vero ArchiDiaconus *Shrewsburienſis* diligentiſſimus in ærario miniſter ſub *Richardo I. Iohanne & Henrico III.* Regibus (*Ms. in Archiv. Scaccarii*) tradit non potuiſſe ſe ſatis teſtimoniorum reperire de certo feudorum militarium numero (numerum enim Parochiarum & Civitatum ſupra dictum hic minime examinamus) qui fuerunt ſub *Wilhelmo I.* Dicit ſaltem, receptam tum temporis fuiſſe traditionem Servitia Equeſtria vel Feuda militaria ſub iſto Rege extitiſſe tantum XXII. mille, quam tamen traditionem neutiquam approbat; ratio ejus eſt, quoniam nullum hujus numeri teſtimonium reperit in Annalibus ſeu inſtrumentis ullis. Ait porro dubitari poſſe, utrum ejusmodi numerus fuerit cognitus Succeſſoribus *Wilhelmi I.* proximis, quoniam *Henricus II.* ſubſidia ex Baroniis ſuis exigens cum elocaret filiam ſuam *Matildem Henrico* Duci Saxoniæ, præcepit edicto

[a] *Ms in Bibl. Cotton.*

edicto publico, ut unusquisque Baro Spiritualis & temporalis certum designet numerum Servitiorum Equestrium, Regi debitorum, seu feudorum militarium, quæ ab ipso tenuit; videlicet Rex præcepit Baronibus suis certum exhibere numerum, quoniam traditio certi numeri sub *Wilhelmo I.* fuit incerta. Hæc existimo ejus fuit ratio, levis tamen vel nullius momenti. Potuit enim numerus sæpe mutari, & certe sæpe mutatus est, cum Rex vel novos creavit Barones, concedendo ipsis ut feuda militaria pariter tenerent in capite vel perirent Baroniæ quædam & fisco addicerentur, vel conjungerentur per connubia, vel alio modo ad coronam redirent. Præterea sciri antehac potuit quot universim tenerentur, non vero quot singuli tenerent feuda & hoc edicto isto requisitum. Verba ipsius sunt in præfatione ad collectionem scutagiorum sub *Henrico II. Richardo I. & Iohanne* Regg., quam scripsit tempore *Henrici III.* *Illud commune verbum ore singulorum tunc temporis* (intelligit tempus quo regnavit *Richardus I.* cum sub *Wilhelmo* Episcopo *Elien-se* Cancellario *Angliæ* ipse collegit in opere alio certificationes & responsiones factas ante subsidia exacta ex Baronagio pro Connubio filiæ *Henrici II.*) *divulgatum, fatuum reputans & nimbile, quod in regni conquisitione Dux* Normanniæ, *Rex* Willielmus, *servitia XXXII. M. militum in feodavit cum nec super hoc posteris suis Regibus Anglorum Rotulos reliquerit, nec annalia sua temporibus meis à quibusquam visa sunt, rotule quidem* Wintoniæ *sive* Domesday, *vel libro Hydarum, excepto, quo quidem hydas totius Angliæ earundemque tenentes Anno Regni sui XVI. per totius Regni Comitatus recensens, satis compendiosè concluſit. Ignoráſſe quidem hæc servitia militaria Regis ejusdem postmodum Successores subsequentium argumento non immerito potuit dubitari; quia cum Rex* Henricus *filius Imperatricis Duci* Saxoniæ *filiam suam* Matildam *nuptum traderet, á quolibet fui regni milite marcam unam in subsidium nuptiarum exegit, publicè præcipiens edicto, quod quilibet Prælatus & Baro, quot milites de eo tenerent in capite, publicis suis instrumentis significarent, quæ quidem instrumenta per singulos Comitatus distincta sub præfato* Willielmo *Elienſi* (de quo superius ipsi sermo fuit) *in unum recollegi volumen.* Videmus autem hic vulgatam illo tempore, quo hic scripsit autor traditionem, dimidium tantum asserere illius numeri, quem *Ordericus* annotavit. Et vixit tamen *Ordericus* sub *Stephano* Rege.

anno ut fide-tur 9. Henric. 2. de quare consulas Matheum Pariſ. An. 1163. & Roger. Hoſeden. an 1164.

Ms. lib. Rub. in Scaccario fol. 47.

ipſo teſte Eccl. hiſtor lib. 13. pag. 924.

Baro-

Barones illis temporibus antiquis ſic creati, poſt *Normannos*, & tenentes a Rege in capite, fuerunt vel Spirituales vel ſeculares. Seculares Barones apparent præſertim in ſpeciali enumeratione Tenentium a Rege primariorum, in libro *Domesday Ms.* ex ſcutagiis tempore *Henrici II. Richardi I. & Iohannis* Regg. & certificationibus ſingulorum quibus deſcripſerunt numerum feudorum ſuorum militarium, ſub *Henrico II.*, antequam exigeret ſubſidia in nuptias filiæ ſuæ *Matildis* (quæ ambo congeſſit in *librum Rubrum Ms. Æxrii* iſte *Alexander* Archidiaconus *Shrewsburienſis*) & in rotulis diverſis illorum temporum, & compilationibus quarundam inquiſitionum ſub *Johanne* Rege. In hac *Alexandri Shrewsburienſis* collectione Scutagiorum ut plurimum per annos plures hæc legitur inſcriptio *Eſcuagium tam ſuper Prælatis* (de hac voce ſola, quatenus notat ſæpe Barones ſpirituales, mox plura) *quam cæteris Baronibus aſſiſum vel impoſitum*: & alibi lemmata ſunt, *De his qui non habent Capitales honores.* Et juxta hanc *Alexandri* collectionem Rotuli habent eorundem temporum inſcriptiones ejusmodi. *De Scutagiis Baronum Angliæ, de exercitu Walliæ, De Scutagiis Baronum qui non abierunt cum Rege in exercitu Galwejæ, de Scutagiis Baronum qui non abierunt nec milites, nec denarios, miſerunt ad exercitum Hiberniæ, Galwejæ Walliæ* etſimil. Sub his lemmatibus nomina Baronum in Comitatibus enarratis, ad quos pertinent, occurrunt una cum numero Equitum (vel feudorum equeſtrium) propter quæ ſcutagia dederunt. Et quidam Tenutarii Capitales ſeu Barones ſæpe in rotulis eorundem temporum indifferenter vocantur *Milites* in lemmatibus iſtis, ita ut *Militum* ſit loco *Baronum*, & reſpondeat recentioribus ſeculis, ubi vocabula *Miles* & *Chivaler* propriè & vulgo denominarunt eos. Optimum vero teſtimonium temporis de quo loquimur juxta diviſionem factam, eſt in Certificatione ſeu Enumeratione illa qua omnes Barones numerum Servitiorum militarium, Regi a ſe debitorum exhibuerunt *Henrico II.* occaſione ſubſidiorum & conjugii iſtius filiæ. *Alexander Shrewsb.* diſerte ait, Edictum mandaſſe ut *quilibet Prælatus & Baro quot milites de eo tenerent in capite publicis ſuis inſtrumentis ſignificarent*; & quod ipſe hæc *publica inſtrumenta*, juxta edictum transmiſſa, collegerit. De *Prælato* hic memorato mox plura, ubi de Baronibus ſpiritualibus. Manifeſtum vero eſt, reliquos fuiſſe Barones

§. XVIII.

Vide item ibid. in Burgo de Warbbick & not. ad Edmer. pag. 169.

Rot. mag. 20. Henr. 2. in Buckingh. 33. Henr. 2. in Oxinford. Norff. Suff. Ebor. &c. 2. Rich. 1. in Hereford ſc. &c.

nes Seculares, & tantummodo Tenentes in Capite, ac, in certificationibus ſuis, poſſeſſiones eorum ſæpe (juxta ingenium ſcribæ ea conſignantis) etiam Baronias vocari. Neque dubium eſt omnes omnino Baronias fuiſſe, quanquam aliquæ tantum ſic appellatæ fuerint. Nam omnes tenuerunt in capite (de qua tenura plura, quando teſtimonia adducemus de Conventu Baronum in Conciliis vel Parlamentis illorum temporum) & omnes iſti tenentes, *Barones* quoque fuerunt, prout appellat eos diſerte hic *Alexander*. Exempla quædam inſtrumentorum hic addimus: *Walterus de Meduana* ſic ſcribit: *Henrico Dei gratia Regi Anglia chariſſimo Domino ſuo* Walterus de Meduana *ſalutem & fidele ſervicium; Notum ſit vobis quod anno & die in quo Rex Henricus avus noſter vivus & mortuus fuit, tenuit* Galfredus Tallebot (multa habent de magno hoc Domino *geſta* Regis Stephani edita à *du Cheſne*) *in capite de illo XX. milites quos gratia veſtra de vobis modo teneo.* Subjunguntur deinde ipſius tenutarii ſeu *Valvaſores* quorum ſervitia ipſius numerum complent. Plurima hujus ſunt generis. Et multa habent additam *Baroniæ* vocem, ut *Wilhelmi de Curcy*. *Hæc eſt Baronia* Willielmi de Curcy *Dapiferi quam Avus ſuus & pater ſuus tenuerunt & quam ipſe tenet*; porro; *ex Baronia* Willielmi Meſchin *ex parte Matris ſuæ*. Sic, *iſti ſunt milites de Baronia* Drogonis *Iuvenis de* Monteacuto; *De parvis Militibus Comitis* Moreton *quorum III. Milites non faciunt niſi quantum II. debent facere de cæteris Baronibus Angliæ*. Et ſic alia in iſta collectione. In excerptis etiam Inquiſitionum ſub Johanne Rege ibid. fol. 142. phraſes *tenentes per Baroniam & ſervitia militaria*, item *Milites & Barones tenentes in capite de Rege*, ſæpe eandem denominant perſonam. *Baro* item, & *qui de Rege tenet in capite* ſic uſurpantur in duabus legibus, altera *Wilhelmi I.*, & altera *Henrici II*, de excommunicatione, ut notavimus ad *Eadmerum* pag. 168 et ſeq. Et quanquam hic, nec non alibi, Comites etiam comprehenderentur (quoniam *Baronis* vox latiſſimæ ſignificationis eſt, ſicuti jam diximus) attamen certum eſt omnes præter Comites fuiſſe Barones, diſtincta *Baronis* notione, quæ hujus loci eſt. Plurimi Baronũ ſecularium, quos hac reperimus ætate, vel eorum anteceſſores, creati ſunt a *Wilhelmo I.* vel a quibusdam ejũ ſucceſſoribus, qui incidunt in tempus diſtinctionis noſtræ. Quidam enim, ſine dubio, non rebellantes in Regem perſeverarunt, inde

Lib. Rub. Scacc. pag. 84 & vide auxilium ad maritandam filiam & c. in Rot. mag. 14. Henr. 2. 20. Henr. 2. & 27. Henr. 2. &c.

ibid. pag. 88. Somerſet.

inde a Saxonum ætate, retinueruntque *Tainlandia* ſua, (quæ fuerunt eorundem *Baroniæ*) ſicuti antea poſſederunt, ac vocati ſunt, æque *Barones* ac *Thaini* & tandem *Barones* ſolum. Hæc autem continuatio potuit ſolum eſſe in Baronibus Secularibus. Nam utut eadem dignitas fuit in Barone ſeculari ſub alio nomine Saxonum tempore, atq; ſic continuare potuit ibi, ubi erat hoc nomen aliud in *Saxone* deinde mutatum; attamen nulla Spiritualis perſona talem accepit dignitatem niſi poſt *Normannos*. Non quod Prælati illorum temporum locum nullum nec votum habuerint in ipſorum (ꝟ ꝟcel ſ ꝟnoꝺſ & ꝓiꝛenaꝛemoꝛeſ (habuerunt enim locum illis & votum tanquam Epiſcopi & quatenus fuerunt ſpirituales ſolum, cujus reliquiæ videntur ſupereſſe in convocationibus ſeu ſommonitionibus ad Parlamentum miſſis ad Præpoſitum Cleri vacante Epiſcopatu, quæ reperiuntur in rotulis.) Sed quod non habuerint locum nec votum ſub nomine *Thainorum* vel ratione poſſeſſionum ſuarum ſeu *Tainlandiorum* vel intuitu Secularitatis, quibus poſt *Normannos* donati ſunt, ut jamjam oſtendemus de Baronibus Eccleſtaſticis illorum temporum tractaturi & poſtquam addidimus nonnulla de Relevamentis Secularium Baronum, cum morerentur, illa ætate. Nam poſt mortem Spiritualium Baronum nulla relevia videntur fuiſſe exacta, ut diaria noſtra teſtantur. Lex *Wilhelmi I.* de relevis Baronum §. 16. adducta eſt. Pendebantur tum in equis, armis, & ſimilibus. Verum ſicuti Comitum relevamenta, quæ ejusdem fuerunt naturæ, (ſi recte conjecturamus §. 11.) in pecuniam mutata fuerunt, ex Aſſiſiis armorum decretis anno XXVII. *Henrici II.* cum antehac ipſa traderentur arma, quanquam & ſæpe, ſine dubio tranſegerint de pecunia (niſi quod poſt Aſſiſam illam uniuscujusq; arma pro ipſius hærede aſſervata fuerunt:) ita etiam Baronum relevamenta, quæ tamen una cum illis Comitum non niſi poſt Magnam Chartam confectam ſub Rege *Johanne*, certam æſtimationem conſecuta ſunt. Objectio tamen hic ſemetipſam offert adverſus ea quæ tradidimus de Creatione & natura Baroniarum tum Comitum tum Baronum temporibus illis priſcis. Supponimus enim Baronias amborum conſtitiſſe ex feudis militaribus, vel agris quos tenuerunt per ſervitium certorum Equitum. Relevia autem feudorum Equeſtrium videntur definita ad quinque libras, vel ad minimum

27. Henr. 2. apud Hoved. pag. 350. ed. Lond. de Relevis porro ibid. 1. Henr. 1. apud Math. Pariſ. pag. 74. ed. Lond.

nimum ſic reſtricta ut nunquam excederent vel ſuperarent libras quinque diu antequam Magna Charta conſcripta eſſet. *Dicitur rationabile relevium alicujus juxta conſvetudinem regni de feodo unius militis centum ſolidi* (inquit autor libri quem *Glanville* appellant lib. 9. cap. 4.) & porro, *de Baroniis vero nihil certum ſtatutum eſt quia juxta voluntatem & miſericordiam Domini Regis ſolent Baronia capitales de Relevio ſuis ſatisfacere.* Sub *Henrico II. Henricus de Umfravil* tenens Honorem *Gloceſtriæ* computat pro XLV. libris *de relevio IX. militum de feodo Comitis & Rogerus de Maiſi* pro eadem ſumma *de relevio IX. militum de eodem feodo.* Si igitur relevia feudorum Equeſtrium certa fuerunt, unde factum eſt, quod relevia Baronum incerta manſere? Hoc dubium exiſtimo ſolvi poſſe per diſtinctionem feudorum equeſtrium §. 17. traditam. Tenuerunt ea quidam in capite, alii per tenuram inferiorem ſeu mediatam, unde *Vavaſoriæ* dictæ ſunt. Relevia eorum, quæ tenebantur in capite, & fecerunt Baronias, ſemper illo tempore fuerunt incerta, ac certitudines, quas de ipſis nonnulla loquuntur teſtimonia neutiquam intelligenda ſunt de iis quæ tenebantur in capite. Sed tantum de Vavaſoriis, quæ tenebantur mediate e. g. ab Honoribus, vel Baroniis, & qualia fuerunt *Umfravilii* feuda: Tenuit enim ea ab Honore *Gloceſtriæ*, ut apparet ex inſtrumentis unde commemorantur. Et hæc certitudo enata videtur ex illa *Wilhelmi* lege, de Vavaſoriarum releviis §. 4. tradita. Ibi enim quinque librarum ſumma eſt maxima ex illis quæ pendi debebant pro releviis olim per equos & arma redditis, prout fecerunt Comites & Barones. Libertas vero per hanc conceſſa legem, ſolvendi relevia per quinque libras, videtur tandem ad certitudinem veniſſe tantam, ut unaquæque Vavaſoria vel feudum equeſtre, quod tenebatur per tenuram inferiorem, ſolverit quinque libras pro relevio, nec unquam plures; ſæpius vero pauciores, prout ſcilicet tranſigere potuit de Patris ſui equis & armis. Nec ſine exemplo eſt, quod illis temporibus pauciores quam libras quinque ſolverint de quibusdam feudis equeſtribus, quæ Vavaſoriæ fuerunt. Sub *Henrico II.* in *Northamtonia Michael de Preſton reddit* a *computum de XIX. libris & X. ſolidis de Relevio IV. militum & dimidio de Eſcaetis* b *Regis. In theſauro VIII. libras; & debet XI. libras & X ſolidos:* In *Eſſexia* quoque & *Hartfordia, Henricus filius Reginaldi debet XL. ſolidos*

33 Henr 2 lib. Rubr. in Scacc. Mr. fol. 61. b.

a Rot. mag. 20. Henr 2. de placitis Alani de Neſil.

b quales illæ fuerint vide Magnam Chartam c 31.

dos de Relevio de feodo III. partium l. militis de feodo Willielmi filii Alani qui eſt in cuſtodia Regis. In primo hic exemplo Relevii de feudo equeſtri ſunt tantum quatuor libræ ſex ſolidi octo denarii. In ſecundo IV. Marcæ. Verum exiſtimo iſta & his ſimilia provenire ex compoſitione quadam, quæ ſtetit intra extremum ſtatuti *Wilhelmi I.* quod quinque libras ſummum fecit relevium, ita tamen reliquit Legem interpretandam, ut hæres recte poſſet tranſigere de paucioribus, ſi Patris ejus equi & arma minoris eſſent pretii. Nam equi & arma, uti videtur, fuerunt releviorum norma usque ad illam Armorum Aſſiſam an. XXVII. *Henrici II.* de qua §. II. Quomodo autem Lex iſtorum releviorum immutata fuerit, docebimus in illo diviſionis membro quod exhibet tempus intercedens poſtremam Johannis R. ætatem nec non mediam *Edvardi II.* Nunc vero accedamus ad Spirituales Barones illius temporis. De quo jamjam egimus.

XIX. Epiſcopi, Abbates & aliæ Eccleſiaſticæ Perſonæ tempore *Saxonum* immunes ſervarunt terras ſuas ab omni ſeculari ſervitio præter *trinodam* illam *neceſſitatem*, ut vocarunt aliquando, cui eorum terræ vulgo per ſpecialem exemtionem fuerunt obnoxiæ. *Expeditio, pontium, & Arcium extructio* ſeu *refectio* erant tria illa communiter excepta in Regiis Eccleſiarum privilegiis, poſt verba quæ exemerunt ipſas *ab omni Seculari ſervitio, vel exactione.* Exempla ejus ſunt apud *Ingulphum* in libro *Wigornienſi Mss.* & aliis. In querela ſub *Henrico III.* adverſus rigidas Papæ exactiones a Clero eorumque bonis, poſtquam mentio facta eſt ampliſſimorum privilegiorum conceſſorum ipſis Saxonum ævo, hæ adduntur verba. *Nec adeo liberaliter dederunt hujuſmodi poſſeſſiones, quin tria ſibi reſervarent ſemper propter publicam regni utilitatem, videlicet* expeditionem, Pontis & arcis reparationes *vel* refectiones, *ut per ea reſiſterent hoſtium incurſibus.* Nihil vero ex his tribus reſervabatur tanquam tenura; exceptio tantum declaravit eſſe Regis intentionem, quod debeant liberi eſſe ab omni ſervitio, & ab omnibus aliis oneribus quibuſcunque, exceptis illis tribus, quarum cauſa in *Witenagemotis* ſeu Parlamentis, vel alibi juxta leges illorum temporum, eorum poſſeſſiones æque ac agri omnium Laicorum deſcriptæ & oneratæ fuerunt, ſicut deinde recentioribus ſeculis in collectione ſubſidiorum, vel ſimili-

Chart. Cedwallæ R. Eccleſ. Cant. A. D. 730. in Archiv. Eccleſ. Cant.

apud Math. Pariſ. pag. 838 ed. Lond. A. D. 1644.

Vid. item 3. Edward. 3. It. North. fitz. tit. Aſſiſe 415.

um, deſcribuntur, vel juxta illud *Kniveti ann. 44. Ed. 3 fol. 25. a.*, ubi certe reſpectu habito ad hanc ãtiquam cenſus formam, dicit, quod quanquam Prior S. *Oswaldi* in *Eboracenſi* diſtrictu tenuerit *in Frankalmoigne*, & immunis ſit *ab omni ſervitio & exactione ſeculari*, attamen non fuerit ideo immunis a debito reparandi pontes & arces. Nam Servitia debita ex *Tainlandis* ſecularium *Thainorum*, (vel Baroniis ſecularium tum temporis Dominorum) reſervabantur, quantum ſcio, juxta mores temporum tam ſpecialiter ut quisque *Thainus* cognitum habuerit ſuum ſervitium ex illa reſervatione non aliter quam Tenutarii per ſervitia militaria nunc ſciunt, ad quid obſtricti ſint ex quantitate feudorum ſuorum. Videlic. Onus eorum perpetuo fixum in ipſis manſit per tenuram. Poſſeſſiones vero ſeu temporalia bona Spiritualium Dominorum (qui tum temporis ſolummodo fuerunt Epiſcopi) non obſtricta erant ad onus tenuræ, obnoxia ſaltem ad auxilia danda in publicum uſum, vel ſolvenda ſubſidia illorũm loco, cum aliæ regni provinciæ legitime taxarentur; non aliter, quam quomodo hodie iſtæ terræ quæ ad onus tale per nullam tenuram obnoxiæ cenſentur, vel quomodo in Imperio antiquo, *etiam Eccleſia inſtructionis itinerum & pontium reparationis onus agnoſcit.* Paratitl. lib. 1 tit. 3. Et, *ad inſtructiones reparationesque itinerum pontiumque nullum genus hominum, nullius que dignitatis ac veneration meritis, ceſſare oportet*, legimus in conſtitutionibus *Honorii* & *Theodoſii.* His conſentit illud Regis *Ethelbaldi* apud *Ingulphum* pag. 853. ed. Franc. *Concedo ut omnia Monaſteria & Eccleſia regni mei a publicis vectigalibus operibus & oneribus abſolvantur niſi inſtructionibus arcium vel pontium, quæ nunquam illi poſſunt relaxari.* Cur *Expeditio* (ut vocare appellarunt) id eſt, ſubſidium belli vel defenſionis pro Regno hic omittatur, ignoro. Verum ſicuti verba *niſi* &c. hic tenuram non faciunt, ita puto ſimilia verba ad Eccleſias alias idem non feciſſe, cum in earum diplomatibus *trinoda* illa *neceſſitas* in publicos uſus excepta eſt. Videlicet Onus ſolummodo, cui omnes alii tum per accidentales tum ordinarias taxationes obnoxii fuerunt, innuebatur verbis iſtis. Ac tanta fuit illis ſeculis differentia inter Tenuras Epiſcoporum vel ſpiritualium Dominorum, nec non Thainorum vel Secularium Dominorum; uti in ſpecie apparet ex debita conſideratione verborum *Matthei Pariſienſis*, & inferius dicendorum. Hæc autem eorum immunitas a tenura illa, diſtin-

De privil. domus Auguſtal. 4. abſit. & Bide Eccleſ. Baſilic. 54. pag. 456. τῶν συνωμοσιῶν &c.

ſtingvente Honoraria *Tainlandia* Saxonum ævo & Baronias, poſt *Normannorum* adventum ab aliis poſſeſſionibus, perſeveravit ſicuti videtur, usque ad annum IV. *Wilhelmi I.* quando Epiſcopatus & Abbatias adſtrinxit ad Equeſtria ſervitia in capite, vel majora, per creationem novarum Tenurarum, atque ſic primus convertit eorum poſſeſſiones in Baronias, iſtaque ratione fecit eos Barones regni per tenuram. Teſtatur hoc *Matthæus Pariſ. & Rogerius de Wendover* Ms. ex quo depromſit *Matheus Par.* iſta. Anno MLXX. *Rex Willielmus peſſimo uſus conſilio omnia Anglorum Monaſteria auro ſpolians & argento, inſatiabiliter appropriavit & ad majora Sanctæ Eccleſiæ opprobria calcibus & feretris non pepercit. Epiſcopatus quoque & Abbatias omnes quæ Baronias tenebant (in puram & perpetuam eleemoſynam) & eatenus ab omni Servitute ſeculari libertatem habuerant ſub ſervitute ſtatuit militari irrotulans ſingulos Epiſcopatus & Abbatias pro voluntate ſua, quot milites ſibi & ſucceſſoribus ſuis, hoſtilitatis tempore, voluit à Singulis exhiberi. Et rotulas hujus Eccleſiaſticæ Servitutis ponens in theſauris, multos viros Eccleſiaſticos huic conſtitutioni peſſimæ reluctantes à regno fugavit.* Quomodo veriſimile ſit, ipſum deduxiſſe eos ad hoc tenuræ genus, conjici poteſt ex aliis hiſtoriarum circumſtantiis illa ætate. Ac in ſpecie obſerva eodem anno ipſum convocaſſe Parlamentum, unde fortaſſis colligere licet, hanc tenurarum innovationem Parlamenti decreto factam: de Parlamento hoc vide plura §. 20. Sed ad verba *Mathei Pariſ.* & *Wendoveri*: tum in expreſſis libris tum in Manuſcriptis, quibus uſus ſum omittuntur verba *in puram & perpetuam eleemoſynam*, quæ tamen ſine dubio ibi collocanda forent, prout video ibi collocata fuiſſe in quodam codice probæ fidei, unde eruditus deſcripſit *Camdenus* partem eorum. Neque revera ſenſus ſibi conſtat absque verbis iſtis. Nam ſi *Baronias tenebant & eatenus & ab omni ſervitute ſeculari libertatem habebant* intelligenda ſunt, quod *intuitu Baroniarum immunes fuerint*, contradictionem involvit, ſi Baroniæ dicunt poſſeſſiones, quæ revera fuerunt Baroniæ. Nam earum ipſa eſſentia erat adſtringi ad militaria ſervitia, per tenuram in capite, uti jam oſtenſum. Si Baroniæ dicunt ſaltem amplas poſſeſſiones Eccleſiæ, atque ſic verbum Baroniæ adhibetur per anticipationem, prout revera fit, (nam ante tenuram conſtitutam Baroniæ non fuerunt) tum qualem dicit connexionem vocula *eatenus*? ideoque vocem

Vide ſ. Florent Wigorn. ſub anno 1070. Order. Vital. Eccleſ. Hiſt. lib. 4. pag. 518. & 523. & Rog. de Hoved. pag. 453. ed. Franc. Britan. pag. 123. & Videſis ultimam clauſulam capitis 1. libr. 7. Glanvillæ.

Hinc velle cæpiendum eſt quod de hac re obiter inſertum habetur in Clementu Reynerii Appendicis Apoſtolatus Benedictioni parte 3. Scriptum 69.

eatenus decet interpretari ex verbis iſtis omiſſis in exemplaribus impreſſis, quæ recte ſupplent ſenſum juxta veritatem ætatis *Saxonicæ*. Verum in Msc. *Mathei Pariſienſis*, quo utor, charactere vere antiquo verba iſta in margine ſuperiore addita cernuntur ad annum MLXX. *Hoc anno ſervitium Baroniæ imponitur Rameſiæ*. Inde colligo volumen pertinuiſſe ad Abbatiam *Ramſeienſem*, ideoque Monachus quidam illud aſcripſit in margine de Abbatia ſua, quod etiam æque pertinuit ad Abbatias alias de quibus ibi fit ſermo. Huc facit deſiderium Regis *Henrici III.* in Parlamento an. 51. ad *S. Edmundsbur* (primam quod tum in domo factum eſt) una cum Reſponſione. *Item petitum eſt, ut omnes clerici tenentes Baronias, vel laicum feudum, perſonaliter armati procederent contra Regis adverſarios, vel tantum ſervitium in expeditione Regis invenirent, quantum pertinet ad tantum terram vel tenementum.* Reſponſio. *Ad hoc reſpondebatur, quod non debent pugnare cum gladio materiali ſed Spirituali. Scilicet cum lachrymis & orationibus humilibus & devotis. Et quod propter beneficia ſua manu tenere tenentur pacem non bellum. Et quod* BARONIÆ EORUM AB ELEEMOSYNIS PURIS STABILIUNTUR, *unde ſervitium militare non debent niſi certum, nec novum incipient*: Hic verba iſta *Baronia eorum ab eleemoſynis puris ſtabiliuntur*, denotant me judice, quod Baroniæ Clericorum compoſitæ fuerint ex ejusmodi agris olim poſſeſſis in *Frankalmoign* ſeu liberis eleemoſynis, juxta ſuperius allegata de illis ipſis. Et ſicuti tum Epiſcopi nec non Abbates ita & alii ejusdem dignitatis, & per ejusmodi tenuras Barones pariter facti ſunt. Verum licet iſtæ perſonæ Eccleſiaſticæ revera eſſent intuitu ſuarum tenurarum, Barones, attamen ſæpe *Prælati* tantum nuncupantur, ut quando *Prælati & Barones* dicuntur ad innuendum Spirituales & Temporales Barones vel *Epiſcopi & Abbates* dicuntur, vel ſimil. cum *Barones* pro temporalibus Dominis ſolum additur. Exempla hujus aſſertionis admodum ſunt frequentia. Collectio ab *Alexandro Sbrewsburienſe* facta & Certificationes cujusque Prælati & Baronis de ſubſidiis *Henrico II.* traditis (§. 17. & 18. commemoratis) id docent; ubi etiam Prælati vel Spirituales Barones illius temporis ac feuda equeſtria enumerantur. Cernis etiam illos ſub *Wilhelmo I.* in libro *Domesday*; & plures adhuc integro ſpatio *Henrici II. Richardi I.* & prioribus annis *Iohannis* Regis in Rotulis, ubi ſub titulo *Scutа-*

Matth. Pariſ. pag. 134.

Scutagiis Baronum qui milites non miſerunt, etſimil. cum Temporalibus Baronibus, in eodem caſu conſtitutis, annotantur. Si verbum *Barones* comprehendit æque Epiſcopos & Abbates, ac Temporales Barones, utut ad diſtingvendam eorum conditionem aliquando *Prælatus & Baro* conjungantur ita ut prima vox Titulus Eccleſiaſticus exiſtens, denotet Spirituales Barones, poſterior vero, vi originis ſuæ exiſtens titulus temporalis, denotet ſolummodo Temporales Barones. Uſus etenim vocis Baro apud nos fuit maxime varius, uti ſupra Diximus. *vid. ſupr. § 18.*

XX. Venimus nunc ad primaria capita quæ concernunt tum Spirituales tum temporales Barones illorum temporum, prout habuerunt *locum & votum in Parlamento ſeu primario Regni conſilio*, unde & lux affulgebit tum aliis ſpecialibus jamdum traditis de diſtincta Baronum dignitate, ut & Comitum, prout hic communi quoque Baronum vocabulo intelliguntur. *Wilhelmus I.* anno regni ſui quarto vel MLXX. (qui annus primus fuit, quo Epiſcopos & Abbates adegit ad Tenuras per Baroniam) *conſilio Baronum ſuorum* (inquit *Hovedenus* ex collectione legum ſcripta a *Glanvillo*, ut & Autor libri *Lichfieldenſis* Ms. & videſis notas ad Edmer. pag. 171.) *fecit ſummoneri, per univerſos conſulatus Angliæ, Anglos nobiles & Sapientes & ſua lege eruditos ut eorum & jura & conſvetudines ab ipſis audiret.* Et duodecim ex quavis prodierunt Comitatu oſtendentes quæ eſſent conſvetudines regni, iisque ſcriptis manu *Aldredi* Archiepiſcopi *Eboracenſis* & Hugonis Epiſcopi *Londinenſis* confirmabantur ut plurimum ab iſtis Baronibus in illo congreſſu, qui tum temporis Parlamentum erat, præſentibus. Tantundem docet Lex *Henrici I. Lagam Regis Edvardi* (inquit *Matheus Pariſienſ. pag. 75. ed. Lond.*) *vobis reddo cum illis emendationibus quibus pater meus eam emandavit conſilio Baronum ſuorum.* Hoc fortaſſis eſſe poteſt Parlamentum in quo deciſa eſt controverſia inter *Thomam* Archiepiſcopum *Eboracenſem* (conſecratus is erat poſt *Aldredi* mortem eo ipſo anno; ad quem annum etiam hæc refertur controverſia) & *Ulſtanum* Epiſcopum *Wigornienſem* de quibusdam terris. Anno MLXX. inquit *Florentius, Reverendi Ulſtani Wigornienſis Epiſcopi mota eſt querela, jam conſecrato Thoma qui pro Eboracenſi Eccleſia in Concilio, in loco qui vocatur Pedreda, celebrato coram Rege ac Doroberius Archiepiſcopo Lanfranco & Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, & Pri* *in Henr. I. pag. 343. ed. Lond.*

Idem fere Math. Pariſ. quod dum in anno 1095. refert. ad 1070. retroſcit.

& Primatibus totius Anglia, Dei Gratia adminiculante terminata eſt. Sub voce *Primates* exiſtimo hic Seculares Barones, qui Comites non fuerunt, comprehendi, quanquam vox iſta ceu *Proceres* vel *Magnates*, comprehendat & illos & reliquos etiam. *Primates* etiam denominat ſeculares Barones in ſubſcriptione *Godofredi* Epiſcopi *Conſtantinienſis* duobus circiter poſt annis, ad decretum de Primatu *Cantuarienſe*. Verba ſunt: *Ego Goffridus Conſtantienſis* (legendum *Conſtantinienſis*) *Epiſcopus & unus de Primatibus Anglorum conſenſi.* Hoc enim decretum confirmatum eſt *totius Regni aſſenſu*, ut *Edmerus* loquitur; quod dicit plenum Parlamentum; quanquam pauci tantum ſubſcribant Domini. Et ſicut in eadem ſubſcriptione *Odo* Epiſcopus *Bajocenſis* (*Bayeux*) vi hujus nominis non habens jus ſubſcribendi in Parlamento, vocat ſemetipſum quoque Comitem *Cantii*, vi cujus tituli locum & votum ibi habuit, ita hic alter Epiſcopus Gallus etiam fecit, qui intuitu ſui Epiſcopatus non fuit Parlamenti membrum, ſed ſaltem intuitu ſecularis Baroniæ, quam in Anglia poſſedit. Nam bona ejus hic fuerunt ampla, & ex Regis liberalitate tenuit CCLXXX. *Manſa.* *Dono Gulielmi Regis* (inquit *Odericus*) *ducentas & octoginta villas, quas amanendo maneria vulgo vocamus, obtinuit, quas omnes nepoti ſuo de Molbrayo, propter nequitiam & temeritatem ſuam, non diu poſſeſſuro, moriens reliquit.* Iſte *Principum Conventus* (ut vocat *Edmerus hiſt. nov. lib. 1. pag. 9. & videſ. notas ad eundem pag. 197.*) ſeu congregatio Comitum & Baronum, in *Pinneden Cantii* (in quo *Lanfrancus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis omnium adſtipulatione & judicio*, ſunt ejusdem autoris verba, *prævaluit adverſus Odonem Comitem Cantii*) huc pertinet, habitusque eſt primo anno *Wilhelmi* primi. In annalibus etiam noſtris in cauſa exemptæ Abbatiæ in *Bury* ab Epiſcopatu *Norwicenſi* invenimus mentionem factam Parlamenti coacti ſub eodem Rege, in quo omnes regionis Epiſcopi, Comites & Barones conſtitutionem ſanciverunt circa hanc exemptionem.

Malmesb. de geſt. reg. lib. 3.

hiſt. Eccleſ. l. 4. pag. 523.

21. Edward 3. fol. 60.

Circa ſeptimum etiam *Wilhelmi II.* annum vel MXCIV. Parlamentum fuit habitum in *Rochinghamenſi* Caſtello *Northamptoniæ*, convocatum præprimis ob quæſtionem obortam inter Regem & Archiepiſcopum *Cantuarienſem Anſelmum*, qui *Romam* iverat *Pallium* petiturus, & Papæ autoritatem agnoverat, etſimil. Convocabatur

tur hic Parlamentum, ut *Epiſcopis, Abbatibus, cunctiſque Regni Principibus unà coeuntibus communi conſenſu definiretur*, ſicuti *Edmerus* loquitur *hiſt. nov. lib. 1. p. 26.* Integra ejus proceſſus forma, & deciſiones obſervatu ſunt maxime dignæ, ſpeciatim hoc Autore narrante. *& vide ſ. Malmesb. de geſt. Pontif. lib. 1. in Anſelmo.*

Anno poſt vel duobus, idem Rex, (ait *Eadmerus loc. cit. lib. 2. pag. 38.*) *de ſtatu regni acturus Epiſcopos, Abbates, & quosque regni Proceres in unum præcepti ſui ſanctione egit.* Et de judicio Baronum ſub hoc rege videſis *Florent. Wigorn. ſub an. 1093.*

In coronatione *Henrici I. Clerus Angliæ & Populus univerſus* inquit *Matheus Pariſienſ.* pag. 75. & 321. *Edit. Londin.*) apparere juſſus eſt in *Weſtmonaſterio*, ubi variæ leges conditæ & declaratæ. *Commune Conſilium Baronum meorum* verba ſunt. In ſubſcriptione autem teſtimoniorum ad Leges iſtas (quæ ambo bis habet ut & *Rogerius de Wendover* Ms. unde deſcripſit) pauci quidam Epiſcopi, Comites & Barones cum additione *& aliis multis* occurrunt. Idem inſtrumentum tum in *Ioban. Brumptoni Hiſt. Iornal. Ms.* tum in *Rubro Æxrii Ms.* libro pag. 163. ſubſcriptum legitur. *His teſtibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Vice Comitibus, & Optimatibus totius Regni Angliæ apud Weſtmonaſterium quando coronatus fui.* Duplicata hic inſtrumenta ſignata ſunt, unumque miſſum in unumquemque Comitatum, ut illic conſervaretur in Abbatia primaria. Videturque quod *Vice-Comites* vel Sheriffi cujusque Comitatus ideo præſentes fuerint.

Anno tertio ejusdem Regis ſeu MCII. *Concilium celebratum eſt apud Weſtmonaſterium* ex Epiſcopis & Abbatibus, & *huic Conventui affuerunt, Anſelmo Archiepiſcopo petente a Rege* (inquit *Eadmerus hiſt. nov. lib. 3. pag. 67. & poſt* ipſum *Wilhelmus Malmesburienſ. de geſt. Pontific. lib. 1.*) *Primates regni, quatenus, quicquid ejusdem Concilii autoritate decerneretur; utriusque Ordinis concordi cura & ſolicitudine ratum ſervaretur.* Multæ leges hic conditæ, quas recenſent Monachi iſti: & *Rogerius Hovedenus in Henr. 1. pag. 472. edit. Franc.* habet nonnullas alias ſancitas ſex circiter poſt annis, ab omnibus Angliæ Epiſcopis, ut loquitur, *in præſentia glorioſi Regis Henrici, aſſenſu Comitum & Baronum ſuorum.* Nonnulli alii conventus Comitum & Baronum ſpiritualium æque ac temporalium totius *Angliæ* ſummonitorum, recenſentur in Annalibus qui enarrant hujus regis *Henrici* acta. Poſt mortem *Vide ſ. Polydor. Virg. lib. 2. in Henr. 1. ubi de Parlamentis.*

tem ejus usque ad nepotem ejus *Henricum II.* non obſervavi quicquam, quod his lucem fœnerare queat. *Henrici* autem II. anno decimo ſeu MCLXIII. circa finem *Januarii* magnum Parlamentum *Clarendoni* habitum *Præſidente* (inquit *Matheus Pariſienſ.*) *Iohanne de Oxonia* (qui poſtea fuit Epiſcopus *Norvicenſis*) *de mandato ipſius Regis, præſentibus etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus & Proceribus* Regni. *Rogerius Hovedenus* autem expreſſe ait, quod Clerus & Populus regni tum fuerint congregati: ſicque innuit fuiſſe integrum Parlamentum, ſeu *generale conſilium*, uti appellat *Fitz-Stephanus Ms. vit. Thomæ Archiep. Cant.* & alii, quod etiam videtur intelligendum in narratione, quæ tranſcripta legitur in fine *Quadrilogi*, nec non in *Goldaſto*, ubi *Nobiliores & antiquiores regni* adduntur Epiſcopis, Comitibus & Baronibus regni. In hoc Parlamento *avita conſuetudines* illæ (quomodo appellantur in epiſtolis Paparum, *Johannis Sariburienſis*, & aliorum illius ætatis) quæ occaſionem dederunt magnæ illi controverſiæ inter Regem & *Thomam Archiepiſcopum Cantuarienſem*, recognitæ ſunt, atque inter illas ad noſtrum hic pertinet ſcopum. *Archiepiſcopi, Epiſcopi & univerſi perſonæ qui de Rege tenent* in capite *habeant poſſeſſiones ſuas de Rege* ſicut Baroniam *& inde reſpondeant Juſticiariis & miniſtris Regis & ſequantur & faciant omnes conſuetudines Regias*, & ſicut cæteri Barones *debent intereſſe judiciis curiæ Regis cum* Baronibus *quousque perveniatur ad diminutionem Membrorum vel ad Mortem.* Sic legimus apud *Matheum Pariſienſem* & *Rogerium* de *Wendower Ms.* itemque in legibus Parlamenti apud *Gervaſium Dorobernienſem Ms. pag. 68.* (Authorem huic Parlamento coævum) niſi quod ubi apud *Matheum Pariſ.* modo Imperandi dicitur, & *conſuetudines* tantum, *Gervaſius* in Indicativo ait: *habent, reſpondent, ſequuntur & faciunt*, & *rectitudines, conſuetudines*, pro *habeant, reſpondeant, ſequantur & faciant.* Adeo corrupte autem *Goldaſtus* exhibet, uti & in fine *Quadrilogi* legitur, ut ſenſus genuinus immutetur. *Archiepiſcopi, Epiſcopi & univerſæ perſonæ regni quæ de rege tenent in capite & habent* (ſic legitur in *Goldaſto*) *poſſeſſiones ſuas de Dominio Regis ſicut* Baroniam *& inde reſpondent Juſticiis & Miniſtris* Regis, *& ſequentur, & facient omnes rectitudines, conſuetudines & Regias & ſicut Barones cæteri*, &c. ſicut *Matheus Pariſienſ. Quadrilogus* fere easdem habet ſyllabas, niſi quod pro *ſequentur & facient* legat *ſequun-*

Conſtit Imperial. tom. 3. pag. 347. ubi ſide Baronū noſtrorum complurium nomina, ſed depravata nimis.

Balæus Cent. 3. Script. 48.

Conſtit. Imperial. tom. 3. pag. 348.

quuntur *& faciunt.* Plenus tamen & genuinus ſenſus hic conſervatur, quomodo eum habemus in *Pariſienſe, Wendovero & Gervaſio.* Singulare autem eſt teſtimonium de illo quod tradidimus de creatione Baronum illo tempore. *Tenere de Rege in Capite, Habere poſſeſſiones ſicut Baroniam,* eſſe Baronem, & habere jus ſedendi cum reliquis Baronibus in Conſilio vel curia judicii juxta leges illorum temporum, ſunt iſthic ſynonyma. Rex ipſa eſt quod omnes Epiſcopi, Abbates, Priores, & ſimiles qui tenuerunt in capite a Rege, habuerint poſſeſſiones ſuas tanquam Baronias, & propter illas obſtricti fuerint præſtare ſua ſervitia, nec non ſedere in Judicio cum reliquis Baronibus in omnibus cauſis, excepta cauſa ſangvinis. Exceptio cauſarum ſangvinis proceſſit ex Iure Canonico, quod prohibuit Clerum aſſidere ejusmodi judiciis. Clerus etiam Anglicanus in Parlamento aliquoties propter hanc Iuris Canonici legem abſtinuit ab ejusmodi judiciis, ſuamq; partem omnem interea commiſit procuratori laico. Verba illa *univerſæ perſonæ regni* interpretor de omnibus Abbatibus, Conventuum Prioribus & ſimil. acſi dictum fuiſſet *univerſi in dignitatibus Eccleſiaſticis poſiti qui de Rege tenent,* &c. Phraſis deſumta eſt ab uſu ejus in Legibus Eccleſiæ. Nam ſicuti *Perſonatus* aliquando in Scriptoribus Juris Canonici dicit primariorum Eccleſiaſticorum Collegiorum dignitatem, ita qui hanc ſuſtinent dignitatem vocantur hic *perſonæ,* quod tamen tempus & uſus apud nos jam dudum adſtrinxerunt ſolummodo ad denominationem Rectorum in Eccleſia Parochiali. *Cognoſcitur* (inquit *Archidiaconus*) *perſonatus quando aliquis habet prærogativam in choro vel in Capitulo, in optionibus, in proceſſionibus, in vocibus dandis & hujusmodi præ aliis Canonicis ejusdem ordinis.* Et quanquam ipſe non admittat verbum hoc majores ſignificare dignitates, Eccleſiæ, attamen alii [a] aſſerunt *Dignitatem & Perſonatum* idem denotare, quem in finem lectorem remitto ad *Lindwoodum* [b]. Hic addimus quod ratio ab *Henrico II.* adducta, cur noluerit permittere ut aliquis ex ipſius tenentibus *in Capite* vel *Capitaneis* (quomodo *Radulphus de Diceto,* cujus verba citantur in notis *ad Edmerum pag. 169.* appellat eos) excommunicetur absque ipſius conceſſione, fuerit lex condita a *Wilhelmo I. Ne,* (ſcribit *Matheus Pariſienſis ann. 1163*) *ſi hoc Regem lateat, lapſus ignorantiæ communicet excommunicato,* Comitem *vel* Baronem *ad ſe venientem in oſculo*

Rot. Part. II. Rich. 2. & 21. Rich. 2.

ad Cod. ſtatutum tit. de reſcript. lib. 6.

[a] *Card. de Elect. C. ut circa.*

[b] *Ad tit. de præſumpt. C. unic. Verb. Perſonatu & tit. de vita & honeſtate Cleric. cap. 1. ut Clericalis.*

oſculo vel Conſilio admittens. Ad Parlamentum *Northamptonia* ſeu *Magnum Concilium* (ſic *Rogerius de Hoveden* appellat aliique) coactum menſe Octobre anno XI. *Henrici II.* ſeu MCLXV. omnes Tenentes in capite ſunt convocati. *Caſtro Northamtunia* (ſcripſit Anonymus Autor antiquus Ms. in vita *Thomæ Becket* Archiepiſcopi *Cantuarienſis*, de Rege locutus) Solenne *ſtatuens celebrare concilium omnes qui de* Rege *tenebant in Capite mandari fecit.* Obſervari quoque meretur integer ibidem proceſſus adverſus Archiepiſcopum illum, prout refertur in *Hovedeno, Gervaſio, Dorobernienſe Ms. Quadrilogo* & aliis. Illud tamen quod attinet *Iohannis Mareſchalli* querelam contra ipſum in cauſa injuſtitiæ, & exactius recenſet *Wilhelmus Fitz Stephen* ſeu *Stephanides Ms. de vita & paſſion. Thomæ Cantuar.*, qui miniſterio ſuo *Beketo* affuit in iſtis turbis, rem optime declarat. Certe Diſſenſus Spiritualium Baronum & Temporalium in proferenda ſententia adverſus eum (intuitu dignitatis quam ipſe ſuſtinuit) deciſione & Parlamentario proceſſu illius temporis in caſibus ejusmodi nullibi apparet plenius. Ideoque huc tranſcribam. *Secunda die*, ait, *conſulentibus Epiſcopis, Comitibus, & Baronibus Angliæ omnibus* [a], *Nor. pluribus, Roffenſis Epiſcopus & quidam alius nondum venerat. Archiepiſcopus læſæ Majeſtatis Coronæ Regiæ arguitur quia ſcilicet ut ſupra narratum eſt à Rege citatus pro cauſa* Johannis (intelligit *Johannem* Mareſchallum quærelæque cauſa patet ex *Hovedeno*) *neque venerat, neque idoneè ſe excuſaſſet. Archiepiſcopi depulſio nullum locum habuit Allegata ſamen Iohannis ſupradicti injuria, & juriſdictione hujus cauſa propria, & Curiæ ſuæ integritate, Rex exigit judicium. Archiepiſcopi ratio nulla eſt approbata. Viſum eſt omnibus & reverentia Regiæ* Majeſtatis *& ex aſtrictione ligii homagii* (hoc verbo ſæpe utitur pro homagio) *quod Domino Regi faceret Archiepiſcopus, & ex fidelitate & obſervantia terreni ejus honoris quam ei juraverat, quod parum eſſet defenſus vel excuſatus, quia citatus à Rege neque venerat, neque corporis infirmitatem vel neceſſariam qua deferri non poſſet officii Eccleſiaſtici adminiſtrationem per nuncios allegaverat. Condemnandumque eum dixerunt in pœnam pecuniarum omnium bonorum ſuorum mobilium ad miſericordiam Regis. De proferendo judicio, diſtantia fuit inter* Epiſcopos & Barones, *utriuſq; alterius illud imponentibus, utriuſq; ſe excuſantibus. Ajunt* Barones; *Vos* Epiſcopi *pronuntiare debetis ſententiam ad nos non pertinet. Nec laici ſumus. Vos perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicut ille; Conſacerdo-*

[a] *puto* : Normanniæ.

ſacerdotes ejus; Cœpiſcopi ejus. Ad hæc aliquis Epiſcoporum; Imo veſtri potius eſt hoc officii, non noſtri. Non enim eſt hoc Judicium Eccleſiaſticum, *ſed* ſeculare. *Non ſedemus hic* Epiſcopi *ſed* Barones. *Nos* Barones *& Vos* Barones, Pares *hic ſumus. Ordinis autem noſtri rationi fruſtra innititimini. Quia ſi in nobis ordinationem attenditis & in ipſo ſimiliter attendere debetis. Eo autem ipſo, quod* Epiſcopi *ſumus, non poſſumus* Archiepiſcopum *& Dominum noſtrum judicare. Sed quid? Rex, hac audita do pronuntiando controverſia motus eſt. Et Controverſari ſuper hoc deſitum eſt. Dominus* Wintonienſis (is tum temporis fuit *Henricus de Bloys*) *impoſitus dicere tandem & invitus pronuntiavit.* Archiepiſcopus *autem, qui ſententiæ vel recordationi Curiæ Regis Angliæ non licet contradicere ſuſtinuit conſilio Epiſcoporum. Ad acta, admittendum & bonorandum Regem, ſolenni & manuum ipſius miſſione, quaſi conceſſionis judicii, ut moris eſt ibi & omnibus Epiſcopis datis vadibus præter* Gilbertum *illum* Londinenſem *qui rogatus pro eo ſpondere noluit; quæ ejus ſingularitas notam fecit.*

Anno etiam XXIII. ejusdem Regis tempore quadrageſimali Conventus fuit omnium Spiritualium & Temporalium Baronum, ſeu Epiſcoporum, Abbatum, Priorum, Comitum & Baronum, (*Hovedeno* affirmante) apud *Weſtmonaſterium* propter terminationem magnæ illius contentionis inter *Alfonſum* Regem *Caſtiliæ*, & *Sanctium* Regem *Navarræ* de variis Caſtellis & Territoriis in *Hiſpania*, quæ per compromiſſum arbitrio Regis Anglicani ſubdita fuit. Hic igitur *habito cum Epiſcopis, Comitibus, & Baronibus noſtris, cum deliberatione, conſilio,* terminavit eam, ut ipſe loquitur in prima perſona, in apographo ſententiæ, quam cum integra hiſtoria large exhibet *Hovedenus.* Mentio quoque ejus quædam apud *Matthæum Pariſienſem Ann. 1176.* Sub *Richardo I.* legimus apud *Hovedenum*, quod dum Rex captivus detineretur in Imperio, Comites & Barones fuerint congregati in *Communi Conſilio regni*, ut appellat, vel Parlamento, ubi judicatum eſt, poſt inſpectas literas & inſtructionem ſumtas a *Majore Londinenſi* in manibus *Adami de S. Edmundo* Procuratoris *Johannis Comitis de Moreton* (qui etiam incarceratus fuit) *quod Comes Johannes diſſaiſiretur de omnibus tenementis ſuis & ut Caſtella ſua obſiderentur; & factum eſt ita.* Hoc Parlamentum videtur *Oxinii* conveniſſe. *Hovedeno* dicitur ſaltem ſediſſe ad captivationem iſtius *Adami.* Et

ex narrationis ſerie (quæ ut plurima alia in hoc autore traditur cum magna temporum confuſione) apparet quod ſederit menſe *Februario* illius anni quo Rex reverſus eſt menſe *Majo* proximo. In rotulis autem computorum Sherifforum *Londonienſium & Middelſexiæ* pro illo anno (qui fuit primus Regis *Richardi*) exiſtimo Epiſtolam ſummonitionis ad *Oxonium* ſic commemorari. *Laurentio Oſtiario XX. ſolides ad deferendas ſummonitiones Regis per Angliam pro concilio convocando apud Oxineford per Breve Regis.* Menſe *Martio & Aprile* anni ſequentis idem Rex Parlamenti coëgit ſeu magnum Conſilium Baronum ſuorum Spiritualium & Temporalium, *in quo ipſe petiit ſibi fieri judicium de Comite Johanne, fratre ſuo, qui contra fidelitatem, quam ei juraverat, caſtella ſua occupaverat & terras ſuas transmarinas deſtruxerat & fœdus cum inimico ſuo Rege Franciæ contra eum inierat*: Sic etiam de *Hugone* Epiſcopo *Conventrienſe* perduellionis reo. Inde concluſum quod & *Johannes Moretoniæ* Comes & Epiſcopus debeant peremptoriè citari, atque niſi intra dies quatuordecem comparerent *nec juri ſteterint, judicaverunt* (ſcribit *Hovedenus*) *Comitem Iohannem demeruiſſe regnum, & Epiſcopum Coventrenſem ſubjacere judicio Epiſcoporum in eo quod ipſe Epiſcopus erat, & judicio Laicorum in eo quod ipſe Vicecomes Regis extiterat.* Sic quoque alia judicia referuntur apud eundem Authorem.

Rot. Mag. 5. Rich. 1. in London & Middleſex.

pag. 737. edit. Fr.

Anno ſecundo Regis *Iohannis* magna illa controverſia de Baronia *Wilhelmi de Mawbray* vindicata adverſus *Wilhelmum de Stutvile*, inde ab *Henrico II.* tractata, finita eſt *conſilio Regni & voluntate Regis*, per modum compoſitionis ut *Hovedenus* narrat: deinde Anno 1204. ſeu Regis quinto *Convenerunt ad Colloquium apud Oxoniam Rex & Magnates Angliæ* inquit *Matheus Pariſ.* Rotulique illo anno habent *Commune Conſilium* Baronum noſtrorum apud *Wintoniam.* Certæ etiam leges conditæ pro defenſione Regni anno ejus ſexto, *Communi aſſenſu Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum & omnium fidelium noſtrorum Angliæ*, ut verba Rotuli ſonant ejusdem anni Dorſet. Pat 6. membr. 2. & Dorſ. clauſ. 3. Obſervare hic quoque poſſumus reſponſum *Willielmi de Breoſe*, cum liberi ejus, æque ac aliorum Baronum liberi requirerentur a Miniſtris ejusdem Regis in obſides. *Si ipſum in aliquo offendi* (ait iſte, recenſente *Matheo Pariſienſe fol. 303. edit. London.*) *paratus ſum & ero Domino meo & ſine obſidibus ſatisfacere ſecun-*

Rot. Pat. 5. Ioh. R. membr. 1. num 3.

cun-

cundum judicium Curiæ ſuæ & Baronum, Pariumm eorum, certo mihi aſſignato die & loco.

Iſta primaria teſtimonia de Baronibus locum & votum in Parlamento vel magnis Conſiliis illa ætate habentibus concludimus cum obſervatione una & altera de Summonitionibus per quas vocati ſunt. Jam aliquid de ipſis dictum ex Rotulis *Richardi I.* Nunc addimus ex *Stephanide Ms. de vita & Paſſione Thomæ Cant.* quæ habet de *Henrico II.* ſummonente Archiepiſcopum iſtum *Thomam Beket* tanquam Maleficum ad Parlamentum *Northamtoniæ.* Narrat quod miſerit mandatum ad ViceComitem *Cantii* ſolum, ut ipſe ſummoneret iſtum, quanquam mos erat ut primam ſummonitionem per Regis epiſtolam acciperet. *Nec tunc enim* (verba ſunt) *nec diu ante ei ſcribere voluerat, quia eum ſalutare nolebat. Nec aliam per literas ſibi directas ſolennem ac primam, ut antiqui moris erat, habuerat Archiepiſcopus ad Concilium citationem.* Antiquiſſimum tamen Breve Summonitionis, quod vidi, non excedit ſextum *Iohannis* R. [illegible]um. Dirigitur ad Epiſcopum *Sariburienſem*, præcipitque ipſi ut veniat, ſummoneatque omnes Abbates & Conventuales Priores ſuæ Dioeceſeos.

Mandamus vobis Rogantes quatenus omni occaſione & dilatione poſtpoſita, ſicut nos & honorem noſtrum diligitis, ſitis ad nos apud London *die dominica proxime ante Aſcenſionem domini nobiſcum tractaturi de magnis & arduis negotiis noſtris & Communi regni utilitate. Quin ſuper his quæ à Rege* Franciæ *per nuntios noſtros & ſuos nobis mandata ſunt, unde per Dei gratiam bonum ſpemmus provenire, veſtrum expedit habere Conſilium & aliorum Magnatum terræ noſtræ quos ad diem illum & locum fecimus convocari. Vos etiam ex parte noſtra & veſtra Abbates & Priores Conventuales totius Dioeceſis citari faciatis, ut Conſilio prædicto interſint ſicut diligunt nos & Communem regni utilitatem T.* &c.

Dorſ. Claus. 6. Iohã. R. mem. 3. & videſ. Dorſ. claus 15. R. Iohan. part 2. membr. 7.

Rotula hanc exhibens epiſtolam, non habet additam vocem *Conſimilia*, ceu notam ad reliquos Barones, uti communiter eſt in aliis clauſis rotulis, quibus citationes ad Parlamentum inſcriptæ. Apparet tamen in contextu hujus, & reliquos citatos, ſuperiusque dictum, Parlamentum habitum eſſe illo in anno. Verum de titulo Baronum in tempore quod intercedit adventum *Normannorum* ac poſtremam *Iohannis R.* ætatem hactenus.

XXI.

XXI. Circa initium proximæ partis in diviſione noſtra (inde ſcilicet ab extremis annis *Iohannis*, usque ad medios *Richardi II.*) magni momenti accidit mutatio Baronum & Baroniarum in regno. Cum enim tempore juxta diviſionem primo, unusquisque Tenutarius in Capite, ut ſupra oſtenſum, fuit indifferenter honorarius vel Parlamentarius Baro ratione Tenuræ ſuæ, vel tenementi, unde Baronia ejus conſtituta eſt; circa exitum *Iohannis* R. eminentiſſimi tantummodo horum Tenutariorum Capitalium, (aliquando appellati *Majores Regni Barones*) citati ſunt per ſingula ſcripta ad ipſos directa. Reliqui autem (ſive dicti aliquando Barones eodem ſenſu, ſive non, quod ignoro; quanquam potuerint dici *Minores Barones*, ſicuti iſti dicti ſunt *Majores*) etiam in Capite tenentes, citati etiam ſunt, non per ſcripta ſingula, ſed generali citatione edita a Sheriffis in ſuis Comitatibus. Quem in ſpecie locum & votum ab aliis diſtinctum iſti habuerint, non invenio. Saltem, quod hi Majores Barones & reliqui tenentes in capite tum fuerint diſtincti, clare apparet ex loco quodam magnæ Chartæ Regis *Iohannis* conditæ ultimo ipſius regni anno: *ad habendum omne conſilium Regni de auxilio aſſidendo aliter quam in tribus caſibus prædictis* (hi tres caſus ſunt, ſubſidium quo creatur filius natu maximus eques ſubſidium quo filia natu maxima elocatur, & ſubſidium redemtionis ſeu lytri, uti manifeſtum eſt ex Charta) *& de ſcutagiis aſſidendis faciemus ſummoneri Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Comites &* Majores Barones, *Regni ſigillatim per literas noſtras. Et præterea faciemus ſubmoneri in generali per Vice-Comites & Ballivos noſtros omnes alios* (quidam legunt *illos*) *qui* in Capite *tenent de nobis ad certum diem, ſcilicet ad terminum quadraginta dierum ad minus & ad certum locum; & in omnibus literis ſubmonitionis illius, cauſam ſubmonitionis illius exponemus, & ſic, facta ſubmonitione negotium procedat ad diem aſſignatum ſecundum conſilium eorum qui præſentes fuerint, quamvis non omnes ſubmoniti venerint.* Et alibi in principio ejusdem Chartæ, *Si quis Comitum vel Baronum noſtrorum ſive aliorum tenentium de nobis in Capite per ſervitium militare mortuus fuerit* &c. Sicut etiam invenimus eadem verba in illo *Henrici III.* plurima exhibente capita, quæ ſunt in hac *Iohannis* Regis Charta. Atque ſic videmus verba *alii tenentes in capite* ſic addi Baronum appellationi, ac ſi Baronis hæc deſcriptio ad illos non pertinuiſſet.

Math. Pariſ. pag. 343.

nuiſſet. Rationi autem minime videtur congruum aſſerere, quod per iſtas magnæ Chartæ leges (quæ condita eſt, puto, *a Rege & ejus Baronibus & liberis hominibus totius Regni*, ut & alia ſpecialia illorum temporum conſtituta ſunt) tantum cœperit diſtinctio *Majorum Baronum* a reliquis Tenentibus in capite. Minime dubito ante hanc Chartam ſcriptam per legem Parlamenti alius apparuiſſe qui fuerint *Barones Majores*, & qui vel quales non tenuerunt in capite, fuerunt que non *Majores*. Alias quomodo ſtylus iſte *Majores Barones* adeo familiaris eſſe potuit, vel omnino uſurpatus? Quæ certitudo in tam generali & indefinita expreſſione, niſi prius definitum fuiſſet, quinam iſti eſſent? Certe ante hunc Chartæ locum non invenio talia diſtinctionis verba, quæ plene ſatisfacere queunt; neque invenio ejusmodi legem, qualem ſuppono illa determinantem. Verum ex ſupradictis patet, varia fuiſſe antehac ſub Rege hoc Parlamenta, leges autem illic ſancitas periiſſe. Et anno ante hanc Chartam, Autor *Eulogii* Mſ. ait, *Convocatum eſt Parlamentum Londoniis, Præſidente Archiepiſcopo, cum toto Clero & tota ſecta Laicali; ubi per Domini Papæ præceptum, illa obligatio quam Rex Domino Papæ fecerat cum fidelitate & homagio relaxatur omnino VII. die Iulii.* Et decimo quinto ipſius anno, ſeu duobus annis ante ſcriptionem Chartæ ejo Magnæ, convocavit Parlamentum quoddam *Oxoniam* hoc peregrino ſummonitionis ſcripto; nam quantum novi absque exemplo eſt, & videtur innuere diſtinctionem Tenentium per ſervitia militaria quos hic appello *Barones minores* illorum temporum, a *Majoribus*, vel ejusmodi viris qui proprie fuerunt Barones. Verba ſunt iſta.

Videſ. Rot. clauſ. 17. Iob. R. Dorſ. Membr. 22. Hæc eſt conſentio. &c.

Dorſ. clauſ. 15. Iob. Reg. part. 2. mem. 7.

Rex Vicecomiti OXon. *Salutem. Præcipimus tibi quod omnes Milites Ballivæ tuæ qui ſummoniti fuerunt eſſe apud* OXoniam *ad nos à die Omnium Sanctorum in XV. dies, venire facias cum armis ſuis. Corpora verò* Baronum, *ſine armis ſingulariter & IV. diſcretos Milites de Comitatu tuo illuc venire facias ad nos ad eundem terminum ad loquendum nobiſcum de negotiis regni noſtri. Teſte me ipſo, apud Witten XI. die Novembris.*

Eodem modo ſcribitur omnibus Vicecomitibus.

Iam ut videtur in quibusdam ipſius Parlamentis Lex condita

eſt, unde iſta diſtinctio primum enata. Et veriſimillimum eſt ſic enatam. Colligere poſſumus ex hiſtoriis temporum quibus & circa quæ interdictum viguit, (continuavit autem circiter per ſex annos, ceſſavitque intra minus quam annuum ſpatium ante Parlamentum, in quo hæc Charta ſcripta) quod occaſione multarum litium inter Regem ac multos ipſius Barones, Baroniæ variæ fiſco fuerint addictæ vel per convictionem vel aliter juxta illorum ſeculorum leges, quæ in Regis poteſtate exiſtentes, partim aliis conceſſæ ſunt, partim retentæ, tanquam parata præmia pro accedentibus in regis partes, quibus dedit ejusmodi bona vel partem eorum tenendam a ſe in capite, uti tenuerunt Barones antiqui, quibus adempta erant. Et harum Baroniarum fiſco adjudicatarum fit mentio diſerta in Magna illa charta *Iohannis* Regis, unde etiam hodienum habemus in illa *Henrici III.* cap. 31. tunc uſurpata. Multi etiam fortaſſis Barones ita attenuati ſunt, ut amplius non potuerint honeſte gerere titulum ſuum. Barones ergo antiquæ familiæ, vel magnorum redituum, ſeu *Majores Barones* prævidentes, ut videtur, quomodo dignitas ſua & poteſtas poſſit multum imminui, ſi novi Tenentes capitales, & poſſeſſores Baroniarum fiſco addictarum, & reliqui depauperati (exiſtentes omnes Barones per tenuram, juxta leges illorum temporum) æquales ſibi fierent, & indifferenter haberentur, pro Baronibus regni cum ipſis, curarunt (ſic opinari nobis licet) legem ſanciri in aliquo Parlamento hanc magnam Chartam præcedente, juxta quam ipſi deinde ſoli proprie vocarentur & eſſent Barones, reliqui autem Tenentes ſolummodo in Capite, vel Equites, ſeu *milites*, quibus titulis diſcriminarentur a Baronibus. Conſtitutio hæc non potuit non valde imminuere dignitatem & honorem iſtorum, quanquam adhuc dum remanerent Barones vi legum priorum, æque ac Majores. Et fortaſſis quoniam nomen antiquum non ſubito ipſis adimi potuit in ſermone vulgi, ideo *Majores* dicti ſunt antiquitate & potentia eminentes, *Minores* autem ab initio dicti ſunt vulgo Tenentes in capite, quanquam non veterem eorundem ſub hoc titulo inveniamus mentionem. Nam legitime, videtur, dicti ſunt ſaltem Tenentes in capite, ut videre eſt in locis duobus Magnæ Chartæ ſupra adductis. Sic poſſeſſiones eorum quoque non legitime dictæ ſunt Baroniæ,

cap. 31.

roniæ, ſed feuda tantum militaria, quanquam vulgari ſermone plures ex ipſis etiam usque hodie retinuerint Baroniarum nomen, in quibus nullus fuit Baro honorarius ab ætate illa. Magni vero & antiqui Barones ſemper deſiderantes incrementa poteſtatis ſuæ propriæ & honoris per imminutionem illius quod vel reliquum erat in his Tenentibus Capitalibus, vel poterat deinde eſſe in aliquo qui ejusmodi Tenens fieret; Et fortaſſis ex adverſo Tenentes iſti vindicantes æquam dignitatem & titulum & locum in Parlamentis cum iis quorum tenuerunt Baronias; ſtatutum eſt ut videmus in magna charta, quod duo eſſe debeant eminentes characteres ad diſtingvendas dignitates & honores (præter illum nominis ſive tituli) Majorum Baronum & aliorum Tenentium. Unus apparet in Summonitionibus ſupra allegatis. Major enim honor erat ab ipſo Rege vocari ad Parlamentum, quam generali nomine Comitatus per Sheriffum ſeu ViceComitem. Alter ipſorum reſpicit Relevamentum. Cum enim antehac Tenentes illi in capite, & iſti quorum occuparant poſſiones, fuerunt in ordinario Baronum ſtatu, ac eorum Bona legitime Baroniæ, relevamenta eorum varie ſolvi debebant, aliquando armis, aliquando pecunia, loco armorum, ut ante oſtenſum. Relevamenta autem majorum Baronum & antiquorum nunc per magnam Chartam definita ſunt Centum Marcis; Relevamenta horum Tenentium Capitalium reddebantur, non tanquam pro Baroniis, ſed tantum ut *Valvaſorum* antiquorum, vel inſtar illorum qui tum tenuerunt feuda militaria Honorum vel Manſionum, non vero in capite i. e. obligabantur ſolvere quinque libras pro unoquoque feudo militari, uti videmus in principio magnæ iſtius Chartæ Regis *Iohannis*. Verba illa habes in Charta *Henrici III. cap. 2.* Poſtquam Tenentes in capite per hoc diſcrimen vocationis ad Parlamentum, Titulorum, Poſſeſſionum & Relevamentorum tanto inferiores facti ſunt *Baronibus Majoribus* per ſingula ſcripta ſummonitis, ſeu vocatis, & omnes antiquas prærogativas Tituli *Baronis* retinentibus; minus difficile erat *Baronibus* his *majoribus* invenire legem ad penitus tandem excludendos iſtos ab omni jure Parlamenti quod habuerunt tum temporis ſolo nomine Tenentium in capite. Et ea de cauſa, certe, lex deinde ſcripta, prohibens ne quisquam ad Parlamentum veniret ſub illo nomine,

vel ſub titulo Baronis, ſed illi tantum ad quos ſingulæ Summonitionis literæ directæ fuiſſent; quo in numero non ſolum omnes iſti antiqui Barones comprehenſi ſunt, (juxta Chartam magnam Regis *Iohannis*) verum etiam alii omnes, ad quos poſthac Summonitionum literæ dirigi potuerunt; quod reipſa idem erat, Tenuram ſolam non poſſe amplius facere Baronem regni; ſed literas Summonitionis poſſe. Quo anno lex iſta, quam ſupponimus feciſſe diſtinctionem primam inter Barones Majores & Tenentes illos, condita fuit, vel quando altera illa fuit condita, quam hic ſupponimus excluſiſſe poſthac omnino iſtos Tenutarios a loco ſuo quem habuerunt per Chartam magnam generali Comitatuum Summonitione facta, non apparet. Videtur tamen quod prima condita fuerit in Parlamento quodam habito non diu ante *Iohannis* R. Magnam Chartam abſolutam; altera vero, me judice, non diu poſt illam. Neque tamen ignoro, quod ex teſtimonio antiqui cujuſdam Scriptoris (quem, fateor, nondum mihi videre licuit, quanquam omnem intenderim diligentiam, ut offenderem ipſum alicubi) quidam viri eruditi ſupponant, quod Lex iſta locum olim & votum in Parlamento concedens iis ſolum tanquam Baronibus, qui per ſingula ſcripta ſummonendi forent, & nullis præterea aliis, ſancita fuerit circa finem *Henrici III.*, vel prout aliquando dicitur, circa initium *Edvardi I.* & ex eodem teſtimonio, aſſerant acſi ætate illa de qua loquimur vel prope illam, Lex quædam condita fuiſſet, juxta quam nemini præter Baronibus ad Parlamentum venire licuit & illis quidem, qui iſto jure ſuo continue uſi vel ſpeciali Summonitionis ſcripto a Rege creati eſſent. *Ad ſummum honorem pertinet* (inquit doctiſſimus *Camdenus* de Baronis dignitate locutus *Brit. pag.* 122.) *ex quo Rex* Henricus III, *ex tanta multitudine, quæ ſeditioſa & turbulenta fuit, optimos quosque reſcripto ad comitia Parlamentaria evocaverit. Ille enim* (*ex fatis antiquo Scriptore loquor*, inquit ipſe; & verba inde deſumpta ſequuntur) *poſt magnas perturbationes & enormes vexationes inter ipſum Regem*, Simonem *de* Monteforti *& alios Barones motas & ſopitas, ſtatuit & ordinavit, quod omnes illi Comites & Barones Regni Angliæ, quibus ipſe Rex dignatus eſt Brevia Summonitionis dirigere* a *lege* ſimilia *venirent ad Parlamentum ſuum. & non alii niſi forte Dominus Rex a aliis illa Brevia ei* dirigere voluiſſet. Atque hæc ita cœpta circa exitum

Camden. Anglo. pag. 11.

Hen-

Henrici III. consummata sunt ac continuata (inquit *Camdenus loco citato & pag. 658.*) ab *Edvardo I.* Successoribusque ejus. At testimonium antiqui Scriptoris ab ipso adductum, persvadet mihi ne credam Legem ejusmodi ullam tam sero factam esse, id est, circa finem *Henrici III.* verum multo ante, nec non citius post magnam Chartam *Iohannis* Regis. Nam nullis in locis mihi occurrentibus, inde a Magna Charta illa, reperio mentionem alicujus juris, quod isti alii Tenentes in Capite *eo nomine* habuerint in Parlamento, qui sine dubio fuerunt personæ ab ipso exclusæ, cum ejusmodi Lex sancita est Præterea ex probæ fidei docemur testimonio, Barones fuisse distinctos per Tenuram in capite ab aliis in capite non tenentibus, diu ante postremos *Henrici III.* annos (vel tempus ad quod antiquus iste Scriptor refert Legem illam immutationis) quod videtur probare, æque tum fuisse Barones ex Scripto solum, (juxta sensum legis hic suppositæ) ac Barones antiquos per Tenuram. Testimonium illud est *Matthei Parisiensis*: *Rex edicto publicè proposito* (inquit de XXIX. *Henrici III.* anno) *& submonitione generaliter facta, fecit notificari per totam Angliam ut quilibet* Baro tenens ex Rege in Capite *haberet promptas & paratas Regali præcepto omnia servicia militaria, quæ ei debentur, tam Episcopi & Abbates quam laici Barones.* Hic nominantur Barones *in capite* tenentes, ac si alii sic minime tenuissent, ideoque necessario creduntur fuisse Barones per scriptum tantum. Atque hæc differentia optime sequi potest legem talem de qua nunc disputamus. Iste etiam *Camdeni* Scriptor antiquus loquitur de Comitibus non aliter quam de Baronibus, acsi & illorum aliqui excluſi fuissent, quo quid magis contrarium esse potest veritati illo tempore cognitæ, imo omnibus seculis. Et vel in his ipsis verbis character levis ejus Autoritatis patescit, quicunque tandem Scriptor iste fuit. Ista igitur & quæ jamdum annotavimus, permittunt ut exiguam saltem autori præbeam fidem, ac statuam potius non diu post Magnam Chartam *Iohannis* Regis (& fere ipso adhuc regnante) Legem aliquam sancitam esse, quæ induxit omnimodam exclusionem a Parlamento omnium Tenentium in Capite, exceptis antiquis & Majoribus Baronibus, nec non illis, quos Rex summoniturus esset pari ratione. Unde ab isto tempore durante spatio divisionis nostræ, vel usque ad mediam ætatem *Richardi* secundi

pag. 371. edit. Lond.

nemo præter iſtos & hæredes vel Succeſſores (prout caſus tulit) illorum qui fuerunt ex his duobus juſte potuerunt frui titulo illo honorario. Neque dicat quispiam quod nimium præſumamus conjecturantes, Leges, quas ſupponimus, ſancitas eſſe temporibus illis, quoniam neque Rotuli ſuperſunt nec Hiſtoriæ easdem diſerte commemorantes. Vulgares hiſtoriæ obſcuræ ætatis iſtius plurima habent, quæ Rotuli non habent. Rotuli ſuperſtites (ut patentes & clauſi præſertim) plurima exhibent quibus hiſtoriæ carent. Neque tamen habemus omnia. Et mirum potius quod habeant tam multa. Nam proprius locus legum æque illorum temporum (ac noſtrorum) fuit in Rotulis Parlamentariis, qui omnes perierunt. Leges vero quas reperimus in aliis illorum temporum rotulis per accidens tantum ad ipſos pervenerunt. Unde etiam factum quod neque Magna Charta *Iohannis* Regis, neque *Henrici III.* reperitur in rotulis iſtorum Regum, licet illam *Henrici* habeamus alibi tum in Rotulis poſteriorum temporum, tum in autoribus fide dignis, & fere magnæ Chartæ coævis. Illam etiam *Iohannis* Regis habemus in autographis quibusdam atque hiſtoriis *Mathei Pariſienſis, Rogeri de Wendover Ms., Thomæ de Rudborne* Ms. & aliorum non vero in rotulis nunc extantibus. Neque mirum eſt monumenta temporum de ſanctione legum tanti momenti perire. Ordinariorum poteſtas in concedenda Adminiſtratione Inteſtatorum bonorum (quæ minime levis eſt momenti) ſat bene nobis omnibus eſt cognita. Veruntamen nullus liber antiquus nec Rotulus (quoad novi) oſtendit initium legis iſtius: ſi exceperis conſtitutionem *Othoboni* ubi dicitur *Proviſio quæ olim a Prælatis regni Angliæ cum approbatione Regis & Baronum dicitur emanaſſe.* Verum neque iſtæ conſtitutiones, neque ſcriptor alius oſtendit verba Proviſionis hujus, aut dicere poteſt quando ſancita eſt. Novi quod in Magna Charta *Johannis* R. & in quibusdam exemplaribus illius *Henrici III.* in fine Capitis XVIII. *Si quis tenens Laicum feodum* &c. ſequuntur iſta verba; *Et ſi quis liber homo inteſtatus deceſſerit per manus parentum propinquiorum & amicorum ſuorum, & per viſum Eccleſiæ bona ſua diſtribuantur, ſalvis unicuique debitis quæ defunctus debuit*; quæ potius accipio de ſuppoſitione præcedanei juris Ordinariorum concedentium adminiſtrationem bonorum inteſtatorum, quam de prima lege hoc defini-

Tit. de bonis inteſtatorum e. cum mortis.

definiente. *Iohannes* tamen *de Athon* in ſuis Commentariis ad *Otthoboni* Conſtitutiones admodum erroneè refert initium Legis hujus de Adminiſtratione ad ſtatutum *Weſtmonaſterienſe* ſecundum; nam certum eſt, quod Conſtitutiones factæ fuerint an. XXXII. *Henrici III.* Statutum vero illud multis poſt annis videl. XIII. *Edvardi I.* Hæredes etiam tempore *Henrici I.* & *Henrici II.* jure hæreditatis acquiſiverunt jumenta eodem modo quo terras, ut apparet in legibus *Henrici I.* & in Aſſiſa *Clarendoniæ*, renovata *Northamptoniæ* 22. *Henrici 2. ap. Roger. Hoveden pag. 314. edit. Lond.* Verum lex ei nunc aperte adverſatur, fuitque adverſa inde a *Iohannis* R. tempore. Ac fine dubio circa illud tempus immutata eſt per aliquod Parlamenti decretum. Neque tamen decretum ejusmodi reperitur nunc in libris noſtris vel Rotulis. Idem dici poteſt de Probationibus teſtamentorum, ac aliis multis hoc in regno. Ac in antiqua Romanorum Monarchia celebris *lex Regia*, Lex maximi momenti qualis unquam Romæ fuit, per quam [a] *Ulpianus* & [b] *Iuſtinianus* dicunt, *Populus Principi & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem contulit*, condita videtur in principio iſtius Monarchiæ, attamen nemo ejus vel tempus vel verba invenit, quanquam reſpectus eo habeatur in illo fragmento confirmationis ſimilis poteſtatis ad [c] *Veſpaſianum*, quæ hodienum forte fortuna extat in Capitolio, unde aliquot abhinc annis translata eſt in *Lateranenſe* Palatium. Idem dici poteſt de *lege Regia* Imperii Germanici [d], atque aliis legibus antiquis aliquot, in omnibus rebus publicis, de quarum eſſentia certi ſumus ex materiæ circumſtantiis, verum de ſanctionis tempore, & formulis, penitus ad conjecturam remittimur ob defectum antiquorum iſtorum teſtimoniorum de ipſis quæ periere.

ap. Matth. Paris. pag. 35 lin. 14. a.

a ff. de Conſtit. Princ. l. 1. quod Principi.

b Inſtit. de Iure Nat. §. ſed & quod (ubi Sidefis myſingerum) & Pompon. ff. de origine Iuris. §. 11 nobiſſima

c Anton. Auguſt. de legib. pag. 314.

d Vid. Bento. dict. Carpz. tract. de Capitulat. Caſar. cap. 3. §. 18.

XXII. Ob mutationem a legibus iſtis, *Barones* concernentibus, hic introductam, fuerunt tempore diviſionis noſtræ, ſeu inter annos *Iohannis* R. poſtremos, & medios *Richardi II.* duo genera Baronum; *Barones ex ſcripto & Tenura*, & *Barones ex ſcripto ſolo*. *Barones ex ſcripto & Tenura* erant tenentes bona antiquarum Baroniarum, vocabanturque ad Parlamentum ſigillatim per literas juxta *Iohannis* R. Chartam, quæ concernit *Barones Majores* tempore quo edita eſt. *Barones ex ſcripto ſolum* erant qui æque vocabantur per literas Summonitionis, quanquam bona eorum quæ poſſidebant honoriæ

riæ Baroniæ non eſſent. Nam ſic quoque antiquæ Baroniæ vulgari ſermone duplices factæ ſunt: vel enim erant legitimæ Baroniæ & honorariæ, & retinentes antiquum Baronis titulum in hæredibus vel Succeſſoribus: vel quæ abuſive nunc vocabantur Baroniæ ob veterem uſum nominis hujus (videl. ante poſtremam *Iohannis* R. ætatem) & revera tantum inſtar feudorum militarium æſtimabantur, quæ non fuerunt Baroniæ honorariæ, uti jamdum oſtendimus. Utrumque hoc genus ſupereſt hodienum ac Baroniæ titulo gaudet. Idem dicendum de Baroniis quæ ex honorariis poſſeſſionibus antiquorum Baronum fuerunt, & ab iſtis alienatæ ſunt. Nam etſi illæ ſæpe retinuerunt Baroniarum nomen etiam ab aliis poſſeſſæ, attamen ſic tantum appellatæ ſunt, quoniam olim revera fuerunt Baroniæ honorariæ. Barones earum ex hac alienatione etiam facti ſunt Barones ex *ſcripto ſolo* (retinentes priſcum ſuum locum & dignitatem) quoniam eorum poſſeſſiones perierant, quæ fecerunt eorum Anteceſſores Barones ex Tenura. *Matheus Pariſienſis* vel Continuator ejus, ait, quod *Henricus III.* degens apud *S. Albanum* & occaſionem nactus loquendi cum Fratre ſuo *Richardo, Cornubiæ* Comite, in Imperatorem electo, recenſuit primo nomina Electorum & deinde nomina Regum *Angliæ* in Sanctorum numerum receptorum, ac tandem nomina Baroniarum in *Angliæ*, quas invenit eſſe CCL. *Nominavit idem quoque Dominus Rex*, (verba ſunt Autoris) *& memoravit omnes Angliæ quarum ei occurrit memoria Baronias, invenitque ducentas & quinquaginta.* Exemplar *Camdeni Britan. pag. 122.* habuit tantummodo, ut videtur *centum & quinquaginta.* Sed quisquis tandem ſit numerus, ex ore Regis iſta ſcripta ſunt, atque mandato ejus, ut apparet ex illis quæ hic præcedunt in autore. Verum an iſta ſolum intelligenda de honorariis Baronibus illorum temporum ignoro. Neque certum eſt, quis eorum fuerit numerus illo tempore mutationis magnæ ſub *Iohanne* R. vel poſtmodum. Si tamen, magis quispiam curioſus hic pro numero dicto ab *Henrico III.* in recenſione Baroniarum apud S. *Albanum* velit admittere, quod *Baroniæ* apud *Matheum Pariſienſem* poſſint ſumi pro unaquaque honoraria poſſeſſione cujusque Paris vel Baronis (videl. laxa Baronis ſignificatione) non autem pro unaquaque Baronia ſeparatim,

41. Henr. 3. pag. 1183.

ratim, quarum plures tum temporis, uti & hodie, unus potuit poſſidere Baro; Item ſi potius velit (cum *Camdeno* legere) CL, quam CCL. fortaſſis majorem aſſequetur lucem ex Rotulis nonnullorum poſt annorum, ubi ſeculares Barones per Tenuram circiter CXXX. vocantur per diſtincta ſcripta ut præſto ſint *cum equis & armis* nec non Spirituales hos numero ſuperantes ad L. usque, *ad habendum ſervitium ſuum*, uti tum formulæ erant. Sine dubio autem plurimi Barones per omne illud tempus, de quo nunc ſermo eſt, erant Barones æque *per Tenuram* (intelligrarum Baroniarum, & quidem quas tenuerunt a Rege in Capite, prout natura antiquiorum Baroniarum requirebat. *vid. 24. Edvard. 3. fol. 66. Grene.*) ac per *Scriptum*, quod non ſolummodo apparet ex multitudine Baronum Spiritualium, qui, ut videtur, debebant omnes, vel ad minimum intelligebantur eſſe æque ex *Tenura ac Scripto* (ſicuti colligere poſſumus ex eo, quod multi Regularium cum aliis nonnullis Perſonis Spiritualibus non tenentium in Capite etiam aliquando ſummonitia, tandem omiſſi fuerint, ceu non habentes jus voti & loci cum reliquis, uti mox docebitur fuſius) Verum etiam confirmatur ex antiquis Legum libris, ubi in caſibus nonnullis occurrentibus de Baronum titulo, Iudices illico quærunt de Tenura per Baroniam, acſi putaſſent omnem Baronem ut plurimum tenere vel *per Baroniam* vel per *partem Baroniæ*, quod etiam præſuppoſitum cernitur ſub *Edvardo I.* in *Actu Weſtm. 2. cap. 46.* concernente Mareſchalli & Cubicularii ſportulas de homagiis Comitum & Baronum. Certe autem eſt nunc quoque factos Barones quosdam per ſolum Summonitionis ſcriptum, nec Baronias habuiſſe.

Vid. Clauſ. 47 Henr. 3. Dorſ. m. 7. & Pat. 48 Henr. 3. part. 1. Dorſ. 6. in ſchedula appenſa Pat. 5. Ed. 1. Dorſ. m. 12. & Rot. Scutagii ejuſdem anni m. 7.

22. Ed. 3. fol. 18. a. 48. Ed. 3. f. 3. b. 48. Aſſiſ. pl. ult.

Jam vero ad utrumque Baronum genus in ævo hujus diſtinctionis noſtræ membri, Spiritualium æque ac temporalium, & ſpecialia quædam de illis; quorum nunc quinque dabimus. *Forma epiſtolarum quibus ſummoniti ſunt: Varia genera perſonarum Summonitarum ut Baronum; exemtio quorundam Spiritualium Baronum ab onere. Tituli ſive per deductionem judicialem, ſive per diploma: Nomen Banneretti, quod nonnunquam fuit Synonymum Temporalis* Baronis, & juſta conſideratio vulgaris opinionis de *Baronia conſiſtente ex XIII. equitibus & parte tertia. Formula Summonitionum.* Multa fuerunt Parlamenta intra initium temporis hujus & exitum *Henrici III.*, ut appa-

ret in rotulis ejus, *Matheo Pariſienſe*, ejusque Continuatore, & aliis, de quibus Parlamentis nonnullis teſtantur una cum plurimis ſecutis usque hodie, editi noſtri Statutorum libri. Scripta vero Summonitionum ad Parlamēta temporibus antiquiſſimis hujus ævi, vel raro conſignata ſunt vel in aliis rotulis, quam clauſis ubi hujus generis ſcripta temporum antiquiorum poſt *Henricum III.* communiter reperiuntur. Ejusmodi videtur fuiſſe quod rotula clauſa anni XXVI. *Henrici III.* adhuc conſervat.

Dorſ. Clauſ. 49. Henr. 3. memb. 13.

Henricus &c. *Venembili in Chriſto patri* Waltero Eboracenſi *Archiepiſcopo Salutem. Mandamus vobis quatenus ſicut nos & honorem n ſtrum pariter & Veſtrum diligitis & in fide qua nobis tenemini, omnibus aliis negotiis omiſſis, ſitis ad nos apud* London *à die Sancti* Hillarii *in XV. dies ad tractandum nobiſcum, una cum cæteris magnatibus noſtris quos ſimiliter fecimus convocari, de arduis negotiis noſtris ſtatum noſtrum & totius Regni noſtri ſpecialiter tangentibus & hoc nullatenus omittatis T. me ipſo apud Windleſoram XIV. die Decembris.*

Subſcripta hic leguntur verba: *Eodem modo ſcribitur omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus & Baronibus.* Primum ſcriptum quod reperimus conjunctas habere & alias circumſtantias Summonitionis ad Parlamentum (æque pro Communitate ac pro Dominis) eſt in an. XLIX. ejusdem Regis *Henrici*, ubi hæc unica formula æque Comites ac Barones omnis generis vocat ad Parlamentum.

Dorſet. Clauſ. 49. Henr. 3. m. 11. in Scedula.

Henricus *Dei gratia Rex Anglia Dominus Hibernia & Dux Aquitania venembili in Chriſto patri R. Epiſcopo* Dunelmenſi, *Salutem. Cum poſt gravia turbationum diſcrimina dudum habita in regno noſtro, Chariſſimus filius* Edwardus *primogenitus noſter, pro pace in Regno noſtro aſſecuranda & firmanda obſes traditus extitiſſet, & jam ſedata* (Benedictus Deus) *turbatione predicta ſuper deliberatione ejusdem ſalubriter providenda & plena ſecuritate & tranquillitate pacis ad honorem Dei & utilitatem totius Regni noſtri firmanda & tuitior complenda ac ſuper quibusdam aliis Regni noſtri negotiis quæ ſine Conſilio Veſtro & aliorum Prælatorum & Magnatum noſtrorum nolumus expediri, cum eisdem tractatum habere nos oporteat, vobis mandamus* Rogantes *in fide & dilectione quibus nobis tenemini quod, omni occaſione poſtpoſita & negotiis aliis prætermiſſis, ſitis ad nos* Londoniis *in Octabis Sancti* Hillarii *proximo futuris, nobiſcum & cum predictis Prælatis & Magnatibus noſtris, quos ibidem vocari fecimus, ſuper premiſſis tractaturi*

turi & Conſilium impenſuri, Et hoc ſicut nos & honorem noſtrum & Veſtrum Nec non & Communem Regni noſtri tranquillitatem diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte ſolum in ſcriptis ad Epiſcopos eſt *Wigorniæ XIV. Decembris* hoc vero ad Temporales Barones & plurimos Abbates Prioresque, ſcriptum dicitur XXIV. ejusdem Menſis apud *Woodſtock.* Verum cum Barones exiſterent tum Spirituales tum Temporales, ac iterum Spirituales exiſterent vel Seculares, id eſt, Epiſcopi, vel Regulares, id eſt, Abbates etſimil. (quod paulo poſt tradetur Pluribus) Scripta iſta poſteriorum temporum ut plurimum diverſa facta ſunt juxta qualitatem Baronum iſtorum. *Spirituales Barones* jubebantur vulgo præſentes eſſe *in fide & dilectione quibus nobis tenemini*, ut videre eſt in illo *Henrici III.* Temporales vero *in fide & homagio* usque ad mediam ætatem *Edvardi III.* ubi ejus loco ſcribere cœperunt *in fide & legeantia*, ita tamen ut vox *homagio* deinde etiam aliquando inſereretur. Scripta etiam Spiritualium Baronum Secularium (id eſt Epiſcoporum) habuerunt aliquando ſub *Edvardo I.* inſertam clauſulam[a] præcipientem, ut moneant Priores ſuos vel Decanos (prout caſus erat) Capitula etiam ſua vel Conventus, & Archidiaconos omnemque Clerum ſuæ Diœceſis, quo Decani vel Priores & Archidiaconi compareant, quodvis Capitulum vero unum & Clerus duos mittat Procuratores. Poſt[b] *Edvardum I.* per omne hoc temporis ſpatium, iſta formula uſurpatur ut plurimum in Scriptis ad Epiſcopos: aliqua tamen ſub *Edvardo*[c] ſecundo nec non *Edvardo* tertio, æque ac ſub *Edvardo* Primo eadem carent. Obſerva autem quod anno 49. *Henrici 3.* & in aliis hic notatis ex annis proxime ſequentibus, ubi hæc clauſula omittitur, ſingularia ſcripta miſſa fuerint ad aliquos Decanos & Priores Eccleſiarum Cathedralium, de quibus plura ubi ad Summonitiones Regularium Baronum deveniemus. Et hac clauſula excepta reliqua omnia illis in ſummonitionibus ſcriptis congruebant communiter cum iis quæ ad Regulares Barones perſcripta fuerunt, & hæc non differebant a ſummonitionibus ad Temporales niſi in paucis Syllabis mox exhibendis. Loquor autem iſta de ipſo Summonitionis ſcriptæ argumento. Præfationes enim adeo variæ fuerunt, ut eminens quædam occaſio convocandi Parlamentum inſerta fuerit ſcriptis ad

[a] *Dorſ. clauſ. 23. Ed. 1 mem. 2. & 3. & 24. Ed. 1. membr. 7.*

[b] *Videſ. Dorſ. Clauſ. 3. Ed. 2 m. 8. &c.*

[c] *Dorſ. clauſ. 23. Ed. 1 m. 9. Dorſ. 28 Ed. 1. m. 3. & 30 Ed. 1. m. 7. 1 Ed. 2. m. 8. 13. Ed. 2. m. 13, 14. Ed. 2. m. 14, 17. Ed. 2. m. 27. 6. Ed. 3. m. 19. &c.*

Spirituales Barones, quæ omiſſa eſt in illis ad Temporales. Ipſæ ſic quoque fuerunt præfationes: aliquando exhibuerunt Occaſionem; aliquando non nihil generaliter & breviter narrant voluntatem de cogendo Parlamento. Et ſicuti tales mutationes fuerunt plurimæ in Scriptis illis, ita multæ extiterunt in rebus levioris momenti. Aliquando adverſus electionem Procuratorum aliquid additum: aliquando venia Procuratoribus data: & aliquando prohibitio adveniendi cum armis facta. Vulgatiſſima & integra forma circa exitum *Edvardi III.* ad Barones Spirituales Seculares, i.e. Epiſcopos conſtanter talis fuit.

Vid. Dorſ. claus. 33. Ed. 1. mem. 2.

Dorſ. Claus. 50. Ed. 3. part. 2. membr. 6. &c.

EDWardus, *&c. Venerabili in Chriſto patri S. eadem gratia Archiepiſcopo* Cantuarienſi, *totius* Angliæ *Primati ſalutem. Quia de aviſamento Conſilii noſtri pro quibus dam arduis & urgentibus negotiis nos & ſtatum & defenſionem* Regni noſtri Angliæ *ac Eccleſiæ Anglicanæ contingentibus, quoddam parlamentum noſtrum apud Weſtmonaſterium in quindena Sancti Hilarii proximò futurum, teneri ordinavimus, & ibidem vobiſcum ac cum cæteris Prælatis Magnatibus & Proceribus dicti Regni noſtri Angliæ Colloquium habere & tractatum vobis in fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungendo mandamus quod conſideratis dictorum negotiorum auctoritate & periculis imminentibus, ceſſante quacunque excuſatione dictis die & loco perſonaliter* [a] *interſitis nobiſcum ac cum cæteris Prælatis Magnatibus & Proceribus prædictis ſuper dictis negotiis tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri, & hoc ſicut nos & honorem noſtrum ac Salvationem Regni prædicti ac Eccleſiæ Sanctæ expeditionemque dictorum negotiorum diligitis, nullatenus omittatis, Ne (quod abſit) per Veſtri abſentiam, quam ceſſante impedimento legitimo nullo modo excuſatam habere volumus, expeditio negotiorum prædictorum retardetur ſeu aliqualiter diffentur; Præmunientes Priorem* & Capitulum *Eccleſiæ Veſtræ* Cantuarienſis *ac* Archidiaconos, totumque Clerum *Veſtræ Dioceſis quod iidem* Prior *&* Archidiaconi *in propriis perſonis ſuis ac dictum* Capitulum *per unum, idemque* Clerus *per duos* Procuratores *idoneos, plenam & ſufficientem poteſtatem ab ipſis Capitulo & Clero habentes, prædictis die & loco perſonaliter interſint, ad Conſentiendum his quæ tunc ibidem de communi conſilio ipſius Regni noſtri divina favente clementia contigerit ordinari. Teſte meipſo, apud Weſtmonaſterium primo die Decembris,*

Per ipſum Regem & Conſilium.

[a] *Vid. Dorſ. claus. 33. Ed. 1. m. 2. ubi Epiſcopi, Dunelmenſi & Karleolenſi, dicitur per Procuratorem idoneum interſitis; & Dorſ claus. 30. Ed. 1. m. 9. Archiepiſc. Eboracenſi quod perſonaliter interſitis vel ſaltem Procuratorem cum ſufficienti poteſtate mittatis.*

Eadem

Eadem formula *mutatis mutandis* concludens cum *aliqualiter differatur*; *Teste* &c. uſurpabatur ad Regulares Barones, & Temporales etiam, niſi quod illa *cum Prælatis* ſcriberentur loco *cum cæteris Prælatis*, & *ligeantia* vel *homagio*, loco *dilectione* in ſummonitionibus Temporalium. Scripta quæ convocabant habentes locum in Parlamento, non autem votum cum Baronagio, (ut Judices, Alturnatum generalem Regis Servientes ad legem, &c.) præcipiebant *quod interſitis nobiſcum & cum cæteris de conſilio noſtro* & aliquando *nobiſcum* tantum, *ſuper præmiſſis tractaturi veſtrumque Conſilium impenſuri*; cum illa ad Barones præciperent, *quod interſitis cum Prælatis, Magnatibus & Proceribus* &c quæ diverſitas hodienum obſervatur: & hic eam annoto ne forte aliquod dubium hæreat lectori Proceſſus Parlamentarii ignaro. Tituli hoc tempore Spiritualibus Baronibus tributi ſunt (ſicut & hodie) Eccleſiaſticæ eorum dignitates additis nominibus eorum Chriſtianis: *Antonius* vero Epiſcopus *Dunelmenſis* exiſtens etiam Patriarcha *Hieroſolymitanus* ſic quoque appellatur ſub *Edvardo II.* Temporales Barones (hac ſolummodo fruentes dignitate diſtincta, de qua loquimur) per omne illud ævum ordinarie appellantur nominibus ſuis Chriſtianis & cognominibus, item Baroniis ſuis ſupplentibus cognomina, aliquando etiam appellantur cognominibus ſuis & Baroniis. Verum & exempla quædam docent vocem *Baronis* additam, ut oſtenſum § 16. Aliquando etiam additur *Chivaler*.

Dorſ. Claus. 1. Ed. 2. memb. 8. 3. Ed. 2. memb. 18. & c. Vide 12. Ed. 3. tit. Breif. 480.

XXIII. Perſonæ Summonitæ per has epiſtolarum formulas intra hoc diviſionis noſtræ ævum (quod eſt intra exitum *Iohannis* usque ad mediam ætatem *Richardi II.*) ſummonitæ dico tanquam Barones, erant Domini Temporales & Spirituales. Spirituales fuerunt vel Seculares ut Archiepiſcopi, & Epiſcopi, vel Regulares, ut Abbates, Priores, & quidam Magiſtri Ordinum. Dico ſummoniti tanquam Barones. Nam peridem ſcripti genus Gardiani Spirituales Epiſcopatuum vacantium & vicarii Generales Epiſcoporum trans mare degentium etiam vocantur. Verum iſti vocati tanquam ſubſtituti vel nomine epiſcoporum ſeu vacantium ſedium, non intelliguntur tanquam Barones, quales nec hodie ſunt nec fuerunt unquam. Et quanquam Diviſio, antea facta, Perſonarum vocatarum ceu Baronum ſit regularis, & plurimo tempore,

legitime declararentur, tales non eſſe vel dimitterentur, cujus dimiſſionis caſus nonnulli infra dabuntur. Quoniam igitur omnes iſti Barones non eſſent (ſicut Epiſcopi fuerunt omnes) nomina Abbatum & Priorum indefinite expreſſa (nam indefinite Barones non erant) rara ſunt in obviis teſtimoniis Parlamentorum antiquorum, licet ſæpe *Archiepiſcopi, Epiſcopi, Comites, Barones & alii Magnates* vel ſimiles tantum, abſque nominibus *Abbatum & Priorum*, exprimunt integrum numerum Baronagii. In ſpeciali etiam enumeratione Epiſcoporum, Comitum & Baronum præſentium cum aliis in ſanctione certarum legum de examine Spuriorum & Aſſiſarum *Darrein preſentment* ſub *Henrico III.* nulla fit mentio alicujus Abbatis nec Prioris, quanquam non dubitem comprehendi illos ſub vocibus & *aliis* enumerationi additis Intelligo illam anni XVIII. *Henrici III.* conſervatam in Placitorum rotulis iſtius anni, acſi tranſcripta fuiſſet ex rotulis Parlamentorum. Nam omnes Rotuli Parlamentarii temporis *Henrici III.* perierunt, excepto uno de rebus quibusdam in Parlamento *Oxonienſe* anni 44. ejusdem Regis, quo uſus ſum antehac favore viri cujusdam honoratiſſimi, illum communicantis mecum. Ex hoc placito, de quo loquor, male impreſſum & fortaſſis male collocatum in *Bractono* circa examen *Spuriorum*, deſumtum ex quodam Parlamentario Rotulo, tum ſuperſtite, recte corrigi poteſt. Nam certe intellexit, quod hic commemoramus ad XVIII. *Henrici III.* *Poſte a vero* (inquit *Bract.*) *die Iovis proxime poſt feſtum ſancti Dionyſii anno eodem coram ipſo Domino Rege & ſubſcriptis &c. proviſum fuit.* Et in paragrapho proxime antecedente loquitur de XX. anno *Henrici III.* vel Statuto *Mertonenſe*, quod cogit credere Lectorem (abſque emendatione ulla) *eodem anno* hic etiam dicere annum XX. Verum ſine dubio, iſtud *eodem anno* Rotuli Parlamentarii, unde deſumſit, reſpexit titulum Rotuli qui fuit anni XVIII. ſæpe repetiti, diverſis in partibus per *eodem anno*, nullatenus autem referri poteſt ad ſtatutum *Mertonenſe* vel anni XX. Verba hujus Placitorum rotuli manifeſte id probant. *Die Iovis proxime poſt feſtum ſancti Dionyſii anno Regni Henrici filii Regis Iohannis XVIII. coram Domino Rege & ſubſcriptis* &c. fere eadem verba decreti de Spuriis, quæ ſunt in *Bractono*, leguntur in rotulo. Nomina autem Epiſcoporum, Comitum & Baronum quæ ipſe ante decretum collocat, in rotulo ſequuntur, unde etiam

Placita apud Theokeburiã 18. Henr. 3. Dorſ. Rot. 15. in arce Londin.

lib. 5. tract. de exceptionibus cap. 19. fol. 417. §. 2.

etiam corrigendus eſt. Pro *Richardo Comite Cornubiæ & Petro lege* R. *C.C. & Pictavia*; Pro *Com. Warham* lege *Warrenia*; Pro *R. filio Michaelis, Radulpho F. Nicholai*: pro *H. filio Machute, Hereberto filio Mathei*; pro *Sylkarum, Siward*; pro *W. de Bromich, Godefrido de Crawecumb*; pro *B. Curial Bertrando de Kuria*; pro *E. de Singoy, Engelard de Cigongny*; pro *R. de Muſſengoy, Roberto de Muchegros*; pro *B. de Pancy, Radulpho de Paunton*; pro *G. de Lucy. Herberto de Lucy.* Ad hoc Parlamentum etiam referri deberent quæ in *Fitzherberto* attribuuntur *Hillario 19. Henrici III.* de Aſſiſis *Darrain preſentment*, Prebendarum. Verba ejus ſunt in Placitorum rotulo iſto, quamvis collocetur in XIX. annum iſtius Regis. Sed hæc obiter.

Tit, Darrein preſentement 23. & Nat. Br. fol. 32. D. Dorſ. Clauſ. 49. Henr. 3. m. 11. in Schedula

In rotulo clauſo exhibente Summonitiones XLIX. *Henrici III.* præter Epiſcopos & Decanos ſupra dictos habemus Abbates LXIV. Priores XXXVI. & Magiſtrum Templi, omnes vocatos per idem genus epiſtolæ, (quam vide §. 22.) qua etiam reliqui Barones vocati ſunt. Verba ſunt *Eodem modo mandatum eſt*;

Abbati *S. Mariæ Eborum.*	Priori *de Bridlington.*
Priori *Dunelm.*	Priori S. *Oſwaldi.*
Priori *S. Trinitatis Ebor.*	Abbati *de Ruffod.*
Abbati *de Seleby.*	Priori *de Blida.*
Abbati *de Furnes.*	Priori *de Thurgarton.*
Abbati *de Fontibus.*	Priori *Karleol.*
Abbati *de Rivall.*	Abbati *de Wietby.*
Abbati *de Melſa.*	Priori *de Gisburne.*
Abbati *de Rupe.*	Priori *de Parco.*
Abbati *de Bella Landa.*	

Atque omnes iſti ſummoniti ſunt per ſcriptum ſub eodem dato, cum illo quod vocavit Epiſcopos & Decanos iſtos.

In forma prædicta Scribitur Abbatibus & Prioribus ſubſcriptis ſub hac data, teſte Rege apud Wodeſtock *XXIV. die Decembris.*

Abba-

Abbati *Sancti Edmundi.*
Abbati de *Wautham.*
Abbati de S. *Albano.*
Electo de *Evesham.*
Abbati *Weſtmonaſterii.*
Abbati *Glaſtoniæ.*
Abbati de *Reding.*
Abbati de *Cirenceſter.*
Abbati de *Waverle.*
Priori *Elienſi.*
Priori *Norwicenſi.*
Priori de *Merton.*
Abbati de *oſney.*
Priori S. *Frideſwidæ Oxon.*
Abbati de *Meſſenden.*
Priori de *Lenton.*
Abbati de *Bello.*
Priori ordinis de *Semprinham.*
Priori de *Watton.*
Priori Hoſpitalis S. *Iohannis Ieruſalem in Anglia.*
Magiſtro *Militiæ Templi in Anglia,*
Abbati de *Ramſey.*
Abbati de *Burgo.*
Abbati de *Thorney.*
Abbati de *Crolland.*
Abbati *Ceſtriæ.*
Abbati *Salop.*
Abbati de *Hulmo.*
Abbati de *Barden.*
Abbati de *Colceſtr.*
Priori de *Dunſtaple.*
Abbati de *Bello Loco.*
Abbati de *Parco Lude.*
Abbati de *Stanlegh.*
Abbati de *Lulleshulle.*
Abbati de *Bitesden.*
Priori de *Benver.*
Priori de *Leus.*
Abbati de *Clervaux.*
Priori de *Stodlay.*
Abbati *S. Auguſtini Cant.*
Abbati de *Certeſey.*
Priori S. *Trin. Cant.*
Abbati de *Hida Winton.*

Abbati de *Midleton.*
Abbati de *Cerne.*
Abbati de *Abbotesbury.*
Abbati de *Taviſtock.*
Priori de *Huntingdon.*
Abbati de *Sillebi.*
Abbati de *Wardon.*
Abbati S. *Iacobi Northampt.*
Abbati de *Leyceſtre.*
Abbati de *Kirkeſted.*
Priori de *Eton.*
Abbati de *Cruceroys.*
Abbati de *Kirkeſtall.*
Abbati de *Tame.*
Priori de *Bermundſey.*
Priori de *Bernwel.*
Abbati de *Merival.*
Abbati *S. Auguſtini Briſtol.*
Abbati de *Malmesbury.*
Abbati de *Milthenon.*

Abbati de *Abindon.*
Abbati S. *Petri Glouc.*
Abbati de *Perſour.*
Abbati de *Winchecombe.*
Priori de *Coventr.*
Priori de S. *Neoto.*
Priori S. *Swithini de Winton.*
Abbati de *Leſenes.*
Priori de *Leeds.*
Priori de *Landa.*
Priori de *Spalding.*
Priori S. *Bartholomæi London.*
Priori de *Kenilworth.*
Priori de *oſolveſton.*
Priori de *Tewsbury.*
Priori de *Swinsheved.*
Abbati de *Nuttel.*
Abbati de *Valle Dei:*
Abbati de *Croxton.*

Hic

Hic numerus regularium admodum magnus eſt, & confirmant fide digna teſtimonia ſub *Edvardo III.* quod omnes Abbates & Priores Angliæ vocati fuerint ad Parlamentum iſtud anni XLIX. ſub *Henrico III.* fuerintque *voluntarie Sommoniti*, ut verba habent annalium. *Pat. 26. Ed 3. part. 1, m. 22. quod habetur inferius §. 24.*

In huic proxima Summonitione adhuc extante (quæ eſt *23. Ed. 1. Dorſ. clauſ membr 9. dat. 24. Iunii*) non multo plures quam dimidius Abbatum reperitur numerus, & is quidem maximorum. Cum ipſis etiam ibi leguntur Magiſtri Templorum, ordinisq; *Sempringhamenſis*, Prior S. *Iohannis Hieroſolymitani*, Priores *Mertonenſis, Bridlingtonenſis & Giſeburnenſis*, Prior item *Cantuarienſis, Elienſis, Wintonienſis Coventrienſis, Bathenſis, Norwicenſis, Dunelmenſis & Wigornienſis*. Summonitiones Epiſcoporum autem hic non habent clauſulam *Præmunientes* &c. quæ proximo quidem anno addita, at ad nullum Priorem Cathedralis Eccleſiæ Breve miſſum eſt, (quantum apparet ex rotulis) & Regulares ſummoniti, præter Priorem S. *Iohannis*, duos Templi Magiſtros & *Sempringhamenſem*, fuerunt quatuor Abbates ſub titulo *Exemptorum*, id eſt, *Burienſis, Walthamenſis, Sancti Albani & Evethamenſis*, & XLVI. ſub titulo *Præmonſtratenſium* nec non XV. ſub titulo *Ciſtercienſium*. Et multi hic ſunt, diverſi ab illis tempore *Henrici III.* Anno ſequente iidem Regulares ſunt ſummoniti teſte *Dorſ. clauſ. 24. Ed. 1. m. 7.* Anno autem *Edvardi I.* vigeſimo quinto vocantur pauci tantum Abbates primarii, Prior S. *Iohannis*, Magiſter Templi, & Priores *Wintonienſis, Cantuarienſis, Elienſis & Norwicenſis*. Et hic in epiſtola ad Epiſcopos clauſula *Præmunientes* omittitur, ut & *in 27. Ed. 1.* ubi præter XXXV. ſummos Abbates, Priores *Cantuarienſis nec non Coventrienſis* exceptis *Giſeburnenſe, Mertonenſe, & Bridlingtonenſe* ſummonentur. Anno ſequente Brevia Epiſcoporum habent clauſulam *Præmunientes* & Abbates ſummoniti ſunt LXXII. reliqui autem Regulares fuere tantum Magiſter de *Sempringham*, Prior S. *Iohannis*, Magiſter Templi & inſcriptio huic facta, eſt *Fratribus & Magiſtro Militiæ Templi*. Eodem quoque anno iidem Abbates & plures alii pariter ſummoniti fuerunt una cum duobus Magiſtris & Priore S. *Iohannis*. In ſequentibus ſub hoc Rege annis numerus Abbatum iterum differt, inq; nonnullis *Dorſ. clauſ. 23. Ed. 3. membr. 4. dat 30 ſeptem.* *Dorſ. clauſ. 25. Ed. 1. m 5.* *Dorſ. clauſ. 27. Ed. 1. membr. 18.* *Dorſ. 28. Ed. 1. m. 16. & 17.* *ibid. m. 2. & 3.*

ſummonitionibus iſtorum annorum, nominantur duo Magiſtri cum Priore S. *Iohannis*, in aliquibus etiam omittuntur. Anno Primo *Edvardi* ſecundi Abbates vocati ad Parlamentum primum, erant quinquaginta quatuor, cumque ipſis Magiſter Templi & Prior S. *Iohannis*. Ad ſecundum Rotulus exhibet tantummodo duodecim, & quidem maximos, cum Priore *Cantuarienſe*, de *Lewes* & *Bridlington*. Iidem ferme leguntur in Summonitione tertia ejusdem anni membr. 8. Anno ipſius ſecundo, quinquaginta circiter Abbates ſummonentur cum Prioribus *S. Iohannis*, *de Spalding & Lewes*: ſic etiam anno quarto, quanquam in ſummonitionibus anni tertii ejusdem Regis nullus cernatur Baro Regularis. Et in ſummonitionibus ad Parlamentum anno quinto *Edvardi* 2. multo pauciores ſunt, quanquam in membrana 3. multo plures legantur Abbates, quam unquam alias ipſo regnante præter tres illos Priores. Quinquaginta quoque circiter leguntur in ſummonitionibus anni proximi, cum tribus iſtis Prioribus & Magiſtro *Sempringhamenſe*. In ſequentibus ſub ipſo ſummonitionibus numerus Abbatum eſt varius, niſi quod usque ad annum ejus decimum tertium non alii Priores quam tres ultimo dicti, ſummoniti fuerint; una cum Magiſtro *Sempringhamenſe*. Annis vero 13. & 14. cum Abbatum numerus eſſet exiguus Prior *Coventrienſis* iſtis aliis Prioribus additur. In quadam tamen ſummonitione anni 14. uſitatus Abbatum numerus (circiter quinquaginta) eſt in rotulo, & primi tres Priores cum Magiſtro de *Sempringham* absque Priore *Coventrienſe*. Proxima his ſummonitio (anni videl. decimi ſexti) habet circiter 30. Abbates & Prior ẽ S. *Iohannis Lewes*, *Spalding & Bridlington*, ut etiam habet ſummonitio anni decimi ſeptimi, & una anni decimi octavi ſub eodem Rege. Atque hic idem Breve directum ad iſtos Regulares, mittitur quoque *Magiſtro Gilberto de Midleton Archidiacono Northamton Officiali Curiæ Cantuarienſis, & Magiſtro Roberto de ſancto Albano Decano de Arcubus London.* Anno decimonono viginti quatuor Abbates ſummonentur cum iſtis quatuor Prioribus. Obſervandum autem quod poſt verba *Priori de Bridlington* hic ſcriptum legatur. *Nihil tenet de Rege.* Pauciores Abbates (absque Priore ullo) ſunt in ſummonitionibus ſub *Edvardo* tertio usque ad annum ejus quartum, reperiuntur enim hic viginti ſeptem Abbates & Priores S. *Johannis*, de *Spal-*

Dorſ. Clauſ. 1. Ed. 2. m. 15. 26. Auguſti. Dorſ. cl. 1. Ed. 2. m. 11.

Clauſ. 2. Ed. 2. m. 11. Dorſ.

Clauſ. 4. Ed. 2. m. 2. Dorſ.

5. Ed. 2. ibid. m. 17.

Clauſ. 6. Ed. 2. m 31. Dorſ. & m. 17. & m. 2.

Clauſ. 13. Ed. 2. m. 13. Dorſ. & 14. Ed. 2. m. 23.

Clauſ. 14. Ed. 2. m. 5. Dorſ.

Dorſ. Clauſ. 16. Ed. 2. m. 26. 17. Edᵒ 2.

Dorſ. clauſ. m. 27. 18. Ed. 2. m. 5.

Clauſ. 19. Ed. 2. m. 27. Dorſ.

Spalding & Lewes, uti etiam anno ejus quinto. Abbates autem ſunt iſti. *Clauſ. 4. Ed 3. m. 41. Dorſ. & m. 19. Part. 1. 5. Ed. 3 Clauſ. Dorſ. m. 25.*

St. Auguſtini Cantuarienſis.	*Hide ad Wincheſter.*
Ramſey.	*Reding.*
Peterborough.	*Glaſtenbury.*
Crowland.	*Oſney.*
Evesham.	*Winchcumb.*
Sancti Benedicti de Hulmo.	*Weſtminſter.*
Thornton.	*Cirenceſter.*
Colcheſter.	*Sancti Albani.*
Leyceſter.	*Sanctæ Mariæ de York.*
Waltham.	*Shrewsbury.*
Thorney.	*Seleby.*
Sancti Edmundi.	*Sancti Petri de Glouceſter.*
Beau lieu.	*Malmesbury.*
Abingdon.	

His additur in Summonitionibus variis anni ipſius ſexti Abbas de *Bardeney*, qui cum aliis viginti ſeptem, & illis tribus Prioribus complet numerum Regularium Baronum primorum in rotula ſcriptorum, uti primum ſcriptum ad Regulares, directum ad Abbatem S. *Auguſtini Cantuarienſem* juxta conſvetam eorum formulam, hæc verba habet ſequentia. *Eodem modo mandatum eſt Abbatibus & Prioribus ſubſcriptis videlicet*; adjiciuntur deinde nomina illorum viginti ſeptem, nec non Abbas de *Bardeney* tres Priores, & poſt ipſos verba hæc: *Iſtis Abbatibus & Prioribus ſubſcriptis non ſolebat ſcribi in aliis Parlamentis videlicet.* *Dorſ. Clauſ. 6. Ed. 3. m. 36. & 19. & 9.*

Abbati de *Teukesbury.*
Abbati de *Bardency.*
Abbati de *Barlings.*
Abbati de *Bello.*
Abbati de *Bersbere.*
Abbati de *Hayles.*
Abbati de *Sancta Oſitha.*
Abbati de *Langedon.*
Abbati de *Burton ſuper Trentam.*
Abbati de *Fordz.*
Abbati de *Wardon.*
Abbati de *Wballey.*
Abbati de *Furneys.*
Abbati de *Fontibus.*
Abbati de *Reyval.*
Abbati *Sancti Auguſtini Briſtoll.*
Abbati de *Taviſtock.*
Abbati de *Stratford.*
Abbati de *Ceſtre.*
Abbati de *Boghland.*
Abbati de *Thame.*
Abbati de *Leſnes.*
Abbati de *Gerveux.*
Magiſtro ordinis de *Sempringham.*
Priori de *Sempringham.*
Priori de *Bridlington.*
Priori *Eccleſiæ Chriſti de Tinemham.*
Priori de *Giſeburn.*

a *Clauſ.7. Ed. 3. Dorſ. part. 2 m.3.8. Ed 3. m. 18.9. Ed. 3. m. 28.* Numerus vero alter annorum quinti & Sexti occurrit tantum (abſque his omnibus) poſthac usque ad annum a ipſius decimum, ubi adduntur Prior b *Sempringhamenſis* & Abbas S. *Auguſtini* prope *Briſtoliam.* Prior *Sempringhamenſis* deinde etiam c vocatur cum reliquis ad Parlamenta quædam iſtius Regis. Et anno ejus decimo tertio additur Abbas *Thorneconli* ad *Abum* fluvium. Hicque obſervari meretur quod in quodam ſcripto Parlamenti anni ejus decimi quinti iſta legamus verba. *Que toutes les religioſes que teignent per Baronyſoyent tenus de venir au Parlament.* Non autem multum differunt ſummonitiones Regularium usque ad annum ejus vigeſimum ſecundum, ubi habemus Abbates d *Midleton, Muchelney, Battaile & Chertſey*, cum Priore *Coventrienſe* addito ad Priores S. *Iohannis* & *Lewes.* Quidam alii horum viginti ſeptem omittuntur, ut alibi ita in ſummonitionibus temporis de quo loquimur, uti videtur, quoniam vacarunt ſedes. Anno ejus vigeſimo quarto e, tantum viginti quinq; ex illis viginti ſeptem ſupra exhibitis vocantur cum Prioribus S. *Iohannis & Lewes*, ſic anno ejus vigeſimo quinto f *abbas Leiceſtriæ cancellatur quia habet cartam Regis quod non compellatur*

b *Clauſ.10. Ed. 3 m.5. Dorſ. & m.1.*

c *Dorſ. Clauſ. 11. Ed 3. part. 2. m.11.13 Ed 3. part. 2. m.28. & m.1.*

d *Clauſ.22 Ed. 3. part. 2. m.3. & m.7.*

e *Dorſ. clauſ. 24. Ed 3. part. 2. m.3.*

f *Part. 1. clauſ. 25. Ed 3. m.5. Dorſ.*

re-

venire ad Parlamentum : qua de re mox plura , ubi de dimiſſione ejusmodi regulariumBaronum. Verum in ſummonitionibus anni vigeſimi ſeptimi iſtius Regis ad g magnum conſilium, hic *Leiceſtrie* Abbas eſt inter reliquos & Prior de *Lewes* ſolum. Iidem Abbates (exceptis paucis,ob Abbatiarum vacantiam omiſſis) in Parlamento h anni proximi ſunt, cum Priore *S. Iohannis*, ut & anni vigeſimi noni, ubi iterum cancellatur nomen i Abbatis *Leiceſtrienſis* ſicuti anno vigeſimo quinto factum. Non multum deinde differunt Regulares Barones a recenſione hujus anni vigeſimi noni, usque ad annum ejus trigeſimum k ſextum, ubi etiam ſummonitos legimus.Priorem de *Lewes* & *Coventry* præter iſtos Abbates, ut & anno l inſequenti. Verum anno trigeſimo nono m omittitur *Lewesenſis*, uti & fit in ſummonitionibus proximis anni quadrageſimi ſecundi n, & ſic in reliquis usque ad finem temporis hujus definiti juxta diviſionem noſtram, vel ad mediam ætatem *Richardi* ſecundi. Plurimi autem majorum iſtorum Abbatum, ante nominatorum durante hoc tempore ſummonentur cum Prioribus S. *Iohannis* & *Coventrienſe*, vel uno ex ipſis, omiſſis aliquando aliis, ratione vacantiæ (ut videtur) vel alia de cauſa. Circa finem temporis de quo nunc ſermo eſt, & in Summonitionibus proximis hi Regulares ſunt in Rotulis.

g *Dorſ. clauſ. 27. Ed. 3. m. 12.*

h *Dorſ. clauſ. 28. Ed 3. m. 26.*

i *Dorſ. Clauſ. 29. Ed. 3. m. 8. & 6id. 28. Ed. 3. Dorſ. clauſ. m. 7.*

k *Clauſ. 36. Ed 3. m. 16. Dorſ.*

l *Dorſ. clauſ. 37. Ed. 3. m. 22.*

m *Dorſ. clauſ. 39. Ed. 3. m. 2.*

n *Dorſ. clauſ. 42. Ed. 3. m. 22. &c.*

o *Dorſ. clauſ. 11. Rich. 2. m. 13.*

Abbati de *S. Albano.*
Abbati de *Weſtmonaſt.*
Abbati de *Ramſey.*
Abbati de *Burgo* S. *Petri.*
Abbati de *Bello.*
Abbati de *Croyland.*
Abbati *Sancti Benedicti de Hulmo.*
Abbati de *Colcheſter.*
Abbati de *Malmesbury.*
Abbati de *Winchecombe.*
Abbati *Glouceſter.*
Abbati de S. *Edmundo de Bury.*
Abbati de *Waltham Sanctæ Crucis.*
Abbati de *Thorney.*
Abbati *beatæ Mariæ Ebor.*
Abbati de *Abingdon.*
Abbati de *Salop.*
Abbati de *Reding.*
Abbati de *Bardeney.*
Abbati de *Hida juxta Winton.*
Abbati *Glaſton.*
Abbati de *Seleby.*
Abbati de *Evesham.*
Priori de *Coventr.*

Prior

Prior *S. Iohannis*, Abbas S. *Auguſtini Cantuarienſis*, *Cirenceſtrenſis* & unus atque alter præterea adduntur aliquando. Omiſſos vero eſſe exiſtimo in rotulis illo tempore ut & aliis temporibus ſupra obſervatis, ob vacantias domuum vel ſedium ſuarum, vel ex occaſione ſimili, vel ex negligentia Scribæ, non omnes, qui ſommoniti fuerunt, annotantis, unde minime firmum eſt argumentum quod concludit, iſte ſummonitus non fuit, quoniam in Summonitionibus ipſius nomen neutiquam legitur.

Sic videmus Regulares perſonas hic ubique ſummonitas eſſe Abbates, Priores vel Magiſtros ordinum. Cum his anno 49. *Henric. 3.* ſimili edicto vocantur Decani nonnulli: & ann. 18. *Edw. 2.* Archiepiſcopi *Cantuarienſis* officialis, necnon *Decanus Arcuum*. Priorum aliqui erant ex Eccleſiis Cathedralibus, quarum coenobia erant ipſis Capitula & Epiſcopis, ut *Cantuarienſis*, *Norwicenſis*, *Wintonienſis* etſimil. Alii, Priores Monaſteriorum, absque reſpectu ad Cathedrales Eccleſias, ut *Leweſenſis*, *S. Iohannis*, *Bridlingtonii*. Exiſtimo autem omnes hos ſummonitos tanquam Barones, eumque in finem ut haberent locum & votum ſicuti Barones, adeoque dignitatem Baronum. Neque puto hic different Decani & Priores Eccleſiarum Cathedralium (qui alias mediate ſummoniti ſunt vi clauſulæ *præmunientes*, &c. non vero iſtar Baronum) & Priores alii. Nam quod compatabilia fuerint eſſe Priorem Eccleſiæ Cathedralis & Baronem apparet exemplo Prioris *Coventrienſis*, qui talis perſeveravit usque ad diſſolutionem Monaſteriorum. Et quod dicitur de Officiale atque Decano Arcuum; idem aſſerendum de Decanis aliis, nec non ejusmodi Prioribus, & reliquis, qui Barones non fuerunt per Tenuram. Verum licet omnes iſti ſic aliquando ſummonerentur tanquam Barones, attamen ob defectum Tenurarum in Capite (quæ in hoc Baronum genere præcipuè reſpiciebantur, uti mox videbimus in dimiſſione quorundum ex Parlamento) & literas dimiſſorias, ſimilemque cauſam congruam Legibus illorum temporum, non permanſerunt Barones, ſed omiſſi ſunt poſtmodum, numerusque reſtrictus eſt ad illos ſaltem qui tenuerunt per Baroniam, vel partem Baroniæ vel aliter in capite. Obſervatu quoque dignum, quod plurimi ex iſtis Abbatibus cum Priore *Coventrienſe* (ad quos numerus Abbatum Parlamentarius ſub *Edvardo II.*

& *Ri-*

& *Richardo II.* reductus eſt) fuerint ab antiquis temporibus Tenentes in capite, ut apparet ex illo, quod ſinguli fuerint ſummoniti *ad habendum ſervitium ſuum*, id eſt, ut haberent ſuum numerum militum, contra *Walliam* cum *Henrico III.* & reliquis illo tempore Baronibus. Summonitiones iſtæ ſuperſunt in rotulis ann. 44, 45, & 47, 48 illius Regis. Et primo anno nullus Prior ſummonitus eſt præter *Coventrienſem*, quanquam anno ſecundo & 48. ille de *Dunſtaple* etiam ſommonitus fuerit, de quo, litem motam memini me vidiſſe, in libro quodam Ms. *Duſtaplenſi*, utrum tenuerit *per Baroniam*, vel non. De his paucis etiam Regularibus Baronibus ſimilia ſuperſunt teſtimonia ſub *Edvardo I*, quibus iſti pauci ſolum (vel non multo plures) Abbates & Prior *Coventrienſis* (una cum quatuor Abbatiſſis, de *Shaftesbury*, *Iarking*, *S. Mariæ Wintonienſis* & *Wilton*, quæ etiam leguntur in militaribus ſummonitionibus *Henrici III.*) per ſingulas ſummonitiones dicuntur vocati *ad habendum ſervitium ſuum*, quæ nota ſpecialis eſt, ipſos tum fuiſſe Barones. Abbatiſſæ autem (obiter obſervo) ideo non fuerunt Baronum dignitate præditæ, utut earum territoria fuerint tenementa ejusdem naturæ. Nam nulla Eccleſiaſtica Perſona iſtius ſexus illam nacta eſt dignitatem. Et dubitari poteſt, utrum, quanquam tot Abbates nonnunquam vocati ſunt, omnes habuerint locum & votum congruenter. Fortaſſis aliquando tales ſolum ex hoc Baronum genere ad votum & locum admiſſi ſunt, qui fuerunt tales per Tenuram & Breve: excluſis illis qui per Breve ſolummodo eſſent. Verum hæc tantum eſt conjectura, neque certi quid eliciendum, quoniam annales illorum temporum penitus periere, Parlamentariæ autem rotulæ ſuperſtites nihil omnino docent. Obſervare etiam poſſumus circa finem *Edvardi II.* cœpiſſe ſtudium ſingulare emittendi ex ſummonitionibus illos, qui jure non habebant locum & votum in Parlamento, id eſt, Spirituales Perſonas, quæ regulares fuerunt & infra Tenentes in capite. Deinde etiam quidam ex Tenentibus in capite & per Baroniam a priſcis temporibus excluſi ſunt vel per dimiſſionem, vel omiſſionem ſimilem. Baroniæ enim honor cum eſſet de jure in eorum Abbatiis, & Prioriis, non vero ipſis inhærens, tanquam nobilibus viris, vel tanquam ejusmodi viris, qui ratione dignitatis ſuæ Eccleſiaſticæ neceſſario habuerunt jus loci

Dorſ. claus. 44. H. 3. m. 8. & 45. Henr. 3 m. 3. 47. H. 3. Dorſ. 7. & Pat. 48. Henr. 3. part. 1. m. 6. in Dorſ.

Pat. 5. Ed. 1. Dorſ. in 11. & Rotul. Scutagii ejusdem anni m. 7.

Plac. 30. Ed. 1. Comm. Rege Rot. 58.

& voti in Parlamento, magna libertas aſſumta eſt in illis omittendis; e. gr. Abbas de *Feversham* olim tenens per *Baroniam* & vocatus ad XII. diſtincta Parlamenta tempore *Edvardi I.* & *Edvardi II.* nunquam tamen vocatus eſt poſt decimũ octavum *Edvardi II.* Neque reperio alicubi dimiſſionem ipſius. Fortaſſis idem dici poterit de multis aliis. Et ſi conjecturæ locus, dicere poſſumus peregrinas ſummonitiones & contra omnia exempla, directas anno 18. Edv. 2. ad Archiepiſcopi officialem, & Decanum Arcuum occaſionem dediſſe, quod in quæſtionem vocati fuerint multi reliquorum Regularium, non tenentium in Capite, nec habentium plus juris ad ſummonitionem (juxta leges illorum temporum) quam iſte officialis & Decanus. Paulo poſt enim ingens iſte Abbatum numerus, ante in Summonitionibus repertus, omittitur, omiſſusque permanet, & anno ſane proximo Prior de *Bridlington* adſcriptum ſuo nomini vidit: *Nihil tenet de Rege*, in rationem, cur ſummoneri non debeat & (quod bene obſervandum) anno 6. *Edv 3* ſpecialem notam videmus additam in rotulis quibusdam *Abbatibus* & *Prioribus, quibus non ſolebat ſcribi in aliis Parlamentis*, id quod intelligendum de Parlamentis intercedentibus media *Edvardi ſecundi* tempora & hunc ſextum *Edvardi* tertii annum. Nam vix aliquis illic nominatur (imo vix unus) qui non ſommonitus fuerit ad aliquod Parlamentum ante media *Edvardi* ſecundi tempora Plura de excluſione ſeu omiſſione quorundam Regularium Baronum circa illud ipſum tempus mox ſequentur in cauſa Abbatis S. *Jacobi* prope *Northamptoniam.*

Nota. *Et quidni omnes eſſet in ſingulis Parlamentis cõparitio; Nam* Rex Wilhelmus conſuetudinem induxerat, quã ſucceſſores aliquamdiu tritam poſtmodum conſeneſcere permiſere. Ea erat ut ter in anno cuncti Optimates ad curiam convenirent, de neceſſariis regni tractaturi, ſimulq; viſuri Regis inſigne quomodo iret gemmato faſtigiato diademate. *Verba ſunt Wilh. Malmesbur. de Vita S. Wlstani Epiſcopi Wigornienſis in Wartoni Anglia S. Part. 2. p. 257.*

XXIV. Verum utut tam multi Abbates & Priores ſæpe ſummoniti eſſent; quorum plures non tenuerunt per Baroniam, ideoque ad tempus tantum Barones crearentur per Breve ſeu ex ſcripto ſolum, attamen, videtur, Lex in eorum cauſa ſic accepta, ut ex querelis eorum, quod ipſi eorumque Abbatiæ vel Prioratus, vehementer altererentur per frequentem in Parlamentis comparitionem, (tales quandoque enim querelæ ab ipſis delatæ ſunt) & demonſtratione quod non tenuerint per Baroniam, neque in capite a Rege, quod nec ſui prædeceſſores ſummoniti fuerint, vel non conſtanter, ſed interdum ſolummodo; tandem ipſi & ſucceſſores eorum dimitterentur in perpetuum ſeu abſolverẽtur a comparitione in Parla-

lamentis & per conſequens ab ipſa quoque dignitate. Hoc probant clariſſimi duo caſus ſub *Edvardo II.* & *III.* Ille eſt Abbatis *S. Iacobi* prope *Northamptonam*, ſummoniti ad Parlamentum *Ebomcenſe*, anno duodecimo *Edvardi 2.* & mittentis in locum ſuum Monachum *Henricum de Blitcſworth* Canonicum Abbatiæ ſuæ, qui oſtendens Domino Cancellario (*Johannes de Otham*, Epiſcopus *Elienſis* is erat) & Conſiliariis aliis quod neque Abbas teneat per Baroniam a Rege, neque in Capite, ſed in *Frankalmoigne*, & quod neque Abbas neque prædeceſſores ejus antea vocati fuerint, perfecit ut mandaretur deletio nominis ex rotula ſummonendorum. Caſum integrum repertum reperi in libro quodam feudali iſtius Abbatiæ, & unamquamque ejus partem tanta obſervatione dignam, ut ideo huc tranſcribere decreverim.

Cod. Ms. Abbatiæ S. Iacobi Northf. f. 222. & 223. in margine codicis adjicitur: Memorandum quod omnes procuratores fecerãt fidem ſuper omnibus excuſationibus in billis vel procuratoriis ſuis contentis. *Et de hujuſm. literis procuratoriis Prælatorum quæ antiquitus in uſu, ſi de ſi placet. Dorſ. Clauſ. 8. Ed. 2. m. 25. 5. Ed. 2. m. 15. 11. Ed. 3. part. 2 m. 1. 22. Ed. 3. part. 2. m. 3. 36. Ed. 3. m. 16. &c. & faſciculi. Lit. Procuratori &c. 1. Henr. 4. & 5. H. 5.*

Abbas de Sancto Jacobo *extra* Northampton *eimtus fuit ad Parlamentum Domini Regis* Edwardi *filii Regis* Edwardi *anno regni ſui XII, poſt Paſcha in unum menſem apud* Eborum, *qui quidem Abbas conſtituit Procuratorem ſuum fratrem* Henricum de Blitheſworth *canonicum ſuum, qui comparuiſſe debuit in Parlamento prædicto, cujus Procuratori tenor talis eſt.*

Excellentiſſimo Domino ſuo, reverendo Domino, Edwardo Dei gratia illuſtri Regi Angliæ, Domino Hiberniæ & Duci Aquitaniæ, ſuus devotus Presbyter N. Abbas Monaſterii Sancti Jacobi extra Northampton, ſalutem & fælicem in Chriſto rogandi gloriam cum orationum ſuffragiis devotarum. Cum ad comparendum in Parlamento veſtro apud Eborum à die Paſchæ in unum menſem, per breve veſtrum mihi directum, perſonaliter ſum vocatus, ſuper diverſis & arduis negotiis veſtram excellentiam & ſtatum Regni veſtri ſpecialiter tangentibus tractaturus, una cum Prælatis, Magnatibus & Proceribus Regni veſtri, manſvetudini veſtræ ſi placet ſignifico quod gravi corporis valetudine in tantum ad præſens ſum oppreſſus, quod aliquo modo ibidem meam corporalem præſentiam exhibere non poſſum; deſiderans tamen, modis omnibus quibus poſſum, veſtris bene placitis complacere, dilectum mihi fratrem Henricum de Blitheſworth Canonicum meum Attornatum meum & Nuncium ſpecialem, nec non & abſentiæ meæ perſonalem excuſatorem penes veſtram Regiam Celſitudinem, ordino, facio, &

A Soun tres honorable , Seigneur, Monſieur Thomas *Counte de* Lancaſtre, *Seneſchall,* D' engleterre, *Monſtre ſoun Chapeleyns & tenaunt tut lige* Labbe deſa Maiſoun de ſaint Iake *de hors* Northampt, *que comemeſme ceſtui Abbe (que) riens ne tient en chief du Roy, ne per Barony, mes en* pure & perpetuele Almoigne, *eſt Somonus per brief a ceo commun Parlement, jusque il meſmes ne nul de ſes predeceſſours, unques avaunt ceux hures, au Parlement ne furent Somonus. E le nomme de voſtre dite Abbe eſt en roule en le Chauncelerie, bore de novele, entre les Prælati qui ſont Somonus a Parlement per la reſoun q' il tieignent en chief du Roy ou per Baronie, en prejudice & graunt per de delui & voſtre maiſoun; dont le dit Abbee homblement prie a voſtre haute Seigneurie, quieſtes Seon Soverain & drein refut, qui pite vous pregne de voſtre pouere mai ſoun & ey der voilloy devers noſtre Seigneur le Roy & ſoun Conſail qui voſtre Chapelayn & voſtre Maiſoun auandite ſoient deſore a leggiez de tiels Somonus a Parlament. E qui le noun del dit Abbe ſoit retient hors de les Roules de la Chauncelarie pur lamour de Dieu.*

Poſtea videbatur eidem Procuratori, quod ſi hujusmodi billa in communi concilio, executionem feciſſet, crimen Scandali Domino cancellario & cuſtodi Rotulorum pro tali irrotulamento impoſuiſſet, ac idem Cancellarius & ceteri pro parte ſua fovenda & pro facto ſuo advocando dicerent quod idem Abbas juſte citatus fuerat & quod juſte citandus eſſet, unde inquiſitiones, dampna, & expenſa & eatera multa pericula emergere poſſent. Hac de cauſa, dictus Procurator non deliberavit billam præditam ſed aliam billam Domino Cancellario & ejus Clericis ordinavit & tradidit, cujus billa tenor talis eſt.

Abbas ſancti Iacobi extra Northampt. irrotulatus de novo in Cancellario Domini Regis inter citandum ad Parlamentum. & non tenet per Baroniam nec de Rege *in capite*; ſed tantum in puram & perpetuam eleemoſynam & nec ipſe Abbas nec prædeceſſores ſui unquam in Cancellaria irrotulati fuerunt, nec ad Parlamentum citati huc usque unde idem Abbas petit remedium.

Nihilominus Abbatis nomen legitur in ſummonitione an. 49. Henr. 3. ut videtur ſupra.

Ad cujus Villa executionem Dominus Cancellarius, cum ſuo Conſilio, de Cancellario ordinavit, quod nomen prædicti Abbatis a Regiſtro Cancellariæ deleretur, & ita pluribus circumſpectis, idem Abbas eſt abſolutus. Sed quia idem
amalignorũ *Abbas vel ejus ſucceſſores ad ſtimulationem aliquorum a malivorum poſſent alias, per caſum, irrotulari & per conſequens citari, prædictus Procurator dictam exſecutionis formam propter evidentiam in Scripturam redegit.*

Facta eſt iſta exſecutio per viſum Domini *Johannis de Otham Epiſcopi Elienſis*, Cancellarii Domini Regis Domini *Willielmi Day ermynne*, tunc cuſtodis Rotulorum, Domini *Roberti de Bardelby*, Magiſtri *Henri de Clyff*, Domini *Rogeri de Sutton*, Magiſtri *Edmundi de London*, Domini *Galfridi de Welleford*, Domini *Roberti de Askby*, Domini *Aide de Brom*, Domini *Willielmi de Leyceſtre*, & aliorum Clericorum Cancellariæ & aliorum diverſarum Curiarum Domini Regis ac Regni &c.

Dorſ. clauſ. 12 Ed. 2. mem. 11. Verum remanet adhuc Abbatis hujus nomen in rotula clauſa inter alios illo anno ſummonitos: uti etiam remanet (quomodocunque id tandem factum) in ſummonitione, altero poſt anno.
Dorſ. clauſ. 14. Ed. 2. m. 5.

Alterum exemplum eſt regnante *Edvardo III.* dimiſſio Abbatis *Leiceſtrenſis* per ſubſequentes literas, quoniam per Baroniam minime tenuit, nec anteceſſores ipſius continuo ſummoniti fuerunt, ſed *interpolatis vicibus* tantum poſt quadrageſimum nonum annum *Henrici III.* ante quod tempus nemo ex ipſis ſummonitus fuit.

Rex omnibus ad quos &c. Salutem. Supplicavit nobis dilectus nobis in Chriſto Abbas de Leceſtria, *ut, cum Abbatia ſua prædicta per* Robertum Fitz Robert de Melan, *dudum comitem* Leyceſtriæ *fundata fuiſſet in puram & perpetuam eleemoſynam, & ad vocatio ſive patronatus ejusdem admanus Domini H quondam Regis Angliæ proavi noſtri, per foris facturam Simonis* de Monte Forti *tunc comitis* Leyceſtriæ *& patroni ejusdem devenerit, idemque Abbas aliqua terras ſeu tenementa de nobis per Baroniam, seu alio modo non teneat, per quod ad Parlamenta ſeu Conſilia noſtra venire teneatur, nec aliquis prædeceſſorum ſuorum ante quadrageſimum nonum annum dicti proavi noſtri, poſt foris facturam prædicti* Simonis (*quo anno omnes Abbates & Priores Regni noſtri Angliæ, ad Parlamentum ejusdem proavi noſtri tunc tentum, voluntarie ſummoniti fuerunt*) *ſummonitus exiterit, velimus ipſum Abbatem de hujusmodi adventu ad Parlamentum facto exonerari; Et quia viſis cartis & con-*

confirmationibus de terris & tenementis eidem Abbatiæ datis & conceſſis in rotulis Cancellariæ noſtræ irrotulatis compertum eſt, quod dicta Abbatia per prædictum Robert Fitz Robert de Melan, *tunc Comitem* Leyceſtriæ, *fundata erat in puram & perpetuam eleemoſynam & non invenitur in rotulis prædictis, quod prædictus Abbas aliqua terras ſeu tenementa de nobis tenet per Baroniam ſeu aliquo alio ſervitio, nec quod prædeceſſores ſui Abbates loci prædicti ad aliqua Parlamenta progenitorum noſtrorum ante prædictum quadrageſimum nonum annum dicti proavi noſtri aut poſtmodum continuè, ſed vicibus inter polatis, ſummoniti fuerint; Nolentes ipſum Abbatem indebitè ſic vexari, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris quod idem Abbas & ſucceſſores ſui deveniendo ad Parlamenta & Conſilia noſtra vel hæredum noſtrorum de cætero quieti ſint & exonerati imperpetuum, ita ſemper quod dictus Abbas & ſucceſſores ſui in procuratores ad hujuſmodi Parlamenta & Conſilia per Clerum mittendos conſentiant & ut moris eſt expenſis contribuant eorundem. In cujus &c. Teſte Rege apud* Weſtmonaſterium *XV. die Februar. Per petitionem de Parlamento.*

Parlamentum in quo iſta obtinuerunt convocatum eſt ſub dato 15. *Novembris 25 Ed. 3.* ut ſederet die *S. Hillarii* feſtum ſequente (id eſt, 13. *Januarii*) & 15. *Februarii* (anni vigeſimi ſexti; Regnum ejus incipiens 25. *Januarii*) hoc inſtrumentum ſcriptum eſt. In rotula clauſa iſtius ſummonitionis ann. 25. Edvard. 3. nomen Abbatis cancellatur, iſtaque verba ut §. præcedente diximus, adſcripta ſunt vi hujus inſtrumenti. Verum Anno 27. *Edvardi 3.* Abbas *Leiceſtriæ* ſummonetur ad magnum illud Conſilium habitum eodem anno apud *Weſtmonaſterium.* Abbas nactus hoc inſtrumentum dimiſſionis, erat *Willielmus de Clown.* teſtante *Henrico de Knighton* Canonico ejusdem Abbatiæ & ſic de ipſo loquente. *Cartam de non veniendo ad Parlamentum pro ſe & ſucceſſoribus ſuis de Rege adquiſivit.* Ad illud quod habeant Baronias, pertinet proteſtatio pro Abbatibus, Prioribus, Epiſcopis & aliis Prælatis Provinciæ *Cantuarienſis* facta ſub *Richardo* ſecundo, cujus verba ſunt: *De jure & conſuetudine Regni Angliæ Archiepiſcopum Cantuarienſem, qui pro tempore fuerit nec non cæteros ſuffragavos, comfratres, & Compatres, Abbates & Priores aliosque Prælatos quoſcunque per Baroniam de Domino Rege tenentes pertinet in Parlamentis Regiis quibuscunque, ut pares Regni prædicti perſonaliter intereſſe ibidemque de Regni negotiis ac aliis tractari conſuetis cum cæteris dicti*

Dorſ. Clauſ. 27. Ed. 3. m. 12.

Rot. Parl. 11. Rich. 2. part 1. m. 2. art. 34. Habetur item in Regiſtro Ms. Courtney Archiepiſcopi fol. 174. a. Vide item Stuford. in Placit. Coron. lib. 3. cap. 1.

Ms. & Regiſt. Ms. Arundel. Archiepiſc. Cant. part. 1. fol. 561.

ſti Regni Paribus, & aliis ibidem jus intereſſendi habentibus, Conſulere, & tractare, ordinare, ſtatuere, & deffinire ac cætera facere quæ Parlamenti tempore ibidem invenient facienda. Ac libellus *de modo tenendi Parlamentum*; *ad Parlamentum ſummoniri & venire debent Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & alii Majores cleri qui tenent per comitatum aut Baroniam ratione hujusmodi tenuræ & nulli minores niſi eorum præſentia & adventus aliunde quam pro tenuris ſuis requiratur.*

XXV. Jam quod proxime Barones hic concernit, eſt titulus *Bannerettι*, traditus aliquibus temporalibus Baronibus, acſi fuiſſet in ipſis ſynonymum vel æquivalens cum Barone nomen. *Bannerettι* nomen prout ſignificat *Equitem Bannerettum*, exhibebimus, ubi de ordinibus in *Anglia* Equeſtribus loquemur. Hic tantum ea conſideratur vocabuli notio, qua dicit Baronem Parlamentarium. In cauſa adverſus *Iohannem de Comeniz, & Willielmum de Weſton* in primo Parlamento *Richardi II.*, dicitur quod Domini Parlamentarii, id eſt, Rex *Caſtiliæ* & *Legionis*, Dux *Lancaſtrenſis*, *Edmundus* Comes *Cantabrigienſis*, & plures alii Comites ac Barones nominibus ſuis ibidem appellati, *& pluſours autres Seigneurs Barons & Bannerets eſteants au dit Parlament aſſemblez*, conſilium cœperunt de reſponſionibus defendentium. Et ubi in ſtatutis ejusdem Regis, prout Anglicè legimus ea, dicitur, unusquisque ArchiEpiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Prior, Dux, Comes, Baro, *Baronettus*, Miles Shiræ, &c. jubetur ſub mulcta, vel pœna alia juxta veterem conſvetudinem apparere in Parlamento, Gallica verſio tum in rotulis tum in libris prope impreſſis, legit *Bannerett*, alii autem per exiguum errorem *Barneret*. Ut quando mentio ſit in hiſtoriis antiquis Equitum Bannerettorum, verbum *Baronet* (quod facilius e lingva decurrit) ſæpe legitur pro *Banneret*; atque ſic non ſolummodo venit in Anglicanam editionem noſtrorum ſtatutorum, verum etiam in recenſionem caſus, qui recentior eſt ævo, quam ad quod noſtra nunc nos adigit diviſio. Nam in accuſatione quadam ſub *Henrico VI.* unus ex juratis Judicibus ſemetipſum deprædicavit, quod Anteceſſores ſui fuerint *Barones & Seigneurs des Parlamens* neque dubitare poſſum quod titulus Banneretti hoc ſenſu ibi fuerit uſurpatus, & quod eadem ſignificatio verbi fuerit in provocatione facta ſub *Edvardo III.* a quadam Magnæ Aſſiſæ Aſſeſſore, quoniam fuit a *Banner* (prout

Rot. Part. 1. Rich. 2. m. 6.

Statut. 25. Rich. 2. cap. 4. Videſis item Thomam Walſingham pag. 359. Ed. Franc. & Rot. Part. 1 Henr. 4. membr. 16. n. 59. de Bannerettis quibus plane eo nomine ſedes & Fox inter Proceres regni ent. 35. Henr. 8. fol. 46. a. tit. Challenge 44

ut liber ample dicit) vel *Bannerettus*, ut eſt apud *Fitzherbertum*. Neque ulla ibi ratio, cur titulus Banneretti notans ſolummodo Equitem Bannerettum, debeat ſuppeditare provocationis cauſam. Ideoque rationem non video, cur ſtatuere debeamus ibi eo ſenſu fuiſſe uſurpatum. Verum rejicitur (licet materia provocationis juſta fuit) quoniam legitime facta non erat. Id eſt, non legitime apparuit in provocatione ad Curiam quod fuerit Baro vel Bannerettus Parlamentarius, id quod ipſis debebat certo indicari ex annalibus, uti etiam reſponſum eſt in caſu illo ſub *Henrico VI.* Scio equidem reſponſionem in libro traditam eſſe, quod utut Bannerettus ſit, & non teneat per Baroniam tamen in Aſſiſa conſiſtat. Verum hoc ego intelligo quomodo Curia pronunciavit. Aſſertio quod ſit Bannerettus non eſt ſufficiens cauſa provocationis, niſi etiam doceatur quod ſit Baro Parlamentarius. Nam tenere per Baroniam erat Phraſis vulgata illis temporibus, deducta ab antiquiore uſu ad innuendum *eſſe aliquem Baronem*, quanquam revera nulla tum exigebat neceſſitas, ut Baro teneret per Baroniam, quoniam ex ſcripto ſolum talis eſſe potuit. Hunc porro vocis uſum illuſtrat epiſtola qua Dominus *Camoys* ſub *Richardo II.* liber declaratus eſt, ne ſit Miles Shiræ Surrenſis (quanquam jamdum electus eſſet) quoniam ipſe multique ex Anteceſſoribus ejus Banneretti fuiſſent, neque in uſu fuiſſet, eligere ejusmodi Bannerettos in Shirarum ſeu Comitatuum Militem. Epiſtola fuit iſthæc.

12. Ed. 3. f. 18. & 21. Challenge 119.

Videſis Coke lib. 6. fol. 53. & Regiſtr. Orig. fol. 179. & Fitzherbert. Nat. Br. fol. 165. E. & 48. Aſſiſ. Plac. ult.

Vide ſ. 48. Ed. fol. 30. b. 48. Aſſiſ. fol. ult.

Dorſ. Claus. 7 Rich. 2. m. 38

Rex *Vicecomiti* Surriæ, *Salutem: quia ut accepimus Tu* Thomam Camoys Chivaler, *qui* Banneretus *eſt, ſicut quamplures anteceſſorum ſuorum extiterint, ad eſſendum unum militum venientium ad Proximum Parlamentum noſtrum, pro Communitate Comitatus prædicti, de aſſenſu ejusdem comitatus, elegiſti; Nos advertentes, quod* hujusmodi Bannerétti, *ante hæc tempora, in milites comitatus, ratione alicujus parlamenti eligi minimè conſueverunt, ipſum de officio Militis ad dictum Parlamentum pro Communitate Comitatus prædicti, venturi, exonerari volumus; Et ideo tibi præcipimus quod quendam alium militem idoneum & diſcretum, gladio cinctum loco ipſius Thomæ eligi & eum ad diem ad locum Parlamenti prædicti venire facias, cum plena & ſufficienti poteſtate ad conſentiendum his quæ in parlamento prædicto fient juxta tenorem primi brevis noſtri tibi pro electione*

ctione hujusmodi militum directi, & nomen ejus nobis scire facias. Teste Rege apud Westmonasterium octavo die Octobris.

Neque hæc epistola de alio Banneretto intelligenda quam de Parlamentario Barone, seu Banneretto illorum temporum. Voces, *hujusmodi Banneretti*, ostendunt quod non omnes Banneretti intelligendi, sed illi tantum qui vel per hæreditatem titulum nacti sunt, vel per ejusmodi modum qualis hæreditatem gignere potuit; id quod apparet ex verbis præcedentibus, *Bannerettus est sicut quamplures antecessorum suorum extiterint.* Nunquam enim existimarunt, titulum Banneretti, prout denotat equitem Bannerettum, fuisse hæreditarium. Et revera manifestum est, quod *Thomas Camoys*, (qui sine dubio idem homo fuit) fuit Baro & Par istius Parlamenti. Multi quoque ejus Antecessorum fuerunt itidem Pares. Nam licet nomen *Camoys* non occurrat in Summonitionibus spatio quinquaginta annorum ante hanc epistolam, attamen inde ab octavo anno *Edvardi* secundi ad usque nonum *Edvardi* tertii vix summonitio quædam cernitur absque nomine illo. Hoc enim anno *Edvardi III.* reperitur nomen *Ralfe* (*Radulfi*) *de Camoys* in summonitionibus, ut & sæpe reperitur antehac[a]. Et quidam ejusdem nominis leguntur in multo vetustioribus catalogis[b] Baronum, illorum temporum. Post annum vero nonum *Edvardi III.* nomen istud ob minorennitatem vel aliam causam omissum est usque ad hunc septimum *Richardi II.* annum, & (prout aliquando accidit) dignitate, ut videtur, obscurata per abstinentiam a nomine *Lord* vel *Baro* fundorum liberi possessores in *Surrey* elegerunt eum in militem Shiræ suæ, posteaque jure antecessorum suorum ad Parlamentum summonitus, necesse fuit ut dimitteretur, quod factum est sub nomine Banneretti, non vero Baronis, ut videtur (juxta mores illorum temporum) quoniam Baroniam non habuit, vel non tenuit *per Baroniam.* Nam circa exitum *Edvardi III.*, nisi multum fallor, unus ex ipsius antecessoribus etiam *Thomas de Camoys* dictus, legitur[c] ex officio mortuus in carcere, nec tenuisse quicquam de Rege. In *Surria & Sussexia* vulgi habitarunt ac possessiones suas habuerunt isti Domini de *Camoys*. Affirmant etiam Eruditi nonnulli[d] quod oppidum *Broadwater* mari vicinum in *Sussexia* fuerit inde ab *Edvardi I.* regno Baronia horum Dominorum. Verum in Officio, de quo lo-

Dorf. claus. 7. Rich. 2. m. 10. & 37.

a *Dorf. claus. 9. Ed. 3. 28.*
b *Dorf. claus. 49. H. 3. m. 11 in scheaula. Patent. 5. Ed. 3. Dorf. 12. & vot. Scutagii ejusdem anni*

c *Escatt. 46. Ed. 3. num. 15. ap. Stening in Sussex.*
d *Camden in Brit. pag. 223.*

loquor, hoc *Broadwater* tenetur ab Honore de *Brember* & a ſubdito, quod fieri nequiviſſet, ſi tum Baronia extitiſſet. Exiſtimo igitur, hæc adducta ſatis docere quod *Thomas Camoys* Bannerettus inſtrumenti allegati, non alius fuerit a Domino *Camoys* illorum temporum, cujus Anteceſſores pariter fuere Barones, uti Rotuli manifeſte tradunt.

Hic uſus vocis *Banneretti*, veriſimile eſt, proceſſit ex Gallorum lingva, & proprio Baronum jure, geſtandi inſignia ſua in vexillo quadrato vel Banneria, de quo in dignitatibus *Gallia* vide.

XXVI. Reſtat ut perveniamus ad conſiderationem communis opinionis, juxta quam olim conſtitit Baronia ex tredecim feudis militaribus & tertia parte. Hæc opinio multorum videtur eruditorum fuiſſe. Sed non alio fundamento quam male intelligendo, quæ ſcripſit autor Tractatus *Ms. de modo Tenendi Parlamentum*: Verba libelli iſta ſunt. *Item ſummoniri & venire debent ad Parlamentum omnes & ſinguli Comites, & Barones, & eorum Pares, ſcilicet illi qui habent terras & redditus Comitatus integri, videlicet XX. feoda unius militis, quolibet feodo computato ad XX. libras quæ faciunt quadringentas libras in toto, vel ad valentiam unius Baroniæ integræ, ſcil. XIII. feoda & tertiam partem unius feods militis, quolibet feodo computato ad viginti libras quæ faciunt in toto quadringentas marcas, & nulli minores laici ſummoniri & venire debent ad Parlamentum ratione tenuræ ſuæ niſi eorum præſentia aliis de cauſis fuerit utilis vel neceſſaria ad Parlamentum.* Hic clare videmus Baroniam dici tredecim feuda & tertiam partem habere, Comitatum vero viginti feuda, quæ (quantum novi) ab autore hujus tractatus primo inventa ſunt, una cum æſtimatione feudi equeſtris ad viginti librarum reditus; ut & *Pares Baronum* eſſe diviſam dignitatem a Baronibus, quam opinionem illico oſtendemus eſſe etroneam, quam primum adjecimus nonnulla de tempore ad quod Tractatus iſte referendus eſt. Titulus ei vulgo præfixus refert ad tempora ultima *Saxonum* vel *Normannorum* adventum. *Hic deſcribitur modus*, (verba ejus ſunt) *quo Parlamentum Regis Angliæ & Anglorum ſuorum tenebatur tempore Regis* Edvardi *filii* Ethelredi *Regis, qui modus recitatus fuit per diſcretiores coram* Willielmo *Duce* Normannorum *Conqueſtore & Rege Angliæ, ipſo Conqueſtore hoc præcipiente & per*

ipſum approbatus & ſuis temporibus & etiam ſucceſſorum ſuorum Regum Anglorum uſitatus. Et ante ſummaria initii quæ concernunt ſummonitiones Prælatorum nec non Cleri (ſicuti invenio ſcripta charactere circiter temporibus *Henrici V.* coævo, in uno Regeſtorum *Arundelii*, Archiepiſcopi *Cantuarienſis*) titulus eſt cum expreſſa relatione ad rotulas illorum temporum, acſi inde opuſculum illud deſumtum fuiſſet. *De modo convocandi Clerum Angliæ ad Parlamentum Regis Edwardi filii Ethelredi Regis qui modus fuerat intimatus Willielmo Conqueſtori & per eundem obſervatus prout patet in rotulis dictorum Regum ſuper inde confectis.* Si credidiſſemus his titulis præfixis, uſi fuiſſemus tractu illo ad materiem Comitum & Baronum, vel Thainorum ætate *Saxonica* & principio ævi *Normannici.* Verum ejus vanitas tanta viſa eſt, ut judicaverimus optime hunc ei locum reſervari, & loqui de eo tanquam audaci ſuppoſitione. Melior enim non apparebit ſi examinemus cum materia tractatâ ibidem, tempus quo vixit author. Primo de tempore in quo vixit Autor: Mentio facta *Juſticiæ de Banco, Capitalis Juſticiarii qui tenet placita coram Rege*, & Baronum Ærarii adeo diſtincte, præter ſermonis indolem per totum librum & nomina *Comes Seneſcallus, Comes Conſtabularius, Comes Mareſcallus*, & alios Characteres plures in illo reperiendos ſatis manifeſte teſtantur ſcriptum eſſe librum aliquandiu (ad minimum) poſt Normannorum adventum, de quo, uti exiſtimo, nemo qui illum legit, dubitat. Ego autem credere nequeo antecedere *Edvardi III.* tempora. Plura ejus vidi exemplaria, ſed nullum iſtud ſuperans ævum. Confirmant me in eadem ſententia ſtylus & contextus. Nam quoad materiam relatam ſic in titulo ad Saxonum tempora, & Normannorum adventum; quis color vel in multitudine hiſtoriarum, legum aliorumque temporis iſtius monumentorum, quod Epiſcopi, Abbates & Priores tenuerint militaria feuda ſub *Edvardo Confeſſore*, vel Regis *Ethelredi* filio, quo nomine appellatur in titulo? Neque revera aliqui illorum tum fuerunt inſtar Baronum per tenuram in Parlamentis vel prætenſamotæ, verum inſtar Prælatorum ſolummodo, uti prius oſtenſum. Neque hæc definita quantitas Comitatus vel Baroniæ congruit cum illis Saxonum ætate. Et tempore Normannorum poſt ſecuto (nam ſic ducit nos titulus acſi eadem conditio fuiſſet Baronum & manſiſſet

Regiſt. Ms. Arundell. Archiepiſcopi, Cant. fol. 361. part. 1.

ſiſſet inde ab *Edwardo Confeſſore* & *Wilhelmo primo* usque ad eorum Succeſſores) quale teſtimonium ex annalibus, hiſtoriis, vel Legibus, docet ac probat illum numerum feudorum militarium in conſtituendis Comitatibus aut Baroniis? Certe contrarium manifeſtum eſt. *Ieoffridus* Dominus *Talbot* tenuit viginti feuda militaria in capite ab [a] *Henrico I*, quæ deinde *Walterus de Meduana* tenuit ab *Henrico II*. Verum neuter horum viſus eſt habere Comitatum. Idem dicere licet de *Iohanne de Port* [b] eodem tempore, qui tenuit quinquaginta ſeptem feuda militaria & de *Waltero de Wabull* tenente triginta [c] & alia plura, ut apparet ex diariis Ærarii, ubi etiam ſunt tenentes pauciora quã tredecim feuda, & nihilominus Barones ſunt cum reliquis. Et Comites plurimi ultra viginti habuerunt feuda militaria, nec tamen unus illorum plus habuit ex iſtis feudis Honoris ſui, quam unum Comitatum integrum. *Geofridus Fitz Peter* Comes *Eſſexiæ* (a quo *Humfridus* de *Bohun* derivavit jus ſuum in illum Comitatum) ſub *Iohanne* Rege, tenuit comitatum ſuum tanquam ſexaginta [d] feuda militaria, & *Aubrey* Comes *Oxonienſis* tanquam $30\frac{1}{8}$. Nemo tamen exiſtimavit unquam, quod alter horum tenuerit ratione plurium iſtorum feudorum magis quam unum Comitatum: cum alias juxta ſupputationem libelli *Modus tenendi Parliamentum* ſexaginta feuda perfeciſſent tres Comitatus ac triginta feuda cum parte octava feciſſent unum Comitatum cum dimidio & ſupra, id quod nemini neque per ſomnium obvenit ante Autorem libelli iſtius, neque poſthac, niſi illis qui ab ipſo ſunt ſeducti. Et quod Comitatus *Eſſexiæ* unus ſit tantum Comitatus integer, videre potes in exemplo ſupra § 11. adducto de relevamento inde ſolvendo. Abbas itidem [e] *Alingdonenſis* tenuit olim per ſervitium triginta feudorum militarium Caſtellum *Winſoriæ*, ex quibus quatuor tenebantur adeſſe in exercitu Regi vocanti; Abbas etiam *Evesha-menſis* per Servitia quatuor & dimidium, Prior *Corentrienſis* decem, Epiſcopus Ciceſtrenſis unum & dimidium, attamen ipſi (& alii æque) fuerunt Barones per tenuram absque reſtrictione ad certum numerum. Et in ſummonitionibus omnium Baronum ſub [f] *Edwardo I.* ad *Wigorniam* in Bellum contra Britones, multi venerunt ad Coneſtablium & Mareſchallum Angliæ exhibentes (uti decebat) ſervitia ſua, unde facile poſſumus colligere, qui illo tempore te-

[a] *Certificat. facta de feodis militum ſub Henrico 2. in libr. Rubr. Scac. Ms. fol. 84. Kent.*

[b] *ibid. pag. 85. Hantshire.*

[c] *ibid. fol. 103. Bedfordshire.*

[d] *Inquiſ. 12. & 13. Ioh. R. dict. lib. Rub. Scacc fol. 135. & videſ. Camden. Brit. 221. de Comitatu Arundell. & Comun. ex part. Rem. Theſ. Hill. 7. H. 4. Rot. 4. tenet quartam partem honoris de Arundel per ſervitium quatuor feodorum militum &c. de quo Comitatu vide porro Eſc. 30. Ed. 1. n. 30. & 4. Ed. 3. n. 38.*

[e] *Rot. Finium 42. H. 3. m. 10. m. Schedula appendente.*

[f] *Rot. Sentag. 5. Ed. 1.*

tenuerint, & quam multa feuda militaria, vel per quam multa ſervitia militaria, (quod eſt idem) Pauca ejus exempla hic addimus.

g *Ibid. m. 4.* *Rogerus de Clifford junior qui duxit in uxorem primogenitam filiam & heredem Roberti de Veteri ponte recognoſcit ſervitium II. feodorum militum, & dimidii, pro medietate Baroniæ de Weſtmerland; & faciet ſervitium per ſeipſum & Thomam Boter milites, & Alanum Boter ſervientem.*

Rogerus de Leyburn qui duxit in uxorem alteram filiam & heredem Roberti de Veteri Ponte, recognoſcit ſervitium ſuum II. Feodorum militum & dimidii pro altera medietate Baroniæ prædictæ, & faciet ſervitium per ſe ipſum Johannem de Leyburn, Willielmum de Iſfeild, Robertum de Kirkeby, & Petrum de Camera ſervientes.

Membrana 3. ejuſmodi aliæ habentur in rotulo Mareſcalciæ anno 10. Edw. 1. *Petrus Corbet recognoſcit ſervitium V. Feodorum militum pro Baronia de Kaus; faciet per ſeipſum & Robertum Corbet militem & per Thomam de Radesbergh, Richardum de Hop, Rogerum de Eiton, Robertum de Frunkton, Adam Haghe, Willielmum de Baneres Servientes.*

Mauricius de Berkeley recognoſcit ſervitium III. Feodorum militum pro Baronia de Berkley faciet per ſe ipſum, Thomam de Berkley, & Williel. Manſel milites.

Ita *Bigot Norfolciæ* tum Comes *recognoſcit ſervitium V. feodorum militum pro hereditate ſua Comitatus Norfolk.* & alia plura ibidem leguntur ut & ſervitia vel tenuræ Eccleſiaſticorum Baronum quæ diſtingvuntur juxta Equitum numerum absque omni relatione habita ad tredecim Equeſtria feuda & $\frac{1}{3}$. Conſtanter quoque aſſeritur in rotulo iſto, (id obiter obſervetur) quod ſerviant vel per Equites (juxta eorundem numerum varium) vel per duos *ſervientes* pro unoquoque Equite. De his *Servientibus* paulo poſt plura; ubi de Armigeris. Teſtimonia ejus rei ſunt infinita, nos vero finiemus verbis *Nigelli* vel *Neal* Epiſcopi *Elienſis* qui fuit Theſaurarius *Henrici I.* ad Abbatem *Ramſejenſem*, quibus agnovit, quod Abbas (revera Baro exiſtens) tenuerit tantum per ſervitium quatuor Equitum. *N. Elienſis Epiſcopus venerabili fratri & amico W. Rameſiæ Abbati, Salutem. Sciatis quod ubi Richardus Clericus reddidit Computum de Scutagio militum veſtrorum ad Scaccarium, Ego teſtificatus ſum vos* non debere plusquam quatuor milites *& pro tantum quieti eſtis & in Rotulo ſcripti. Vale.* Leguntur iſta in libro Ms. Ramſejenſe in Ærario. *fol. 58. 59.* Et ad locum in libello *Modus tenendi Parlamentum*, quæ alia accedunt teſti-

teſtimonia, quæ probent iſtam diſtinctionem *Comitum & Baronum*, ab iſtis qui fuerunt *Pares Comitibus & Baronibus*, quoniam tenuerunt integros Comitatus vel Baronias, titulo tamen Baronum & Comitum caruere? Imo unde apparet quod olim Equitis feodum fuerit viginti librarum proventus? Verum quidem eſt, quod viri poſſidentes viginti librarum obventionem ſæpe fuerint abacti, vel ſummoniti ad ſuſcipiendum equeſtrem ordinem. Aſt & viri minorum proventuum, & aliquando ditiorum pariter ad eandem dignitatem ſunt vocati. Et terra annuatim pendens viginti libras, quam tenuit quis per Socagium, juſſa eſt per ſtatutum ſubſidiorum ſub *Edvardo I* æquivalere Equeſtri feodo. Sed quid iſta ad legalem æſtimationem feudorum Equeſtrium, quæ revera nunquam æſtimata ſunt juxta certum numerum agrorum, neque proventuum quantitatem (quanquam nonnulli definiverint ea per utrumque) ſed ſolummodo juxta ſervitia vel numerum Equitum reſervatorum. Et ſine dubio error iſte circa juſtum valorem Equeſtris feodi fuit primarium fundamentum cui inædificarunt certum valorem & quantitatem Comitatuum ac Baroniarum. Nam ſuppoſito primum, quod iſta ſit legitima æſtimatio feudi equeſtris, Autor (& in aliis hujus libri rebus ſuo indulgens ingenio) videns revera quod Comitatus & Baroniæ conſtiterint ut plurimum ex feudis Equeſtribus, in errorem, ni ipſemet erro, incidit ſuas proportionum regulas ſic ſtatuens. Quomodo Relevium feudi Equeſtris ſe habet ad feudum Equeſtre, ita Relevium Comitis & Baronis ſe habet ad Comitatum, Baroniamque. At Relevium feudi Equeſtris eſt quarta pars feudi Equeſtris (quod verum eſt, ſi feudum Equeſtre definiatur per viginti librarum obventionem) Igitur Relevia Comitum & Baronum ſunt quarta pars eorundem Comitatuum Baroniarumque. Jam Relevium, inde poſt magnam Chartam definitum, fuit pro Comite, integrum Comitatum poſſidente, centum librarum, & pro Barone, integram quoque Baroniam poſſidente, centum Marcarum; unde igitur facilis concluſio facta eſt, quod integer Comitatus habuerit quadringentarum librarum obventiones, integra vero Baronia totidem marcarum. Verum iſte computus admodum fuit erroneus. Nam usque ad magnam Chartam conſtitutam (& plurimum temporis, quod libri titulis innuere vide-

Mod. tenend. Parl. loco citato, & cap. de pœna ſummonitionis.

Videſ. Stat. 1. Edw. 2. de militibus.

Weſt. 1. c. 36.

Mag. Chart. cap. 1.

videtur incidit ante Conſtitutionem iſtius Chartæ) Relevia Comitatuum & Baroniarum fuere incerta penitus, uti jamdum oſtenſum eſt: adeoque nullum ejusmodi potuit duci argumentum ex eorum proportione. Autor itaque nimium cupidus ſciendi quid eſſet Comitatus & Baronia, ſibimet ipſi impoſuit, & pluribus aliis tam facile fidem ipſi adhibentibus. Poteſt quidem eſſe, quod multa in iſto *Modo* (& inter illa quoque a præſenti ſeculo aliena vel diverſa) congruerint antiquis Parlamentis; verum & extra dubium eſt, quod nonnulla ibidem directe contraria ſint conſvetudini Parlamentorum manifeſtæ & receptæ inde a multis ſeculis; ex. gr. Collocatio Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ex utraque Provincia a dextra & ſiniſtra manu Regis, & ſuppoſitio quod Barones quinque Portuum in caſu amerciamenti, id eſt, mulctæ ſint pares Baronibus regni. etſimil. Et quæ dicuntur de fide nec non authoritate iſtius *Modi*, pariter dici queunt de eo quod reperitur in rotulo membranaceo apud *Chriſtopherum Preſton* ad *Clane* in *Hibernia* ſub *Henrico IV.*, non multum differens ab iſto conſveto *Modo tenendi Parlamentum in Anglia.* Niſi quod illud habeat *Hiberniæ* propria, & credatur eo miſſum a Rege *Henrico II.*, cum expugnaſſet Inſulam, ut eſſet inſtructio quomodo Parlamentum teneri debeat. Verum ſenſus ejus utplurimum congruit cum illo cujus plurima habemus Apographa pro *Anglia.* Et audivi quod apographum inde ſumtum eſt per *Inſpeximus* ſub magno *Hiberniæ* ſigillo a Domino *Talbot* in *Hibernia* Locum tenente *Henrici IV.* Copiam ejus mihi fecit inſignis Amicus meus *Hacklvellus, Lincolnienſis* Hoſpitii, apographum iſtud, cum in ſuis eſſet manibus, deſcribens. Verba ſunt talia.

Hènricus *Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præſentes litera pervenerint, ſalutem. Inſpeximus tenorem diverſorum articulorum in quodam Rotulo pergameno ſcriptorum cum Chriſtophero de Præſton milite tempore arreſtationis ſuæ apud villam de Clare, per deputatum dilecti & fidelis noſtri* Johannis Talbot de Hakenſch[illegible]re *Chivaler locum noſtrum tenentis terræ noſtræ Hiberniæ, nuper factæ inventorum ac coram nobis & conſilio noſtro in eadem terra noſtra apud villam de* Trim *nono die Ianuarii ultimo præteriti in hæc verba,* Modus tenendi Parliamenta.

Henricus *Rex Angliæ, Conqueſtor & Dominus Hiberniæ mittit hanc formam*

formam Archiepiſcopis, *Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Iuſticiariis, Vicecomitibus, Majoribus, Præpoſitis, & omnibus fidelibus ſuis terræ Hiberniæ tenendi Parliamentum.*

Imprimis ſummonitio Parliamenti præcedere debet per quadraginta dies, &c.

Deinde ſequuntur plurima, quæ etiam leguntur in ordinario *Modo* pro *Anglia*, adaptato *Hiberniæ*; & inter illa in ſpecie æſtimatio Comitatuum nec non Baroniarum ex humero feudorum Equeſtrium. Paucis etiam aliis additis de Magno Conſilio, de differentia Senatus conſulti & Legis, nec non de Juramento Coronationis: ſic concluditur. *Nos autem tenores articulorum prædictorum de aſſenſu prefati Locum tenentis & conſilii prædicti tenore præſentium duximus exemplificandum (&) has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte præfato locum noſtrum tenente apud* Trim XII. *die Januarii* Anno Regni *noſtri ſexto.*

Per ipſum Locum tenentem & Conſilium,

Verum quicunque ſit Autor iſtius Modi *Hibernici*, Ego exiſtimo, quod deſumſerit ex illo cujus tam multa habemus hic apographa, & aptaverit regno iſti, non tantum in ſuppoſitis Parlamentariis formulis verum & in titulo, ut ubicunque *Hiberniam* reſpiciat, ſicuti illud alterum *Angliam*. Nam ſicut hic *Modus Anglicanus* creditur exhibitus Regi *Wilhelmo*, & ab ipſo confirmatus poſt conqueſtum, ita iſte dicitur ab *Henrico II.* approbatus cum Hiberniam expugnaſſet. Perſvadere autem mihi neutiquam poſſum, quod alterutter ſit *Henrico II.* coævus ſtylus ipſius nulli, quem unquam ab ipſo rege vidi, congruit. Neque ante *Johannem* Regem fuere Sheriffi, (ViceComites) aliique officiales & dignitates (juxta Anglicanum morem) ſic ibidem conſtituti ut dignitates iſtæ & officia, ad quæ (prout hodienum moris eſt) illud *Inſpeximus* dirigitur, habuerint inibi locum ejusmodi ſub *Henrico II.* ſed hæc obiter. Atque hactenus de Baronibus tempore, poſtremos *Iohannis* Regis, nec non medios *Richardi II.* annos intercedente.

XXVII. Inde a mediis *Richardi II.* annis usque hodie habemus tertium genus Baronum, tum demum additum ad illa duo

genera ante oſtenſa, ſeu ad Barones ex Scripto & Tenura, & illos ex Scripto ſolum, i.e. Barones per diploma creatos. Prima duo genera & mos creandi novos per diploma adhuc perſeverant. Neque neceſſe eſt in hoc temporis intervallo plura de ipſis dicere, quam oſtendere ſolum formulam ſcripti quo creantur iſti qui ſunt ſolum ex Scripto tales, & vocat reliquos, addendo quædam de Spiritualibus Baronibus regularibus (quæ enim alios attinent, ſat bene ſunt cognita) quo facto concludemus cum creatione Baronum per Diploma.

De formula Scripti obſervabimus ejus ſubſtantiam, & ſtylum perſonarum, quæ per illud vocantur. Formula ad Spirituales Barones Seculares jam oſtenſa continuavit usque ad exitum *Richardi II.* quando clauſula *Ne, quod abſit, per veſtri abſentiam &c.* usque *differentur*: cœpit omitti: & eadem formula usque *Nullatenus omittatis. Teſte* &c, uſurpabatur ad Regulares Barones ut & Temporales. Saltem *Ligeancia* ſcribebatur Temporalibus pro *dilectione*, uti hodie. Neque ulla fere eſt differentia inter ſyllabas Brevium ex prioribus annis hujus ultimæ partis diviſionis noſtræ (poſt omiſſionem clauſulæ iſtius) & horum temporum. Spirituales Barones hodie (qui omnes ſunt ſeculares vel Epiſcopi) convocantur hac formula.

Rex &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri Prædilectoque & fideli Conſiliario noſtro N. eadem gratia Archiepiſcopo Cantuarienſi *totius* Angliæ *Primati & Metropolitano ſalutem. Quia de aviſamento & aſſenſu Conſilii noſtri pro quibuſdam arduis & urgentibus negotiis nos ſtatum & defenſionem Regni noſtri Angliæ & Eccleſiæ Anglicanæ concernentibus quoddam Parliamentum noſtrum apud Civitatem noſtram* Weſtmonaſterii (dies & annus hic adſcribuntur) *teneri ordinavimus & ibidem vobiſcum ac cum cæteris Prælatis* Magnatibus *& Proceribus dicti Regni colloquium habere & tractatum, vobis ſub fide & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungendo mandamus quod conſidentis dictorum negotiorum arduitate & periculis imminentibus, ceſſante excuſatione quacunque dictis die & loco perſonaliter interſitis nobiſcum ac cum* Prælatis, Magnatibus, *&* Proceribus *prædictis ſuper dictis negotiis tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri & hoc ſicut nos & honorem noſtrum ac ſalvationem & defenſionem Regni & Eccleſiæ Anglicanæ expeditionemque negotiorum prædictorum diligitis, nullatenus*

latenus omittatis. *Præmonentes Decanum & Capitulum Ecclesiæ vestræ* Cantuariensis *ac Archidiaconos totumque Clerum vestræ Diœcesios quod iidem Decanus & Archidiaconi in propriis personis suis ac dictum Capitulum per unum, Idemque Clerus per duos Procuratores idoneos plenam & sufficientem potestatem ab ipsis Capitulo & Clero conjunctim & divisim habentes, prædictis die & loco, interfint ad consentiendum his, quæ tunc ibidem de communi Consilio dicti Regni nostri divina favente Clementia contigerint, ordinari.* *Teste meipso, apud &c.*

Temporales Barones eadem vocantur formula, (excipe quod scribatur *ligeancia* pro *dilectione)* usque *nullatenus omittatis. T. &c.* Sed ista dicuntur de ordinariis summonitionum Brevibus. Fuit enim aliquando in usu, addere limitationem status in dignitate Baronum ad reliqua epistolæ verba, per quam creatus fuerat Baro. Sic factum in brevi quo *Henricus de Bromflet* creatus est *Baro de Vescy* sub *Henrico IV.* nam post *nullatenus omittatis* sequitur, *Volumus enim vos & hæredes vestros masculos de corpore vestro legitime exeuntes Barones de* Vescy *existere.* *Teste &c.* *Dors. claus. 27. Henr. 6. m. 24.*

De stylo Baronis in istis scriptis assignato. Barones Spirituales sortiuntur titulum Ecclesiasticæ dignitatis suæ, cum additione Consiliarii fidelis, vel simili, prout fert casus. Sic etiam scribitur, Temporalibus, quorum & aliqui Baronis nomen habent additum: ut ostensum §. 16. raro tamen, & hodie nunquam. Multi olim appellabantur nominibus suis Christianis vel cognominibus, vel Baroniis, vel utrisque & frequenter admodum cum additamento *Chivaler* vel *Militi*: alii porro post vocabulum *Chivaler* dicti sunt Domini *Lord*, cum additione ejus cujus fuerunt Barones nuncupati sic *Dominus de N.*: ut *Jacobo Beauchamp militi Domino de Beauchamp*, etsimil. ut & absque vocabulo *militis*, ut *Thomæ Domino de Ros* & his plur. Circa *Henrici VIII.* tempora in usum venit ut omnes vocarentur *Chivalers* sive equestri dignitate donati fuissent, sive non, quod in hodiernum usque diem continuatum est. Post cognomina eorum tituli eorum unde sunt Barones communiter præcedunt vocem *Chivaler* tum in brevibus summonitionum, ex jure præcedaneo, tum in diplomatibus creationis. Nam regulariter non differunt, nisi quod diploma creationis, (quod primum sic quemcunque virum ad Parlamentum vocat) faciat Baronem, &

idem reiteratum vocat ipſum ad alia Parlamenta deinceps. Singulare tamen inter iſta eſt ſtylus *Domini de la Ware.* In extremis annis *Richardi II. Henrici IV. V.* & partim *Henrici VI.* titulus eſt *Magiſtro Thomæ de la Ware;* Rationem fuiſſe dicunt, quoniam Clericus extitit; & quidem antequam titulus ad ipſum devenerit. Memini etiam quod in Procuratorum faſciculo anno quinto *Henrici V.* faciat *Iohannem, Fmnke, & Richardum Hulme* Scribas, ſuos procuratores, prout tum temporis Spiritualium Dominorum mos erat.

Regulares Barones hujus ævi (ut pergamus inde ubi reliquimus eos ſuperius) erant vulgo usque ad diſſolutionem Monaſteriorum ſub *Henrico VIII.* iidem Magni Abbates ſupra nominati cum Prioribus S. *Iohannis & Coventrienſe* Anno autem quinto *Henrici IV.* Prior Eccleſiæ Chriſti *Cantuarienſis* iterum ſummonetur cum ipſis: quanquam poſthæc non legatur amplius in ſummonitionibus. Numerus quoque cito fixus extitit viginti quinque Abbatum & duorum Priorum iſtorum Abbates fuere.

Clauſ. 5. H. 4. part. 2. m. 4. Dorſ.

1. *Sancti Albani.*	13. *Abingdon.*
2. *Glaſtenbury.*	14. *Waltham.*
3. *Sancti Auguſtini Cantuarienſis.*	15. *Shrewsbury.*
	16. *Glouceſter.*
4. *Weſtminſter.*	17. *Bardeney.*
5. *Sancti Edmundi Bury.*	18. *Sancti Benedicti de Hulmo.*
6. *Peter borough.*	19. *Thorney.*
7. *Colcheſter.*	20. *Ramſey.*
8. *Evesham.*	21. *Hide.*
9. *Winchelcomb.*	22. *Malmesbury.*
10. *Crowland.*	23. *Cirenceſter.*
11. *Battaile.*	24. *Sanctæ Mariæ, Ebrracenſis.*
12. *Reding.*	25. *Selby.*

ita recte capiendi Camd in Brit. pag. 123. & Clem. Reyner in Appendice ad Apoſtolat Benedictl. pag. 150.

Iſti cum duobus Prioribus dictis erant regulares Barones usque ad annum quintum *Henrici VIII.*, cum Abbas de *Taviſtock* in *Devonia* adderetur ipſis per creationem ex diplomate paulo poſt inſe-

inſerendo. Poſt diſſolutionem Monaſteriorum anno 31. *Henrici* 8. quoad ipſe vixit ejusque filius *Edvardus VI.* nullus hic Baro regularis agnitus eſt. Sub *Maria* [a] autem Regina & aliquandiu in primo Parlamento Elizabethæ Reginæ, Prior S. *Iohannis* nec non Abbas *Weſtmonaſterienſis* iterum ſummoniti ſunt tanquam Barones. Verum ſubito id deſiit in illo ipſo Parlamento *Eliſabethæ* Reginæ. Sed jam veniamus ad Creationem Baronum per patentes literas.

[a] *Diarium Parlam. 4. & 5. P. & Mar. 7. & 8 Martii ſummonitio ejusdem anni & diarium Parlamenti 1. Elizab.*

XXVIII. Evectio Baronum ad ejusmodi titulum per literas patentes cœpit anno undecimo *Richardi II.* Exemplaque inde ſequentia perquam fuere multa. Ego memini unius exempli de Spirituali Barone ſic creato. Temporalis Baro primus fuit *Iohannes de Beauchamp* Seneſcallus *Richardi II.* factus per hoc diploma unus ex Paribus & Baronibus regni, appellandusque poſterum *Dominus de Beauchamp*, & Baro *de Kidermiuſter* ipſe & hæredes ejus maſculi.

Patent. II. Rich. 2. part. 1. m 12.

Richardus &c. *Sciatis quod pro bonis & gratuitis ſervitiis quæ dilectus & fidelis Miles noſter* Johannes de Beauchamp de Holt *Seneſcallus hoſpitii noſtri nobis impendit, ac loco per ipſum tempore Coronationis noſtræ hucusque impenſo & quem pro nobis tenere poterit in futurum in noſtris Conſiliis & Parlamentis, nec non pro nobili & fideli genere, unde deſcendit ac pro ſuis magnificis ſenſu & circumſpectione ipſum* Johannem *in unum Parium ac Baronum Regni noſtri Angliæ prafecimus, volentes, quod idem* Johannes *& hæredes maſculi de corpore ſuo exeuntes ſtatum Baronis obtineant, ac Domini de Beauchamp, &* Barones de Kidermyſter *nuncupentur. In cujus rei &c. T.*

Hæc formula tam fuit ſimplex vel brevis. Deinde excrevit varie in longitudinem, tum ex diverſis clauſulis, dignitatem explicantibus, tum etiam ex formula de Creationis pecunia, vel annuitate aſſignata ad ſuſtinendam dignitatem. Nam mos etiam fuit illa ætate, quæ ſecuta eſt non diu poſt ejusmodi creationum initia, ut Barones quidam haberent annuitates ſuas honorarias æque ac Comites. Sic *Radulfus* (*Ralf*) *Botiller, Baro de Sudley* in *Gloceſtria* creatus eſt ab *Henrico VI, ut idem Radulphus & hæredes ſui prædicti* (i.e. hæredes ex ipſo geniti maſculi; neque vidi Creationem Baronis per diploma factam ipſi & hæredibus ejus in genere) *melius, decentius,*

tius, & honorificentius valeant ſtatum prædictum ac onera ipſis incumbentia manutenere & ſuſtentare, ut verba diplomatis ſonant, accepitque ducentarum marcarum annuitatem, ex proventibus *Lincolniæ* ſolvendam a ViceComitibus iſtius Comitatus. Sic *Edwardus IV.* creavit *Walterum Blunt,* Baronem *de Mountioy* deditque ipſi pariter annuitatem, ceu creationis pecuniam, viginti marcarum: videl. duodecim marcæ ipſi ſolvendæ erant ex reditibus Civitatis *Thurbaſton* in Comitatu *Derbienſi*, reliquæ ex reditibus *Derbiæ & Nothinghamenſis* Comitatus. Deinde ceſſavit mos iſte dandi Creationis ſtipendia cum dignitate; formulæque diplomatum admodum fuerunt variæ; breviores quam hodiernæ, ac minus dignitatem explicantes, magis etiam inter ſe diverſæ, quam quales hodie reperimus. Nam ætate noſtra præſertim inde ab initiis *Iacobi* Regis, iſta formula (poſt Regis titulum & præfationes juxta occaſionem oblatam, varias) utplurimum uſurpatur, ſi non omnino conſtans.

part. 2. pat. 25. Henr. 6. m. 29.

Pat. 5. Ed. 4. part. 1. m. 6.

Videſis Pat. 1. Ed. 6. Part. Baroni Sheffeild & aliis item Pat. 9. Eliſabeth. part. 10. m. 25. Baroni Buckhurſt i. Sæpius in rotul. Pat. Iacobi & Caroli R.R.

Sciatis igitur, quod nos de gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa ſcientia, & mero motu noſtris, præfatum A. B. *ad ſtatum, gradum, dignitatem, & honorem* Baronis B. de C. *in Comitatu N. erexim us, præfecimus, & creavimus, ipſumque* A. B. Baronem B. de C. *prædicto, tenore præſentium, præficimus, conſtituimus, & creamus eidemque A. B. ſtatum, gradum, dignitatem, ſtilum, titulum, nomen & Honorem* Baronis B. de C. *impoſuimus, dedimus, & præbuimus ac per præſentes damus, imponimus, & præbemus, Habendum & tenendum eadem ſtatum, gradum, dignitatem, ſtilum, titulum, nomen & Honorem eidem* A. B. *& hæredibus maſculis de corpore ſuo exeuntibus imperpetuum, volentes & per præſentes inſuper concedentes, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quod prædictus A. B. & hæredes ſui maſculi prædicti nomen, ſtatum, gradum, ſtilum, dignitatem, titulum & honorem prædictum ſucceſſivè gerunt & habeant, & eorum quilibet habeat, & gerat & per nomen* Baronis B. de C. *vocentur & nuncupentur, & quilibet eorum vocetur & nuncupetur, quodque idem A. B. & hæredes ſui maſculi prædicti ſuccеſſivè* Barones B. de C. *in omnibus teneantur, & ut Barones tractentur, teneantur, & reputentur, & eorum quilibet tractetur, teneatur & reputetur, habeantque teneant, & poſſideant dictus* A. B. *& hæredes ſui maſculi prædicti, & eorum quilibet habeat, teneat, & poſſideat ſedem, locum, & vocem in Parlamentis, publicis Comitis & Conſilis*

BARO.
pars II. p. 505

Conſiliis noſtris hæredum & ſucceſſorum noſtrorum infra Regnum noſtrum Angliæ *inter alios Barones, ut Barones Parlamentorum publicorum Comitiorum & Conſiliorum; Nec non dictus A. B. & hæredes ſui maſculi prædicti gaudeant & utantur & eorum quilibet gaudeat & utatur, per nomen* Baronis B. de C. *omnibus & ſingulis juribus, privilegiis, præeminentiis, & immunitatibus ad ſtatum* Baronis *hujus Regni noſtri Angliæ in omnibus ritè & de jure pertinentibus, quibus ceteri* Barones *dicti Regni noſtri Angliæ ante hæc tempora melius honorificentius & quietius uſi ſunt & gaviſi ſeu in præſenti gaudent & utuntur. Eo quod expreſſa mentio, &c. non obſtante. His teſtibus &c. Datum apud* Weſtmonaſterium, &c.

Et frequentiſſimum eſt his temporibus noviſſimis, quod cognomen addatur in creatione, ut A. B. hic creatur Baro B. de C. ubi C. eſt locus Baronem denominans. Cognomen autem ſolum tum ſæpe uſurpatur tanquam titulus Honoris in vulgari ſermone. Atque ſic finimus tractationem de Temporalibus Baronibus picturam Baronis ejusmodi inveſtiti addentes.

Exemplum creati Spiritualis Baronis per literas Patentes eſt in *Richardo Banham* Abbate de *Taviſtock*, ejusque ſucceſſore ſub *Henrico VIII.*

Henricus &c. *Sciatis, quod certis conſiderationibus nos ſpecialiter moventibus, & ob ſpecialem devotionem, quam ad Beatam Virginem* Mariam *matrem Chriſti ſanctumque* Rumonum, *in quorum Honore Abbatia de* Taviſtock, *quæ de fundatione nobilium progenitorum noſtrorum quondam Regum Angliæ & noſtro patronatu dedicata exiſtit, gerimus & habemus, hinc eſt quod de gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa ſcientia & mero motu noſtris, volumus eandem Abbatiam ſive monaſterium noſtrum gaudere honore, privilegio, ac libertatibus ſpiritualium Dominorum Parliamenti noſtri Hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, Ideò conceſſimus, & per præſentes concedimus, pro nobis, hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, quantum in nobis eſt, dilecto nobis in Chriſto,* Richardo Banham, *Abbati* de Taviſtocke, *prædicto & ſucceſſoribus ſuis, ut eorum quilibet, qui pro tempore ibidem fuerit Abbas, ſit & erit unus de ſpiritualibus & Religioſis Dominis Parliamenti noſtri Hæredum & Succeſſorum noſtrorum, gaudendo honore, privilegio, ac libertatibus ejusdem; Et inſuper, de uberiori gratia noſtra, affectando utilitatem dicti noſtri Monaſterii, conſiderando ejus diſtantiam, Ita quod ſi contingat aliquem Abbatem qui pro tempore fuerit, fore vel eſſe abſentem propter* Pat. 5 Henr. 8 part. 2. m. 22.

præ-

prædicti Mona[illegible]ilitatem in non veniendo ad Parliamentum prædictum Hæredum vel ſucceſſorum noſtrorum, quam quidem abſentiam eidem Abbati perdonamus per præſentes; Ita tamen, quod tunc ſolvet pro hujuſmodi abſentia cujuslibet Parliamenti integri in noſtro Scaccario, ſuum per Attornatum quinque Marcas nobis, hæredibus ſive ſucceſſoribus noſtris, totiens, quotiens, hoc in futurum contigerit. In cujus &c. Teſte &c. viceſimo tertio die Ianuarii. &c.

Tantum de antiquioribus dignitatibus Comitum & Baronum, unde progredimur ad titulum Ducis, ac deinde Marchionis nec non Vicecomitis.

XXIX. Prima tituli Ducalis creatio, tanquam diſtincti ab illo Comitis (olim enim ſæpe fuerunt ſynonyma apud nos, uti apud gentes alias, de quo ſupra) facta eſt anno undecimo *Edvardi III*, qui in Parlamento filium ſuum primogenitum, tum *Ceſtriæ* Comitem, creavit donavitque titulo *Ducis Cornubiæ*, & erexit Ducatum iſtum. Diploma Creationis fuit (quantum concernit præſentem materiam) tale.

Edwardus *Dei gratia &c. Inter cætera Regni inſignia, illud arbitramur fore potiſſimum, ut ipſum ordinuum, dignitatum, & officiorum diſtributione congrua vallatum, ſanis fulciatur conſiliis, & robuſtorum potentiis teneatur. Plurimis itaque gradibus hæreditariis in Regno noſtro, cum per deſcenſum hæreditatum ſecundum legem Regni ejuſdem, ad cohæredes & particeps tum deficiente exitu, & aliis eventibus variis, ad manus regias devolutis, paſſim eſt â diu in Nominibus, Honoribus, & Graduum dignitate defectum multiplicem dictum Regnum. Nos igitur ea, per quæ Regnum noſtrum decorari, idemque Regnum ac ſancta ejuſdem Eccleſia, alia etiam terra noſtro ſubjecta Dominio, contra hoſtium & adverſariorum conatus ſecurius & decentius defenſari, paxque noſtra inter noſtros ubique ſubditos conſervari illeſa poterint, meditatione ſollicita intuentes, ac loca ejuſdem regni Inſignia priſtinis inſigniri honoribus cupientes, noſtræ conſiderationis intuitus ad perſonam dilecti & fidelis noſtri* Edwardi *Comitis* Ceſtriæ, *filii noſtri primogeniti, intimius convertentes, volentesque perſonam ejuſdem honorare, eidem filio noſtro nomen & honorem* Ducis Cornubiæ, *de communi aſſenſu & Conſilio Prælatorum, Comitum, Baronum & aliorum de Conſilio noſtro in præſenti Parliamento noſtro apud* Weſtmonaſterium, *die Lunæ proximè poſt feſtum* S. Matthiæ *Apoſtoli proximè præteriti convocato exiſtentium,*

ſtentium, dedimus, ipſumque in Ducem Cornubiæ *præcinximus & Gladio* cinximus, *ſicut decet. Et ne in dubium verti poterit aliqualiter in futurum, quid aut quantum idem Dux, ſeu alii Duces dicti loci, qui pro tempore fuerint nomine* Ducatus *prædicti habere debeant, omnia in ſpecie, quæ ad ipſum Ducatum pertinere volumus, hac cartæ noſtræ duximus inſerenda. Dedimus itaque & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, & hac præſenti cartæ noſtræ confirmavimus, eidem filio noſtro,* ſub nomine & honore Ducis *dicti loci Caſtra, maneria, terras, & tenementa & alia ſubſcripta, ut ipſe ſtatum & Honorem dicti Ducis juxta generis ſui nobilitatem valeat continere, & onera in hac parte incumbentia, facilius ſupportare, videlicet; Vice-Comitatum* Cornubiæ *cum pertinentiis, ita quod prefatus Dux & alii Duces ejuſdem loci pro tempore exiſtentes Vicecomites prædicti Comitatus Cornubiæ faciant & conſtituant, & facere & conſtituere poſſint, ad exercendum & faciendum officium Vicecomitis ibidem, ſicut hactenus fieri conſvevit ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum imperpetuum, Nec non Caſtrum, Burgum, Manerium & honorem de* Launceneton *cum parco ibidem &c.*

Diverſa Maneria & Franchiſiæ tum in *Cornubia* tum Comitatibus aliis deinde ſequuntur, quæ conficiunt partes Ducatus.

Habendum & tenendum eidem Duci *& ipſius & hæredum ſuorum Regum Angliæ filiis primogenitis, & dicti loci Ducibus in Regno Angliæ hæreditariè ſucceſſuris, unà cum feodis, militum, Advocationibus, Eccleſiarum, Abbatiarum &c. de Nobis & hæredibus noſtris imperpetuum. Quæ quidem omnia Caſtra, Burgos, Villas, Manèria, Honores, Stannarias, & Cunagium, firmam* Exoniæ & Wallingford, *terras & tenementa, prout ſuperius ſpecificantur, ſimul cum feodis, advocationibus, & omnibus aliis ſuprà dictis, prædicto Ducatui præſenti cartæ noſtræ pro nobis & hæredibus noſtris annectimus & unimus eidem imperpetuum remanſura, ita quod ab eodem Ducatu aliquo tempore nullatenus ſeparentur, nec alicui ſeu aliquibus aliis quam dicti loci Ducibus per nos vel hæredes noſtros donentur ſeu quomodolibet, concedantur, ita etiam quod præfato Duce ſeu alio ejuſdem loci Ducibus decedentibus & filio ſeu filiis, ad quos dictus Ducatus pretextu conceſſionum noſtrarum prædictarum ſpectare dinoſcitur, tunc non apparentibus, idem Ducatus, cum Caſtris, Burgis, Villis, & omnibus aliis ſuprà dictis ad nos vel hæredes noſtros Reges Angliæ revertatur, in manibus noſtris & ipſorum hæredum noſtrorum Regum Angliæ retinendus quousque de hujusmodi filio ſeu*

filiis in dicto regno Angliæ hæreditario ſucceſſuris appareat, ut dictum eſt, quibus tunc ſucceſſivè Ducatum illum cum pertinentiis pro nobis & hæredibus noſtris concedimus & volumus libenari, tenendum prout ſuperius eſt expreſſum &c. His teſtibus I. Cantuarienſi *Archiepiſcopo totius* Angliæ *Primate Cancellario noſtro*, Henrico Lincolnienſi *Epiſcopo Theſaurario noſtro* Richardo Dunelmenſi *Epiſcopo*, Johanne *Comite* Warrenæ & Surriæ, Thoma de bello campo, *Comite* Warwici, Thoma Wake de Lydell, Johanne de Mowbray, Johanne Darcy le Neveu *Seneſchallo boſpitii noſtri, & aliis. Datum per manum noſtram apud* Weſtmonaſterium XVII. *die Martii Anno Regni noſtri XI.*

Per ipſum Regem & totum Conſilium in Parliamento.

Coke lib. 8. Caſ. Principis & le caſe du Duche de Cornoüaile publie 1613.

Per hanc creationem non tantum primogenitus Regis *Angliæ*, verum & maximus natu ſuperſtes ſemper eſt Dux *Cornubiæ*. Neque opus eſt nova creatione tituli hujus, quanquam aliquando inveniamus eundem conjunctum in creatione Tituli Principis *Walliæ*, prout jamdum oſtenſum eſt. Inveſtitura primi hujus Ducis fuit, quantum apparet ex inſtrumento iſto tantum per cincturam gladii, utut viri quidam eruditi, confundentes, ut videtur, ceremonias quibus poſtmodum *Princeps Walliæ* factus eſt, cum hac creatione & evectione ad Titulum Ducis, dicant ipſum inveſtitum per Annulum, Baculum & Coronam, quæ omnia revera ſimul commemorantur in quibusdam diplomatibus ſequentium temporum, quæ videntur maximos natu filios creare Duces *Cornubiæ* æque ac Principes *Walliæ* & Comites *Ceſtriæ*. Eadem quoque inveſtitura per gladium ſolum commemoratur in creatione *Henrici*, Ducis *Lancaſtrenſis* primi, quatuordecim annis circiter poſt hanc primam Ducis *Cornubiæ* Creationem. Creabatur ipſe, quoad vitam, in Parlamento, & formula inveſtituræ, in diplomate eſt tantum *nomen Ducis* Lancaſtriæ *imponimus & ipſum, de nomine Ducis dicti loci, per cincturam gladii præſentialiter inveſtimus*, Comitatusque *Lancaſtrenſis* tanquam Comitatus Palatinus, cum relatione ad illum *Ceſtriæ*, ad ſimilem jurisdictionem, traditur ipſi, tanquam ſubſtantia Ducatus ejus. Deinde anno 36. *Edvardi* 3. ultimo die Parlamenti *Lionel* Dux

Pat 25. Ed 3. m. 18. 6. Martii.

Dux de *Clarence* & *Johannes* Dux *Lancaſtriæ* ambo Regis filii iſtis titulis decorati ſunt, fuitque tum *Lionel* in *Hibernia*; alter vero præſens exiſtens inveſtitus eſt a Rege, ipſi gladium accingente, & imponente pileum furratum, *deſus un cercle d' or & de peres*, ut Rotula inquit, id eſt, ſub corona aurea gemmisque ornata. In Parlamento anni noni ſub *Richardo* ſecundo. *Edmundus Cantabrigiæ* Comes, ac *Thomas* Comes *Buckinghamiæ*, *Eſſexiæque* Duces inveſtiti ſunt, hic *Gloceſtriæ*, alter vero *Ebonci*: Rex in throno ſuo ſedit coronamque geſtavit capiti impoſitam, *Skirlaw* vero, Dominus electus ac confirmatus in *Coventry* & *Lichfield*. exiſtens Cuſtos Sigilli ſecreti elocutus eſt cauſas eorum creationis, cujus diplomata ſcripta ſunt apud *Hocelowelegh* in *Tividale* ſexta *Auguſti* ante Parlamentum quod cœpit die S. *Lucæ* vel XVIII. Octobris inſequente apud *Weſtmonaſterium*. Et quanquam diplomata [a] diſerte nihil de creatione dicant, quam *in Ducem ereximus eidem Ducatus N. titulum aſſignantes & nomen*, Parlamentaria tamen rotula [b] de utroque ait, quod Rex *ipſum Ducem de prædictis titulo, nomine & honore, per* gladii cincturam & Pilei ac Circuli aurei ſuo capiti impoſitionem, *maturius inveſtivit ac cartu prædictam in plenum teſtimonium perpetuamq; memoriam & fidem præmiſſorum, manibus ſuis propriis eidem Duci tradidit & realiter liberavit & capto immediate ejus homagio pro Ducatu prædicto cum vultu hilari inter pares Parliamenti in gradu celſiori ſedere mandavit, quod idem Dux gratantius in continenti fecit.* Acceperunt præterea quisque eorum mille librarum obventiones ad ſuſtinendam dignitatem. Cum in Parlamento an. 21. *Richardi* ſecundi *Henricus* Dux *Herefordienſis*, *Thomas* Dux *Surrejenſis* *Johannes* Dux *Exonienſis*, *Edvardus* Dux de *Aumerle*, & *Thomas* Dux *Norfolciæ* crearentur, eadem meritorum præfamina ubique leguntur, deindeq; ſequitur, *de aſſenſu Prælatorum, Ducum Magnatum, & aliorum Procerum, & Communitatis Regni noſtri Angliæ in inſtanti Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium exiſtentium ipſum Comitem* (nam omnes iſti antehac ſolummodo Comites fuerunt) *in Ducem N. cum titulo, ſtilo ac nomine & honore eidem debitis præfecimus ac inde præſentialiter per appoſitionem* Cappæ ſuo capiti ac traditionem virgæ aureæ *inveſtimus*: poſthac collocatur limitatio ſtatus per *habendum*, & creationis pecunia quadraginta Marcarum annuatim ex Erario, absque alia clauſula quacunque. Dicitur etiam in Parla-

Rot. Parlam. 36. Ed. 3. n. 36.

[a] *Cart. 9. Rich. 2. membr. 15. n. 27.*

[b] *Rot. Parl. 9. R. 2. n. 14. & 15. m. 5. & vide etiam ſupra part. 1. cap. 4. §. 2. de Duce Hiberniæ eodem anno.* *Vide item Cart. 15. Ed. 4. m. 12. Duci Eboraci, in Ducem Norfolciæ creato, ubi nulla inveſtituræ mentio.* *Cart 21. Rich. 2. membr. 14. n. 33. & Rot. Parl. ejusdem anni part. 4. n. 35.*

mentaria rotula (ubi Rex legitur insidens throno suo ipsos investire) quod diplomata ibidem fuerint lecta, & quod Rex creaverit eos per cincturam gladii, imposueritque capitis cujusvis *Cap d' onneur & dignite du Duc*, & quod unusquisque *fist son Homage en la manere accustumè devant ces heures.* In hoc creationis actu nulla fit clara mentio Virgæ aureæ, neque (sive in diplomate, sive in rotulo) Coronæ, sed tantum Ducalis pilei, pro capite; sicut in illo trigesimi sexti anni *Edvardi* tertii, Corona & Pileus leguntur, non vero aurea Virga. Ad Coronam porro Ducum nostrorum respicit *Martialis de Paris* loquens de *Thoma* Duce de *Clarence* Fratre *Henrici* nostri primi.

Chez Lobin d' Orleans les Ouvertures des Parlemens chap. II. pag. 169 in 4.

La en grand pompe & Seigneurie
Si Saillit le Duc de Clarence,
A un Chapeau de pierrerie
Plein de Diamans d' excellence.

Recentiora tempora habuerunt utplurimum omnia ista, gladium, Coronam, (quæ supponit pileum) virgam auream in formulis investituræ. Nostra ætate mos est ut primo persona honoranda per idem diploma creetur doneturve Comitis titulo, licet jam antea fuerit Comes vel Marchio, absque ullo tamen Creationis stipendio vel annuitate, ad istum Comitis titulum addito ac deinde sequitur;

Rot. Pat. 21. Iacobi part. 1.

Ac insuper, pro consideratione predicta, de uberiori gratia nostra speciali ac ex certa scientia & mero motu nostris, prefatum A. in Ducem C. *nec non ad statum, gradum, stilum, titulum, dignitatem, nomen & honorem* Ducis C. *ereximus, prefecimus, insignivimus, constituimus, & creavimus, ipsumque A. in* Ducem C. *nec non ad statum, gradum, stilum, titulum, dignitatem, nomen & honorem* Ducis C. *tenore presentium erigimus, proficimus, insignimus, constituimus & creamus per presentes, eidemque A. nomen, stilum, titulum, statum, gradum, dignitatem & honorem* Ducis C. *imposuimus, dedimus, & prebuimus, ac per presentes imponimus, damus, & prebemus, ac ipsum A. hujusmodi nomine, stilo, titulo, statu, gradu, dignitate & honore* Ducis C. per Gladii cincturam, Capæ, & Circuli aurei impositionem in capite & traditionem Virgæ aureæ *insignimus, investimus, &*

Digitized by Google

Digitized by Google

DVX. *pars II. p. 511*

& realiter nobilitamus per præsentes, Habendum & tenendum nomen, *stilum, titulum, statum, gradum, dignitatem & honorem* Ducis C. *prædicti, cum omnibus & singulis præeminentiis, honoribus, cæterisque hujusmodi nomini, stilo, titulo, statui, gradui, Dignitati & honori* Ducis *pertinentibus sive spectantibus præfato A. & hæredibus masculis de corpore suo exeuntibus imperpetuum, volentes & per præsentes concedentes, pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, quod prædictus A. & hæredes sui masculi prædicti nomen, stilum, titulum, statum, gradum, dignitatem & honorem prædictum successivè gerant & habeant, & eorum quilibet gerat & habeat, & per nomen* Ducis C. *successivè vocitentur & nuncupentur, & eorum quilibet vocitetur, & nuncupetur; Et quod idem A. & hæredes masculi sui prædicti successivè ut Duces C. teneantur, tractentur, & reputentur, & eorum quilibet teneatur, tractetur & reputetur, habeantque, teneant, & possideant dictus A. & hæredes sui masculi prædicti, & eorum quilibet habeat, teneat & possideat sedem, locum & vocem in Parliamentis, Comitiis, & Consiliis nostris, hæredum & successorum nostrorum infra Regnum nostrum Angliæ, inter alios Proceres & Magnates hujus regni nostri* Angliæ, *ut* Dux C. *Nec non dictus A. & hæredes sui masculi prædicti gaudeant & utantur, & eorum quilibet gaudeat, & utatur, per nomen* Ducis C. *omnibus & singulis juribus, privilegiis, præeminentiis, & immunitatibus statui Ducis in omnibus ritè & de jure pertinentibus, quibus Duces hujus regni Angliæ ante hac tempora melius, honorificentius, & quietius usi sunt & gavisi.*

Porro sequitur (si tempore creationis hic alios habemus Duces) *aut in præsenti gaudent & utuntur,* ut in literis patentibus aliorum titulorum similis naturæ. Posthæc clausula sustentationis vel Creationis pecuniæ subjungitur, qua aliquando agri & quadraginta libræ annuatim, aliquando solummodo annuitas assignantur. Tum consuetæ clausulæ *Volumus* &c. & *Eo quod expressa mentio &c. In cujus rei &c. his testibus* &c. terminant integrum codicillum, sicut in aliis Creationum diplomatibus. Hic addimus picturam Ducis investiti.

XXX. Sicuti *Duces* apud nos dicti sunt olim Comites multis annis antequam distinqverentur dignitates istæ, ita *Marchionis* quoque vocabulum aliquando & Comitem & Baronem denominavit, præsertim vero illos qui fuerunt Domini limitanei, seu Marcani, unde propria vocis derivatio, uti jam ostensum. Deinde

autem (ſicuti Ducis appellatio) peculiarem fecit dignitatem; collocatam proxime poſt Ducem, & immediate ante Comitem, uti hodienum remanet.

De antiquo vocis uſu apud nos; *Brianus filius Comitis Marchio de Walingford* legitur in *hiſt. Novel. Wilhelmi Malmesburienſis. lib. 2.* Neque, me judice, aliter uſus eſt vocabulo, quam exiſtimans *Caſtellum Walingford*, quod tum bene fuit munitum, eſſe locum limitaneum, ſeu Marcam inter addictos Regi *Stephano* atque *Matildi* Imperatrici. Hic *Brianus* vel *Brientius* (nam & ſic aliquando vocantur) erat Caſtelli Dominus. Et *Iohannis Sariſburienſis* de Dominis limitaneis *Walliæ* ait in libro *de Nugis Curialium lib. 6. cap. 16.* *Utinam ſic faciant uxores & matres noſtrorum* Marchionum; *quacunque occaſione Patriam ſervent, in columem & labem pudoris amoveant.* Dum Coronaretur Regina *Eleanora* uxor *Henrici III. Iohannes Fitz Alan*, *Radulfus Mortimer*, *Johannes de Monmouth & Walterus de Clifford*, tanquam *Marchiones de Marchia Walliæ* (id eſt, Domini limitanei) poſtularunt, veluti *jus Marchiæ* geſtationem conopei, quod alias ad Barones quinque portuum pertinet. Alios *Walliæ Marchiones*. vide apud *Flori Iegum*; qui & ait: *Edmundus bares famoſi Comitis jam defuncti, Rogeri de mortuo mari, cum quibusdam Marchionibus, irruit in exercitum Leolini*, loquens de eodem Marchionum genere. Alii appellant eos *Marchiſios: Wallenſes contra Regem & ejus* Marchiſios *bellum moverunt cruentiſſimum*, inquit *Matheus Pariſienſis pag. 860. & 924. edit. Lond. vide ſ. pag. 935. 936. 958. 984.* apud quem etiam *Marchiſii* ſunt incolæ Marcarum; ut *miſimus ultra aquam per batellos, trecentos Wallenſes Marchiſios noſtros de Ceſtriæ & Salopesbyriſiæ.* Verum *Marchio* vel *Marchiſius* non denotavit per ſe aliquem honoris titulum illis temporibus, neque diu poſthac apud nos, non magis, quam *de Marchia*, in appellatione *Comitum & Baronum de Marchia*, in ſtatuto de Regis prærogativa cap. 1. vel magis quam *Commarchiones Regni noſtri* in verſione latina antiqua dicitur de iis qui vixerunt binnan Jam Jemæreum uſ[illegible] ſpice[illegible] i.e. in limitibus regni; vel magis quam *Marchio* facit in patentibus literis docentibus, quod *Iohannes Dominus Nevil in Raby fuit Marchio & unus cuſtodum Marchiarum Scotiæ* ſub initia *Richardi* ſecundi. Verum ſub eodem Rege cœpit iſte Marchionum titulus prout eſt diſtincta Honoris appellatio. Creavit ipſe *Robertum de Vere. Oxo-*

Vid. Camden in Atrebatiis pag. 204.

Lib. Rub. Scacc. Ms. & Camden. in Cornubiis pag. 446. & 61. def. Floril. ann. 1264. & 1284.

Cap. 10. leg. Ina. ap. Iohan Brompton, in Hiſtor. Iornal. Ms. Pat. 1. Rich. 2. part. 2. m. 13.

Digitized By Google

Oxonii Comitem quoad vitam *Marchionem Dublinenſem* in *Hibernia*. Anglicana tamen in ipſo fuit dignitas, ejusque intuitu collocatus eſt inter Duces & Comites, in Parlamento, in quo fuit inveſtitus. Diploma fere idem fuit (mutatis ſolummodo, quæ neceſſario mutari debent) cum illo, quod ſupra adduximus Part. 1. cap. 4. §. 2. & per quod creatus fuit *Dux Hiberniæ*. Factum id anno nono hujus Regis *Richardi*: *Creata eſt* (inquit *Walſingham*) *in hoc Parliamento nova dignitas, Anglicis inſueta; nempe Comes Oxoniæ, Robertus de Vere, appellatus & factus eſt* Marchio *in* Dubliniæ *in Hibernia cæteris Comitibus hoc indigne ferentibus, quod viderent eum gradum Celſiorem ipſis Regis munere percepiſſe, & præcipuè, quia nec prudentia cæteris, nec armis valentior extitiſſet.* In diplomate ipſo, non alia reperitur clauſula inveſtituræ, quam *prædicto Roberto nomen Marchionis Dublinia imponimus & ipſum de nomine Marchionis dicti loci præſentialiter inveſtimus.* Rotulus tamen Parlamentarius (inveſtitura enim in Parlamento facta eſt, præſente utraque domo) ait quod *Michaël de la Pool* Comes *Suffolciæ* & Cancellarius *Angliæ* declaraverit merita nec non rationem Creationis, ac deinde Rex *ipſum Marchionem de prædictis titulo, nomine & honore* per gladii cincturam & circuli aurei ſuo capiti impoſitionem, *maturius inveſtivit, ac cartam prædictam in plenum teſtimonium perpetuamque memoriam & fidem præmiſſorum, manibus ſuis propriis, eidem Marchioni tradidit & realiter liberavit, & (capto immediate ejus homagio, pro ſtatu, terra, & Dominio prædictis) cum vultu hilari, inter pares Parliamenti, in gradu celſiori, videlicet inter Duces & Comites ſedere mandavit, quod idem Marchio gratantius in continenti fecit.* Hic inveſtitura facta per gladium & coronam. In Rotulis autem privilegiorum, ſub ann. XXI. ejusdem Regis, diploma invenitur, quamvis cancellatum, quo *Iohannes Comes Sommerſetenſis* creatus eſt *Marchio Dorſetenſis*, verbaque de inveſtitura ſunt, *ac inde præſentialiter per appoſitionem circuli aurei ſuo capiti inveſtimus.* Poſt vocem *habendum* ſequitur largitio triginta quinque Marcarum annis ſingulis in creationis ſtipendium, vel annuitatem Honoris ſolvendam ex Comitatu, & ſic diploma finitur. Data eſt, XXIX. *ſeptembris*. In margine, adſcriptum: *Vacat quia nihil inde actum eſt.* Aliud Diploma ibi ſequitur ſub eadem data, & quo ipſe creatus eſt Marchio *Sommerſetenſis*, cum pari obventione ex Comitatu; inveſtitura hic ſolummodo deſcri-

Cart. 9. Rich. 2. membr. 13.

Rot. Parl. 9. R. 2. m. 3. n. 17.

Cart. 21. Rich. 2. membr. 14. num. 23.

ibid. m. 22. n. 38.

deſcribitur facta *per cincturam Gladii.* Rotulus Parlamentarius recenſens, quæ cum primo diplomate facta ſunt, quamvis Privilegiorum (vel Chartarum) rotulus dicat nihil per illud effectum, diſerte ait, quod præter gladium etiam corona ipſi fuerit impoſita. Verba ipſa ſunt: *Item meſme le jour en Parlement Sire* Johan Beaufort *Conte de Sommerſet feuſt fait & creez en* Marquis *de* Dorſet *& ceyntus de ſon eſpee, & un cercle mis ſur ſon chief, per le Roy, en manere & forme accuſtumez.* Certum quoque eſt, quod creatus fuerit ac permanſerit *Marchio Dorſetenſis*, ut apparet tum ex rotulo Parlamentario illius anni, tum ex Statutis impreſſis *11. Rich. 2. cap. 16.* Obſervari autem meretur quod adempta ipſi hac dignitate ſub initium *Henrici IV.* & inferiori domo poſthac commendante merita ejus Regi Dominisque anno ejusdem Regis quarto in Parlamento, atque ſic poſtulante, ut reſtitueretur ipſi Marchionis titulus; gratias Interceſſoribus ſuis egit maximas, humillime autem declaravit coram Rege, nolle ſe ejusmodi habere titulum, quoniam tum adeo peregrinus ac recens fuit in hoc Regno. Verba Rotuli ſunt; *Item lundy le VI. jour de Novembre les Commens viendrent devant ley Roy & les Seigneurs, en Parlement, & entre autres choſes & matires illeoques monſtres & parlez, meſmes les Commens, bonomblement recommendantuz les bone & honorable port & governance del Conte de Somerſete, prierent au Roy que meſme le Cont purroit eſtre reſtores a ſes noun & honour de* Marquis *queux il avoit par devant; de quel prier, le Roy & les Seigneurs remercirent les dits Commens, Et le Roy leur diſoit, q'il voudroit eſtre aviſez & ent faire ceo que luy ſembleroit pur le mieulx, touchant cell matire. Et ſur ceo, le dit Cont; engemulant, molt humblement pria au Roy, que come le noun de* Marquis *feuſt eſtrange noun en ceſt roialme, q'il ne luy porroit aſcunement doner cel noun de* Marquis. *Quar jammais par congie du Roy il ne Vorroit porter n' accepter ſur luy nul tiel noun en aſcun maniere; mais nientmeins meſme le Cont molt cordicalment remercia le Seigneurs & let Commens, de leur bones coers & volente, telle partie.*

Rot. Parl. 21. Rich. 2. m. 9.

Rot. Parl. 4. Henr. 4. m. 18. art. 18.

In diplomatibus Creationum ſecutis temporibus, clauſulæ inveſtiturarum non ſemper ſibi fuerunt ſimiles; In illo pro *Thoma Gray*, qui factus eſt Marchio *Dorſetenſis* ab *Edvardo IV.* dicitur ſolummodo *per cincturam gladii & Capæ honoris, & dignitatis impoſitionem*, omiſſa corona, quamvis veriſimile ſit, quod adhibita fuerit in inveſtitu-

Cart. 15. Ed. 4. m. 13.

Digitized by Google

MARCHIO.
par. II. p. 515

ſtituræ actu. Formulis Diplomatum quibus Marchiones creati ſunt varie immutatis per ſecula, quæ decurrerunt inde ab initiis tituli hujus apud nos, tandem noſtra vel Parentum noſtrorum memoria factum eſt, (nam clauſulæ de habendo loco ſuo in Parlamentis, & fruendi aliis juribus nec non privilegiis Marchionum in paucis iſtis quæ occurrunt in priſtinis temporibus non ſemper eadem habent verba) ut fere eædem nunc ſint cum illis Comitum, Voce ſaltem *Marchionis* poſita in locum *Comitis*, & annuitate, ſeu creationis pecunia quadraginta Marcarum nunc fixa manente, quæ olim fuit aliquando major aliquando minor. Corona autem Mrchionis & reliqua indumenta ad inveſtituram, ſatis eos diſtinguunt; uti hoc in icone vides. *Vide ſupra*

XXXI. Titulus ViceComitis (de cujus origine antehac præſertim in dignitatibus *Gallia*) qui eſt intra Comitem & Baronem, & eadem vox eſt, quam nos reddimus *Sheriff*, dignitatem facere incepit ſub *Henrico VI*, qui anno regni decimo octavo *Johannem Dominum Beaumont* creavit *Vicecomitem de Beaumont*. *Pat. 18. Henr. 6. part 2. m. 21.*

Henricus &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Ballivis, Miniſtris & aliis fidelibus ſuis, ad quos &c. Salutem. Sciatis quod cum majeſtatem noſtram decere conſpiciamus, ut illos qui ſe nobis exhibent obſequioſos ſimulatu continuo, in his maximè quæ de noſtra meræ prærogativa & libertatis gratia proceduntur, præcipuis honoribus attollamus, præſertim quos parentum præteritorum nobilitavit memoria & propriarum virtutum merita, clara evidentia condecorant, ut præmiata virtus roboretur intrinſecus ac multos alliciat ad actus virtuoſos; hinc eſt quod nos conſiderantes generis nobilitatem cariſſimi Conſanguinei noſtri Johannis *Domini de* Beaumont, *& ſervicia quæ progenitoribus noſtris ſui parentes fideliter impenderunt, ac ea quæ gratiſſima nobis ipſe obſequia laudabiliter à noſtræ ætatis auſpicijs nunc usque indies impendit, uti ea continuare deſiderat in futurum & eo nobis accommodiora efficere quo celſiore fulgeat prærogativa honoris, de gratia noſtra ſpeciali, in præſenti parliamento noſtro præfato* Johanni *Domino de* Beaumont *Conſanguineo noſtro, ac hæredibus maſculis de corpore ſuo exeuntibus nomen* Vicecomitis de Beaumont *imponimus ac ipſum inſignis* Vicecomitis De Beaumont *realiter inveſtimus, locumque in Parliamentis, Conſiliis, & aliis Congregationibus noſtris, ſuper omnes* Barones *Regni noſtri*

aſſignavimus eidem; cui ut magis conveniat & decoretur in ipſo ſtatus Vicecomitis prædicti motu & mera liberalitate noſtris dedimus & conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Johanni *ac hæredibus ſuis una cum nomine inſigniis & loco prædictis, viginti marcas percipiendas annuatim ſibi & hæredibus ſuis maſculis de Corpore ſuo exeuntibus, de firmis, exitibus, proficuis & commoditatibus comitatus* Lincolniæ, *per manus vicecomitis ejuſdem comitatus pro tempore exiſtentis ad terminos Paſchæ & Sanctæ* Michaëlis *per æquales portiones; Habendum & tenendum ſibi & hæredibus ſuis prædictis nomen, inſignia, locum & viginti marcas prædicta in perpetuum, eo quod expreſſa mentio de aliis donis & conceſſionibus eidem* Johanni *per nos ante hæc tempora factis nec de valore eorundem juxta formam ſtatuti inde editi & proviſi in præſentibus minime facta exiſtit, non obſtante. In Cujus &c. Teſte* Rege *apud* Reding *XII. die Februarii.*

per breve de privato Sigillo.

Quid hic intelligendum ſit per *inſignia Vicecomitis de* Beaumont commemorata in Clauſula inveſtituræ, dubium eſſe poteſt. De antiquis ViceComitum inſignibus in Gallia vide cap. 3. §. 19. Aſt videtur, quoniam reiterantur in *habendum*, quod fuerint inſignia *ViceComitatus Beaumontii* in *Gallia*. De ipſa donatione feudalis Comitatus in *Gallia*, ipſi illico poſt facta, vide ibidem. Obſervandumque, quod circiter quinque annis poſt creationem iſtam acquiſiverit literas Patentes alias (antequam aliquis in Anglia ViceComes fuiſſet creatus) magis diſerte deſignantes locum vel præcedentiam ad ipſius dignitatem pertinentem. Poſt brevem recitationem primi inſtrumenti, *de uberiori gratia*, (inſit Rex) *conceſſimus eidem* ViceComiti *& hæredibus ſuis maſculis*, ViceComitibus Beaumont, *ſedem & locum ante & ſupra omnes ViceComites fiendos, & creandos & ante & ſupra hæredes & filios omnium Comitum ac ſedem honorem immediate & proxime Comitibus dicti regni Angliæ in ſingulis Parliamentis Conſiliis & aliis locis tam in præſentia noſtra quam hæredum noſtrorum & alibi, eo quod expreſſa mentio &c.* Data eſt apud *Weſtmonaſterium XII. Martii.* anno XXIII. Regis. Confirmatio facta *per breve de privato Sigillo & de data prædicta autoritate Parliamenti*, quæ ultima verba inſtrumenta plurima (illius ſeculi & ſequentium) habent addita in-

Pat 23. Henr. 6 part. 2 m. 20.

robo-

roborationem ſuam per ſtatutum 18. *Henric. 6. cap.* 1. quo ſancitum, ut diplomata eodem die darentur, in quo conceſſio ad ipſa ſcribenda accipitur, ſicuti ab illo tempore & ſtatuto Lex iſta hodienum perſeverat. Varii ViceComites deinde creati ſunt, ac forma conſueta poſt præfationem talis eſt.

Sciatis igitur quod &c. prædictum A. *in Vicecomitem N. creximus, præfecimus, conſtituimus & creavimus ipſumque A. in Vicecomitem N. erigimus, præficimus & creamus per præſentes, eidemque A. nomen, ſtatum, gradum, ſtilum, dignitatem, titulum & honorem Vicecomitis N. impoſuimus, dedimus, & præbuimus, ac per præſentes imponimus, damus & præbemus, Habendum, tenendum & gaudendum eadem nomen, ſtatum, gradum, ſtilum, dignitatem, titulum, & honorem Vicecomitis N. prædictum cum omnibus & ſingulis præheminentiis, honoribus, cæteriſque privilegiis nomini, ſtatui, gradui, ſtilo, honori, titulo & dignitati Vicecomitis pertinentibus ſeu ſpectantibus, præfato A. & hæredibus maſculis de corpore ſuo exeuntibus imperpetuum, volentes & per præſentes concedentes pro nobis hæredibus & ſucceſſoribus noſtris quod prædictus A. & hæredes ſui maſculi prædicti nomen, ſtilum, gradum, dignitatem, ſtatum, titulum & honorem Vicecomitis N. prædicti ſucceſſivè gerant & habeant & eorum quilibet gerat & habeat. Et per nomen Vicecomitis N. ſucceſſivè vocitentur & nuncupentur & eorum quilibet vocitetur & nuncupetur. Et quod idem* A. *& hæredes ſui maſculi prædicti ſucceſſivè ut Vicecomites N. teneantur, tractentur & reputentur & eorum quilibet tractetur, teneatur & reputetur, habeantque teneant & poſſideant, dictus* A. *Et hæredes ſui maſculi prædicti & eorum quilibet habeat, teneat & poſſideat ſucceſſivè ſedem, locum, & vocem in Parliamentis & publicis Comitiis atque Conſiliis noſtris hæredum & ſucceſſorum noſtrorum infra* Regnum *noſtrum Angliæ inter alios Vicecomites & ante omnes* Barones, *ut Vicecomites N. Nec non dictus A. & hæredes ſui maſculi prædicti gaudeant & utantur & eorum quilibet gaudeat & utatur, per nomen Vicecomitis N. omnibus & ſingulis juribus, privilegiis, præheminentiis & immunitatibus ſtatui Vicecomitis in omnibus rite & de Iure pertinentibus quibus cæteri Vicecomites dicti* Regni *noſtri Angliæ ante hac tempora melius, honorificentius, quietius, & liberius uſi ſunt & gaviſi ſeu in præſenti gaudent & utuntur, Et quoniam aucta ſtatus & dignitatis celſitudine neceſſario creſcunt ſumptus & accedunt onera grandiora, ut prædictus* A. *Et hæredes maſculi ſui prædicti melius, decentius & honorificentius ſtatum, honorem, & dignitatem prædictam*

Nam Vicecomitis N. ac onera ipsi A. & haeredibus suis masculis praedictis incumbentia manu tenere & supportare valeat, & quilibet eorum ea manutenere & supportare valeat. Ideo de uberiori gratia nostra, dedimus & concessimus ac per praesentes pro nobis, haeredibus & successoribus nostris damus & concedimus eidem A. & haeredibus masculis de corpore suo exeuntibus feodum sive annualem redditum tres decem librarum sex solidorum & octo denariorum legalis monetae Angliae, habendum & percipiendum annuatim dictum feodum s. annualem redditum tres decem librarum sex solidorum & octo denariorum eidem A. & haeredibus suis masculis de corpore suo exeuntibus de exitibus, proficuis, & revencionibus magnae & parvae Custumae & subsidiis nostris nobis concessis sive debitis seu imposterum nobis haeredibus seu successoribus nostris Concedendis sive debendis provenientibus crescentibus, sive emergendis infra portum Civitatis nostrae L. per manus Customariorum, sive Collectorum nostrorum haeredum & successorum nostrorum, Custumarum & subsidiorum nostrorum haeredum & successorum nostrorum ibidem pro tempore existentium ad festa Paschae & Sancti Michaelis *Archangeli per equales portiones. Volumus etiam &c. absque fine in hanaperio &c, Eo quod expressa mentio etc. In Cujus etc. Teste etc.*

Formulæ creationum hactenus ostensæ restringuntur vel ad vitam vel ad hæredes, seu hæredes masculos legitime progenitos. Aliæ etiam sunt cum reliquiis post statum clausulam finitam ad alias personas pariter in fine cujus exempla habes in *Rot. Par. 2. Caroli R. part 5. num. 12. & num. 14.*

XXXII. Distincte sic ostensis Titulis honorum qui sunt Parlamentarii, apud nos, claudat eos corrollarium continens duo specialia ipsos omnes concernentia.

Nomina honorum omnibus communia, & vestitus dignitatibus suis proprius. Omnes comprehenduntur sub nominibus *Magnates* seu les Grandes, *Proceres*, *Domini*, Lords, (olim Alafoncey & Loverds) Seigneurs, *Pares regni*. Necesse tamen non est plura de istis dicere nominibus, præterquam de *Parium* appellatione. Sæpe vox ista occurrit Dominos Parlamenti denominans in historiis[a] nostris & legibus[b]: inde *Ius pariatus* legitur in e Rotulis Parlamentariis. Multa possent addi de natura & extensione tituli *Parium*, eorumque examine, sed omittimus ea studio, observantes solummodo errorem *Gallici* Scriptoris moderni asserentis *Pares Angliæ* dicto

a *Videsis M. Paris an. 1208 ubi de Willelmo de Breosa & pag. 357. ed. Londonan literis Innoc. P. P. 3. & pag. 450 & 13. 14. &c.*

b *Mag. Chart. cap 14. 15. Ed. 3. cap 1. 2. & passim in recentioribus legibus quae judicia capitalia inducunt.*

c *11. Rich. 2. part 1. m 2. art. 34. & de nomine* Paris *Baronibus spiritualibus tributo Edessis 3. Ed. 3. fol. 186. & Pasch. 3. Ed. 3. coram Rege rot. 9. rex. 22. Ed. 3. fol. 9 Pl 28. 13. Eas 3. Tit. in queste 43. & Challenge 115. &c. Godwin in Vita Richardi Scroop Archiepiscopi Eboric. & Registr. Ms. Courtenay Archiep. Cantuar fol. 174.*

VICE-COMES.
parsII. p. 518

dictos ad imitationem Patriæ ſuæ (quod verum eſſe poteſt) & numero tantum quinque fuiſſe. *Et à noter* (verba ipſius ſunt *Antiquitez & Recherch. de la France liv. 2. t. mite 5 par. A.D.C.*) *que les Roys meſme d' Angleterre avoient leurs Pairs à l' imitation de ceux de France, mais à numbre, de cinq que ſeulement que n' eſtoit compaign ſuffiſeant pour juger en dernier reſſort, & de la vie des grands.* Hoc ut probet allegat *Froiſſardum*, narrantem *Hiſt. vol. 4 cap. 114.* quod in Coronatione Regis *Henrici IV.* venerit ipſe Rex in aulam (*Weſtmonaſterienſem*) ad prandium *& fut la premier table du Roy, la ſecunde des cinque Pers d' Angleterre, la tierce des villains de Londres.* Verum hæc probatio ex *Froiſſardo* nimis eſt inconſiderata. Neque enim aliquod indicium apud nos hujus numeri quinarii, vel alius cujuſpiam in definitione Parium. Neque perſvadere mihi poſſum *Froiſſardum* cui bene cognita fuit aula Anglicana & mores, (præſertim illorum qui Magnatum ſunt, inter quos familiariter vixit) eſſe reum hujus erroris. Quod autem dicit *Cinque Pers* in hiſtoria ſua; non poſſum quidem dijudicare, quoniam deſtituor exemplari manuſcripto, attamen exiſtimo poſitas voces illas pro *Cinquant Pers*, quæ innuunt non firmiter definitum, ſed accidentalem tantum illius temporis numerum. Exemplaria autem ejus admodum vitioſè tradere nomina, numeroſque apparet fere in unaquaque pagina, & abbreviaturæ calamique lapſus levis facile ejusmodi ſphalma cauſari potuit. Jam de *Cinquante Pers* ſeu *Quinquaginta Paribus*, quos fortaſſe dixit aſſediſſe ſecundæ menſæ ſic: diſerte ait duos Archiepiſcopos & Epiſcopos ſeptendecim (qui numerus unum addit illi quem legimus in ſummonitione ad hoc Parlamentum; tempore enim Parlamenti id accidit) ſederunt ad Regis menſam, ita ut ibi non immutarent numerum aliis menſis aſſidentium. Deinde non loquitur de alia menſa Secularium Comitum & Baronum (Abbatum enim & Priorum hic nulla mentio facta cernitur) niſi velis ſecundæ aſſediſſe menſæ, ubi bene potuerunt complere numerum quinquagenarium, vulgari ſermone ſic prolatum, quoniam revera numerus ad Parlamentum vocatorum ſub exitum *Richardi* ſecundi fuit (uti videmus in ultimo ejus Parlamento) exacte *quinquaginta*. Et in Primo Parlamento *Henrici IV.* (in quo coronatus eſt) tam prope huic acceſſerunt numero (erant quadraginta ſeptem) iidemque fere

Dorſ. clauſ. 23. Rich. 2. m. 3. Dorſ. clauſ. 2. Henr. 4.

fuerunt viri, ut absurdum non esset, asserere calculum quinquaginta Parium numerantem Temporales Barones ultimo *Richardi 2.* an. (sine dubio satis frequenter loquentes ut definirent eos specialibus nominibus ac numeris) factum potius fuisse notam quam certam designationem Baronagii secularis, atque sic usurpatum a *Froissardo* qui sermone inter aulicos sui temporis frequentato scripsit. Non plus admirationis poscit, quod numero quinquagenario divulgato, universum denominavit idem numerus collegium, quanquam pauciores inibi fuerunt, quam quod numerus quinarius ex vulgari sermone debet hodienum describere septem, uti fit in Parlamentario scripto ad Dominum Præfectum *Quinque Portuum*, præcipiente ut duo Barones eligantur *de quolibet præditorum Portuum*; quandoquidem revera sunt septem. Septem etiam veniunt Barones ad mandatum hoc scriptum. Sic & alia possent dari exempla de acceptione numeri frequentati pro illis qui revera sunt plures vel pauciores. Fateor tamen posse me falli in corrigendo *Froissardo*, verum utcunque sit; manifestum est, numerum Parium Regni nunquam magis definitum fuisse quam Dominorum, *Lords*, Parlamentariorum.

Nota. *Vide Becmanni Geographiam*

Addimus hic quod maximi natu Filii Ducum in Anglia patribus suis adhuc viventibus appellantur nominibus Comitatuum Paternorum, filii autem Marchionum & Comitum appellantur nominibus Paternarum Baroniarum seu Vice Comitatuum, atque sic vocantur Domini *Lords*. Sic & filii alii Ducum Marchionumve vocantur *Lord*, verbis istis *My Lord*. *Meus Dominus*, præfixis ad nomina eorum Christiana vel etiam cognomina. Habent autem ista nomina tantum *par courtesie* vel *Curialitatem* huic regno familiarem. Et quoniam Patres eorum in tam eminenti dignitate constituti sunt, istis fruuntur titulis. Sed revera Barones regni non sunt, neque Pares, neque Proceres regni, quoniam ex hac sola ratione nullum habent jus loci & voti in Parlamento. Vide etiam *Rot. Pat. 4. Iacobi part. 1. 1. Iunii.* titulum *Domini* vel *Lord* solummodo traditum per diploma, quod existimo singulare quid esse.

Vestes dignitatum istarum prout utuntur iis hac ætate, habes depictas in figuris variis superius additis. Addo hic solum e *Froissardo* de temporibus pristinis vestimenta Ducum, Comitum &

& Baronum in Coronatione *Henrici IV. Les Ducs, Comites & Barons, ait, avojent longues houpelands deſcarlate & longs manteaux fourrez de menuver & gmns Chaperons auſſi fourrez en celle maniere. Et touts les Ducs & les Comtes avojent trois honobles de menuver aſſiſes ſur l' eſpaul ſeneſtre d' un quartier de Long, ou environ; & les Barons n' en avoient que deux; & tous autres chevaliers, & Eſcuyers avojent houpelandes fourrez de livree & eſtoyent d' Eſcarlate.* *Volum. 4. chap. 114. Videſis Camden. in Reliquiis pag. 231.*

XXXIII. Titulus *Knight* (vulgo apud nos honorarium titulum indigitans, & proxime ſequens in noſtra Honorum Anglicanorum diviſione) una cum *Miles* & *Chivaler*, quæ nomina eadem ſunt cum *Eques*, fuit & eſt, ut omnia, vel plurima alia verba quæ faciunt Honoris titulum, diverſæ ſignificationis. *Knight* vel Cnihꝛ vel Cnyhꝛ (Saxonicè) ſignificat *puerum*, vel *ſervum*. Inde in Evangeliis Saxonicis Leoꝑnunʒ Cnihꝛaꝝ, ſernende Knechte/ dicit diſcipulos. Aliquando denominavit Sexum, ſeu Maſculum. ut etiam Dienſt-Knecht eſt mas ſerviens apud *Germanos* hodienum & Knecht/ vel Knaecht vox ſimplex variè componitur ut, Stall-Knecht/ Fuß-Knecht/ &c. Inde Knechtſchafft olim apud ipſos dixit ſervitutem, ſicuti Knechtsweiſe/ ſerviliter. Aliquando militem denotat, uti in illa interpretatione *Saxonica* verborum S. Pauli; Non ſine cauſa portat miles gladium ſuum Neb̄ꝑꝛʒe ne ꝛe Cnyhꝛ bucan in ꝛꝧnʒan hiꝝ ꝛpuꝛó. Atque illo ſenſu adhuc uſurpant Germani. Sic in præfatione ad Pſalmos ſeptem pœnitentiales in *Henrici VIII.* editione, *Urias* vocatur Davidis Regis *Knight* & *Servus*. Tenentes etiam per Regis ſervitium appellati ſunt *Knights*, *Milites* ſeu *Chivalers*, quoniam eorum ſervitium fuit militare, quod & præſertim occurrit in antiquis Rotulis Scutagiorum, & ſubſidiorum, ac in rotulis clauſis ubi computus Scutagiorum nec non ſubſidiorum, & in noſtris Convictionum ſcriptis. Habemus etiam Rodknights apud *Bractonum de acquir. rer. dom. lib. 2. cap. 35. §. 6.* pro tenentibus per ſervitium equitandi ab uno manerio ad aliud cum Dominis ſuis, quod judicatum fuit ſub *Henrico III.* eſſe ejusmodi equeſtre ſervitium, ut attraxerit etiam wardam & maritagium. Primarii pariter nobiles, ſeu libere tenentes cujusque Comitatus, (intuitu quod communiter tenerent per Equeſtre ſervitium) appellantur *Chivalers* in ſtatuto *Weſtmonaſterienſe* primo, cap. 10. de Coronatorum electio-

not. ad Eadmerum pag. 170. *Corn. Kilianus in Etymolog. Teutonic. Lingua.* *Alfricus de Novo Teſt. pag. 41.* *Vide Brook tit. Droit de retto. 10.* *Bracton. l. 1. cap. 16. §. 6.*

lectione. Supra etiam dictum eſt, quomodo appellatio *Chivaler* addita eſt recentioribus ſeculis ad titulos uniuscujusque Temporalis Baronis Parlamentarii (cujus dignitas neutiquam eſt ſupra Baronem) in quo ſit militari animo merito, ſive ſit Eques percuſſus, vel ſolemniter cinctus adoratusve in ordinem Equeſtrem, vel *mili gladio eindus*, (ut phraſis ſonat) vel non. Titulus vero ipſe tum tantum eſt honorarius quando acquiritur per ejusmodi creationem; permanet vero etiam quousque quis vivit.

Honoratus iſte titulus *Knight*, apud nos quadrifariam accipitur. Primo ſic dicti *Knights Batchelors, Equites Baccalaurei* vel a *Calcaris* indifferenter dicti *Knights, milites, Chivalers*, & aliquando *milites ſimpliſtes*, ad diſtinctionem *militum armatorum* olim. Secundo ſunt *Knights Bannerets milites Bannereti*, tertio *Equites periſcelidis*; & quarto *Equites Balnei*. Hic enim libet eos ordine collocare methodi cauſa, quanquam intuitu præcedentia longe aliter collocandi eſſent. Et quoniam Equitis (*Knight*) nomen in reliquis ſine dubio deſcendit ab ejus uſurpatione in denominandis iis qui Baccalaurei vel a Calcari dicti antiquiores ſunt reliquis, nec non aptiſſimi qui primo conſiderentur, idcoc primum hic occupant locum. De Origine & nomine noſtrorum *Equitum Baccalaureorum*. Quæ prius dicta ſunt de Equitibus *Imperii*, a Baccalaureis *Scotiæ* merito ad noſtram gentem trahi poſſunt, in qua multa eorum mentio ceu *Saxonum* avorum qui neceſſario hic repetendi) veterum nos. *Germania* & aliis ſeptentrionalibus aut occidentalibus regionibus iſti conterminis. Omittimus autem hic quæ in fabulis a Regis *Arthuri* Hiſtoria narrantur, ut & quæ pariter reperiuntur in antiquis Romanenſibus libris de Equitibus hujus inſulæ. Saxonum vero ætate (credere licet, licere autem non dubito, quod *miles* tum eam denominavit dignitatem) frequentem eorum reperimus mentionem. In diplomate *Kenulphi* Regis *Merciorum* ann. DCCCVI. pro Abbatia *Croylandiæ* confirmato eidem *Ecclemoſynam quam Algarus miles ejusdem ſtudum meum dedit illis in* Bolten & *in* Depingale. Idem Eques legitur in Confirmatione Regis *Witlafi* ad idem Monaſterium; *Item donum Algari Militis, ſcilicet* Northland *in* Bolten. *Item donum ejusdem Algari militis in* Depingale: additur hic etiam in *Witlafi* confirmatione: *Donum Oſwini militis in Dmitona.* Occurrunt iidem

a *Sic Miſc. Edw. 4. cap. 5.*

Inſcriptus pag. 85 & 87. edit.

iidem porro cum nonnullis aliis iſto inſigniti titulo, in confirmationibus quorundam Saxonicorum Regum ſequentium apud *Ingulphum* pag. 906. ubi etiam legitur *Ferrotus miles & Dominus de* Weſtworth; item *Edmerus miles & Dominus de* Foſsereke ſub Rege *Harducanuto*. In ſubſcriptionibus variorum inſtrumentorum illius ævi idem legitur, ut in diplomate *Canuti* ad Monaſterium *Badricesſe* (ad S. *Edmundi Bury* in *Suffolcia*) poſt ſubſcriptionem Reginæ & Ducum quorundam ſequuntur. † *Ego Oslaus miles.* † *Ego Thored miles.* † *Ego Thurkel miles.* † *Ego Thrim miles.* † *Ego Brother miles.* † *Ego Alfwinus Miles.* & varii Abbates. Talia plura reperiuntur in monumentis illorum temporum, quanquam viri nonnulli eruditi dubitarint, annon in apographis antiquis (nam plurima quæ habemus inſtrumenta talia ſunt, ſi modo non omnino ſuppoſititia) *miles* poſſit per ignorantiam factum eſſe ab M. quod frequenter denotavit *Miniſtrum*, de quo epitheto ſatis, ubi *Thainos* deſcripſimus. Verum alia addunt *Miniſter* cum & ſequantur quidam *Milites* dicti, ut in privilegio *Edvardi* Confeſſoris pro Abbatia *Weſtmonaſterienſe*, poſt Regem, Reginam, Epiſcopos, Abbates aliosque Clericos & Comites ſequuntur: † *Ego Esgarus Miniſter.* † *Ego Boudius Miniſter.* † *Ego Raaulfus Miniſter.* † *Ego Robertus Miniſter.* † *Ego Agelnodus Miniſter.* † *Ego Wigodus Miniſter.* † *Ego Adnotbus Miniſter.* † *Ego Wulfricus Miles.* † *Ego Siwardus Miles.* † *Ego Colo Miles.* † *Ego Wulfwardus Miles.* Mentio horum Equitum tam eſt frequens in ſequentibus temporibus, ut non opus ſit amplius obſervare eam. Tantum de nomine *Baccalaureorum* hic addimus pauca *ex Matheo Pariſiense*: *Ipſo quoque tempore* (ait de anno trigeſimo tertio *Henrici* tertii) *Haſtiludium commiſſum eſt apud* Brakele, *ubi multi de militibus univerſitatis Regni qui ſe volunt* Bachelarios *appellari, ſunt contriti.* Et *Willielmus de Valentia male tractavit Willielmum de Odingſſelet militem Brenuum qui* Bachelariis *annumerabatur.*

Inſpect. 4. Ed. 3. Cart. memb. 58.

ap. Clem. Keyner in Apoſtolat. Benedictionum in Anglia Tract. 1. Sect. 1. §. 16.

Illud vero quod hic maxime conſiderandum venit de dignitate iſta Equitum *Baccalaureorum* dividimus in partes tres. Specialia pertinentia ad eorum creationem, Honor olim & nuper ipſis tributus, Degradatio eorum. Primum membrum dividimus iterum in Perſonas conferentes ac recipientes honorem iſtum; Ceremonias & alias circumſtantias tum uſurpatas: ac denique noſtras feudales leges, per quas compulſoria ſubſidia vel pecuniaria

tradenda ſunt, quando aliquis in eam dignitatem, admittitur. Atque de his diſtincte.

Perſonæ hanc dignitatem olim conferentes fuerunt aliquando ſubditi, (qui id fecerunt absque alia authoritate a ſuperioribus conceſſa) æque ac ſummo imperio fruentes. Quanquam diu inde apparuit, neminem apud nos conferre dignitatem illam præter ſummum Principem, & qui ab iſto mandatum a ſeu commiſſionem accepit. Priſcis autem ſeculis Eccleſiaſtici & Laici ſubditi crearunt Equites. *Brand* Abbas *S. Edmundi de Bury* creavit *Hewardum* & alios nobiles e *Saxonibus* prognatos ſub Conqueſtore. *Ingulph. pag. 901. edit. Franc.* Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis creavit Regem *Wilhelmum II.* equitemPatre ipſius ſuperſtite. *Acceſſit & favori ejus* (ait *Wilhelmus* Malmesburienſis *de geſt. reg. lib. 4. cap. 1.* & de ejus acceſſu ad Coronam) *maximum rerum momentum Archiepiſcopus Lanfrancus, eo quod eum nutierat & militem fecerat.* Ad hanc creationem Equitem a Clericis pertinet illud Parlamenti ann. 3. ſub *Henrico I.* b & *Edmer. lib.* 3. *pag. 68.* *Ne Abbates faciant milites*, quo Abbatibus militum ſeu Equitum creatio interdicta: & in libro feudali Ms. *in Tabulario augmentationum Coronat.* de Abbatia *Battelenſi* legitur: *Terras cenſuales non donet* (Abbas) *ad fundum. Nec milites niſi in ſacra veſte faciat.* Ubi videtur licuiſſe Abbati creare illos, uti & ex illo pateſcit ad Abbatiam *Readingenſem* ſub *Henrico I.* Rege, quæ etiam confirmata ſunt deinde ab aliis regibus non obſervato ſtatuto anni tertii *Henrici* primi c. *Terras cenſuales non donet Abbas ad feodum. Nec faciat milites niſi in ſacra veſte Chriſti, in quo parvulos ſuſcipere modeſte caveat. Maturos autem ſeu diſcretos tam clericos quam laicos provide ſuſcipiat.* De ſubditis Laicis: Comes d *Gloceſtriæ* Equitem creavit fratrem ſuum, & e *Simon de Montfort Leiceſtriæ* Comes Equitem fecit *Gilbertum de Clare. Iohannes* Dux f de *Bedford* eandem contulit dignitatem Regi *Henrico VI. Edvardus* Comes g *Sommerſetinſis Regi Edvardo* ſexto. Summi autem Principes potuerunt aſſumere dignitatem iſtam æque a ſuis ſubditis ac Principibus h alienis. Plura exempla invenies paulo poſt in conſideratione Ceremoniarum. Vide inſuper Placita quædam ann. 8. *Edv.* 3 in ærario, *ex parte Rememoratoris Regis.* Obſervari quoque meretur, quod in quibusdam antiquis ſummonitionum Brevibus, vel *diſtringas* propter ſuſceptionem ordinis Equeſtris diſtinctio-

a *Videſis Br. Tit. Addition. 17.*

b *Item de geſtis Pontific. l. 1. ſub Anſelmo & Edmer. lib.*

c *Pat. 1. H. 4. part. 2. m. 26. n. 10 & Trinit. 2. Ed 3. Rot. 306. coram Rege Berk & alibi notatimus ad Eadmerum p. 207. & Camd. Brit. pag. 126.*

c *Matth. Pariſ. pag. 1329. edit. Londin. ſive 1350.*

f *Stow. annal. pag. 604.*

g *Idem p. 1000.*

h *Videſis M. Paris p. 1104. ubi de Alex. Rege Scotiæ,*

ſtinctio facta eſt; ita quod quidam debeant venire *ad recipiendum a Nobis* (Rege) *Arma militaria*, alii, qui a Rege minime tenuerunt, ſummonendi erant vel diſtringendi i, *ad ſe milites faciendos, vel ad arma ſuſcipienda.* Ac alicubi obſervo k, illos ex ſecundo genere diſtringendos eſſe, *quod tunc ſint ibi parati ad recipiendum arma de quibuscunque voluerint.* Quales literæ iverunt ad omnes in Anglia Vicecomites (*Sheriff*) Perſonæ recipientes pariter non erant ſolummodo Laici, verum etiam Clerici. Inter Laicos Reges ipſi æque ac inferiores Domini (uti jam dictum) aſſumſere dignitatem iſtam, tanquam acceſſionem honoris. Clerici etiam eminentes, relinquere volentes Spiritualem curam ſuam, ac immittere ſe negotiis ſecularibus, poſt reſignationem ſuorum beneficiorum aliquando honore iſto ſunt donati, & veriſimile eſt, quod reſignatio fuerit, ab ipſis requiſita antequam admitterentur in ordinem hunc Equeſtrem. Sic intelligo verba *Mathei Pariſienſis* qui de Rege *Henrico* tertio *Iohannem de Gateſden* Clericum, creante Equitem, ita loquitur. *Die natali Iohannem de Gateſdene Clericum, & multis ditatum beneficiis, ſed omnibus ante expectatum reſignatis, quia ſic oportuit, balthco cinxit militari.* Verum de Perſonis conferentibus & accipientibus dignitatem iſtam plura ubi de Ceremoniis.

i *Vide rotul. Clauſ. 44. H. 3. part. 1. m. 14. clauſ. 6. Ed. 1. Dorſ. 8.*

k *Clauſ. 6. Ed. 2. Dorſ 29. & c. clauſ. 29. H. 3. membran. 9.*

29. Henr. 3. pag. 882. Ed. Lond.

XXXIV. Ceremoniæ & circumſtantiæ conferendi dignitatem hanc temporibus priſcis duplices præcipue fuere, poſſumusque appellare *Aulicas* & *Sacras.* *Aulicæ* fuerunt *ſolennia* celebrata in creationibus, traditio *veſtium, Armorum, Calcarium*, etſimil. unde ſicut in hiſtoriis aliarum gentium, ita & in noſtris phraſes *armis militaribus donare*, vel *cingulo militari*, etſimil. idem dicunt quod *militem facere.* *Sacræ* fuerunt ſancti ritus, & quod præterea perfecerunt ante vel in ipſa receptione dignitatis, unde *Conſecrare militem*, eſt creare. Ceremoniæ priores variæ leguntur in monumentis eas conſervantibus, modo quod raro aut nunquam fuerint abſque cinctura gladii, donec recentioribus ſeculis percuſſio dorſi vel humeri, uti hodie, fieri ſolet, ejus ſuppleverit locum. Antiquiſſimum teſtimonium de ceremonia aulica uſurpata in creatione Equitis apud nos, eſt in Rege *Alfredo* creante Equitem nepotem ſuum *Athelſtanum*, deinceps Regem. *Nam & avus ejus Alfredus* (inquit *Wilhelmus Malmesburienſis*) *proſperum ei regnum olim imprecatus fuerat, videns & gratioſe comple-*

de geſt. reg. lib. 2. cap. 6.

xus ſpeciei ſpectatæ puerum & geſtuum elegantiam; quem etiam prematurum militem fecerat, donatum Chlamyde Coccinea, gemmato balthei, enſe Saxonico cum vagina aurea. Hic veſtitus purpureus & gladius dati. In ſequentibus hiſtoriis frequens eſt mentio creatorum Equitum. Aliæ autem ceremoniæ aulicæ præter feſtivitates illas & armorum traditionem ſeu gladii cincturam (& quidem in genere illis nominatis) raro tantummodo narrantur. Colligemus itaque hic ut plurimum, juxta temporum ſeriem, ejusmodi teſtimonia quæ exhibent eas aliquantum clarius una cum apparatu & aliis circumſtantiis eo pertinentibus. *Henricus I.* volens antequam nuberet filia ejus *Matildis* Imperatrix *Ieofrido Andegavenſi* ipſum creare equitem *Rotomagi* an. MCXXVII. Pentecoſte proxima, mandavit Comiri, iſtius Parenti, *ut filium ſuum Nudum militem* (qui erat tum temporis juvenis tantum Nobilis, ſeu *Damoyſeau*, vel *Domicellus* ut vocarunt) *ad ipſam imminentem Pentecoſtem Rotomagum honorifice mitteret ut ibidem cum coæquævis ſuis arma ſuſciperet Regalibus gaudiis intereſſet.* Iuvenis iſte cum quinque aliis paris qualitatis quibus adfuerunt miniſterio XXV. Armigeri in balneo lotus eſt more antiquo, (inquit *Du Favin* Gallus; ego autem dubitare nequeo, *Henricum I.* uſum fuiſſe moribus & Patriæ ſuæ frequentatis, quanquam hoc dedit mandatum in Ducatu ſuo *Normanniæ*) deindeque venit veſtitus amictu creationem decente, accepitque dignitatem per dationem Equi & Armorum. *Illuceſcente die altera balneorum uſus, uti Tyrocinii ſuſcipiendi conſpectudo expoſtulat* (inquit *Johannes* Monachus *de Mair-Monſtier* allegante *Favino*) *paratus eſt. Comperto Rex à cubicularijs quod Andegavenſis & qui cum eo venerant aſcendiſſent de lavatro juſſit eos ad ſe vocari. Poſt Corporis ablutionem aſcendens Comitis Andegavorum generoſa proles Gaufredus, byſſo retorta ad carnem induitur, Cyclade auro texta ſuperveſtitur, chlamide conchylii & muricis ſanguine tincta tegitur, caligis holoſericis calceatur, pedes ejus ſotularibus in ſuperficie Leunculos aureos habentibus muniuntur. Ejus verò confodales qui cum eo militiæ ſuſcipiendæ munus expectabant, univerſi byſſo & purpura innovantur. Talibus itaque ut præmixtum eſt, ornamentis decoratus Regni genet quaſi flos Lilii candens Roſeo ſuperfuſus rubore, cum illo ſuo nobili collaterali comitatu de ſecreto Thalami proceſſit in publicum. Adducti ſunt Equi, allata ſunt arma, diſtribuuntur ſingulis prout opus erat.* Induerunt quoque *Ieofrido*

27 Henr. I. ap. Ioan Monaſt. Majoris Monaſter. ut exſcribit Favin. in Theatro Hon. lib. 3. pag 577.

frido d' Anjou Loricam duplicatam, & calcaria aurea. Scutum leonum *Andegavensium* collo ipsius appensum. Galea pretiosa ejus capiti imposita, & lancea in manus ejus tradita; ac ultimo tandem gladius ipsi allatus ex Regis armamentariis, *ab antiquo* (inquit Monachus) *ibidem signatus, in quo fabricando fabrorum superlativus Galannus multa opera & studio desudavit.* Sic armatus ascendit in equum Hispanicum a Rege quoque ipsi traditum; ac festivitas pertinens ad hanc dignitatis receptionem (seu *festum Tyrocinii*, sic sæpe appellare solent Monachi) duravit septem diebus in quibus ludi equestres larvis acti sunt.

Cum *Thomas Sturmy* hanc recipere deberet dignitatem a Rege *Johanne*, Vicecomiti in *Hamshire* præceptum est, ut traderet ipsi vestes, lectum, lodices & alia hujusmodi versus tempus creationis ejus, prout enumerantur in *Clauſ. 6. Rege Johanne Dorſ. Rot. 20.*

Johannes &c. *Vicecomiti Southampton salutem. præcipimus tibi quod facias habere Thomæ Sturmy Valletto nostro unam Robam de Scarletto cum quadam penula de byssis, & aliam Robam de viridi vel burnetta & unum sellam, & unum par Lotanorum & capam ad plumiam & unam culcitram & unum par lintheorum quando ipse fiet Miles. Et quod in his posueris, computabitur tibi ad Scaccarium. Teste meipso apud Bristoll. XVIII. die Julii Anno Regni nostri sexto.*

per Bartholomeum Clericum de Camera.

Rex *Henricus III.* Equitem creavit *Alexandrum* tertium Regem *Scotiæ* festo Nativitatis *Eboraci* anno MCCLII. & alios viginti cum ipso. *Balteo donavit militari* (inquit *Matheus Pariſ. pag. 1103. edit. Lond.* quem vide item *pag. 1000. & Camden Britan pag. 126.*) *qui omnes vestibus pretiosis & excogitatis, sicut in tam celebri tyrocinio decuit, ornabantur.* Is fuit dies ante nuptias *Margarethæ* filiæ *Henrici III.* isti nubentis, quando Comes Mareschallus *jus suum & avitam sibi consuetudinem instanter fieri flagitavit* (inquit idem Autor) *scilicet Palefredum Regis Scotiæ quem pro jure vendicavit sibi sistatum exhiberi non pro precio vel concupiscentia, sed pro antiqua consuetudine in casibus consimilibus, ne in suo tempore pro sua desidia deperiret.* Verum respondit Rex *Scotiæ*, non pu-

35. Henr. 3. M. Pariſ.

Vid. Stat. Weſtmon. 1. cap. 46.

putare ſe talia debere a ſe ſolvi Comiti Mareſchallo, quoniam pro arbitrio potuiſſet Equitis dignitatem accipere ab alio quodam Catholico principe, vel a ſuis propriis ſubditis qui Nobiles eſſent; Si *nobiles* denotat *Gentelman* non vero *Noblemen*, prout ſæpe fit *Anglorum* Phraſi. Verba ſunt: *Quia ſi placeret ei potuit ipſe arma ſuſcipere a quovis Principe Catholico, vel ab aliquo Nobilium ſuorum, ſed & reverentiam & honorem tanti Principis Domini & vicini ſui, maluit ab ipſo Rege Angliæ cingulo donari militari quam aliquo alio.* Ad Regis tandem mandatum acquieverunt. Anno uno vel duobus poſthanc Creationem *Scotiæ* Regis elapſis, *Henricus* tertius in *Gallia* exiſtens mandatum ſcripto clauſo miſit ad *Bonacium Lombard* Magiſtro Veſtirum, quod *Gauchero de Gomartin conſanguineo Petri de Subundia, qui arma militaria ſuſcipiet in inſtante feſto omnium ſanctorum ſe tertio, honorifice inveniat neceſſaria ad militiam ſuam & ſociorum ſuorum, & eidem Gauchero habere faciat unum pannum ſericum ad aurum ad opus ſuum proprium.* Datum erat decima octava *Octobris in caſtris ante Benages* in præparationem ad creandum Equitem *Gaucherum de Gomartin*, & alios duos in feſto omnium ſanctorum ſequente. Hic non exprimitur quæ proviſionis particularia fuerunt alia; nominatur ſolummodo *pannum ſericum ad aurum* in uſus *Gomartini*. Verum videntur reliqua fuiſſe eadem cum illis *Iohannis* Regis antea deſcriptis in uſum *Eſturmii*. Quæcunque enim tunc ex veſtiario depromebantur, vulgo erant *ea quæ ad militiam pertinent*, absque ulteriori deſcriptione, uti apparet tum ex hujus epiſtolæ verbis, tum ex aliis paulo ante ad eundem *Bonacium* ſcriptis in gratiam *Reginaldi de la Cokere* & *Bertrandi de Creſſiu*. *Mandatum eſt Bonacio Lumbardo* (ſunt inrotulationis verba) *quod Reginaldo de la Cokere, qui in feſto Sancti Edwardi ſuſcepturus eſt arma militaria habere faciat ea quæ ad militiam ſuam pertinent, ſicut aliis novis militibus conſuevit inveniri.* Sic & alia inrotulata videmus. Ambo oſtendunt certum illo tempore præparationis uſum in illis qui ex veſtiario erant creandi Equites, per verba, *ſicut aliis novis militibus conſuevit inveniri*. Et ſub *Edvardo I.* omnia *præter equitaturam*, id eſt, equum & arma data ipſis ſunt ex Veſtiario, uti videmus in recenſione *Mathei Weſtmonaſterienſis*, ubi etiam nonnulla leguntur ſpecialia de ipſorum honorariis veſtibus, & vigiliis, quarum & mentio quædam in illa *Geofridi Andegavenſis* Creatione, & pau-

Clauſ. Vaſc. 37. Henr 3. m. 17.

Clauſ. Vaſc. 37. Henr 3. m. 18. Vide Camden. in reliquiis pag. 232, & ibi clauſ. 2. Henr. 4. quod vide.

paulo post fiet ex *Uptono* & sacris Ceremoniis olim in creatione adhibitis *ad augmentandam profectionem suam*, (Verba sunt *Matthei Westmonasterienſis an. 1306. seu 34. Edvard. 1.*) *in Scotiam fecit Rex per Angliam publicè proclamari, ut quotcunque tenerentur fieri milites successione paterna, & qui haberent unde militarent, adessent apud Westmonasterium in festo Pentecostes* a, *admissuri singuli omnem ornatum militarem, praeter aquitanum, de Regia Garderoba. Confluentibus itaque trecentis Juvenibus, filiis Comitum, Baronum, & Militum distribuebantur purpura, Byssus, Syndones, Cyclades, auro texta effluentissimè prout cuique competebat. Et quia Palatium Regale, etsi amplum, tamen ad tot occurrentium turbam angustum fuit, apud novum Templum Londini succisis lignis pomiferis, prostratis muris, erexerunt papiliones & tentoria quo tyrones deaurata vestibus se singuli decorarent. Ipsa quoque nocte in Templo praedicti Tyrones, quot quot potuit capere locus ille, suas vigilias faciebant. Sed Princeps* Walliæ *praecepto Regis Patris sui cum praelatis tyronibus fecit vigilias suas in Ecclesia Westmonasterienſi. Ibi autem tantus clangor tubarum & tubicinum, & exaltatio eorum extiterat clamantium, quod conventus de choro ad chorum non audiretur jubilatio. Die autem Cnstina cinxit Rex filium suum baltheo militari in Palatio suo, & dedit ei Ducatum* Aquitaniæ. *Princeps ergo factus miles perrexit in Ecclesiam Westmonasterienſem ut Consocios suos militari gloria pariter Venustaret. Porrò tanta erat ibi praesentia gentium ante magnum altare, quod duo milites morerentur, quam plures Syncopizarent, etiam cum quilibet ad minus tres milites ad se ducendum & tuendum haberet. Princeps autem propter turbam comprimentem non secus sed super magnum altare divisa turba per dextrarios bellicosos socios suos cinxit.* Idem breviter recensetur in Annalibus *Hiberniæ* antiquis, nisi quod centum equites in calculo addantur. *Edvardus* Rex *Angliæ fecit Edvardum filium suum militem in festo Pentecostes London in quo festo Neoptolizati* (sic legunt exemplaria impressa, Ms. vero quo utor habet *Neophtizati*) *fuerunt Milites circa CCCC & Edvardus de Caernavan novus miles fecit sexaginta milites de praedictis & tenuit festum London apud novum Templum.* Cinctura quoque calcariûm Commemoratur in creatione *Richardi Rodney* sub Rege *Edvardo* secundo. *Anno MCCCXVI. Dominus Richardus de Rodney factus fuit miles* (ait antiquus Author apud *Glover Somerset de nobilitate civili anno 1414.*) *apud Keynsham die translationis Sancti Thomæ Martyris in praesentia Domini Almarici*

a lege *Accepturi*

rici Comitis de Pembroch, qui cinxit eum gladio, & Dominus Mauricius de Berkley, super pedem dextrum posuit unum calcar, & Dominus Bartholomeus de Badlesmere posuit aliud super pedem sinistrum in Aula, & hoc facto recessit cum honore.

Vulgo supponitur quod eorundem calcaria fuerint deaurata, prout etiam apparet ex verbis mox citandis ex *Nicolao Upton* vivente & scribente sub *Henrico* sexto. Supposuerunt igitur quod *Wilhelmus Murle* Opulentus cerevisiæ coctor *Dunstaplensis* voluerit Eques creari in campo a *Johanne Old Castle* (narrante *Walsingham*o) quoniam attulerat secum duos equos auro ornatos, & par aureorum calcarium occultaverat in gremio suo; unde sicut apud gentes alias, de quibus supra, nomen *Equitum aumtorum* sortiti sunt. Verum minime ego intelligo quo modo ista congruant Sancito Parlamentario *Henrici V.* juxta quod deaurans aliquam thecam vel metallum præter argentum, necnon ornamenta Ecclesiæ, vel aliquod argentum apponens cuidam metallo, exceptis solis Equitum calcaribus, & veste Baronis, solvere tenebatur Regi decies tantum, quantum fuit rei istius inauratæ prætium, atque per annum unum in carcere detineri.

8. Henr. 5. c. 3. & Rot. Parl. 8. Henr. 5. Petit. com. 7.

Observentur etiam dicta Judicis *Thirning* in Banco sub *Henrico IV. Audivi*, inquit *7. Henr. 4. fol 8. & vid.* Br. *tit. addition.* 17.) *quod Domino cuidam genitus fuerit filius, quem delatum ad fontem quam primum baptizatus fuit, accepto gladio suo creavit Equitem.* Hic videmus solum gladium (quo percussionem lenem factam fuisse, verisimile est,) in creatione adhibitum. Atque sic percussio fieri debebat (per gladium traditum Regi vel ejus locum tenenti qui habuit potestatem creationis a creando) & quidem duabus manibus, nomenque *Equitis* una imponendum erat. Senex etiam eligebatur Eques ad accingenda calcaria novo Equiti, atque vigilias cum ipso servandas nocte proxima. Ad minimum hæ ceremoniæ usurpatæ sunt cum dignitas in campo coram exercitu fuit collata, sicuti *Liptonus* narrat. *Creantur milites* (inquit, ubi etiam exhibet nonnulla Fecialium officia in Creatione.) *per aliquem principem, seu Capitaneum in villarum obsidionibus, Castrorum, & fortalitiorum & hoc diversis modis. Si fortè assaltus fiat seu faciendus fuerit, tunc creandus in militem portabit gladium in manibus de Principali capitaneo ipsius obsidionis ut creet militem petens:*

De re militari Ms. lib. 1 c. 3.

petens: qui quidem Princeps ſeu Principalis Capitaneus capiet gladium prædictum de manibus ordinandi, & ipſum percutiet ambabus manibus dictum gladium tenendo, cum eodem nominando eum militem ſic percuſſum; qui quidem Princeps tenetur aliumVeteranum militem eidem aſſignare qui ſibi calcaria deaurata præambit & ſecum tranſibit ad aſſaltum faciendum. Item idem modus obſervatur in creatione militum ad Minervam. *Sed Veteranus Miles, cui novus tiro committitur, vigilabit nocte ſequente cum ſuo tyrone in manera ſupra dicta. Item creantur milites in bellis campeſtribus & nibus conflictibus ubi idem modus creationis obſervatur qui in aſſaltibus exercetur. In honeſtate tamen eſt quod* Rex Hamldorum, *ſi ibidem fuerit & in ejus abſentia alius Hamldus major in exercitu prius congreget creandos in milites, & eos coram principe illius exercitus a requiretque eundem ut productos in milites creet, qui quidem Princeps ut prædictum eſt accipiet gladium de manibus alicujus creandorum & facit ut ſuperius dictum eſt. Fiunt etiam milites in alio modo videlicet cum aliquis notabilis Princeps conquirere nititur terras ſui inimici cum juſto titulo; Rex Hamldorum ſi præſens fuerit & in ejus abſentia alius ut prædixi colliget creandos ſi quos noverit & eos ducet adcapitaneum Principem in Primo ingreſſu in ternam ſupra prædictam, eundem requirens ut eſt dictum qui quidem Princeps per omnia faciet ſicut primo ut prius dixi. Idem modus creationis obſervabatur in aliquo paſſagio periculoſo alicujus riparia, ſeu pontis ubi tranſitur de una terra in aliam ſive de una Marchia in aliam. Iſti prædicti modi habentur in uſu, & ſi plures modos invenerit honeſtos, eos audacter obſerva.* Verum ſeculis recentioribus lenis ſaltem percuſſio gladii qua creandus Eques dum genua flectit percuſſus eſt, cum verbis *avancez Chivaler au nom de Dieu, & avamez Chivaler*, vel ſimilibus recitatis, ſeu manifeſtatis a Rege, vel ab illis qui autoritatem & mandatum ab eo acceperunt, eſt uſitatiſſima ceremonia. Notiſſima Tituli vox *Sir* apud nos, præfixa & addita Chriſtiano nomini in compellationibus & deſcriptionibus Equitum ſic creatorum, admodum antiqua eſt, atque tempore *Edvardi I.* putabatur eſſe pars nominum eorum, ut Judæi Anglicani in Ebraicis ſuis inſtrumentis vel *Starris* (uti ſæpe appellantur in annalibus a שטר *Shetar*, quod tum pronunciarunt *Star*) retinuerint eandem ac ſcripſerint שיר *Sir*, absque interpretatione ſeu appellatione Ebræa, ſicuti interpretantur & vertunt latinum vocabulum *Dominus*. Exemplum ejus eſt in *Sir Adam* de

a *deeſt forte,* ducet

Sutton & *Sir Stephen* Cheinduit, quorum fit mentio in *Star* ſeu renunciatione debiti a *Chajim* Judæo *Lincolnienſe* facta, atque hic ex Annalibus Ærarii adſcribenda.

אנו החתומ מטה מוה חודאת ומורה שפטרתי ומחלתי לשי'
ארא משטר טונא וליורשיו ולבאים מחמרו כל מזותביעה
ועיעור שיש לי ושיכור לחות לי על המלון משטנמירא הקטנה
בפלך מידלשצץ שהאדם הנקו' מחזיק זאת לדעת בקרקע ובאהו
ומרעה ובאגם עם כל האפור טניעיץ שמקרמ היה לשי'
אשטיבנא מקינדוט בכן שלא אני ולא יורשי ולא שום אחר
בעבורי יכילין לתבוע אולערער על שי' אראם הנקו' או על
יורשיו או ער הבאים מכחו על המלון הנקו' עם כל האפורטניצץ
הנקו' בעלילת שום חוב שהיה אשטיבנא הנקו' חייבלי או לשום
יהודיאחר מבריאת עולם עך סופו ואם שום יהודי בעולם יבא
להביע או לעיער על שי' אדאם הנקו' או על היורשיו או על
הבאים מחמרי על המלון מישמנמירא הנקו' עם האפורטניצץ הנקו'
בעלילת שום חיב שהוה אשטיבנא מקינדוט הנקו' חייב לי
או לשום יהודי אחד בערום מבראת עולמ ער סופו עלי וער
ורשי בתראי להניגם ולהצילם ולפוטרם נגד כל הסעיערים ויורת
ההמתי חיומ דניקורל

Latina ſunt: *Ego cujus nomen infra ſignatum, plene & clare agnoſco, quod dimiſi & reſtitui Domino* (Sir) Adamo de Stratton *& haeredibus ipſius, & progeniei omnia genera poſtulationum & juris quæ mihi ſunt vel eſſe mihi poſſunt in hoſpitium,* (Dominium) Stanmere *minus in Comitatu* Middleſex, *quod dictus* Adamus *omnium notitia poſſidet in fundo, prato, paſcuis & ſtagno cum omnibus pertinenciis, & hactenus fuerunt Domini* (Sir) Stephani de Cheyndut, *ita ut neque ego, neque haeredes mei, neque alius quispiam ex progenie mea, mei cauſa poſſit poſtulare, vel accuſare dictum* Adamum *vel haeredes, vel progeniem ejus de dicto* (Dominio) *hoſpitio cum omnibus pertinenciis prædictis ob aliquod debitum quo mihi teneatur dictus Dominus* (Sir) Stephanus, *vel Judæo alicui inde a principio mundi usque ad finem ejus. Et ſi aliquis Judæus voluerit poſtulare, vel etiam actionem inſtituere adverſus prædictum Dominum* (Sir) Adamum, *vel haeredes vel progeniem ejus, in Dominium* Stanmere *prædictum, cum pertinentiis prædi-*

dictis, ob debitum aliquod, quo mihi tenetur obſtrictus dictus Stephanus de Cheynduit, *vel alicui alii Iudæo cuicunque, inde ab initio mundi usque ad finem ejus; incumbebit mihi nec non hæredibus meis poſt me defendere ipſos, indemnes ſervare, & liberare ipſos adverſus omnes actiones. Atque hoc ego ſignavi,* Chajim De Nikol.

In autographo (quod ſervatur in Officio Receptorum Ærarii) talis eſt inſcriptio,

Iſtud Starnum fecit Hagm. *fil. Magiſtri de* London, *Domino* Adæ de Stratona, *de acquietantia de* Stanmere *de omnibus debitis in quibus* S. de Cheynduit *ei tenebatur, ita quod idem Iudæus nec hæredes ſui nihil exigere poſſint ac prædicto* Ada *nec de hæredibus ſuis ratione terræ de* Stanmere *de prædictis debitis.*

Chajim idem nomen eſt quod hic *Hagm.* Litera enim gutturalis *Cheth* variam dedit pronunciationem & ſcriptionem. *Nicol* idem eſt cum *Lincolne*, ut ſæpe legitur in annalibus noſtris, & bene conſentire poteſt cum latina appellatione dum vocatur *filius Magiſtri de London.* Nam ſicuti *Lincolnia* indicat locum ubi commoratus eſt, ita *Londinum* patriam dicit. Et *Magiſter de London*, puto, innuit inſignem quendam Rabbinum in Synagogis Londinenſibus tum temporis clarum, ita ut & iſto nomine ſolo inter Chriſtianos fuerit cognitus. Et ſane eſſe potuit celebris *Rabbi Abraham Abenezra* vivens *Londini* ferè ad ultima hic *Iudæorum* tempora, id eſt, ad mediam circiter *Edvardi* primi Regis ætatem. Scripſit is *Londini* אגרת שבת ſeu *epiſtolam de Sabbatho*, fueruntque cum ipſo *Londini* illo tempore קרוב לשנים אלפים ברים כלם אנשים בעלי חכמה ועושר *circiter M M. Capita familiarum, omnes viri inſignes ob ſapientiam & divitias*, uti loquitur *Rabbi Salomon Ben Wirga.* Verbum שי omiſſa litera ultima, ut ſolet, quando vox eſt notiſſima, adeo ut non dubitent, unumquemque lectorem poſſe defectum ſupplere eſt שיר *Sir*, uti נקו eſt נקוב *dictus.* Signatum facta eſt per manum acquitanciam ſcribentis videl. iſta verba וקיות חתמתי וגו' *Et hoc ego ſignavi &c.* Vox etiam noſtra juridica *Appertinentiis* inibi retinetur ſcripta literis Ebræis. Reliqua ſunt juxta ſtylum Juris peritorum ſuorum; & utplurimum eadem orthographia. Verba autem עיעור *Ajaur* & עיעירים *ajayrim* & לעיער *lajair*, ſignificantia proceſſum juridicum, vel contentione in foro, phraſi rabbinica, deberent

in Sepher שבשהודה *fol. 9. a.*

rent potius habere additum *Reſch* radicale ſic עירעיר *Aimir*, עיר ערים *Aimirim* לעירער *Laimir*. Is enim mos Legisperitorum apud eos, quanquam fortaſſis illa ætate omiſerunt in ſermone vulgari ejusmodi elementa, quæ revera aſperiorem faciunt pronunciationem. Habeo etiam inſtrumentum permutationis, aliquanto antiquius hoc *Sarre* eſt que agrorum quorundam in *Empingham*, factæ a *Thoma Capellano* de *Empingham* (ut apparet ex ſigillo; cum ſolummodo vocatur *Thomas Capellanus* in inſtrumento) cum aliquo, *Radulfo de Normanvil*, a quo alios accepit agros Sigilloque additus eſt lemniſcus cum exiguo *Sarre* & verbo עירוריכם id eſt Actio vel contentio prout moris eſt. Et quoniam rarum eſt apud nos, addo hic:

יודע לכל שיצול מינורמאביל פטור הוא ויורשיו ממני ומיורשי מכל חובות ומכל שרעירים שפעלם מבריאת העולם עד קרישים שנת סו' למלך ממנינו המלך הורי שיחי' ומה שהודיתי שהודיתי בתבתי וחתמתי ממיו בן הור

Omnibus ſit notum quod Capellanus de Normavil *abſolutus eſt ipſe & hæredes ejus a me & hæredibus meis ab omnibus debitis & actionibo que eſſe poſſunt a creatione mundi usque ad Coronationis* (hebraice) Sanctificationis diem *anni decimi quinti* Regis *nobis imperantis* Henrici, *qui vivat, & quod confeſſus ſum illud ſcripſi atque ſignavi.* Mamio Ben David.

Hic *Thomas Capellanus* puto antehac cognitus fuit ſub nomine *Capellani de Normanvile*, & quod conſecutus eſt hanc debiti dimiſſionem a *Ben David*, annexam poſtmodum inſtrumento tanquam momentum certitudinis ab altera parte. Fateor tamen me nusquam legiſſe nomen וצול ſignificans *Capellanum*. Sed quoniam ſatis recte deduci potuit a צלא vel צלה quod ſignificat *precari*, actione *Capellano* propria, & circumſtantiæ idem ſvadere videntur, ita vocem iſtam vertere auſus fui. Sed iſta obiter.

Hæc equeſtris dignitas legitur etiam aliquando data per Diplema. In Rotula Chartarii inſcripta *Diverſi tractatus Amicitiarum tempore Iacobi Regis*, legitur Dominus *Iacob van Einden* Belga & Gubernator civitatis Caſtellique *Wourdane* Eques creatus a *Iacobo* Rege, & additamentum factum in inſignibus ejus, teſtimonii cauſa. Factum id per literas patentes datas 27. Decembris 1610. acſi hæ ipſæ paten-

patentes literæ creaſſent eum. Nam poſt brevem de meritis ejus præfationem iſta ſequuntur verba. *Propterea tenore præſentium Equeſtris ordinis ſeu Equitis aurati gradu, titulo, & dignitate illum donamus;* quod ut *omnibus clarum innoteſcat*, additio fit ad inſignia &c. *Donamus* innuere poteſt quod magnum ſigillum ſic faciat Equitem. Sed in eadem Rotula alii habent diploma ceu teſtimonia Equeſtris ſuæ dignitatis cum verbo *Donavimus*, ſupponendo collationem dignitatis præceſſiſſe literas iſtas. Ita hic *Cornelius Hoffmannus* Belga. Et ſimili forma quatuor ejusdem nationis anno 1610 huc tanquam Legati miſſi ab unitis Provinciis ſinguli acceperunt literas patentes in ejus rei teſtimonium & fuerunt, *Albertus Ioachimus*. Deputatus *Zeelandiæ*, *Hely van olden Barnevelt* Doctor Juris Syndicus *Roterodamenſis*, *Berke* Doctor Juris & Syndicus *Amſterodamenſis*. Verba poſt brevem meritorum deprædicationem ejus qui dignitate hac donandus eſſet, ſunt. *Propterea Equeſtris ordinis ſive Equitis aurati gradu, titulo, & dignitate illum donavimus. Quod ut omnibus clarius innoteſcat, utque ipſe Equitis aurati numero & loco (ita ut æquum eſt) ubique locorum habeatur & cenſeatur hiſce jam literis palam teſtamur & profitemur adeoque etiam ut ipſum hoc diplomate noſtro ratum & confirmatum eſſe volumus prænominatum N. Equeſtris ordinis dignitatem, honorem & titulum, ultrò à nobis donatum atque inſignitum eſſe. Ideoque illud ab omnibus tum Regiæ noſtræ dignitati atque autoritati tum ipſius meritis deberi ut eo numero & loco apud populares ſuos & usquam alibi perinde habeatur ac nos quosvis alios præſtantes viros ſimili honore ab aliis Regibus ornatos & condecoratos ſumus habituri. Teſte &c.*

XXXV. Sacræ ceremoniæ olim uſurpatæ in conferenda hac dignitate apud nos primum commemorantur ab *Ingulpho*, tempore Conqueſtus vivente. Loquitur de ipſis ac ſi in uſu fuiſſent apud *Saxones* ante ſua tempora, oſtenditque quod ſolennis Confeſſio, Vigiliæ in Eccleſia, Acceptio Sacramenti poſt oblationem gladii in altari ejusdemque redemtio. Epiſcopi denique, Abbates, Monachi, aliique ſacerdotes accingentes eum illi qui creandus eſſet, fuerint conjunctim ea, quibus Eques factus eſt. Et quam veriſimile ſit, plurima ex iſtis vel aliqua adhibita fuiſſe quando Rex creavit, vel alii Laici, meliori ſubmitto judicio. Obſervo etiam mox citanda ex *Iohanne Sarisburienſe*, *Petro Bleſenſe*, aliisque temporum ſequentium præter allegata ſuperius ex *Florilego* & *Iohanne* Mona-

cho de *Mair Monſtier.* Narrat *Ingulphus* occaſione *Brand* Abbatis S. *Edmundi Bury* qui Equitem creavit *Hewardum* nobilem Anglicanum ex *Lincolnia*, & Dominum *Brunne* in eodem Comitatu, una cum aliis nonnullis qui cum ipſo redierant ex *Flandria* (ubi in exilio vixit ob ſententiam contra ipſum prolatam ſub *Edvardo* Confeſſore) ipſeque in ſuas pertraxerat partes, ut recuperaret hæreditatem ſuam, a Conqueſtore, poſt mortem Patris iſtius, traditam cuidam *Normanno*, nec non ut liberaret matrem ſuam ab afflictione communis calamitatis, quam extranea iſthæc gens induxerat ſuper Anglos plurimos. *Audiens in Flandria in terram Angliæ* (loquitur de iſto *Hewardo*) *alienigenis ſubjugari, ſuamque paternam hereditatem, mortuo patre ſuo Leofrico, munere Regio, cuidam Normanno donari, matremque viduam* (nomen ejus fuit *Ediva*, linea recta deſcendens ab *Oſlaco* magno Aldermanno regnante *Edgaro*,) *multis injuriis & maximis moleſtiis affligi, fractus digniſſimo dolore cum Thurfrida ſua uxore* (fuit fœmina ex *Flandria* quam ibi duxit) *Angliam advolat, collectaque cognatorum non contemnenda manu ſuper matris injuriatores gladio fulminat, & de ſua hæreditate procul fugat & eliminat. Conſiderans etiam tunc fortiſſimis viris ſe præfectum, non nullisque militibus præpoſitum, ac nec dum militari more balteo legitime ſe accinctum: aſſumptis ſecum de ſua cohorte pauciſſimis ſimul legitimæ militiæ cum eo tyronibus cõſecrandis, patruum ſuum tum Abbatem Burgi nomine Brandum, virum valde religioſum, & (ut audivi ex prædeceſſore meo Domino Wulketulo Abbate, aliisque multis) pauperum eleemoſynis valde deditum, & omnibus virtutibus adornatum adiit, & ſe fieri legitimum militem, præmiſſo primitus omnium peccatorum confeſſione & eorum perceptæ abſolutione inſtantiſſime ſupplicavit. Quoniam Anglorum erat conſvetudo, quod qui militiæ legitimæ conſecrandus eſſet, veſperæ præcedente diem ſuæ conſecrationis ad Epiſcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel Sacerdotem aliquem contritus, & compunctus de omnibus ſuis peccatis confeſſionem faceret, & abſolutus orationibus, & devotionibus & afflictionibus dediſus in Eccleſia pernoctaret: in craſtino quoque Miſſam auditurus, gladium ſuper Altare offerret & poſt Evangelium Sacerdos benedictum gladium collo militis cum benedictione imponeret: & communicatus ad eandem Miſſam Sacris Chriſti myſteriis denuò miles legitimus permaneret.*

Verum iſthæc forma ſuſcipiendi Equeſtrem ordinem admodum

dum diſplicuit *Normannis*, inquit idem Author. *Hunc conſecrandi militis conſuetudinem Normanni abominantes* (verba ipſius ſunt) *non militem legitimum talem tenebant ſed ſocordem Equitem & Quiritem degenerem deputabant.* Addit etiam *non tantum hunc morem, ſed alias etiam conſuetudines immutabant.* Sed quicquid tandem indicare voluit per immutationem; nihilominus tamen oblatio gladii ſuper altare aliaque ex ceremoniis iſtis ſacris perſeverarunt annis ſequentibus. Oblatio Gladii ſuper altare; *Iohannes Sariburienſis* declarans vim juramenti militaris in Imperio, & quod illo juramento adſtricti tenentur defendere Eccleſiam pergit: *Licet autem ſint qui ſibi non teneri videntur Eccleſiæ ex Sacramento ſolenni, quia jam ex conſuetudine plerumque non præſtatur, nullus tamen eſt qui Sacramento tacito vel expreſſo Eccleſiæ non teneatur obnoxius. Et fortè ideò ceſſat ſolennitas juramenti, quia ad hoc omnes invitat & coarctat neceſſitas officii & ſinceritas fidei. Unde jam inolevit conſuetudo ſolennis, ut eo ipſa die qua quisque militari cingulo decoratur, Eccleſiam ſolenniter adeat gladioque ſuper altare poſito & oblato quaſi celebri profeſſione facta ſeipſum obſequio altaris devoveat & gladii, id eſt, officii ſui jugem Deo ſpondeat famulatum neque neceſſe eſt ut hoc profiteatur verbo, cum legitima profeſſio militiæ facto ejus videatur inſerta. Quis enim in homine illiterato, & qui magis Arma debeat noſſe quam literas profeſſionem exigat literarum* (exemplaria quædam habent *literatum*.) *Nam & ipſi Epiſcopi & Abbates profeſſione ſcripta vel dicta ad fidem & obedientiam videntur arctari. Et revera arctantur. Quia Deo mentiri non licet. Sane aut plus eſt aut non minus, quod milites faciunt, qui non ſcedulam ſed gladium offerunt, & quaſi primitias officii redimunt ab Altari unde Eccleſia in perpetuum famulentur. Nam ſicut eis pro Eccleſia plurimum, ita contra Eccleſiam licet nihil.* Ac in alio loco, *ſunt autem plurimi qui malorum clamore operum quando Militia conſecrandi cingulum Altari obtulerunt, videntur proteſtari ſe eo tunc animo acceſſiſſe ut Altari, & Miniſtris ejus, ſed & Deo qui ibi colitur, bellum denuntiarent. Facilius tradiderim hos malitia execratos quam ad legitimam militiam conſecratos.* Ita Petrus *Bleſenſis* coævus *Sariburienſi*, ſub *Henrico* ſecundo *Hodie tyrones tenſes ſuos recipiunt de Altari: ut profiteantur ſe filios Eccleſiæ atque ad honorem ſacerdotii, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum & patriæ liberationem gladium accepiſſe. Porro res in contrarium verſa eſt. Nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, ſtatim inſurgunt in Chriſtos Domini*

De nugis curialium l. 6. c. 1.

cap. 13.

Epiſt. 94.

Domini & desæviunt in patrimonium crucifixi. Hæc gladii oblatio cum reliquis ritibus sacris eo pertinentibus, observabatur quoque uti videtur in vigiliis habitis in *Westmonasterio* & *Templo*, sub *Edvardo I.* ante dignitatem acceptam, juxta exemplum superius adductum ex *Florilego* & illud *Iofridi de Anjou*; fueruntque vigiliæ (meo judice) generale nomen ad exprimendas sacras ceremonias præcedentes creationem Equitis a Rege factam, & filio ipsius Principe *Edvardo*. His addimus *Benedictionem ensis novi Militis* vulgo repe-

Manual. Antwerpiens. Ed. fol 40 Videsis Agenda Ecclesiæ Argentinens. fol. 279. a.

riendam in Manuali, (seu precum publicarum libro priscorum temporum) inter alios Ecclesiæ Anglicanæ ritus ante Reformationem.

Benedictio Ensis novi Militis fiat hoc modo, genuflectente ipso Milite coram Altari.

Primò dicat Sacerdos sine nota, Dominus Vobiscum & Oremus.

Deus cunctorum in te sperantium protector, adesto supplicationibus nostris & concede huic famulo tuo qui sincero corde Gladio se primo præcingere nititur militari: ut in omnibus galea tuæ virtutis sit protectus: & sicut *David* & *Judith* contra gentis suæ hostes fortitudinis potentiam & Victoriam tribuisti, ita tuo auxilio munitus contra hostium suorum sævitiam victor ubique existat, & ad Sanctæ Ecclesiæ tutelam proficiat. per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia Oratio, cum Oremus.

Deus qui trinos gradus hostium post lapsum *Adæ* toto orbe terrarum constituisti, quo plebs tua fidelis immunis ab omni impetu nequitiæ secura & quieta permaneret: adesto Supplicationibus nostris & hunc Ensem quem invocatione tui Sanctissimi nominis benedictione bene† dicere dignare: ut famulus tuus cui eum te largiente, concedimus ac accingimus, sic eo utatur (*Hic succingat Sacerdos Militem cum Ense*) quatenus & hostes Ecclesiæ insidiantes reprimat & se ipsum ab omni inimico tua protectione potenter defendat, per Christum.

Deinde aspergat Sacerdos Militem Ense succinctum aqua benedicta & recedat Miles in nomine Domini.

XXXVI. Leges nostræ feudales, quibus pecuniaria subsidia exiguntur, quando alius creandus est, sæpe mentionem faciunt

Reges

Reaſonable aide a faire fits Chivaler, id eſt, permittunt exigere a Tenutariis certam pecuniæ ſummam, ut poſſit filius Domini & hæres certus creari Eques. Ceremoniæ enim, præparationes, & aliæ circumſtantiæ tales olim fuerunt, ut in receptione dignitatum harum (uti ſupra oſtenſum) ejusmodi ſubſidia neceſſario requirerentur. Ante *Edvardum* primum Rex & quivis Dominus alius, ad minimum qui ipſe fuit Eques (nam Autor libri qui dicitur *Breton. Chap. des priſes des avers*, ſcribens circa ætatem *Edvardi I.* inquit multum facere pro negatione ſubſidiorum, ſi allegetur quod Parens ipſe Eques non ſit) potuit requirere iſtud ſubſidium pro arbitraria moderatione, intuitu ſumptuum faciendorum & opum Tenutarii, *ne nimis inde gravari videretur vel ſuum contenementum amittere.* quæ verba ſunt libelli *Glanvillæo* adſcripti lib. 9 cap. 8. Talis quoque reſpectus habendus erat ad Dominum & Tenentem in moderatione iſta; *ut auxilium accipienti cederet ad commodum, & danti ad honorem*, inquit *Bractonus*. Inde appellabatur *rationabile auxilium*, ut in Magna Charta *Iohannis* Regis, ubi legitur cum ſubſidiis in redemtionem & dotem maximæ natu filiæ collectis. *Nos non concedemus de cætero alicui quod capiat auxilium de liberis hominibus ſuis, niſi ad corpus ſuum redimendum, & ad faciendum primogenitum filium ſuum militem, & ad primogenitam filiam ſuam ſemel maritandam.* Eſt etiam ſat frequens mentio in editis Legum libris horum duorum ſubſidiorum vid. in Primogenitum equeſtri dignitate ornandum, & primogenitæ nuptias nulla vero mentio, quantum novi, in redemtionem Domini, quanquam, (quod obiter addo) in Mss. annalibus *Edvardi I.* inveniatur *λύτρον* ſolutum a *Roberto de Bentham* Abbati de *Ford*, ex omnibus ſervitiis *for ſpris fuit real & reaſonable aide, pur luy raindre hors de priſon ou ces heures quel heure qu' ils fuiſſent empriſones*, allegaturque in judicio pro affirmativa. Sed anno tertio *Edvardi* primi a Parlamento ſtatutum eſt, ne ſumma ſubſidiis amplius eſſet arbitraria, ſed ut quivis Tenens integrum feudum equeſtre, ſolvat Domino ſuo viginti ſolidos, eademque ſumma requireretur a Tenente agros perſocagium valore annuo viginti librarum, & ſic pro rata: Et ne quicquam exigeretur donec filius eſſet quindecim annorum, quod tempus idoneum videbatur ad recipiendam dignitatem vel *l'auge par ordre de Chivaler prendre*, ſicuti Autor *Bretoni* appellat. Hoc ſtatu-

lib. de acquirend. rer. Domin. c. 16. §. 8.

21. Edw. 1. fol. 66. in Codice meo & Side ſi placet Chopin de Doman lib. 3. tit. 4. §. 10.

Weſtm. 1. cap. 36.

Chap des priſes des avers.

ſtatutum, immutans legem antiquam, qua ſubſidia erant arbitraria juxta Dignitatem Domini, & opes Tenentis, extendebatur ſolummodo ad ejusmodi Dominos qui vulgares erant homines. Rex autem, eo non obſervato, eandem retinuit libertatem, exegitque ſubſidia talia poſthæc grandiori numero vel pro lubitu magna. Ideo ſtatutum vigeſimo quinto *Edwardi* tertii conditum *cap. 1. Rotul. Parlam art 29.* quo Regis ſubſidia æquata ſunt illis plebejorum hominum. Dicunt tamen libri noſtri quod agri quas tenuerunt ceu antiquum demenſum, & per magnum ſive minus ſervitium, non obnoxii fuerint ejusmodi ſubſidiis, quamvis revera magnum ſervitium etiam ſit militare ſervitium, & minus ſervitium ſit Socagium. Atque hactenus de illis quæ Creationem Equitum in ſpecie concernunt.

Rot. Parl. 20. Ed. 3 art. 45. alibi item. 11. Henr. 4. f. 31. 10. Henr. 6. tit. Abbeffry 267. & tit. Ancient de meſme 11.

XXXVII. Præter dignitatem, neceſſario comitantem ipſorum ſolennem armorum profeſſionem, & alia ipſis jure debita intuitu militiæ, habuerunt etiam apud nos peculiares notas honoris in legibus regni occurrentes. *Grandu Aſſiſa* legitime coacta (quæ eſt tanquam ſummum Tribunal per juramentum juxta leges) eligitur ab Equitibus & ex Equitibus, ſi reperiri poſſunt. Neque alius quispiam minoris a conditionis eligere vel eligi debet, niſi cum pauciores adſunt Equites quam qui numerum Aſſiſæ complere queunt. In cauſa non comparitionis *de malo lecti*, lex antiqua præcipiebat, ut [b] quatuor Equites mitterentur ad videndum excuſantem. Neque ſufficiebat ſi Sheriffus mitteret Armigeros, vel alios minoris dignitatis. *Milites enim eſſe debent* (inquit *Bracton*) *propter verba Brevis*: hoc enim expreſſe jubet Sheriffum mittere *quatuor milites*, qui, ut videtur, hic ſunt honorarii equites. Sic in cognitione actionis ubi Baro Parlamentarius eſt Actor, vel Defendens Baro legitime poteſt poſtulare panellum, niſi ad [c] minimum unus Eques retornatus fuerit ex Juratoribus: quod, licet innuit privilegium Baronis, attamen & indicat Equeſtris ordinis dignitatem, quandoquidem nullum ejusmodi poteſt eſſe judicium legitimum (Barone provocante) niſi ad minimum unus Eques ſit inter Judices cognoſcentes factum. Illud etiam *Bretono* hic meretur obſervari de Pœna Lenonis ſine cauſa percutientis Equitem, cui ideo manus percutiens reſecanda erat, quanquam non recorder me ullum ejus legiſ-

a 39. Ed. 3. f. 2. 7. Henr. 4. fol. 3. & 20. Br. tit. droit de retto 18 15. Ed. 4. fol. 1.

b Bracton lib. de Eſſonius & c. 3. Henr. 3. tit. eſſoin 186. 5. Henr. 3. eodem tit. 187. 14. Henr. 3. eod tit. 190. Regiſtr. orig. fol. 8 & 9.

c 13. Ed. 3. tit. Challenge 115. & Enqueſt 43 8. Eliz. Dier fol. 246. 14. Eliz. fol. 318. & Plowd. Comm. 27. Neſtdigats caſe 27. Henr. 8. fol. 22.

legiſſe exemplum in hiſtoriis. *Aſcuns treſpaſſes* (inquit Autor iſtius libri loquens in perſona Regis *Edvardi I.*) *ſont nequedent plus puniſſables ſicome treſpas fait en temps de peas a Chivalers ou a autrez gentz honorables par Ribaus & par autres viles perſones, en quel cas nous volons que ſi ribaud ſoit atteint a la ſuite de cheſcun Chivaler que il eit feru per felonie ſans deſert de Chivaler, que le Ribaud perd ſon poin dont il treſpaſſa.* Sed in rotulis clauſis *Henrici II.* mulctatur aliquis centum libris, quia percuſſit Equitem (quem tamen non nominat rotulus, ſed tantum *Militem* dicit) alius vero quadraginta Marcis, quoniam fuit præſens, cum *Miles* compulſus eſt jurare, quod noluerit querelam deferre de injuria ipſi facta. *Hakelinus filius Ioſcii Quatrebuſches* (inquit rotulus) *debet C. libras ut ſit quietus de hoc quod Militem percuſſit. Moyſes de Cantabrigia reddit Computum de XL. Marcis, quod confeſſus eſt ſe interfuiſſe ubi Miles ille coactus fuit affidare quod non oſtenderet injuriam ſibi illatam. In theſauro XX. Marca, & debet XX. Marcas.*

d *Chap d' apele des Maihons.*

Rot. Mag. 29. H. 2. London. Placita Ranulphi de Glanvilla.

Juxta legem etiam, ut videtur, antiquam *Equitatura* vel Equus & arma Militis viventis in nobili exiſtimatione, & parati ſemper ad præſtanda ſervitia Regni & Regno libera fuit ab executione *fieri facias* vel *levari facias*, quanquam colligenda eſſent Regis debita; Et ſi Eques fuiſſet in Regis ære, ac minus honeſta de cauſa fuerit abſens, cum requirebatur ejus auxilium, omnia quæ habuit ſubjecta fuerunt executioni, excepto ſolummodo unico equo, relinquendo ipſi *propter dignitatem militia.* Et quanquam ita vixit, ut neque fuerit paratus ad publica armorum negotia, neque minus honeſte declinaverit ejusmodi negotium, attamen equis, quibus ordinarie uſus eſt, pepercerunt, & quæcunque alias habuit, ſubjecta fuerunt executioni. Habemus iſta in Dialogo Ærarii qui attribuitur *Gervaſio Tilburienſi* & ſcriptus eſt circa tempora Regis *Iohannis.* *Nota quod ſi debitor ille, qui ſolvendo non eſt* (loquitur autor de colligendis Regiis debitis per proceſſum ex Ærario) *Militia cingulum ſemel obtinuerit, venditis cateris, Equos tamen ei non quilibet, ſed uſus uſualium reſervabitur, ne, qui dignitate factus eſt Eques,* Pedes *cogatur incedere. Quod ſi miles ejuſmodi fuerit quem juvat Armorum decor & juvat uſus eorum, & qui meritis exigentibus debeat inter ſtrenuos computari, tota ſui corporis armatura cum Equis ad id neceſſariis à venditoribus erit liberrima ut cum oportuerit ad Regis & Regni negotia armis & Equis inſtructus poſſit aſſumi.*

Ms. in receptu Scaccarii. Eidef. Weſtmon. 2. cap 43. & Regiſtr Orig. fol. 100. & forte hinc diſcendum quid Equitatura illic denotet.

Sed ſi hic idem cui lex in parte pepercit, audita neceſſitate Regis vel Regni deliteſcens ſe abſentaverit, vel ad hoc vocatus non venerit, ſi tamen non propriis, ſed Regiis ſtipendiis militet & evidenter abſentiam ſuam non excuſaverit nec ab hiis venditores tempenabunt, ſed ſolo contentus equo (propter dignitatem Militiæ) ſibi relicto juri communi vivat obnoxius. Atque ſic Equitatura Equitis fuit ipſius *contenementum*, Countenance/ ut vocarunt [a] olim.

Vide magnâ Chartam. c. 14 a Stat. 2. 1. Edw. 3 cap. 4. ubi male continuence *in nonnullis editionibus legitur.*

Eruditi quidam exiſtimant quoque quod legitimus ſigilli uſus his Equitibus fuerit proprius [b]. Conjecturam ſumunt a ſignato confirmationis diplomate *Richardi* Comitis *Ceſtrenſis* ſub *Henrico I.* & Comitiſſæ Dotariæ Dominæ *Ermentrudis* Matris ipſius pro Abbatia *Alingdonenſe*. Habetur in antiquo libro Ms. Abbatiæ, teſtante quod Comes ſignaverit ſigillo Matris ſuæ, redditurque ratio; *nondum enim militari balteo cinctus eſt.* Additur in ſuper, *literæ quælibet ab eo directæ materno ſigillo includebantur.* Verum quisquis tandem horum verborum ſenſus ſit, certi ſumus ex diſertis *Ingulphi* verbis, quod ſigillorum uſus fuerit in Anglia promiſcuus omnium in dignitate aliqua conſtitutorum, idque immediate poſt ingreſſum *Normannorum*; quanquam etiam verum ſit, quod inſtrumenta varia aliquandiu ſaltem tulerint ſubſcriptionem nominum & crucis more *Saxonico*. Atque tantum dicit Lex nota ſub *Henrico II.* (id eſt, minime diu poſt tempora *Henrici I.*) ſi ad minimum credere licet libro qui aſſeritur *Randall de Glanvill. Si debitor* (legimus lib. 10. cap. 12.) *cartam ſuam non advocat, duobus modis eidem contraire vel contradicere creditor poteſt, ſcilicet ipſum ſigillum in curia recognoſcendum ſuum eſſe. &c.* Vide & alia teſtimonia *33. Henric. 2. ap. Cokium in præfat. ad l. 3.* Ex Bracton etiam manifeſtam frequentia fuiſſe ac partem eſſentialem cujusque inſtrumenti juxta Legem cognitam, non ſolum hoc ſed & ſuo tempore (quod fuit ſub *Henrico III.*) quanquam adhuc eruditi quidam male perſvaſi de Domino *Richardo Lucie* primario *Angliæ* juſticiario ſub *Henrico II.* increpante hominem plebejum, quoniam uſurpaverit ſigillum, & ex aliis levibus teſtimoniis, ſtatuerint, ejus uſum non fuiſſe licitum univerſis hominibus, usque ad tempora *Edwardi III.* Poteſt eſſe quod aliquis alius cujusdam viri uſurpaverit ſigillum, (quod pro infami dolo habitum) vel uſus fuerit ſigillo Armorum, Nobilibus ſaltem proprio, & habentibus

b *Vide ſupra cap. 3. §. 24.* Nota *de Sigillorum uſu ſic de Matilloni de re diplomat. Lib. 2. unde nobis ex corpore quadam prælî feſtinatio non permittit.*

pag. 301 ed. Fr. *Ranulphus de Glanvilla, de acquir. rer. Dom. cap. 16. § 12.*

Videſis Lambard in ſit nerar. Cantii. pag. 405.

tibus majus ſuum ac minus ſigillum, illudque ut videtur fuit, Sigillum Armorum, hoc aliam quandam figuram exhibens ſine ſcuto. Quod vero nemini licuerit uti ſigillo ad inſtar minoris Nobilium, minime mihi videtur probari poſſe. De majore autem & minore ſigilla obſerva obiter teſtimonium *Johann. de Burgo*, ſub *Henrico III. Ioh. de Burgo* (habet Rotulus illorum temporum) *cognovit quod oppoſuit parvum ſigillum ſuum cuidam ſcripto quod fecit Decano & Capitulo de Lichefeud, de confirmatione & quieto clameo de advocatione de Herdel, & apponet ſigillum ſuum magnum prædicto ſcripto circa tertiam ſeptimanam poſt Paſcham.* Illud autem Comitis *Ceſtrienſis* eſt tantummodo inſigne Monachi in principio diplomatis Confirmantis, non vero pars ipſius diplomatis. Ideoque non aliud reperiens teſtimonium antiquum, exiſtimo Monachum fuiſſe deceptum cum ſcriberet *Nondum enim militari balteo cinctus eſt*, aut exiſtimavit, quod Comes infans exiſtens ſeu minorennis & ſub tutela matris (quæ jungitur ipſi in diplomate) uſus hic fuerit ſigillo matris, ut & in epiſtolis ſuis. Factum enim id (ut apparet ex feudali libro) menſe *Majo* anni ſexti *Henrici* primi, ſeu MCVI. i.e. tertio circiter anno poſt mortem Comitis *Hugonis*, qui Pater fuit hujus *Richardi*, cum veriſimiliter adhuc minorennis eſſet. Et *erat adhuc juvenis* (ſic eum bis nominat *Ordericus*) cum aquis mergeretur, ex *Normannia* navigaturus cum *Wilhelmo* Principe, filio & hærede deſignato *Henrici I.* Regis aliisque, anno MCXIX. quo tempore adminimum fuiſſet triginta quinque annorum, ſi vigeſimum primum annum jam exceſſiſſet, ſeu majorennis extitiſſet, cum obſignavit hanc Confirmationem *Abingdonienſem.* Jam Lex erat, ut quivis Eques creatus etſi infra annum vigeſimum primum, pro majorenni haberetur neque ſub tutela eſſet (uti paulo poſt docebitur) mos præterea erat, ut ejuſmodi magni Domini Equites ſæpe fierent antequam annos illos attingerent, veniam ætatis conſecuti: Verum cum ſub tutela eſſent, uſi ſunt fortaſſis ſigillo Tutorum, ne forte ignorantes uſum ſigilli proprii, male uterentur illo læderentque honorem ſuum ſi non etiam bona ſua. Et veriſimile eſt Monachum per verba, *nondum erat baltheo militari* cinctus voluiſſe innuere *nondum fuiſſe majorennem.* Ita ut Sigilli uſus non pertinuerit ad ſolos Equites, verum ad majorennes ſolum cujuscunque fuerint conditionis.

Hill. 44. Henr. 3. Placit. ap. Weſtm. Rot. 28. in arca Londin.

Eccleſ. hiſt. l. 4 pag. 522. B. & l. 12. pag. 870. A.

Meliori tamen hæc ſubmitto judicio. *Venia* quoque *ætatis* conceſſa per receptionem dignitatis hujus eſt peculiaris honor ordinis Equeſtris. Nam utut Lex nolit hæredem Tenentis per militis ſervitium, ipſum perficere hoc ſervitium, donec fuerit annorum viginti & unius, (quæ eſt ratio & fundamentum omnis tutelæ in filios apud nos) verum tamen ſi aliquis creatus fuerit Eques vel ſuperſtite Tenente, vel ipſo mortuo, cujuscunque tandem ſit ætatis, ea ſola de cauſa judicatur eſſe majorennis, & tutela in ipſum vel prævertitur, vel ceſſat. Nam intuitu quod per leges Honorum judicatur Miles eſſe; ideo per communem legem pariter judicatur eſſe capax ad perficiendum ſervitium, ita ut ipſe non amplius ege-

5. Iacobi Coke part. 6. fol. 73. Plowd Comm fol. 267. Coke part. 8. f. 173.

at corporis ſui Cuſtode. Atque ſic hodienum lex in uſu eſt, prout etiam olim fuit teſte magna Charta Regis *Iohannis* nec non *Henrici* tertii, ubi legimus *Si hæres infra ætatem fiat Miles, nihilominus terra remaneat in cuſtodia Dominorum ſuorum usque ad ætatem XXI. annorum*; id eſt, quamquam corporis tutela deſinat, in caſu ſuſceptæ Militaris dignitatis poſt mortem Tenutarii) attamen agri permanent Dominorum, usque ad plenam hæredis ætatem, acſi penitus ordinem militarem non fuiſſet conſecutus. Hinc factum quod ſub *Henrico II.* aliqui multati ſunt quoniam curarunt ut alii præter Regem (nam ſic intelligo iſta juxta legem illorum temporum) crearent milites eos qui ſub Regis fuerunt cuſtodia; ſic enim ipſe per-

Rot. mag. 15. Henr. 2. Norf. & Suff. placit. Archid Pictavienſis.

didit Tutelam corporis. *Avellina de Ria* (inquit rotulus) *reddidit computum de C. & XLVI. lib. & XIII. ſolid. & IV. denar. quod fecit filium ſuum militem, qui erat in cuſtodia Regis. In Theſauro XX. Marca & debet CLIII. lib. & VI. ſol. & VIII. denar.* Sic & alii.

XXXVIII. *Degradatio Equitis* pertinet etiam ad conſiderationem dignitatis Equeſtris generalem, & quoniam ceremoniæ hic adhibitæ Creationi ſunt Contrariæ, ſejunctim juxta diviſionem factam tractabimus eas. Nam ſicuti ſecundum Jus Canonicum Clericus ob aliquod Crimen tradendus Civili Magiſtratui (ne videatur totus Clerus affici infamia, ſicut iſte afficitur pœna) primo dignitate ſui ordinis majoris vel minoris exuitur, uti etiam fit, quando crimen ejus ab Eccleſia puniendum, tantum eſt, ut ſcandalo eſſet univerſæ Cleri dignitati, ſi damnatus ad pœnam, ſubiret eandem ordine ſuo vel charactere adhuc ſacro conſpicuus. Sic

ob

ob honorem Equeſtri ordini in genere debitum, (proſtant ejus exempla) ſententia in perduellem Equitem non fertur, niſi prius Equeſtri dignitate fuerit privatus, ne ignominia comitans delinquentem, redundet etiam in quemvis Equitem. Neque diu eſt quod varia degradationis exempla edita fuerint, adeo nota, ut recenſere eadem ſtudio negligam. Et ſicuti juxta JusCanonicum ceremonia degradationis ab aliquo ordinis gradu eſt ſolennis ademtio earum rerum, per quas Clericus fuit inveſtitus; ita ceremoniæ degradationis equeſtris erant olim ademptio publica gladii, & calcarium quibus antehac fuerat cinctus, dum crearetur Eques, & alia nonnunquam ſolennia. Sententia cum eſſet ferenda in *Andream Harclejum* Comitem de *Carbile* ſub *Edvardo 2.* ob crimen læſæ Majeſtatis Judices (per commiſſionem denominati) antequam pronunciare vellent, juſſerunt: ut prius *deceint deleſpee* (ſic monumenta ejus convictionis) *& que vous eſperouns d' orres ſojent coupez de talouns*, deinde elocuti ſunt ſententiam adverſus eum, quod revera idem eſt, quod *Thomas de Walſingham* de ipſo inquit *16. Edvar. 2. Walſingham pagin. 118. ed. Francof.* niſi quod addat, (ut & facit *Aversbury apud Camden. in Britan. pag. 780.* exutas quoque ipſi Chirothecas & calceos in degradatione iſta. *Quadrifario judicio*, ait, *condemnatus eſt. Nempe primo degradatus amputatis ſecuri ad talos ſuos calcaribus, & ſic vicinſſim diſcinctus eſt baltheo militari, ablatis calceis & chirothecis. Deinde tractus, ſuſpenſus & in quartas diviſus eſt.* Verum in hiſtoriis noſtris hæc degradatio varie traditur. Dicunt aliqui quod fuerit ductus ad Judicium *more Comitis* (verba ſunt *latine facta* libri anglicani hiſtorici antiqui cui titulus *The fruit* [a] *of Times*) *ſplendide veſtitus, gladio cinctus & tibialibus & calcaribus amictus.* Deinde Dominus *Antonius Lucius* (quem author vult fuiſſe Judicem tempore accuſationis ejus; verum directe adverſatur Annalibus, qui faciunt Judices illo tempore *Edmundum* Comitem *Cantii*, *Johannem* Dominum *Haſtingis* & alios Dominum *Antonium Lucium* vero Sheriffum *Cumbriæ* ſervientem iſtis in *Carbile* congregatis) ſic ad eum locutus eſt. *Domine Andrea, magnum Tibi honorem exhibuit Rex, fecitque Comitem de* Cardoil, *Tu vero ceu perduellis in Dominum Regem abduxiſti hujus Comitatus incolas, qui debebant eſſe illi auxilio in pugna* Beighlandenſi *juxta Provinciam Copelandiæ & per Comitatum* Lancaſtriæ, *quare Dominus noſter*

Videſ. proceſſ. & Iudic. Rot. Parl. 18. Iacobi Reg.

Placit. coram Rege Hil. 18. Ed. 2. Rot. 34. & 35.

[a] *Fructus temporum.*

ſter Rex ibi victus eſt a Scotis ob perduellionem tuam & fraudem, nam ſi tempeſtive adfuiſſes, viciſſet ipſe. Et crimen hoc commiſiſti auro corruptus & argenti ſumma acceptum a Jacobo Duglaſſo Scoto, Regis inimico. Eſt igitur Domini Regis voluntas, ut dignitas Equeſtris, per quam omnem honorem & Excellentiam tuam adeptus es, in nihilum penitus redigatur, tuaque conditio aboleatur, ut alii equites ordinis inferioris jam poſt te revereantur Dominum, Te in variis Angliæ Provinciis vehementer exaltantem: omnesque Tuo diſcant exemplo Domino ſuo impoſterum ſervire. His dictis præcepit puero reſecare ejus calcaria a calcibus ejus, & gladio ſupra caput ejus fracto, quem Rex ei dederat ut eo defenderet regnum ſuum, quando creavit eum Comitem in Cardoil, *Iuſſit etiam ipſi exuere togam, pileum & pilleam tunicam, ut & Cingulum diſcingere, quibus factis, dixit ei* Andrea, *jam tu non es Eques, ſed Nebulo.* Deinde, pergit idem Autor, *ſententia perduellionis lata* eſt. Hic apparet quod privatus ſit æque Comitiva ac dignitate Equeſtre, id quod & alii diſerte affirmant, narrantes ſententiam fuiſſe, quod debuerit privari Comitatus ſui honore, per ademtionem gladii, quo cinctus fuit in creatione ſua, pariterque Equeſtri dignitate per abſciſſionem calcarium ejus ab ipſius talis. Alii aliter. Annales autem hic optimam præbent veritati normam. Addere his poſſumus præfationem illam ſententiæ latæ in crimen læſæ Majeſtatis adverſus Dominum *Radulfum Gray*, a Comite *Wigornienſe* ſummo Conſtabulario Angliæ ſub *Edvardo IV.* ubi commemorantur degradationis ceremoniæ quanquam ſententia degradationis adverſus eum minime fuit prolata. Et fortaſſis hæc in Dominum *Radulfum Grey* prolata ſententia intelligenda eſt de Equite Balnei ſi reſpiciamus ceremonias abſciſſorum a Cookio calcarium hic commemoratas. Aſt utcunque ſit, tradimus eas hic, prout reperimus. *Domine Radulphe Grey Eques ob perduellionem* (ait Conſtabularius *Anglia* ante ſententiam prolatam) *Rex decrevit quod calcaria tibi abſcindi debeant a calcaneis tuis, per manum Cooki, qui hic præſto eſt facere tibi denunciata, illo ipſo tempore cum ademit tibi calcaria tua, dixitque tibi prout moris eſt, ſi tu non fueris fidelis Summo tuo Principi, quod debeat reſecare calcaria tua cultro ſuo prope calcem tuam: atque ſic oſtendit ſe Cookius paratum ad perficiendum ſuum munus cultro ſuo. Porro Domine* Radulfe Grey *Rex juſſit, hicque potes videre Reges Armorum, & Feciales, tuaque propria inſignia, quæ debent avelli a corpore tuo, debes aque degra-*

apud Holingſhed Hiſtor. Angl. pag. 334.

Vide infra, §. 45.

T. Stow. in annal. pag. 693. & 694. Edit. 6et. in quarto.

degradari & orbari venenatione tua, Nobilitate atque inſignijs, ac dignitate tua equeſtre. Hic etiam eſt alius pictum tuorum inſignium reverſatorum, quæ geſtare debuiſſes in corpore tuo tendens ad mortem: id enim competit tibi juxta legem. Veruntamen privationem ordinis equeſtris, inſignium & Nobilitatis remittit tibi Rex propter nobilem Avum tuum, qui mala multa perpeſſus eſt nobiliſſimorum Regis prædeceſſorum cauſa. Atque ſic pronunciavit ſententiam perduellionis in eum. De Equitis Degradatione vide plura in *Wilhelmi Segar Honore* militare atque Civile *lib. 2. cap. 4.*

Hic recte licebit nobis addere genus quoddam degradationis temporariæ vel ſuſpenſionis ab Honore (ad minimum ſpecietenus) per pœnitentiam ab Archiepiſcopo *Cantuarienſe Iohanne Peckham* una cum Epiſcopo *Saluburienſe*, tanquam delegatis anno MCCLXXXV. vel 13. *Edv. 1.* injunctam Domino *Osberto Giffardo* Equiti, quoniam rapuerat Moniales duas ex Abbatia *Wiltonienſe*. Pœna erat quod nunquam in aliquod amplius intrare debeat Cœnobium Fœminarum, quod nec unquam debeat conſiſtere in præſentia cujusdam Monialis absque licentia Diœceſani ſui, quod debeat ter incedere *nudus in camiſa & femoralibus*, in Eccleſia *Wiltonienſe* (non tamen in præſentia Monialium) & quavis vice *fuſtigetur*. Sic etiam in *Saluburienſe* foro & *Shaftesburienſe* Eccleſia. *Præterea* (inquit ſententia) *Inſignijs militaribus interim ſit privatus, nec calcaria deaurata, nec Gladium, nec Sellam militarem aut deauratas faleras habiturus, nec veſtes colonatas, ſed tantummodo in Ruſſeto cum agninis pellibus vel ovinis, nec calciamenta niſi vaccina; nec utatur comiſſa poſtquam prædicto modo fuerit fuſtigatus. Et hæc omnia ſibi injungimus in virtute præſtiti juramenti ut taliter extra militiam agat vitam, donec per triennium ſteterit perſonaliter & integre in terra Sancta, niſi infra triennium Dominus Rex Illuſtris ipſum revocandum duxerit ex gratia ſpeciali.*

Regiſt. Ms. f. Pekham Arch. Cant. fol. 119. 9. Kal Martii.

XXXIX. *Equites Banneretti* apud nos iidem ſunt, qui in *Gallia* olim, niſi quod nullum habeamus exemplum ipſos creatos eſſe per diploma, vel titulum in *Anglia* fuiſſe hæreditarium; quæ ambo videmus in *Gallia* frequentata. Et quanquam habeamus diplomata eorundem creationes commemorantia, attamen vix meminerunt alius generis quam collati ordinis Equeſtris Baccalaureatus in honorariis diplomatibus quæ Exteris traduntur (uti ſupra oſten-

oſtenſum) in tempore præteriti perfecti, vel recitant ſolummodo iſtos recepiſſe dignitatem. Literæ patentes etiam ſolummodo traduntur ex quadam Regis [a] liberalitate ad confirmandum honorem ipſum. *Milites vexilliferi* aliquando vocantur in hiſtoriis noſtris [b], temporum quæ antecedunt uſum vocis *Bannerettus*, hanc dignitatem denominantis.

Dicit *William Segar lib.2.cap.10.* (*& vide Camden. Britan. pag.124.*) nullum poſſe creari Equitem Bannerettum niſi in Campo, idque ſi vel ipſe Rex præſens eſt, vel ad minimum Regium ejus vexillum. Creatio autem fere eadem eſt cum illis antiquis *Gallorum* ceremoniis in traditione vexilli ſolenne conjuncti cum inſignibus creandi, quæ in quadratam figuram cõplicata poſtquam extremo haſtæ vel lanceæ affixa vel infixa fuerunt, oſtenderunt habuiſſe eum in campo inſignia ſua lanceæ appenſa ante creationem. Atq; hoc factũ æque ante ac poſt pugnam, recordor enim in prælio *Newarkenſe* Dominum *Gilbertum Talbot*, Dn. *Iohannem Sheyny*, & Dn. *Wilhelmum Stoner* ante illud creatos, decem vero alios poſt prælium ab *Henrico* ſeptimo. Singulare exemplum eſt apud *Froiſſardum* Domini *Iohannis Chaundos* quem *Edvardus* Princeps niger creavit equitem Bannerettum aſſiſtente Domino *Petro* Rege *Caſtiliæ* ante pugnam *Navarretenſem*. Dominus *Iohannes Chaundos*, affert vexillum (*la quelle*, ait, *encores navoit nullement boutee hors de ſon eſtuy*) juſſus cum inſignibus ſuis & complicatum ad Principem, his verbis; *Monſeigneur veez cy ma Banniere; je la vous baille par telle manniere qu' il vous plaiſe la d'evelopper & que au jour duy je la puiſſe lever.* Car (*dieu mercy*) *i ay bien de quoy en terre & heretage pour tenir eſtate ainſi come appertinent a ce.* Deinde Princeps una cum Domino *Piedro* accepit vexillum ab ipſo reddiditque ipſi explicatum his verbis: *Meſſire Iehan, Veez de cy voſtre banniere, Dieu vous en laiſſe voſtre preu faire.* Poſthæc rediit Dominus *Iohannes Chaundos* ad cohortem ſuam, & magna cum lætitia apud hanc, Vexillum ipſius elevatur geſtaturque ab Anglicano quodam Armigero quem *Froiſſardus* appellat *William Alery*. Antiquiſſima mentio quantum recordor, ipſius nominis dignitatis hujus, eſt regnante *Edvardo I.* in computo veſtiarii ipſius. Et in aliis ejusmodi teſtimoniis Bannerettorum ſæpe fit mentio. Ac, niſi multum fallor, legimus creatos ab ipſo aliquos in hiſtoriis noſtris.

Cum

[a] *Vide Rot. Vaſcon. 13. Ed. 3. m. 13. pro Will. de la Poole m. 1 pro Richard. de Cobham. & pat. 15 Ed. 3. part. 2 m. 22. pro Johanne de Coupeland. &c.*

[b] *Matheus Pariſ. pag. 354. aut 1333. & 1355 edit. Lond.*

Nota. *Vid. de Vexillis Bannerettorum Speneri op. Herald. Part. Gener. part. 1. cap 3. §. 24. Ms. ubi de Coronat. Henr. 7. Baptiſmo Arthuri Principis &c. pag. 27. in bibliothec. Cotton.*

Cum Rex *Edvardus I.* caſtra metaretur ante *Berwicum, exercitu præparato in planitie* (ait *Walterus* de *Guburne*) *fecit ibidem Rex novos milites Henricum ſcilicet de Percy cum aliis multis, quod cum vidiſſent Marinarii noſtri qui cum XXIV. navibus bellicis expectabant in Mari eorum portu credebant Regem velle confeſtim inſultum facere urbi eo quod, videbant armatum exercitum & multa vexilla explicata, moxque cum fluctibus maris redundantibus & ipſum portum ingreſſi ſunt*; deinde pergit hiſtoria ſic ut in aliis. Verum quæ hic dicit Autor intelligenda ſunt de creatis pluribus Equitibus novis a Rege, quam Ceremoniam in mari, qui erant, videntes, putabant eſſe ſignum cujusdam inſultus, quoniam videbant cohortes armatas, necnon multa vexilla expanſa. Jam clare apparet ex vocibus *credebant* hic, & *æſtimantes* eodem ſenſu apud *Thomam Walſingham* ſub anno 1207. pag. 66. ed. Fr. l. 12. (qui ipſam rem narrat, quamvis non omnia particularia) & ex circumſtantiis integræ hiſtoriæ, quod in mari expectantes male interpretati fuerint quæ viderunt, quoniam exiſtimarunt Vexillorum explicationem eſſe ſignum præſentis in Rege conſilii de inſultu faciendo. *Chron. de geſt. reg. Angl. cap. 269. Ms.*

Sub his Bannerettis varii Equites Baccalaurei & Armigeri vulgo merebant, & juxta eorum numerum Bannerettis dabantur ſtipendia; ut *Domino Johanni de Segrave Banneretto vadiis ſuis, Domini Johannis de Sancto Johanne Banneretti XI. militum, & XLI. ſcutiferorum ſuorum a primo die Octobris, quo die equi ſui fuerunt appreciati, usque tertium diem ejusdem menſis, utroque computato per tres dies, cuilibet Banneretto IV. ſolidos, cuilibet militi II. ſolidos, & cuilibet ſcutiferorum ſuorum per diem XII. denarios. &c.* quæ leguntur in quibusdam rationibus veſtiarii vel Armarii 4. *Edw* 2. Videque in iſtis computationibus, quæ ſuperſunt in Ærario, plura; rarum vero eſt, quod Bannerettus meruerit ſub Banneretto, ſicuti hic fecit Dominus *Johannes de Sancto Iohanne*, ſub Domino *Johanne Segrave*.

De nomine Bannerettorum aliquando denominante Baronem Parlamentarium vide §. 25. Et ſicuti in ſignificatione iſta uſurpatum, ſæpe ſcribitur *Baronet*, ita & hic. Nec antiquæ ſolum hiſtoriæ *Baronettos* ſæpe dicunt pro *Bannerettos*, verum & in diplomate pro Domino *Radulfo Fane* Equite Banneretto ſub Rege *Edvardo* Sexto vocatur *Baronettus* pro *Bannerettus*. *Rot. Pat. 4. Ed. 6.*

XL. De Equitibus *Periſcelidis* tantum extat ceremoniarum, veſtium aliarumque rerum ad inveſtituram eorum pertinentium, regularum, ad quas ſtatutis ſuis obſtricti ſunt, Officiorum & ſimilium, in *Camdeno, Lelando, Polydoro, Segario, Glovero, Favino, Erhardo Cellio* Ducis *Wittembergici* ſub *Iacobo* Rege inveſtituram deſcribente, *Johanne Olero* deſcribente inveſtituram Principum *Palatini* & *Anuſiacenſis* ſub eodem Rege aliisque, ut non neceſſarium omnino videatur addere quicquam. Et ſi quispiam cupit Allegoriacam iſtarum rerum expoſitionem, legat veterem librum cui titulus *La Gerreteire*, ſeu *ſpeculum Anglorum*, ſcriptum a *Mondorio Helvaleti* Monacho *Cluniacenſe* (qui fuit hic aliquando Legatus)& nuper editum a *Philippo Bosquier* cum titulo *Catechismus Ordinis Equitum Periſcelidis Anglicana*. Duo tamen ſunt, de quibus minus opportune addi poſſe nonnulla minime reor. *Tempus* & occaſio inſtitutionis, ac *S. Georgius* Patronus Ordinis.

prope finem Genealog. Comit. Naſſoi. edit. Lugd. Batav. 1616.

Quanquam origo ejus tribuatur, & recte, Regi *Edvardo III.* attamen propoſitum inſtituendi eum dicitur multo antiquius eſſe ab Autore qui ſcripſit ſub *Henrico VIII* librum ſeu *Inſtitutionem clariſſimi ordinis militaris a prænobili ſubligaculo nuncupati*. Ait quod *Richardus I.* voluerit inſtituere illum in Bello ſacro, ubi ad tædioſam quandam obſidionem *tandem illabente per Divi Georgii, ut opinatum eſt, interventum Spiritu, venit in mentem ut quorundam electorum militum cruribus coriaceum ſubfibulum quale ad manus tunc ſalum habebat, indueret, quo futuræ gloriæ memores & conducto, ſi vincerent ad rem fortiter ac ſtrenue gerendam expergefierent, ad Romanorum inſtar apud quos illa Coronarum varietas, quibus variis de cauſis donati ſunt & inſigniti milites, ut his velut irritamentis excuſſa vecordia virtus animi fortitudoque pectoris fervidior exurgeret atque exiliret.* Qualenam habuerit teſtimonium antiquum ad iſta confirmanda nondum didici. Sed de *Edvardo III.* utut certum ſit ipſum fuiſſe ejus autorem primum, *& in honorem Omnipotentis Dei, nec non Beatæ & immaculatæ Virginis Mariæ, Beati etiam Martyris Sancti Georgii Patroni vere nobilis regni Angliæ, & S. Edvardi Regis ac Confeſſoris, in exaltationem Sanctæ fidei Catholicæ, inſtituiſſe, confirmaſſe, creaſſe, ac fundaſſe eum* (quæ verba ſunt anglice ſcripta ſtatutorum Mss ordinis tempore *Henrici* Regis VIII) attamen tempus & occaſio inſtitutionis non admodum certa ſunt. Dicunt aliqui

Ms.

cæ-

cœpiſſe ordinem hunc Equeſtrem poſt bella feliciter geſta contra *Gallos*, & quidem Anno MCCCL. vel anno regni ipſius vigeſimo quarto; & quod periſcelis fuerit inſigne ejus, quoniam *Garter* (latine *periſcelu*) fuit ſymbolum militare in prælio. Videturque eo libentius eos projeciſſe periſcelidem, quoniam ſciverunt in prælio ad *Caletum* anno MCCCLIX. Regem ipſum ſtricto gladio publice in exercitu invocaſſe *Sanctum Edvardum* & S. *Georgium* ſimul, ſicuti refert *Walſingham*. Alii trahunt originem ejus ex *Iohanna* Comitiſſæ *Cantii* & *Saluburi* Periſcelide; quæ, decidens ex ejus pedecum ſaltaret, ſublata fuit a Rege, *Iohannam* deperiente, & alligata (ſicuti porro affirmant) ab ipſo Rege pedi ſuo, qui vel Reginæ zelotypiam obſervans, vel Dominos quosdam id hilariter advertentes, dixit omnibus palam *Hony ſoit qui maly penſe* (juxta illud *Philippi* videntis Legionem *amantium* cæſam in prælio ad *Chæroneam* dicentisque ἀπόλοιντο κακῶς οἱ τοῦδε τι ποιεῖν ἢ πάσχειν ἀγαθὸν ὑπονοοῦντες *male pereant male de his cogitantes*) & quod brevi periſcelis debeat ſummo honore affici. Alii idem aſſerunt de Reginæ periſcelide. *Hæc vulgus perhibet* (inquit *Camdenus*, breviter enarrans opiniones varias) *nec vitio ſane hæc videatur origo, cum, ut ait ille, Nobilitas ſub amore jacet.* Idemque ante ipſum aſſerit *Polydorus Virgilius*. In hac occaſionis incertitudine vulgares noſtræ hiſtoriæ vix ullam præbent lucem. Neque video ubi accendenda. Sed de *Tempore*, videtur potius fuiſſe annus MCCCXLIV. vel decimus octavus *Edvardi tertii*. Illo enim cœpit, *Froiſſardus* ait diſerte vol. 1. cap. 101. *Conſmire de Seint George*, ſeu *de les Chivaliers de la bleu Jartier*, ut vocat, *Winſoria*. Et quanquam erret in eorum numero (quadraginta enim vult eſſe, ut exemplaria ejus habent) attamen quoniam facilius ſcire potuit tempus, in ejus invidens ætatem, nec potuit non tam ex fama publica notum eſſe magis quam numerus (qui vel male ab ipſo intellectus, vel male per exſcriptores ad nos devenit) certe ipſi credere poſſumus. Idque eo citius, quoniam ſcimus ab aliis conterraneis noſtris, quod illo ipſo anno ſolennis ac frequens congregatio Equitum fuerit aſſignata a Rege in Caſtellum *Windeſoriæ* ad erigendam ibi ipſius rotundam menſam, cujus occaſione Rex *Galliæ* idem fecit, ut præveniret, in quantum poſſet, concurrentes hic Equites, inque *Galliam* traheret. Videtur etiam quod ex hoc conſilio & fine præ-

V. Lelandum ad Cygn. Cāt. Verb. Windeſora *& Camden. in Atrebatiis pag. 207.*

Plutarch. in Pelopida.

Thom. de Walſingham ſub ann. 1344.

fixo iſtius rotundæ tabulæ in *Windeſoria*, erectæ eodem anno, quo novus Garterii ordo inſtitutus & deſignatus eſt, ut celebraretur die S. *Georgii* iſto anno, uti etiam ex *Froiſſardo* colligere licet; ipſe ordo habuerit primariam originis ſuæ portionem. Aliæ narrationes de Reginæ periſcelide ſeu Comitiſſæ *Cantii* & *Saliburii* in tantum ſatis bene cum hac conſiſtere queunt, quod verbum & uſus periſcelidis cœperit ſicuti Traditiones ſupponunt, verum quod Ordo primariè erectus fuerit ex hac rotunda menſa, illius temporis, tanquam ê ſeminario. Nam rotunda menſa ſingularis fuit uſus illis temporibus ad convocandos fortes Equites, nec non Fœminas nobiles. In Encomiis ſui Equitis, ſic ejus meminit *Chaucer*,

Full offtentime he had the Bourd begon
Above all Nations ----

Teſte *Froiſſardo* etiam in Gallico quodam Chronico ſcripto a Gallo tempore *Henrici VIII.* (qui gallus fuit in *Anglia* cum Legatis quibusdam Gallicis) cui titulus: *les grandes Chroniques de Bretagne*, legimus; *L'an MCCCXLIV. le roy Eduvart d' Angleterre fiſt a Vindeſore une feſte moult ſolennelle en la quelle il crea & eſt-abliſt l' ordre de la bleu Iarretiere ſur la quelle ſont en langvage Francois eſcriptes ces mots* Honny ſoit qui mal y penſe. *Et fut pur un jeune mignongne a qui la jarretiere bleue tomba eu danſant devant le roy & la leva ung chevalier que diſt les deſuisdites paroles. En ceſt jarretiere furent primerement receus quadrante chevaliers dont le roy & ſes enfans & les plus grands Princes & ſeigneurs de ſa terre eſtoyent. Et ordonna que d' an en an le jour Saint Gregore a ſen feroit la feſte dedans le chaſteau de Vindeſore le quelle Chaſteau le roy Artur avoit fait faire autreffois edifier, & in iceluy tener la noble ronde &c.*

a *Pro S. George procul dubio.*

XLI. Sanctus hujus Ordinis fuit & eſt Sanctus *Georgius* Magnus Martyr, nec non Patronus *Angliæ*: Sicuti Sanctus *Dionyſius* eſt Patronus, *Franciæ*, S. *Andreas Scotiæ*, Sanctus *Jacobus* Hiſpaniæ &c. Ipſe ordo ſæpe appellatur Ordo S. *Georgii* æque ac *Periſcelidis*. Inde *Chaucer* ſcribit ad Equites iſtius Ordinis

Statut. Ord. Gart. ſub Henr. 5. &c.

--- For Gods pleaſaunce
And his mother/ and ſignificaunce

That

That ye been of Saint Georges ſiwere/
Doeth him ſervice and Knightly obeiſance
For Chriſtes cauſe is his well Known ye.

Cum ordo inſtitueretur iſte, Sacellum etiam *Windeſorienſe* ejus conſecratum eſt honori, & dies ei Sacer, aſſignatus eſt annuæ ſolennitati Equitum. Martyrum ſubiit (ut dicunt) in nona perſecutione ſub *Diocletiano*. Dicunt aliqui fuiſſe annum CCXC. poſt *Chriſtum* vel *Diocletiani* ſeptimum. Locum ubi paſſus eſt nominant *Rama* vel *Ramel*a in *Paleſtina*. Nomen ejus cito celebratum eſt in Orientali & occidentali Eccleſia, multæque ipſi ædes dicatæ & fraternitates, multa etiam ipſi vota nuncupata tempore Belli Sacri. Quatuor autem præprimis de ipſo dicenda. Primo teſtimonia de ipſius nomine, adeoque conditionem ejus innueentia, de Martyrio in genere, & honore (nolo enim attingere miracula ejus) in Eccleſia Orientali; Secundo conſignatio teſtimoniorum ſimilium in Eccleſia occidentali; niſi quod teſtimonia *Angliam* concernentia reſerventur ad membrum tertium, quod exhibet, quomodo ab *Anglis* fuerit in Patronum electus, atque inde hic celebratus eſt die ipſi ſacro. Quarto conſideranda figura qua utplurimum pingitur.

Teſtimonia Eccleſiæ Græcæ; quæ attribuuntur *Paſicrati* ſervo (ut dicunt) S. *Georgii*, iſtiusque acta, a *Simeone Metaphraſte* ſcripta ſatis ſunt obvia. Neque de ejusmodi obviis plura dicemus quam quod nominabimus ea. In quibusdam antiquis ritualibus iſtius Eccleſiæ Orientalis (ubi & alii leguntur Sancti ejusdem nominis Chriſtiani, ſatis manifeſte tamen ab hoc diſtincti, ut *April.* δ & ζ & ι β) dicitur, ut & alibi, ex *Cappadocia* ortus eſſe. Additur etiam in Ritualibus iſtis, quod fuerit ex egregia familia oriundus, & Celebris campi Dux in bellis ſub *Diocletiano*, & cum martyrium ſubiret, Comes extiterit. Hic eſt ſenſus verborum: Ὁ ἐνδοξος καὶ θαυμαστὸς καὶ μέγας μάρτυς Γεώργιος κατὰ τὰς χρόνους ἦν, Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως, ἐκ χώρας τῆς Καππαδοκίας γόνος ὑπάρχων ἐκ τῶν τριβούνων στρατείας διαπρεψας. ἐν ᾧ δὲ ἀθλεῖ ἔτυχε, κόμης ἦν τὴν ἀξίαν.

Latine habentur apud Lipomanum, & apud Sarium Tom. 2.

Μηνὶ τῷ αὐτῷ Aprl. κα & Antholog. eodem die.

Porro dicunt quod ibidem Caput ipſi fuerit amputatum, ideoque narratio de ipſo præfixos habet iſtos jambicos verſus, & hexametrum quomodo & in aliis Sanctorum hiſtoriis fieri ſolet.

a *Vide authorem apud Baronium in Martyrol. April. 23.*

b *Anna Comnena Alexiados lib. 8. Robert Monach. hiſt. Hieſolym. lib 8. Guil. Malmesb. de geſtis reg. lib. 4. alii.*

Ἐχ-

Ἔχθρὲς ὁ τίμιων Γεώργιος ἐν μάχαις
Ἐκὼν παρ' ἐχθρῶν πίπτει αἱματόεις ξίφος.
Ἥρι Γεωργίου εἰκάδι τριτάτῃ αὐχένα χαλκὸς.

i.e. *S. Georgius cadens hoſtes in bello, ſponte caſus eſt a gladio hoſtium.* Et *Vigeſima tertia die* (Aprilis) *capite plexus eſt.* Admodum multæ ibi quoque reperiuntur invocationis formulæ, ubi præter Sveta Attributa (ad bellum reſpicientia) Martyribus addita, (omnes enim appellantur *candidati exercitus* ut in cantico *Te Deum*; Τὸ ἀγλαὸν τῶν μαρτύρων στράτευμα, in Græcarum precum libris, & noſtris *the Noble Army of Martyrs*) multa ipſe accepit aliquando diſertè, aliquando per alluſionem innuentia militarem ejus conditionem & auctoritatem, & quod ſit magnus militum Patronus. Τὸ μεγάλε βασιλέως, στρατιώτα Γεώργιε *Sancte Georgi miles magni Regis* & χαίρεις τῶν ἀθλητῶν ὁ μέγας ταξιάρχης & μαρτυρικῆς πανοπλίας ὁ ταξιάρχης, καὶ τῶν πιστῶν ἁπάντων προφύλαξ καὶ τεῖχος, καλλίνικε Γεώργιε, *Opem fer pugnantibus, o magne Campidux. Martyrum Exercitui Prafecte dignissime; omnium fidelium refugium & murus esto victoriose S. Georgi* Appellatur etiam Μεγαλομάρτυς & μυροβλύτης χριστὸς ἀθλητὴς id eſt, ſingularis & victorioſus Chriſti miles. ἄριστος προστάτης optimus Patronus vel Anteſignanus etſimil. In precibus ad eum poſtulant interceſſionem ejus æquè pro orbis pace, ac pro ſalvatione animarum ſuarum: πρέσβευε ἀδιάλειπτα (ſic precantium verba ſunt) ὑπὲρ εἰρήνης τοῦ κόσμου καὶ σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Omitto alia hujusmodi, addens ſolummodo orationem illam in qua titulus τροπαιοφόρος ipſi tribuitur. Ὃς τῶν αἰχμαλώτων ἐλευθερωτὴς καὶ τῶν πλουσίων ἱκεσίων, ἀσθενούντων ἰατρός, Βασιλέων ὑπερμάχε τροπαιοφόρε, μεγαλομάρτυς Γεώργιε, πρέσβευε χριστῷ τῷ Θεῷ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, *Tu qui es captivorum liberator, pauperum protector ægrotantium Medicus, Regum Antesignanus Trophæa reportans Victorioſus & magnus Martyr Georgi intercede apud Chriſtum Deum pro ſalvatione animarum noſtrarum*: Hoc Epithetum τροπαιοφόρος, (quod reddo *victorioſus*) dudum apud ipſos proprium S. *Georgii* attributum eſt. Habent id tamen quoad rem & alii: *Artemius* deſcribitur ὁπλοφόρος ἐχθρῶν νίκης ἀφόμενος τρόπαια. *Victoriam vel trophæa de inimicis ſuis reportans.* & ſic plures. Nemini vero ex iſtis ita proprium eſt. Neque hujus Eccleſiæ viri liturgiis ſuis

Fide de albis militibus quibus anteſignanus Georgius apud Robertum Monach. hiſt. Hieroſolym. lib. 8.

Habetur tam in Antologico, & Menæo, quam in Horologio seu menologio ad diem 23. Aprilis.

Menolog. in Horologio Oxon. 20.

ſuis inſerentes nomen ejus, absque iſto elogio id faciunt. In *Anthologio* Rubrica liturgiæ iſtius diei qui incidit apud nos in *23. Aprilis* eſt, Τῦ ἁγίυ ἐνδόξυ μεγαλομάρ]υρ Γεωργίυ τῦ Τροπαρφόρυ, id eſt, *Sancti, celebru & magni martyris Georgii Victorioſi vel Trophæa reportantis.* Idem elogium tribuitur ei in Rubrica commemorationis ipſius, ut & in ipſorum magno *Menæo.* Sic etiam reperitur in *Apoſtolo Evangela* in fine eorum *Euchologii*, id eſt, libri qui eſt ſimilis noſtro libro *communium precum*, in eorum *Menologio* inſerto eorundem *Horologio*, id eſt libro Liturgico pro monaſterio, in *Damaſceno Studite*, *Maximo Margunio* & aliis vitam ejus deſcribentibus. Idemque hic eſt titulus cum voce illa corrupta *Tropelophorus*, in *Menologio* Græcorum latine edito a *Caniſio.* Et cum ipſis ſint multi Sanctorum dies in eodem Menſe *Aprilis* (quorum plures in illa Eccleſia ſunt celebres) & commemorationes eo pertinentes, quales ſunt *Sancta Maria Ægypti, Gerontius, Baſilides, Titus, Amphionus & Ædeſius, Theodora, Polycarpus, Nicetas, Ioſeph, Elpidiphorus, Dius, Bythonius, Gallicus, Illyrius, Georgius Malus, Theodolus, Agathopus, Pherbute* & ipſius Ancilla, *Publius, Plato, Theonas, Symeon, Phorbinus, Zoſimus, Claudius, Diodorus Victor, Victorinus, Pappius Nicephorus, Serapion, Theodora, Dydymus, Thermus,* Domina & ejus ancilla, *Pompejus, Zeno, Maximus Terentius*, quinque juvenes martyres *Lesby, Eutychius* Patriarcha *Conſtantinopolitanus, Platonis, duo* Martyres *Aſcalonenſes, Calliopus, Georgius Epiſcopus Mytelenæus, Ruffinus, Aquilina*, ducenti martyres in *Synope Herodianus, Agabus, Rufus, Aſyncritus, Phlegon, Hermes*, (quorum ſex ultimi ſunt ex Septuaginta diſcipulis Chriſti) Papa *Caleſtinus, Euſychius, Badinus,* Martyres in captivitate *Perſica* morientes, *Abdieſus, Macarius, Africanus, &* reliqui ſexaginta tres martyres cum ipſis, *Olda Prophetiſſa, Iacob, Azas, Antipas Pergamenſis*, Tryphæna, *Pharmuthus, Iohannes* Diſcipulus Sancti *Gregori Decapolenſis, Baſilius Epiſcopus Pari, Anthuſa* filia Imperatoris *Conſtantini Copronymi, Demes, Proclon, Artemon, Menas, David & Iohannes*, Papa *Martinus, Maximus, Quintilianus, Dadas, Eleutherius Perſia, Theodoſius, Zoilus, Ariſtarchus, Pudes, Trophimus, Ardalion, Thomais, Creſcens, Anaſtaſia, Baſiliſſa, Leonides Epiſcopus Athenienſis, Theodorus, Pauſolypius, Irene, Agape, Chionia, Felix, Fortunatus, Ianuarius, Septerninus, Charieſſa, Nice, Galene, Calis, Nounechia, Theodora, Symeon Perſia & Abdellas, Chusdazat, Phuſee* & reliqui M. CL. Martyres

cum ipſis, *Adrianus*, Papa *Agapetus*, *Sabbas*, cum reliquis una paſſis, *Coſmas Archiepiſcopus Calcedonenſis*, *Athanaſia*, *Paphnutius*, *Philippa*, *Socrates*, *Dionyſius*, *Georgius Epiſcopus Piſidiæ*, *Tryphon Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus*, *Theodorus Trichinas*, *Zoticus*, *Cæſarius*, *Severianus*, *Theonas*, *Antonius*, *Iohannes* Cognominatus *Palæolaurites*, *Anaſtaſius*, *Antiochenus*, *Zacheus Apoſtolus*, *Probulus*, *Soſſus*, *Fauſtus*, *Deſiderius*, *Alexandra*, *Apollo*, *Iſaacius*, *Quadratus*, *Maximus Patriarcha Conſtantinopolitanus*, *Anaſtaſius montis Sinai*, *Theodorus Syceotes Epiſcopus Anaſtaſiopolis*, *Simon Zelotes*, *Apelles*, *Lucas*, *Clemens*, *Valerius*, *Anatolius*, *Protoleon*, *Athanaſius*, *Glycerius*, *Donatus Therinus*, *Elizabeth*, *Paſientes*, *Valention*, *Euſebius*, *Neo*, *Leontius*, *Longinus*, *Marcus Sanctus Evangeliſta*, *Macedonius Patriarcha Conſtantinopolitanus*, *Baſilius Epiſcopus Amaſenus*, *Glaphyra*, *Iuſta*, *Neſtor*, Symeon agnatus Salvatoris, *& Epiſcopus Hieroſolymitanus*, *Iohannes Confeſſor*, *Publio*, *Eulogius*, *Lolio*, novem Martyres *Cyzyceni*, *Memnon Thaumaturgus*, *Patricius Epiſcopus Pruſæ*, *Iaſon*, *Soſipater*, Septem Martyres a *Iohanne* converſi, *Cereyra* filia Regis *Cercullini*, *Vitalius*, *Iacobus* frater *Iohannis* Theologi, *Clemens* Pœta, & alii plures, quos ſine dubio in hac longa enumeratione omiſi, præter noſtrum S. *Georgium*, quos omnes commemorant in *Aprile* largioris ſui Ritualis; nihilominus in ritualium librorum compendiis, ubi enarrant ſolummodo aliquos eosque eminentiſſimos, S. *Georgius* ſemper habet locum inter ipſos ſignem, & aliquando ſolus, quod manifeſtum eſt teſtimonium ſingularis & inſignis qua ipſum venerantur æſtimationis. In *Menologio* illo, quod eſt pars eorundem *Horologii*, brevis fit mentio illorum quos hic nominavimus, Sanctaque *Maria Ægypti*, *Theodorus Syceotes*, *Symeon* agnatus Chriſti & *Iacobus* frater *Iohannis*, habent ſinguli ſingulas preces inſertas. Nemo autem reliquorum, præter hunc S *Georgium* & S. *Marcum*, qui diebus ſibi aſſignatis commemorantur magis ſolenniter & ſub magis diſtincta Rubrica quam alii, ceu primarii duo iſtius Menſis. Additæ quoque diebus eorum iſtæ ſingularis feſti notæ: Ἀργία, οἴνου καὶ ἐλαίου κατάλυσις; id eſt, *abſtinentia a labore, & uſus vini ac olei.* Sicuti hoc *Menologium* preces docet, ita habent duo *Menologia* alia, quorum alterum exhibet Textus Evangelicos, alterum textus Epiſtolicos, & Acta Apoſtolica. Illud Evangelia in dies Sanctorum exhibens, eſt pars Ritualis libri, quem Εὐαγγέλιον appellant. In hoc libro

libro Menſis Aprilis aſſignata tantum habent Evangelia pro diebus S. *Mariæ Ægyptiacæ*, *Theodori Syceotæ* hujus S. *Georgii*, S. *Marci* & S. *Iohannis*. Liber alter Epiſtolas complectens, vocatur Ἀπόστολος, commemorat ſolummodo *S. Mariam Ægyptiacam S. Georgium, S. Marcum* & *S. Iohannem*. Libri autem dicti Ἀποστολοευαγγελια in fine *Euchologii* Conſcripti pro omnibus anni menſibus, interger *Aprilis* nihil habet niſi quod pertinet ad S. Georgium tantum. Sic in *Epitome Menologii* confectæ a *Chriſtophori Patricio* Proconſule *Mytilenæo*, iſte dies non aliud habet nomen adſcriptum quam ὁ Μεγας Γεωργιος. Sunt tamen & alii ſeptem ſancti in hoc menſe eodem die cum ipſo commemorandi; ex quibus unus *Glycerius* ab ipſo converſus eſt. Reliqui ſunt, quatuor ſuperius ante *Glycerium* nominati, atque duo eum ſequentes. Neque venerantur eum ſolummodo in feſto ipſius proprio, verum etiam in feſtis aliorum ad eum reſpicientium: ut *Alexandræ* præprimis, & *Theodori Syceotæ*. *S. Alexandra*, inquiunt, fuit Imperatrix & uxor *Diocletiani*, ac quoniam ſpectavit Cruciatus *S. Georgii* præliminares; quos ipſe ſubiit in conſummationem Martyrii ſui, Chriſtianam amplexa eſt fidem, ideoque in carcerem miſſa; ubi audiens edictum Imperatoris, quod cum *S. Georgio* capite plectenda eſſet, tranquille, dicunt, in fervidis precibus exſpiravit, executionemque prævenit. Tres etiam illi, ſequentes eam in catalogo nunc recenſito, *Apollo*, *Iſaacius*, & *Quadratus*, ſervi ipſius, pariter converſi ſunt, per ejusdem conſtantiam, eodemque Feſto celebrantur cum ipſa die XXI. *Aprilis*. *Theodoro Syceotæ*, (de quo ſatis multa in vitis Sanctorum) qui aliquo tempore poſt *S. Georgium* vixit, ac ſub *Heraclio* mortuus eſt, dicitur, in commemoratione ejus, quæ fit die feſtum *S. Georgii*, antecedente, ſæpe, apparuiſſe *S. Georgius*, docuiſſe eum & rexiſſe quamdiu vixit. Sic ab antiquis temporibus honorarunt memoriam ejus in ſacris ſuis ſolennitatibus, tanquam primarium quendam e Sanctis atque Martyribus, cujus nomen etſi non legatur apud *Euſebium*, id eſt, optimum & antiquiſſimum Scriptorem Perſecutionis ſub *Diocletiano*, nihilominus videri is poteſt de noſtro loqui Martyre, ubi de principio iſtius perſecutionis ait; ὁκ τῶν ἐν στρατείᾳ ἀδελφῶν καταρχουίων τῇ διωγμῷ *cœpit perſecutio adverſus fratres in militia conſtitutos*: AC Ruffinus de eodem tempore: *Divina providentia adgreditur primo ſenſim refre-*

Vita D. Georgii in Antologio & Menæo.

Georgius ejus diſcipul. metaphraſtes apud Lipomannum, & Surium die 23. April.

Euſeb. Hiſt. Eccl. l. 8. cap. 6 & Sideſ. ubi de Valerii tyrannide & Niceph. Calliſt. lib. 6. c. 3.

refrenare lapsantes, & integro adhuc Ecclesiæ statu, congregationibus q; manentibus, indulget interim eos qui erant in Militia tantum, Gentilium persecutione pulsari. Inter hos, qui dicuntur in Militia fuisse, potuit noster esse, primum Centurio existens, deindeque, ut dicunt, ad Comitivæ dignitatem evectus, per quam adhuc eminentiorem in *Militia* locum sortitus est. Et facile apparet quod ingens numerus magnorum Martyrum apud *Eusebium* tradatur, quos ipse non nominat, nihilominus tamen conservatus est eorundemque memoria, qualitatem eorundem, ac martyrii modum edisserens in variis actis, traditionibus, & martyrologiis, quæ fuerunt supplementum generalis *Eusebiana* Historiæ. Imo probabile satisque est, quod in *Eusebii* Martyrologio (quod ex mandato *Constantini* M. conscripsit) hic ipse Sanctus nominatus fuerit, inter plures alios qui in ipsius historia, omissi, at recepti sunt atque inserti Martyrologiis posteriorum temporum; idque nisi factum fuisset, ipsi una cum *S. Georgio* nostro penitus nobis essent ignoti. Dicunt nonnulli quod Martyrologium *Eusebii* extet in *Escuriale*. Eo ipso anno quo dicitur consummatus esse *S. Georgius* per Martyrium, non pauciores quam septingenti Martyres dicuntur eandem acquisivisse Martyrii coronam intra dies triginta, quorum plurimorum nomina si non omnium certo scimus, ast in historiis, quæ supersunt minime legimus.

V. Flavium Dextrum sub ann. 308. & ibid. Franciscum Bivarium pag. 359.

Flor. Wigornien. ad an. Domin. 290.

Præter Ritualia, sunt & alia testimonia Græcorum observatione digna, nec ubique obvia. Multæ apud hos Ecclesiæ ipsi extructæ; præsertim in *Ramel*, loco celebri, ob ejus sarcophagum & martyrium erectus est Episcopatus quinto circiter posthæc seculo, in ejus honorem. *Iustinianus* (qui regnavit circiter CCXL. ann. post *S. Georgii* obitum) ædificavit ei Templum in *Armenia*, ubi videtur multa de ipso audivisse ceu in regione *Cappadociæ* contermina. Testatur id, *Procopius* sub *Justiniano* vivens καὶ ἄλλα, ait, Γεωργίῳ τῷ Μάρτυρι, ὃν Βυζαντίοις ἵδρυται. *Et templum extruxit Georgio Martyri in Byzantio.* Novi eruditos quosdam existimasse templum ædificatum *Constantinopoli*; Si ita se res haberet, abunde monstraret antiquam Martyris memoriam. Verum structuras *Iustiniani* Constantinopolitanas recenset *Procopius* in libro primo: tertium autem librum (in quo ista leguntur) ait recensere ædificationes in *Armenia*. Error processit ex negli-

lib. 3. de ædific. Iustiniani

negligentia, qua non attenderunt, quæ dicit Autor, & male intellexerunt vocem ἐν Βυζαντίς, quam voluerunt eandem esse cum ἐν Βυζαντίοις in *Byzantio* vel ἐν Βυζαντίῳ *in Byzantio* i.e. *Constantinopoli*. Byzana plurali numero sunt eadem cum *Bazanis* in *Armenia majore*. Ubi hæc prius dicta est *Leontopolis*, fuitque ibidem *Metropolis* sex aliarum civitatum, quod observavit *Eustathius* in *Dionysium Afrum*. Verum redeamus ad S. Georgium. Cedrenus locutus de persecutione sub *Diocletiano*, ait: πολλοὶ τῶν τῆς ἀθλήσεως αἰσθήσαντο στέφανοι, ἐξ ὧν εἰσι πίστις ὁ Ἀλεξανδρείας καὶ Ἄνθιμος Νικομηδείας καὶ Προκόπιος καὶ Γεώργιος οἱ ἀείδιμοι μάρτυρες. *Multi coronati sunt Martyrio, inter quos Petrus Alexandrinus, Anthimus Nicomediensis, Procopius & Georgius Martyres celeberrimi.* Idem Autor ait, quod Imperator *Iohannes Tzimisces* (regnare incipiens DCCCCLXX.) post victoriam a *Russis* ipso die *S. Georgii* reportatam, illico vota nuncupavit huic Martyri. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπινίκια θύσας τῷ καλλινίκῳ μάρτυρι Γεωργίῳ (ἦν γὰρ κ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς σύμμαχος τοῖς πολεμίοις) τῇ ὑστεραίᾳ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὸ Δορύστολον ὥρμησε. *Iohannes Euchaitensis* etiam (Episcopus sub Imperatore *Constantino Monomacho* extruente monasterium in loco quem dicunt *Mangana*, in honorem a *S. Georgii*, quorsum ipse & sequentes Imperatores solennem b processionem annuam instituerunt, die *S. Georgii* festo seu vigesima tertia *Aprilis*.) Carmine Sacro hortans Imperatorem ut magnanimiter retineat Servatorem nostrum in Ecclesiis suis, svadet pariter ut jungat ipsi amantes eum, nec non B. *Mariam* Virginem ejus Matrem, una cum Sancto, qui pugnet pro illo, sitque tanquam Campi Dux nomenque gerat a τροφαῖα, seu *victoriis*; quibus sine dubio innuit vocem *Tropæophorus* proprium in Sanctorum Catalogo S. Georgii Epitheton. Factum hoc ab Episcopo circa annum MXL. versu *Iambico*, unde quantum attinet *Georgium* hunc adscribo.

Compend. Hist. pag. 218

ibid. pag 556. & Sidesis Curopalat. hist. fol. 77. b.

a *Cedrenus pag. 650.*

b *Codinus* περὶ ὀφφικ. *c. 15 & Gretser. ad eum, Commentar. lib. 3. c. 10. pag. 262. adde Histor. Curopalatæ f. 131. A.*

Ἀλλ' ὦ κραταιὲ δίσπαθ' ὦ Θηβαῖε
Δέχθητι ἐξάγοντα φῶς ἀπὸ σκότους &c.
Δέχθητι πίστως καὶ σθένει πρὸς ἀξίαν,
Βλέπων ἀκίνων προσκυνοῦσι, κρατῶν, φέρων,
Λύτην θεὸν τε καὶ θεᾶ φέκτης λόγος,
Τί τῶν, ἔργων φῶς, τὸν τροφέα τῶν ἀγγέλων
Τὸν καὶ βασιλεύσωσιν, καὶ σέβωσι σε.

lego potius Φέκτὸν λόγον.

Τὸν συμβασιλεύοντα καὶ σκίπωνά σε.
Οἱ συγξένιζε καὶ Φίλος καὶ Μπέρα,
Αυτὴν τε ἢ σὸν ΣΤΜΜΑΧΟΝ καὶ ΠΡΟΣΤΑΤΗΝ
Οἱ τὰ ΤΡΟΠΑΙΑ κλῆσιν ἀξίαν ἔθυ.
Πάντες γὰρ εἰσὶν συνδραμόντες ἄνδρες
Σύνησι χαρᾷ καὶ δέονταί σου χάριν.
πάντες σὲ λαμπρύνουσι, πάντας δὲ δέχου.
Οὗτοι σὲ Φῶς σοι μάργαροι, λαμπροὶ λίθοι,
Κοσμοῦντες ὡς κάλλιστα τὴν ἀλαργίδα.
Οὗτοι κατ' ἐχθρῶν ὅπλα σοι νικηφόρα,
Μεθ' ὧν κρατεῖς τε, καὶ κρατήσεις εἰς τέλος,
Ἐν οἷς φυλάξῃς εὐτυχῶς σου τὸ κράτος,
Καλὴν παρ' αὐτῶν καὶ πρὸ τῆς σῆς ἐλπίσι
Τῆς Εὐσεβείας τὴν ἀμοιβὴν λαμβάνων.

Sed o potens Domine & Imperator recipe eum qui de tenebris lucem eduxit, &c. Recipe eum cum fide, & cole juxta dignitatem ejus, videns, audiens, adorans, apprehendens & servans Deum ipsum, Deique verba; Lumen hominum & delicias Angelorum, qui te fecit Imperatorem & coronavit; qui regnat tecum, & protegit te. Cum ipso etiam hospitio excipe amantes eum, & Matrem ejus tecumque pugnantem & Promachum qui recte nominatur a Trophæis. Omnes enim sunt cum Christo, atque pro Te intercedunt. Omnes te gloriosum reddunt, ideoque suscipe eos. Sunt tibi corona, margaritæ & gemmæ, addentes splendorem fulgidissimum vestibus tuis regiis. Contra inimicos Tuos sunt Tibi arma victoriæ plena, per quæ vinces, & vinces in æternum. Per istos conservabis felicem statum Imperii tui, & prospicietis recipies elegantem retributionem. Sic etiam ejus facit mentionem *Anna Porphyrogenneta* εἶτα ἐκεῖθεν (ait de *Godofredo Bullioneo* Rege *Hierosolymitano* adversus *Turcas* egresso loquens) τὸ Ῥαμὶλ κατέλαβον ἐν ᾧ ὁ Μεγαλομάρτυς Γεώργιος μεμαρτύρηκε *Inde ad Ramel venerunt ubi magnus Martyr S. Georgius martyrium subiit.* Et *Callicles*, me judice, isti Coævus. habet nonnulla tetrasticha incisa statuæ ejus ex Marmore albo sculptæ, quorum unum hic addo.

Alexiad. l. 8.

Εἰς τὸν ἅγιον Γεώργιον ἐν λευκῷ
λίθῳ τυπωθέντα.

πλὴν

παῖς Αβραὰμ ὁ μάρτυς ὅτος ἐκ λίθων.
Πλὴν εἰ τὸ σαρκὸς εἶχεν ἐρυθρὰ μίσον,
Ἐχιονώθη τοῦτο· λευκὸν εὑρίθη
Μαρτυρικοῖς δρῶσιν ἐκπλυμένον.

Id eſt *in S. Georgium de marmore albo ſculptum; Hic Martyr eſt filius Abrahami ex Lapide factus, Et quicquid habuit carnis rubri, factum eſt aque album ac nix, quoniam lotum eſt ſudore agonis in Martyrio.*

Hic adde ex *Nicephori Xantophuli* Συνοπτικῇ Συνόψει Ἁγίων χρόνων, *Brevi Compendio Sanctorum* anni, verba, quibus ad menſem *Aprilem* conjungit *S. Georgium* & S. *Sabbam* in verſu uno.

Γεώργιον, Σάββάν τε, τὸς στρατηλάτας

Georgium & Sabbas Belliduces

Iohannes Cantacuzenus (Imperator is fuit) utens argumentis quibusdam deſumtis a Martyribus Eccleſiæ Chriſtianæ, pro *Chriſtianis* contra *Mahumetanos*, meminit Martyrum in genere, *S. Georgius* autem ipſi eſt ſpeciale exemplum. ὁ παρ' ἡμῶν τῶν χριστιανῶν (verba ejus ſunt) τιμώμενος μάρτυς τοῦ χριστοῦ Γεώργιος, ὃς καὶ παρ' αὐτῶν Μωαμεθανοῖς, τιμᾶται, ἐπομάζεται ὑπ' αὐτῶν χειρὶ ἡλίας, βασανιζόμενος καὶ πειραζόμενος παρὰ τῶν ἀσεβῶν καὶ εἰδωλολατρῶν ἵνα τὸν μὲν χριστὸν ἀρνήσηται, σεβασθῇ δὲ καὶ προσκυνήσῃ τοῖς ἐκείνων θεοῖς, ὁ δὲ προείλετο μυρίους θανάτους καὶ μυρίας βασάνους ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ χριστοῦ ἢ ὅλως ἀθετῆσαι τὴν εἰς τὸν χριστὸν πίστιν αὐτοῦ. id eſt: *Martyr Chriſti a nobis Chriſtianis honoratus*, S. Georgius, (*qui etiam a Muſulmannis honoratur ipſis, & vocatur* Cheter Elias) *tortura ſubjectus & tentatus ab improbis idololatris ad abnegationem Chriſti, & adorationem venerationemq; idolorum ſuorum, elegit potius mille mortes atque dolores pro nomine Chriſti, quam abnegationem fidei in Chriſtum.* Pergit etiam *Cantacuzenus* plura enarrans de ipſi9 Martyrio, ac ſi fuiſſet eminentiſſimum exẽplum Martyrii in ſua Eccleſia, & tale quod ſufficeret in iſto argumentorum genere ad perficiendam apologiam ſuam pro Chriſtianis contra Muſulmannos. *Venetiis* primaria Græcorum Eccleſia dedicata eſt *S. Georgio*. *Emanuel Malaxus* meminit ejus cum titulo *Magni S. Georgii*, narrans calamitatem, quæ Græcos ibi affixit, quan-

Apologia καθ' ὅ τῶν Μωαμεθ. γ.

quando *Arſenius* eo attulit *Alexandri* P. VI. literas adverſus eos ad Ducem *venetiarum* centum & quod excurrit abhinc annis. Ἐγένετο πολλὴ σύγχυσις καὶ ταραχὴ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Ρωμαίων εἰς τὸν μέγαν Γεώργιον. verba ipſius ſunt. *Fuit magna turba & confuſio in Eccleſia Græcorum* (nam id hic ſignificat Ρωμαῖοι, ſicuti olim a νέα Ρώμη dixit *Conſtantinopolim*) *quæ eſt Magni S. Georgii.* Ac poſt aliquam reparationem Eccleſiæ hujus an. MDLXIV. inſcriptio Dedicationis facta eſt Salvatori noſtro nec non S. *Georgio* nomine omnium Græcorum ibi habitantium, & eorum qui illuc venire ſolebant: & quidem a *Michaële Sophiano* Conſtantinopolitano, ut *Cruſius* refert ex fine libri ſcripti a *Zacharia Scordytio Mamphara Cretenſe*, & publicati, ut videtur a *Cruſio* MDLXIX. num Eccleſiæ fuerit inſcriptio affixa vel non, ignoro. Sic vero ſe habet, una cum ſcopo Authoris ſic commemorato.

Hiſtor. Patriarchal. p. 151. a Sideſio Platin. in vita Bonifac. 3.

Turco græc. ad Hiſtor. Eccleſ. pag. 200.

Εἰς τὴν ἀφιέρωσιν τῆς Ἐνετίησι ναοῦ
Τοῦ Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τῶν
Γραικῶν ἐπίγραμμα ἐν εἴδει τίτλου ποιη-
θὲν παρὰ τοῦ Σοφωτάτου καὶ λογιωτά-
του κυρίου Μιχαήλου Σοφιανοῦ τοῦ Βυζαντίου.

ΧΡΙΣΤΩ ΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙ ΤΩ ΑΓΙΩ ΜΑΡΤΤΥΡΙ ΓΕΩΡΓΙΩ ΟΙ ΜΕ-
ΤΟΙΚΟΙ ΚΑΙ ΘΙΑΣΕΙ ΚΑΤΑ ΙΡΟΝΤΕΣ ΕΝΕΤΙΑ-
ΣΕ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΕΝΟΝΤΩΝ
ΦΙΛΟΤΙΜΗΣΑΜΕΝΟΙ
ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΑΝΕΘΗΚΑΝ

Α. Φ Ξ Δ

Id eſt.

In dedicationem Eccleſiæ Magni Martyris S. Georgii inſcriptio Græcorum in forma tituli, facta a Sapientiſſimo & eruditiſſimo Michaële Sophiano Conſtantinopolitano.

CHRI-

CHRISTO SALVATORI
ET SANCTO MARTYRI GEORGIO
GRÆCI HABITANTES ET SEMPER VENIENTES
VENETIAS DEVOTISSIME
CONSECRARUNT HAS ÆDES.

M DLX IV.

Liber unde iſta deſumſit *Cruſius* videtur fuiſſe *Zachariæ Scordylii*, de gradibus conſanguinitatis. περὶ τῶν τῆς συγγενείας βαθμῶν, in fine cujus meum exemplar impreſſum *Venetiis* MDLXXXVIII. habet quæ *Cruſius* citat, niſi quod annus incarnationis omiſſus eſt. Sunt ibi præterea *Iambici* verſus ſcripti ab eodem *Zacharia* in dedicationem iſtam. In monte *Athos* duo etiam ex viginti duobus monaſteriis ipſius nomini ſunt Sacra. *Græculi apud Ianum Rutgerſium Variar lection. l. 2. cap. 11.*

His addimus Teſtimonium *Damaſceni Studitæ*, non abſque elogio *Tropæophorus*, & *Maximi Margunti* non ita pridem Epiſcopi in *Cythera* vel *Cerigo*, ut vocant. ὁ ἔνδοξος καὶ μέγας γεώργιος (verba ſunt *Maximi* quibus immixta eſt dialectus modernorum Græcorũ) τὰς καιρὰς τὰ βασιλέως Διοκλητιάνου, ἀπὸ τὴν καταγωγὴν, ἀπὸ γένους λαμπρὸν, ἡ τάξεως ἡ στρατείας τὴν τριβούνων ὅτι ἤμελλε νὰ γένῃ ἀθλητὴς, ἤθελε κόψῃ τὸ ἀξίωμα. Quæ fere eadem ſunt cum illis ex Ritualibus allegatis. *Glorioſus miraculoſus & magnus Georgius, tempore Diocletiani Imperatoris, genitus in Cappadocia, familia ſplendida, fuit Tribunus militum, cum autem Martyrium ſubiret Comitis dignitate fulſit.* Eſt præterea apud *Græcos* teſtimonium, fuiſſe aliquando & nunc durare ordinem Religioſum Equeſtrem cum hujus Martyris titulo, inde a *Conſtantino* Magno, ſi credimus quæ ipſi hujus ordinis Domini Summi aſſerunt. Illum intelligo ordinem cujus ſummam autoritatem ſibi vendicant qui ſunt ex Cæſarea *Comnenorum* familia, creantque ideo *Conſtantiniani Cavalieri* (ut vocant) ſub regula *S. Baſilii* cum titulo *S. Georgii*; inſigne eſt Crux rubra, lemma, *In hoc ſigno vince*; vel ἐν τούτῳ νίκα aureis literis ſcriptum. Initium ſumſiſſe dicunt a *Conſtantino* Magno & auctum ab *Heraclio* poſt victum *Cosroën*. Creatio horum Equitum, una cum ſumma in eos autoritate devenit ad *Comnenos* per diploma ſcriptum ab Imperatore *Michaele* *Vid. pag. 203. b.* *Euſeb de Vita Conſtant. lib. 1. cap. 32.*

Pataologo ad *Michaëlem Angelum* Comnenum & *Andream* istius filium hæredesque ex ipsis genitos, unde *Signor Don Giovanni Andrea Angelo Flavio* (nuper, & fortassis adhuc superstes *Venetiis*, qui & ipse jus ad Imperium *Constantinopolitanum* venditavit) ceu descendens ex *Michaële Angelo* (hærede *Isacii Angeli* Imperatoris) tum contenta diplomatis summarie, tum autoritatem diplomatis ipsius roboratam dedit manu & sigillo Notarii *Romæ* mense *martio* MDCX. sub titulo *Principe di Macedonia & Moldavia, Duca & Conte de Drivasto & di Durazzo & gran soprano & Maestro della Militia seu religione aurea Angelica Constantiniana instituita par apparitione divina dal Magno Constantino Imperatore sotto la regola di S. Basilio & invocatione S. Georgio Martyre Capitano di Constantio* (ita hic supponitur fuisse Centurio sub *Constantio*, qui fuit *Cæsar Diocletiani* tempore) *padre di detto Constantino eretta & poi da Eraclio Constantiniano Imperator Greco nel tempo c' hebbe la vittoria contro Cosedroe Re de Persi ampliata & dilata. &c.* Specialia quoque plura de privilegio creandi Equites istos (præsertim in *Hispania & Italia*) sub prætextu & autoritate hujus diplomatis adduntur & typis impressa sunt *Romæ* eodem anno. Inter illa fit mentio *Giovanni Georgio di Cefalonea*, qui fraudulenter se jactitavit hæredem istius juris contra *Pietro Angelo* Patrem istius *Giovanni Andrea Angelo*: sed is anno MDXCI. per sententiam pronunciatam a *Prospero Farinacio* Clarissimo Jurisconsulto (cujus plurimæ & excellentissimæ Decisiones posthac prodierunt) Vicario Criminali Domini *Camillo Burghese* Auditoris in Camera Papali, & confirmatam porro a *Signior Pompejo Mollela* Vicario *Signior Francisco Aldobrandino* Commissarii, a Papa *Clemente* VIII. in specie denominati, anno MDXCIV. damnatus est ad perpetuum exilium & ejectionem ex universis Pontificis regionibus, ac deinde ad triremes quousque viveret, a quibus tamen liberatus est ob senectutem suam anno MDXCVII, non vero ab exilio revocatus, in quo vixit cum interdicto sub pœna mortis si auderet porro creare Equites. Sunt & alia testimonia apud occidentales de his Equitibus, a *Constantino* eos deducentia ut videbis in *Gaspari Escolavo* historia de *Valentia* lib. 9. cap. 7. & 8 ubi, ejus fide, exhibetur nummus antiquus illorum temporum (vult autem esse nummum *Majorini*) cum inscriptione GLORIA CÆSARUM AUGUSTORUM GEORGIANORUM ex una parte, vertitque sic:

ſic: Gloria *Cæſares Auguſtos Maeſtros de la Cavalleria Georgiana.* Ipſam etiam Crucem *Conſtantino* viſam, facit eſſe S. *Georgii* aliaque habet plura de ea, quæ hic lubens omitto. Addi his poſſunt alia teſtimonia orientalium eruditorum ſed ab occidentalibus deſcripta. *Iuſtinianus* erexit templum *S. Georgio Lyddæ* vel *Dioſpoli* tribus circiter milliaribus diſtans a *Rama* vel *Ramel Paleſtinæ* in Tribu *Ephraim*, ob quam vicinitatem, & quod Epiſcopatus illic inſtitutus vocatus eſt aliquando *Lyddæ* aliquando *Ramelenſis*; æque unus locus ac alius ab hiſtoricis dicitur martyrio ejus inſignis. Quæ de ſtatua ejus & miraculis large recenſet ex *Arculfo*, qui didicit illa in oriente, *Adamnus* a *Scotus* DCCCC abhinc annis ſcribens, & edita ſunt *Ingolſtadii* a *Gretsero* anno 1619. hic etiam locum merentur; ut & *Johannis Cotovici* de *Lydda* loquentis in itinerar. Hieroſolym. lib. 2. pag. 137. verba. *Mox* (inquit) *urbem antiquiſſimam Dioſpolim olim nuncupatam, diſtantem à Rama tria millia paſſuum, eminus conſpeximus. Hæc Divi Georgii martyrio ac tumulo, & imprimis Petri Apoſtoli prædicatione & miraculo celebris eſt. Nunc ſolo æquata & in cinerem fere verſa tota neglecta jacet. Præter pauca enim Maurorum tuguriola ſolum ſupereſt Templum in Martyrii memoriam à Richardo Angliæ Rege (ut aliqui putant) reſtauratum ſupra fundamenta antiquioris delubri à Cæſare Iuſtiniano (ut volunt) erecti quod Paulo ante adventum Bullionii Ducis cum ſuo exercitu Saraceni ſolo tenus dejecerunt, ne Chriſtiani in urbis Hieroſolymæ oppugnatione trabibus Eccleſiæ quæ multæ proceritatis erat uterentur, eisque in machinas & & tormenta converterent.* Eccleſia iſthæc ait, nunc eſt Delubrum, partim Turcarum, *Moſcheam* appellant, partim Græcorum Monachorum habitatio. Ab utrisque etiam tum Chriſtianis tum Mahumetanis magno eſt in honore: nam omnes illi redeuntes per Paleſtinam ex Sancta peregrinatione verſus *Mecham devotionis ergo* (ait) *adire illud haud negligunt; precibusque inibi Deo redditis largas etiam eleemoſynas erogant & Martyrii ſepulcrum venerantur.* Porro dicit quod *Mahumetani* credant eum quoque eſſe *ſuæ ſectæ protectorem eximium*, ideoque honorent ipſum ita ut quando deſtruunt imagines Sanctorum in Chriſtianorum Eccleſiis, religiosè abſtinaent a S. *Georgii* pictura, cujus exemplum affert ex Monaſterio Minoritarum in *Arnica* civitate *Cypri*, ubi omnes a Turcis imagines deletas vidit excepta S. *Georgii* equo inſidentis & Tulipanto caput tegentis.

Wilhelm. Tyrius de bello ſacro l. 7. c. 22.

ade ſitu terræ Sanctæ lib. 3. cap. 4.

Guilielm. Tyrius loco citato.

Vide item Cotoſicum dicto itinerar. fol. 343.

Plura alia teſtimonia Orientalium minoris notæ hic omitto, accedoque ad brevem recenſionem occidentalium.

XLII. Eccleſiæ Occidentalis teſtimonia fuſe videre potes apud *Iacobum de Voragine*, *Lipomanum*, *Surium*, & alios ex profeſſo Sanctorum vitas deſcribentes. Obvia ſunt ideoque hic omittimus. Antiquiſſima Martyrologia apponunt ei diem 23. *Aprilis*, ſic: *Natalis Sancti Georgii Martyris cujus illuſtre Martyrium inter Coronas Martyrum Eccleſia Dei venerantur.* *Gregorius Magnus* P. vivens circiter trecentis annis poſt tempus Martyrii ejus, vulgo creditum, reparavit antiquum templum memoriæ ejus dicatum. Et ante hunc S. *Germanus* Epiſcopus *Pariſienſis* ex peregrinatione ſua *Hieroſolymitana* revertens per *Conſtantinopolin*, accepit illic ab Imperatore *Iuſtiniano*, inter alias precioſas reliquias, *S Georgii* brachium, quod depoſuit apud S. *Vincentii* ædem *Pariſiis*: teſte *Aimonio* antiquiſſimo *Galliæ* ſcriptore & exhibente Regis *Childeberti* diploma pro fundatione S. *Vincentii* ædis anno DLIX.), ubi præter alios Sanctos, nominatos ſolummodo, iſte in ſpecie appellatur *Beatiſſimus Sanctus Georgius*. *Gregorius Turonenſis* quoque prope ad hæc tempora accedens *in de Gloria Martyrum lib. 1. cap. 101.* ſpecialem mentionem facit ejus tum reliquiarum, tum miraculorum. *Eſt in Sacramentario* (inquit etiam *Baronius ad Martyrol. Roman. 23. April.*) *S. Gregorii, in Natali S. Georgii ſpecialis de eodem Sancto præfatio.* *Sidonius* Epiſcopus *Moguntinus* imperante *Iuſtiniano* in honorem Sancti hujus Eccleſiam ſtruxit, ubi ejus reliquiæ & memoria hodienum ſuperſunt. *Venantius Fortunatus* Pœta Chriſtianus paulo inferior ætate hoc de ipſo habet Epigramma.

Gregor. lib. 4. Indict. 4. Epiſt. 68.

de geſt. Francorum lib 2. cap. 20.

Brobber ad Venant. Fortunat lib. 2. pag. 39.

Pœmat. lib. 2. Epig. 13.

Martyris egregii pollens micat aula Georgi
Cujus in hunc mundum ſpargitur altus honor.
Carcere, cæde, ſiti, Vinclis, fame, frigore, flammis
Confeſſus Chriſtum duxit ad caſtra caput.
Qui virtute potens Orientis in arce ſepultus
Egre ſub occiduo cardine præbet opem.
Ergo memento precer & reddere dona Viator,
obtinet hic meritis quod perit alma fides!
Condidit antiſtes Sidonius iſta decenter,
proficiant animæ quæ nova templa ſuæ.

Et

Et in Eccleſia alia obſervat inter reliquias alias etiam nonnullas hujus S. *Georgii.* *Pamat. lib. 10. Epiſt. 10.*

Hic quoque reliquiis micat ille Georgius *almus,*
Qui probus igne cedit, nec pice merſus obit.

Fuit & *Romæ* (inquit *Baronius*) *quæ adhuc perſeverat illuſtris memoria S. Georgii ad velum aureum, ubi & caput ejus aſſervatur quod Zacharias Papa in theca repertum cum inſcriptione Græcis literis exarata ibidem recondidit, ut teſtatur liber de Romanis Pontificibus in Zacharia.* Hic *Zacharias* fuit Græcus & in Pontificatu vixit an. DCCXL. poſtmodum *Baſilicam* (inquit *Platina*) *Beati Georgii in Velabro condidit, eoque loci caput ipſius Sancti collocavit.* Alia teſtimonia antiqua nondum edita vide apud eundem *Baronium.* Ac Officium illius diei in Eccleſia Romana, quæ uti & Græca ſacrum ſervat vigeſimum tertium *Aprilis* præter Lectionem Epiſtolicam & Evangelium, aliaque aliis Sanctis, Communia hæc inſuper habet cum nomine ipſius inſerto. *Deus qui nos Beati Georgii Martyris tui meritis & interceſſione lætificas, concede propitius ut qui tua per eum beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur per Dominum noſtrum.* Et poſt oblationem *munera Domine oblata ſanctifica & intercedente Beato Martyre tuo, nos per hæc a peccatorum noſtrorum maculis emunda per Dominum noſtrum:* Et in *Poſt-Communione: Supplices Te rogamus omnipotens Deus, ut quos tuis reficis Sacramentis, intercedente Beato* Georgio *Martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſervire per Dominum noſtrum.* Et quandoquidem *Roma* habeat quovis menſe certos feſtos dies in quibus judicium non aperitur in Capitolio, (ut *Corporis Chriſti, omnium Sanctorum, S. Johannis Baptiſtæ, & Purificationis* nobiſcum in *Weſtmonaſterio*) Aprilis non alios habet Sanctorum dies quam S. *Marci* & S. *Georgii* tanto honore condecoratos, prout videre eſt in *Statutis Romæ* lib. 1. cap. 58. Neque hic omittendum in *Ordine Romano* antiquo (qui eſt Ceremoniarum vel Rituum liber exhibens conſecrationes Epiſcoporum, *Abbatum, Monialium* &c.) tradi etiam *Ordinem ad armandum Eccleſiæ defenſorem vel alium Militem*; ubi poſt preces varias proprias creationi Equitum, mox ſequitur oratio poſt traditionem ſcuti talis. *Domine Deus* *Miſſale Roman. Pariſiis 1605. pag. 225. &c.*

Deus qui conteris bella, & adjutor & Protector es omnium in Te sperantium, respice propitius invocationem nostram & per merita Sanctorum Martyrum Tuorum & Militum, Mauricii, Sebastiani, Georgii, *præsta huic viro victoriam de hostibus suis, & salva eum qui gratuito munere, qui dignatus es hominem redimere pretiosissimo filii tui sanguine, qui tecum vivit,* Verum sicuti accidere solet in rebus mirabilibus, (quales fuerunt Martyrum passiones) ita hic in S. *Georgii* historia incredibiles additæ sunt circumstantiæ, ejusque Martyrio immixtæ, ut & ipsa multum passa esse videatur. Unde factum ut Papa *Gelasius I.* anno CCCCXCIV. in Synodo *Romana* declarans, quæ scripta essent recipienda, præter Scripturam Sacram recensuerit *Gesta Sanctorum Martyrum, Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela, in S. R. E. non leguntur quia & eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur & ab infidelibus aut idiotis superflua aut minus aptæ quam rei ordo fuerit scriptæ esse putantur; sicut cujusdam Quirici & Iulittæ, sicut Georgii* (quædam editiones *Gratiani* malè legunt *Gregorii*) *aliorumque hujusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriatur occasio, in sancta Romana Ecclesia non leguntur.* Exempla Sanctorum, quorum vitæ male scriptæ, sunt ipsi S. *Quirici*, & *S. Julittæ*, & *S. Georgii*; ita tamen ut dum appellantur cum voce *cujusdam* præfixa, Sanctus *Georgius* tanquam eminentior ac notior Sanctus illorum temporum, distinguatur ab ipsis per *sicut* Georgii. In sexto Generali Concilio *Constantinopoli* celebrato canon 63. scriptus est contra vitas Sanctorum Martyrum quas scripserant τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, vel *hæretici* ut vocantur, ὡς αὐ τὰς τῶ Χριστῶ μάρτυρας ἀτιμάζοιεν καὶ πᾶσι ἀπιστίαν ἐναγοίεν τοὺς ἀκούοντας, *eum in finem ut honore suo privent Martyres Christi, & incredibiles faciant eorundem historias audientibus.* Ex actis tamen plurimis Martyrum, eorumque vitis scriptis ejusmodi selectus factus est, ut olim & hodienum legantur in Ecclesia *Romana*. *Baronius* existimat quoque invenisse se Ms. antiquum in Vaticano, continens ista ipsa acta S. *Georgii*, corrupta atque notam in Synodo *Romana* a *Gelasio* P. quæ ut ait, summo cum labore diu quæsivit. *Quænam essent acta*, inquit, *Georgii a Gelasio improbata atque rejecta, exquirendi studio fatigatus, ea me tandem invenisse arbitror. In nostra bibliotheca, tertio Tomo vitæ Sanctorum antiquissimo, ac pene vetustate consumpto codice, ibi pag. 159. inveni acta*

Tom. Concil. 2. part. 1. Edit. 1618. pag 501. dist. 15. Can. 3. Sancta Romana 180 part. 4. c. 64. Burchard. l. 3. cap. 220.

Baron. Annal. tom. 2. sub finem anni 290.

Ad Martyrol. April 23. & de Iulitta & Quirico qui in

acta quædam S. Georgii multis haud dubium referta mendaciis, ibi portentosa quæ dum ab omni miraculorum ratione aliena feruntur; quæ quidem (ut prædicta Synodi utar verbis) non ad pietatem legentes, sed ad infidelitatem adducunt. Insunt præterea illic quædam ab hæreticis accepta, atque Gentilibus: ut conflictus ille Georgii *cum* Athanasio *magno: alludit nimirum auctor impius ad* Georgium Arrianum *Episcopum invasorem sedis* Alexandrinæ *& Magni* Athanasii *ejus sedis Episcopi pugnacissimum persecutorem.* Athanasium *enim ab Arrianis esse magum appellatum, acta Tyri conciliabuli satis docent: apud Gentiles etiam eandem de eo sparsam esse calumniam constat ex* Ammiano Marcellino *lib.* 15. *At* Georgium Arrianum *Episcopum, defuncto* Constantino *Imperatore occisum esse ob ejus scelera Alexandriæ, relatumque à suis in Martyres, liquet: testante id etiam* Marcellino lib. 22. *Ex quibus sane apparet totam illam de actis Georgii fabulam fuisse commentum Arrianorum. Leguntur in iisdem alia nonnulla indigna Martyre: ut Phanatica quædam & portentosa, suspectum contubernium viduæ, ars dolosa ejusdem ad perdendos Gentilium magos, atque enecandos Gentiles quosque, innumem præterea tormentorum genera, quibus agitatus* Georgius, *nec mori potuit, ut, præter eculeos, ungulas, crates ferreas ignitas, rotamque mucronibus undique præfixam, calceosque armatos clavis, quæ & in aliis leguntur actis; etiam arca ferrea clavorum cuspidibus intus ad inferiendum aptata, præcipitium, contusiones malleis ferreis iteratæ, columna ingentis ponderis super eum posita, ingentisque molis saxum super caput revolutum, ferreum ignitum stratum, liquens plumbum super effusum, quadraginta igniti clavi quibus est confossus, æneus bos condens, mersio in puteum ingentis ponderis saxo ad collum ligato, quibus nec quidem occidi martyrem potuisse tradunt. Ad hæc insuper fingitur ibi* Dotianus *quidam Imperator qui Persis dominetur & septuaginta quinque Regibus imperet sub quo Georgius passus sit, & alia multa quæ potius delirantium somnia, quam Synceram historiam Martyris præ se ferant, quæ* Gelasii *censura proscripta esse, absque aliqua difficultate quisque sibi suadere potest.*

Synodo illa Georgio *adjecti sunt, cõsule, si placet, eundem ad 16. lunii & in annal. tom. 2. sub anno Christi 305. pag. 871. edit. Antwerp. fidelis eum item libro de Romano Martyrol. cap. 2.*

Alia acta ejus a *Metaphraste* scripta & compilatibus Sanctorum vitas temporibus recentioribus, item auctore communis Legendæ, atque his similibus plurima miscuerunt futilia cum Martyrio ejus. Inter omnia vero existimat *Baronius* illa ad veritatem proxime accedere, quæ in Ecclesiis nonnullis lecta sunt, annum saltem martyrii ejus exhibentia, his verbis: *Legi & in veteri Ms. quæ in quibusdam*

dam Ecclesiis recitari consueverunt acta Georgii, ubi & annus passionis describitur CCXC. ubique hæc solummodo tormenta Georgius passus narratur verbera, Rotam, ignitamque sartaginem, ac demum gladio truncatus legitur. Quæ licet ob longiores paraphrases & carmina quæ in eis habentur intexta, minime referant pristinum illum candorem ac sine fuco dicendi stylum, tamen cæteris probabiliora videntur. Habemus ea in nostra Bibliotheca Tom. 9. vit. Sanctorum pag. 74. Sic *Baronius:* Dedicationes multas Ecclesiarum atque Societatum ipsi factas posterioribus seculis, mentionem item reliquiarum ejus, frequentium Apparitionum etsimil. omittimus hic, quoniam sunt talia quæ non possunt addere majus aliquod pretium nomini ejus, quam fecerunt testimonia illa antiqua.

NOTA.

Adi nunc vitas Sanctorum ab Henschenio & Papebrochio elucubratas.

XLIII. Considerantes quomodo in Patronum ab *Anglis* fuerit electus facilius inveniemus rationem cur, quam quando elegerint. Peregrinum non est bellicosam gentem elegisse Militem Sanctum, eumque insignitum nomine *Tropæophori*, de quo supra, ac clariorem quam fuit Sanctus *Sabbas*, vel Sanctus *Sebastianus*, vel Sanctus *Mauritius* vel alius quispiam Sanctus miles. In articulis Mss. consignatis a *Richardo Scroope* Archiepiscopo *Eboracensi* contra *Henricum IV.* vocatur *S. Georgius Martyr. & Eques* (Knight, *specialis Protector & defensor Regni Angliæ & Advocatus*, Ita etiam prope exitum *Edvardi III.* i. e. anno ejus quadragesimo quarto in Constitutione societatis ipsi in honorem erecta, a nonnullis in *West-street* urbis *Cicestrensis* vocatur *Anglorum Protector & Patronus. In Dei nomine Amen, die Sabbati in festo Sancti Bartholomæi Apostoli contingente* (verba sunt præfationis in Constitutione Ms. quam habeo) *in Anno Domini MCCCLXVIII. indictione VIII. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Urbani divina Providentia Papæ V. anno XVII. mensis Augusti die XXIV. ad honorem S. Trinitatis suique glorioſi Martyris Georgii Anglorum Protectoris & Patroni quidam de Westrata Cicestr. devoti ad ipsum Sanctum summa devotione excitati imaginem ipsius in Ecclesia Cicestr. honorifice erexerunt fraternitatem quandam inter eosdem statuentes &c.* Sed primo jam de tempore; quanquam non observaverim aliquam fide-

fide dignam hiſtoriam invocati nominis ejus, vel alius cujuspiam honoris ipſi ab Anglis, ipſum in ſuas partes trahentibus, exhibiti ante *Edvardum* tertium, attamen perquam veriſimile eſt, quod diu ante illa tempora in Patronum gentis noſtræ electus fuerit, & fortaſſis quidem tempore belli ſacri, cum Anteceſſores noſtri ſui gladii virtute in orientem frequentes penetrarent, ubi inde a Martyrio ſuo conſummato ad hunc usque diem celebratur *Georgius*. Atque ſic dicitur Rex noſter *Richardus I.* reparaſſe ejus Eccleſiam *Lyddæ* a *Corovico* §. præcedente 41. Citius tamen conjectaſſem nomen ejus primo aſſumtum ſub *Edvardo III.* niſi vidiſſem etiam in antiquo valde Martyrologio, præprimis ad hoc regnum pertinente, ſolum ipſum nominari ſanctum in die *Aprilis* vigeſimo tertio, utut in Martyrologiis græcis æque ac latinis multi alii quoque dicuntur eſſe Sancti illius diei præter ipſum. Niſi enim ipſi ſpecialis honor decretus fuiſſet ab iſta gente, cur ejus nomen ſolum illi adſcripſerunt diei? Nihil tamen hic definio. Non ſatis enim manifeſta ſunt omnia. Martyrologium autem, quod dixi, obſervari meretur hunc in finem, ut & Memoria *S. Georgii* in eo conferenda cum aliis vitæ ejus teſtimoniis publice extantibus. Nam Manuſcriptum eſt *Saxonicum* vel *Anglicanum* vetus tempore *Normannos* prævertens habetque die vigeſima tertia Aprilis Eoſtormonaþ (ut vocant) iſta verba. Onþone ⁊ tpentiz oþan ðæſ, þæz biſ ȝamncte Geoſiuſ tyð (ſic ſcribitur revera pro Geoſziuſ tyð; Saxones enim ſemper retinuerunt latinam nominum terminationem, uti & hodie Germani aliquando faciunt) þæſ æȝelan Maſtyſſeſ þone Dacianuſ ſe Caſeſe ſeoſan ȝeaſe mið unaſecȝenȝlicum piſtum hyne þþeaſoȝe ⁊ he Criſt piſtoce ⁊ hæ næſne hyne oſeſ ſpiſtan ne mihte; ⁊ æfteſ þam ſeoſonȝeaſum heſ he hyne behe aſðian, id eſt, *die vigeſima tertia eſt feſtum S. Georgii, Nobilis Martyris, quem Datianus Imperator ineffabilibus tormentis urſit abnegare Chriſtum, quod cum efficere nequiret, decollare eum juſſit.* Et paulo poſt Anȝ ȝainct Geoſiuſ hym ſo Þhyhtne ȝebæȝ ⁊ ȝuſ cpæð; Hælenȝ Criſt onſoh minum ȝaſte. ⁊ ic ȝe byȝȝe þe ſpaþpilc man ſpa myne ȝemynȝ on eoſðan ȝo þonn aſyſſ ſnam ȝæſ manneſ haſe ælce unðunyſſe neȝym ſeonȝ ne ſceȝȝe ne hunȝoſ ne mancpealm; ⁊ ȝif man

Vide allegata §. 41. ex Walſingham.

Martyrolog. Saxon. in Bibliotheca Benedictina ap. Cantabrigienſes tom. 1. eſt ibi 36.

mynna nama nemne ȝon ænigne hleceȝnysse oþþe on læ oþþe on oþrum hwæte ȝonne hyȝe se hyrne myȝheortnesse. Ða cæn wæs hi ȝeseen of heofenum ⁊ cwæþ: cum tu ȝebletsoda ⁊ swahwilc man swa an ænigne wæge hleceȝnysse mynne naman þurh ðe cyþþ. ic hyne ȝe hyre; id est. *Et Sanctus Georgius (morti vicinus) oravit ad Dominum, dixitque: Jesu Christe tolle spiritum meum; & rogo te, ut quicunque servaverit mei memoriam in terra, ab ejus domo recedat omne mendacium, nullum ipsi damnum noceat nec fames nec morbus; Da etiam, ut quicunque nomen meum nominaverit constitutus in periculo maris vel alibi, misericordiam consequatur tuam. Tum vox audita est e cœlo, dicens: Veni benedicte & quicunque in periculo, vel loco constitutus fuerit aliquo, invocaveritque nomen meum per te, illum ego audiam.* Post hæc allegatur liber *Arculphi* (quæ ex isto adduxit *Adomannus* habes supra §. præcedente 41.) in testimonium de miraculis ejus. Sermo & character hujus Martyrologii videtur attingere ætatem S. *Dunstani* vel DC. abhinc annum. Hæc ejus Precatio quoque & responsio de cœlo missa, describitur Rythmo Anglicano in Ms. quodam exhibente vitas Sanctorum primariorum, in specie autem tormenta S. *Georgii*. cap 32.

His honden he helth upon hel; a doun he sat a Kne
Lord/ he sede/ Jhesu Christ that alle thing might Jse
Grant me git it is thi wille/ that who so in faire manere
Halt wel mi dei in Auril for mi love on erde here/
That there ne falle in dilke hous no qualm in all the yere/
Ne gret tekenesse/ ne honger strong that thereof nebe no fere/
And ho so in perill of Se to me bidde his bone
Other in other stedes perilous/ hele him thereof sone.
Tho herde hi a fois of heven that to him sede iwis.
Com fort to me my blessieth child/ thi bon herd is.
Tho his hed was of ismite &c.

De Nomine Imperatoris sub quo crucifixus est addo, quod sæpe appelletur, *Darianus*, idemque est nomen Regis *Persæ* sub cujus tyrannide creditur passus in fabulosis legendis a *Baronio* citatis.

Quo-

Quomodo *Datiani* vox facta fuerit nomen Regis Perſici ignoro. Appellatur idem in Saxonico Martyrologio Caſeſe, id eſt *Cæſar*, vocabulo Romanis Imperatoribus proprio, ipſorumque ſucceſſoribus. Ideoque nonne potuit *Datianus* ſcribi in hoc martyrologio alibique pro *Diocletianus*? Scimus quod in ſcriptis antiquis *Iuſtianus* legatur pro *Iuſtinianus*, uti hodienum extat in Græcorum ritualibus. Nonne potuit *Datianus* ſic corrumpi ex aliqua abbreviatura vocis *Diocletianus*? In *Saxonicis* homiliis *Alfrici Mss. 9. Kal. Maji* in paucos Sanctorum dies, vel potius in vitis iſtorum diſtributis inter eorum feſta, ſanctus noſter (dictus *Georius*) & martyrium ipſius absque fabulis ab aliis additis, deſcribuntur ſub *Datiano* (quod nomen, ſicut ante, factum intelligere licet) vocaturque Ealȝoꝑman (id eſt Comes) *Cappadociæ*: In ſermone quem cum Imperatore miſcet, ait: Geoꝛiuſ ic eom ȝehaᵹten; anȝ ic hæbbe Ealȝoꝑȝum ou minume eaꝛȝe ȝeiꝛ ȝehaᵹten Cappaȝocia. *Vocor Georgius, poſſideo Comitatum, in mea terra, quæ vocatur Cappadocia.* Vidimus in teſtimoniis Græcorum dictum fuiſſe *Comitem*, quod convenit cum Ealȝoꝑman & Ealȝoꝑȝom. *Alfricus* iſte fuit Archiepiſcopus Cantuarienſis circa annum M. Chriſti Salvatoris,

a *Videſis Nicol. Alemanni ad Procopii ἀνέκδοτα de frequenti illorum nominum inde confuſione.*

b *Bibl. menſium ad April. 22. in Theodor. Syceſta.*

Verum utcunque ſit; hæc teſtimonia non levis ſunt momenti, probantque fuiſſe ipſum magni æſtimatum apud *Anglos* vel ipſo *Saxonum* ævo. Et ordine inſtituto additio quoque ad honorem facta diei ipſi ſacro, qui eſt 23. *Aprilis*. Nam cum olim eſſet *minor Duplex*, in Convocatione ſub *Henrico IV.* anni primi, coacta ab *Arundelio* Archiepiſcopo, voluerunt *quod feſtum S. Georgii Martyris qui* totius Militiæ Anglicanæ Spiritualis eſt Patronus, *& penes quem in actibus Armorum præ cæteris ſanctis habetur devotius & confidentius memoria, inſtituatur per totam Angliam feſtive ac ſolenniter feriandum & colendum ſicut cæteræ nationes ſuorum Patronorum feſta colunt.* Verum hoc deſiderarunt ſicut & alia, (recenſita in petitione, quam attulit *Iohannes Maidenbeth* nomine totius Cleri in Dioeceſi *Cantuarienſe* ad Archiepiſcopum & Epiſcopos reliquos) quæ illo tempore effectu caruerunt. Deinde autem ad inſtantiam Regis *Henrici V.* in *Galliam* parantis abitum; dies S. *Georgii* factus eſt *Feſtum Duplex ad modum majoris Duplicis*, per

Regiſt. Mſs. Arundel. Archiep. Cant. part. 1. fol. 53. b. art. 27.

Canonem Synodi Provincialis *Cantuarienſis*, celebratæ menſe *Novembr.* MCCCCXV. Illo enim referenda *Walſingbami* verba. *Eo tempore decretum fuit* (inquit ſub initium *Henric. 5.*) *per Cleri concilium Londiniis apud S. Paulum celebratum, ad inſtantiam maxime Regis nunc* (loquitur de *Henrico V.*) *ut feſtivitas S. Georgii Martyris, ut duplex feſtum de cætero celebretur.* Hæc collocantur apud *Walſingbamum* in an. MCCCCXIII. ſeu primum *Henrici* quinti. *Linwoodus* autem diſerte ait; *Hæc Conſtitutio fuit Henrici Chichele Archiepiſcopi Cantuarienſis moderni qui hanc Conſtitutionem ſpecialiter edidit ad excitationem Regis Henrici Angliæ quinti in partes Normanniæ tranſituri. Chichele* autem non fuit Archiepiſcopus anno primo *Henrici* quinti. Et in Regeſtis Convocationum illius ætatis, literæ miſſæ ab hoc Archiepiſcopo ad *Lonainenſem* Epiſcopum, (prout fieri ſolet in rebus ſimilibus) celebrationem diei feſti juxta Canonem indicentes, datæ ſunt menſe *Ianuario* MCCCCXV. ſeu anno tertio *Henrici quinti*: res ipſa ſic enarratur in literis: *ineffabilis & imperſcrutabilis potentiæ Dominus, cujus altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, rectis cenſuris judicii cæleſtia pariter & terrena gubernat, & ſi cunctos ejus miniſtros magnificet, altis decoret honoribus, & cæleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores, nonnullos tamen apud diverſarum Chriſtianiſſimi regionum incolas laudis & præmiorum uberiori retributione proſequitur, quos ipſarum regionum habitatoribus patronos & interceſſores ſpeciales diſpoſuit, ut ſic ipſos merito collaudet ingentior devotio populi ſub tanto patrono & interceſſoris præſidio per Dei clementiam aſſiduè ſtabilita. Hujus itaque diſpoſitionis ex clementiſſima & benigniſſima Dei Salvatoris noſtri miſericordiæ procedentis conſideratione,* Nationis Anglicanæ plebs fidelis, *etſi Deum in ſanctis ſuis omnibus laudare ex debito teneatur, ipſum tamen ut orbis aſſatus ipſaque gratia deſuper conceſſa experientia, rerum cunctarum interpres optima, in ſuo attollantur*, Martyre glorioſiſſimo Beato Georgio, tanquam Patrono & protectore dictæ Nationis ſpeciali *humanis tenetur attollare vocibus, laudibus perſonare præcipuis & ſpecialibus honoribus venerari. Hujus namque, ut indubitanter credimus, interventu nedum gentis Angligenæ armata militia contra incurſus boſtiles bellorum tempore (tuta) reperitur, ſed & Cleri pugna militaris in ſacræ pacis otio ſub tanti patroni ſuffragio celebriter rubi-*

Regiſt Ms. Henrici Chichelis Archiep. Cantuar. part 2. fol. 2. & fol. 114 b. & Lindwood tit. de Feriis C. ineffabilis adde his Virum Clariſſ. Arthurum Duck in vita Chichelii Archiep. Cant. pag. 43.

robomtur. Hinc est quod nos qui Dei laudem in sanctis suis, in quibus gloriosus existit, in nostra Provincia cupimus ampliari, Regis & Regni incolarum ad hoc hortatibus excitati, confratrumque nostrorum & Cleri Provincie nostre ductis consiliis, quinimo & nostri Provincialis concilii robore ac decreto suffulti antiquorum Patrum pium erga Sanctos Dei devotionis affectum prosequentes, Festum Beati Georgii Martyris *sub* officio duplici & a *ad modum majoris duplicis festi tam per clerum quam per populum dicte Provincie per universas Ecclesias ejusdem de expresso consensu nostrorum fratrum cleri antedicti, volumus, statuimus, & precipimus annis singulis, perpetuis futuris temporibus solenniter celebrari & in ipso festo ab omni servili opere per omnes civitates & loca ipsius Provincie sicut & prout in festo Natalis Domini precipimus feriari, quo magis in ipso festo plebs fidelis ad Ecclesias conveniant, Deum laudent, & ipsius Sancti & omnium Beatorum patrocinia devotius implorent & pro Rege ac* Regni *Salute instant frequentius & exorent.* Ante ista per canonem sub Archiepiscopo *Islep* anno trigesimo septimo *Edvardi* tertii, festi dies ad exiguum numerum redacti sunt, aliquibus tantum superantem eum, quem nunc observamus, si excipias dies dedicatarum Ecclesiarum & Patronorum quibus dedicatæ sunt, ad quam libertatem *Linwoodus*, intuitu Canonis istius *Chicheleji* tempore sanciti, hanc addit exceptionem: *Excipe Festum Sancti Georgii*, quod in Canone *Simonis de Islep* omissum fuit. Libertas quoque laborandi seu operandi concessa est in quibuscunque aliorum Sanctorum festis diebus. Posthæc, uti etiam antehac in Calendariis Ecclesiæ Anglicanæ S. *Georgii* dies notatus est verbo *Duplex*, ita tamen ut intelligendum esset, ni fallor, festum *Minus duplex*, vel *inferius duplex*, non observato hujus convocationis Canone. Nam in ordinale. *Pica* vel *Pie Salisburiensis* Ecclesiæ, quam etiam dicunt *Directorium Sacerdotum* diligenter correctum & publicatum an. 1508. vel sub initiis *Henr. VIII* a quodam dicto *Clerke* Cantore Collegii Regii Cantabrigiensis sub directione Academiæ (est autem liber docens Sacerdotes quomodo & quando debeant celebrare festa per annum) hoc festum S. *Georgii* frequenter occurrit cum verbis *Minus duplex*. Et videtur quod non fuerit aliter celebratum, quam sicut inferiora duplicia (quanquam Convocatio contrarium sanxit) ut patet ex tabula *de festorum divisione* impressa ad calcem Psalterii in usum *Salisburiensium*, ubi *Majora duplicia* dicuntur esse

a *de festo duplici & quotuplex illud, vide* Durandi *Rationale l. 7. cap. 7. §. 31. Ordinale &c. item Lindwood ad tit. de feriis* C. ineffabilis *verba* Officio duplici, *& verb.* Majoris duplicis *&c. Regist. Archiep. Cant. Sim. Islep. fol. 186. b. Ad tit. de Feriis C. ex Scripturis.*

NOTA: *est nomen Archiepiscopi* Islep. Simon de Islip & Islelep.

esse *Purificatio S. Mariæ, Corporis Christi, omnium Sanctorum,* & pauca præter hæc alia festa (*Nativitatis, Paschatis, istisque* similia dicta *Principalia Duplicia:*) *Minora* autem *duplicia* S. *Stephani* festum, *S. Johannis, Innocentium Annunciationis,* dies festi in Septimanis *Paschatos* atque *Pentecostes* etsimil. Denique *inferiora duplicia,* dies S. *Andreæ,* S. *Thomæ* Apostoli, S. *Matthei,* S. *Gregorii* S. *Ambrosii, S. Marci,* S. *Augustini* Apostoli *Anglicani, S. Michaelis* & ejusmodi plures, quos inter etiam S. *Georgius* numeratur, hac tamen cum cautela. *Festum S. Georgii secundum constitutionem Provincialem est majus duplex. Et consuetudo ut ita observetur licet hoc non habeat consuetudo.* Unde manifestum est, quod juxta Canonem non fuerit celebratum. Ex isto etiam *Ordinale* apparet, quod Paschatis die, vel vespera incidente in vigesimam tertiam *Aprilis* celebratio festi ubique dilata fuerit in nonam vel aliam diem *Maji,* prout casus Ecclesiasticæ tum disciplinæ requisivit. Legi tamen etiam, in *Ordinali Ms.* antiquo Provinciæ *Eboracensis,* quod si S. *Georgii* dies vel S. *Wilfridi* (qui est vigesimus quartus *Aprilis,* incidisset in vesperam Paschatis, ut accidit annis illis quorum numerus in Cyclo Lunæ est Octavus vel decimus nonus) celebratio eorundem anticipanda fuerat, atque remittenda in octavum vel nonum diem præcedentes, vel in Decimum sextum, vel Decimum septimum *Aprilis. Notandum* (ipsa verba libri sunt) *quando festum S. Georgii vel Sancti Wilfridi in vigilia Paschæ evenerint, anticipetur & fiat VIII. vel IX. die præcedente. Et fiet de S. Georgio cum novem lectionibus; Et sint sex primæ lectiones de Communi unius Martyris.*

Cum numerus dierum festorum apud nos necessario contraheretur sub *Henr. VIII.* in commodum cujusq; tractantis negotia vocationis suæ (quod antehac illicitum erat) exemta sunt Festa Apostolorum, B. Virginis (prout verba sonant Anglicana *Henrici* octavi) & S. *Georgii* quatuor denique Evangelistarum nec non *Mariæ Magdalenæ* (cum aliis nonnullis festivitatibus solemnioribus) in reformatione ista. Atque sic manfit dies festus generalis, donec per Decretum Parlamenti sub *Edwardo* sexto, dies festi, quos nunc observamus in Ecclesia nostra, seligerentur, *mandarenturque celebrare. Ita tamen ut semper liceat* (verba sunt decreti latine facta) *Equitibus Perisceli die & singulis eorum servare & celebrare solenniter festum ordinis sui,*

Videsis Lindwood ad tit. de feriis C. ineffabilis. Verb. Omni servili opere.

3. & 4. Ed. 6. cap 3.

vulgo

vulgo appellatum Sancti Georgii festum, *annuatim ab inde XXII, XXIII, & XXIV. diebus Aprilis, & alio quoque tempore vel temporibus, quæ videbuntur aptæ Regiæ Majestati, ejus hæredibus & successoribus, dictis item Equitibus prafati Ordinis Honoratissimi, vel aliquibus ipsorum nunc vel posthac viventibus: non observato quicquid antehac ista de re in contrarium definitum est.* Statutum hoc abrogatum est *Maria* regnante, sed revocatum denuo.

Verum posthabitis Testimoniis istis Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, tam antiquo etiam & continuo honore huic Martyri exhibito, præsertim in hac gente nostra; viri quidam iique eruditissimi, nostra ætate (& ante hanc ætatem nostram nullum reperimus antiquiorem) fervide impugnantes Sancti hujus & aliorum invocationem, negaverunt omnino eum fuisse Martyrem, nisi volueris, cum ipsis, istum credere eundem cum *Arriano* hæretico *Georgio* Episcopo *Alexandrino* crudeliter ibidem occiso, testibus *Ammiano Marcellino* lib. 22. S. *Athanasio* Apol. 2. & *de fuga sua & epist. ad solit. vitam degentes*, & *Gregorio Nazianzeno Orat. in laudem Athanasii.* Hic hæreticus, dicunt isti, cœpit pro Sancto adorari, fuit etiam *Cappadox*, nec, dicunt porro, *S. Georgius Angliæ* Tutelaris in bonæ fidei autoribus legitur, sed in Legendis solummodo, factusque est ex *Arriano* Alexandrino Sanctus. Volunt etiam Picturam *S. Georgii* (de qua mox plura) hieroglyphicam esse non historicam. Circumstantiæ quidem ejus Martyrii variæ, fateor, vix fidem merentur, prout vulgo narrantur, incredibiles enim sunt & tam diversæ, ut etiam contrariari sibi videantur. Verum hoc ipsi commune est cum Martyribus aliis, quos Martyres fuisse minime dubitamus, quanquam miracula eorundem, nec non circumstantiæ multæ nimium incredibiles sint. Quæstio autem est, an aliquis vel nemo hujus nominis in persecutionibus istis fuerit Martyr, & quidem *Lydde* seu *Diospoli* ipseque vir *Cappadox*. Historiæ quidem fide dignæ nihil de ipso habent; Novimus autem de temporibus, circa quæ passus esse creditur, nullum nos habere historicum præter *Eusebium*, qui singulorum Martyrum nomina per aliquot Secula non assignavit, sed in genere de ipsis locutus est. Deinde plurimæ & antiquissimæ Dedicationes templorum ipsi factæ, antiquæ narrationes miraculorum ejus, nec non apparitiones,

V. Reinold. de Idololatria l. 1. cap. 5. &c.

nes, ſpeciales liturgiæ nec non feſta in utraque Eccleſia, aliaque ſupra adducta (& demonſtrantia, quod antehac Martyrium ipſius nemo vocaverit in dubium) poſſunt omnino ſupplere locum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ optimæ, quæ potuiſſet de ipſo ſcribi. Argumentum contra ipſum prolatum ex nomine hæretici iſtius *Alexandrini* ex quo poſteritas dicitur Sanctum per errorem formaſſe nullo ſane nititur fundamento. Apparet etenim ex *Ammiano Marcellino* Arrianum iſtum *Georgium* ex *Cilicia* fuiſſe ortum, non *Cappadocia*, quanquam revera accerſitus venerit ex *Cappadocia*, quod docet *Athanaſius*. Neque aliquid, quod narratur, ambo iſti commune habent præter *Cappadocia* nomen quæ uni fuit habitationis, alteri quod vulgo dicunt habitationis & nativitatis locus. Neque apparet Arrianum hunc unquam, religioſe cultum eſſe vel coli cœptum, neque *Epiphanii* verba aliquid juvant. Ideoque veritas, extitiſſe S. *Georgium*, dependet ex authoritate antiqui conſenſus Eccleſiarum in Oriente & Occidente. Neque quicquam ex *Georgii* hæretici *Alexandrini* hiſtoria protractum, ac Sancto noſtro applicatum, attente conſideranti, contaminare videtur iſtius Martyrii veritatem. Et quod præ reliquis obſervandum: Martyrium S. *Georgii* collocatur in tempora *Diocletiani* circa annum Chriſti CCXC. Ille vero rabie plebis occiſus creditur *Alexandriæ* poſt an. CCCLX. intercedunt itaque inter eos anni LXX. Cur ergo in unum compingeremus virum duos iſtos, qui ſupra annos MCCC, utraque Eccleſia teſtante, pro diverſis habiti ſunt, ita ut alter coleretur ceu Sanctus & Martyr, alter vero diceretur nequiſſimus hæreticus, adeoque diverſiſſimus a priore quoad vitam, dignitatem, mortem & ætatem.

Hæreſ. 76. contra Anomæos.

XLIV. Imago S. *Georgii* armati, equo inſidentis, & Draconis ſub ipſo (exacte ſimilis inſignibus Imperatoris *Ruſſiæ*) annectitur Corollari ordinis. Armatus & equo inſidens cernitur, nam non alius geſtus ipſum decuit quandoquidem fuit Miles atque Campidux, uti ſupra oſtenſum. Græci ipſum ſic pinxerunt ut apparet ex *Nicephori Gregoræ Hiſt. 8.* Exiſtimarunt tamen aliqui Draconem magis eſſe hieroglyphice appoſitum, quam certa fide hiſtoricè. Mos ille Diabolum ſub figura draconis repræſentare coævus eſt

Con-

Conſtantino Magno, quoniam iſto appellatur nomine in Scriptura S. Ideoque ipſe *Conſtantinus* juſſit pingere imaginem ſuam tanquam de Dæmone triumphantis, cum cruce ſuperius appoſita, dracone vero inferius, qui per medium ventrem telis confixus in profundos maris gurgites projicitur: quod *Euſebio* explicante, eſt alluſio ad illud Eſaiæ XXVII. 1. *In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro & grandi & forti ſuper Leviathan* (Draconem LXX. vertunt) *ſerpentem vectem, & ſuper Leviathan ſerpentem tortuoſum, & occidit cetum qui in mari eſt.* In picturis aliis aliquando coram ipſo genua flectit, virgo quam etiam eruditi dicunt ſymbolice intelligendam eſſe de quadam regione vel civitate ipſius auxilium implorante; fuit enim mos antiquus & hodie, regiones & urbes fœminarum forma exhibere. En Verba Baronii de Dracone & virgine. *Pictum illa*, ait, S. Georgii *qua effingitur Eques armatus, qui haſtæ cuſpide Draconem interficit juxta quem etiam virgo poſita manu ſupplices tendens imploret auxilium; Symboli potius quam hiſtoriæ alicujus opinor eſſe expreſſam imaginem. In nullis enim, quæ recenſuimus, S. Georgii actis antiquis, quicquam ejuſmodi legitur. Sed à Iacobo de Voragine, abſque aliqua majorum auctoritate, ea ad hiſtoriam referuntur, quæ adverſus Diaboli vires tanti martyris imploret auxilium.* Verum ait porro, *Non imus inficias S. Georgium* (ita legenda ſunt verba, utut editio *Romæ* excuſa legat, & quidem erronee *S. Gregorium*) *ut Equeſtris militiæ militem, Equeſtri imagine referri conſueviſſe.* Nonnulla ſunt de hac pictura in epiſtolis Ducis *Sommerſetenſis* ad *Stephanum Gardiner* Epiſcopum *Wigornienſem*, & aliis apud Foxium in actis Eccleſiæ Anglicanæ, quæ hic prætereo, una cum illis quæ habet *Erberdus Cellius* aliique. Finem faciant verſus elegantis Poematis de connubio *Thamis*, & *Iſis*, ubi *Thames* introducitur ſic loquens ad *Windeſoriam* de ordine iſto, exigua cum mutatione

De ſita Conſtantini lib. 3. cap. 3.

ad 23. April. in Martyrolog. Roman.

Camden. in Atrebatiis pag. 209.

--- Cappadocis tu clara Georgi
Militia; procerumque cohors, chlamydata intenti
cincta periſcelidi furos, te lumine tanto
Illuſtrat, tantis radiis perſtringit & Orbem
ut jam Phryxeum ſpernet Burgundia *vellus,*
contemnat cochleis variatos Gallia *torques,*

Et cruce conſpicuas Pallas, Rhodus, Alcala & Elba.
Solaque Militiæ ſit ſplendida gloria veſtra.

XLV. Reſtat ut veniamus ad Ordinem *Balnei*. Nemo exiſtimo credet fabulæ feciſſe *Julium Cæſarem* Equites Balnei, quod tradiderunt aliqui cum ſimilibus fabulis pluribus, quas hic ne attingimus quidem. Prima hujus mentio ceu Ordinis diſtincti expreſſa vulgo tribuitur initiis *Henrici IV.* Coronationi enim ſuæ ſe parans fecit XLVI. Equites ad Turrim *Londin.* qui lavarunt ſe. *Celle nuict* (inquit *Froiſſardus* loquens de die Sabbati Coronationem ejus antecedente) *y veillerent tous les Eſcuyers, qui devoient eſtre faitz chevaliers le lendemain, que furent le nombre de XLVI. & eurent tous ſes Eſcuyers, chacun ſa chambre, & chacun ſa baign ou ils ſe baignerent celle nuict; & lendemain le Duc de Lancaſtre les fit chevaliers a ſa meſſe & leur donna longues cottes verdes a eſtreits manches fourrees de menuver en guiſe de Prelats, & avoint les dits chevaliers ſur la feneſtre eſpaule un double cordeau de ſoye blanche a blanches houpells pendans.* Verum repete hic quæ de balneis dicta ſunt ſupra §. 34. in Creatione Equitum Baccalaureorum, a Regibus *Franciæ* & *Angliæ*, diu ante *Henricum IV.* Ceremonias dum iſti creantur fuſe narrant *Camdenus in Britan. pag. 124. Segar de Honore militare & civil lib. 2. cap. 11.* & monumenta quædam Miſs. Coronationum, Creationis Principis *Walliæ* nec non Ducis *Eboracenſis* easdem pariter recenſent, ideoque hic eas omittimus. A balneo autem quo lavantur, derivatur eorum appellatio. Inſignia Equitis de Balneo ſunt præter amictum & ſimilia, gladius aureaque calcaria, quibus cinguntur ſeu inveſtiuntur poſt vigilias, Balneum, aliaque ſolennia præcedanea; quæ etiam ſingula vel plurima adhibuerunt in creatione Equitum Baccalaureorum ſeu *Militum Simplicium*, uti jam diximus. Poſt creationem omnes unanepulantur, a prandio cum ſurgunt. Regius coquorum Magiſter oſtendit ipſis cultrum ſuum, monetque ut probi & fideles ſint Equites, alias velle ſe ipſis abſcindere calcaria. Et huc pertinet quæ §. 38. recenſita ſunt in præfatione ſententiæ contra *Radulfum Grey* ſub *Edwardo IV.* Tales Equites vulgo creati ſunt e ſelectiſſimis nec antehac in alium ordinem Equeſtrem receptis, & quidem tempore Coronationis, vel Principe in Equitem creato, & ſimilibus ſummis

in

in Aula solemniis celebratis. Antiquissimus Autor ex professo tractans naturam Equestris dignitatis & hujus mentionem faciens est *Nicolaus Upton* coævus *Henrico VI.* Hic immediate post caput, supra insertum *Part. 2. cap. 1. §. 62.* ubi de Equitibus Imperii, de iis qui potestatem creandi Equites habeant pergit de forma creationis sub hoc titulo. *Quibus modis creantur milites?* & Respondet, *Creantur milites multis modis. Primo modo ut prædixi apud S. Sepulchrum, ut prædictum est. Creantur in alio modo milites, videl. per Balneum, qui modus multum observatur in Anglia, & in aliis regnis* (vide de Equitibus *Francie* cap. 3. §. 24.) *ubi regnat Pax, De isto modo, dic ut ibi*; scilicet dirigit nos ad caput præcedens si velimus scire quis istos creare queat. Deinde subnectit quæ habes supra §. 34. nostro de Ceremoniis aulæ nostræ quando creati sunt Equites Baccalaurei. Inter illa locutus de *Stigmatibus* seu *insigniis militaribus* necessario requisitis in Equite juxta leges imperiales addit: *Item quinto* (quatuor enim prærequisita sunt *Genus, Scriptum, Fides, Examen*, sextum denique est *Ensis*) *quod stigmata sive insignia militaria ei imponantur ut C. de Fabricensibus lege III. lib. XI. sicut illi milites, qui creantur per Balneum de consuetudine in humero sinistro suum stigma militare album* (*ferunt*) *quod quidem stigma dictus Tyro portabit quousque fecerit aliquod notabile factum nisi aliqua notabilis Domina illud tollat, ut docet consuetudo Anglie.* Per *Stigma Album* (phrase licet aliena) intelligit *Cordeau de soy* seu ligulam sericeam uti est apud *Froissardum.* Addo hic *Gallica* relationi Ms. circa tempora *Henrici VII.* de ceremoniis titulum præfigi talem: *Le ordre pour faire les Chivaliers de la Bathe selonque le custome D' engleterre & auxi selonque le custome de les auncient Romanes*; & quod *Henricus VII.* literas miserit ad varios Dominos Nobilesque ut venirent *ad ordinem Militiæ de Balneo suscipiendum* cum crearet *Henricum* filium suum secundogenitum Ducem *Eboracensem*, juxta (verba sunt *Dors. Clausul. 10. Henr. 7. 20. sept.*) *antiquam consuetudinem in creatione usitatam.* Idque præcepit *sub pœnas* quingentarum librarum.

Ms de militia lib 1. c. 3.

XLVI. Post istos Equitum Ordines devenimus tandem ad ordinem nuper constitutum *Baronettorum*, qui sequitur juxta primam nostram divisionem Dignitatum in *Anglia.* Vox ipsa *Baronettus* antiqua est, ut traditum in titulo *Bannereti Gallie & Anglie.* Verum sic usurpata neutiquam respicit hunc titulum recētem. Pri-

ma hujus creatio facta anno nono *Iacobi* Regis, qui vigesima secunda *Maji* per diplomata creavit plures, ita ut ipsa diplomata non nisi in propriis creatorum nominibus differrent. Formula talis est.

Pat. 9. Iacob. Reg. part. 45.

Jacobus *Dei Gratia &c. Salutem. Cum inter alias Imperii nostri gerendi curas, quibus animus noster assiduè exercetur, illa non minima sit, nec minimi momenti, de Plantatione Regni nostri* Hiberniæ, *ac potissimum* Ultoniæ *ampla & percelebris ejusdem Regni Provincia, quam, nostris jam auspiciis atque armis, feliciter sub obsequii jugum redactam, ita constabilire elaboramus, ut tanta provincia, non solum sincero Religionis cultu, humanitate civili, morumque probitate, verum etiam opum affluentia, atque omnium rerum copia, quæ statum Reipublicæ ornare vel beare possit, magis, magisque efflorescat; Opus sanè, quod nulli progenitorum nostrorum præstare & perficere licuit, quamvis id ipsum multa sanguinis & opum profusione sæpius tentaverit; In quo opere sollicitudo nostra Regia, non solum ad hoc excubare debet, ut Plantatio ipsa strenuè promoveatur, oppida condantur, ædes & castra exstruantur, agri colantur, & id genus alia: Sed etiam prospiciendum imprimis, ut universus hujusmodi rerum civilium apparatus, manu armata, præsidiis videlicet & cohortibus protegatur & communiatur, ne quæ aut vis hostilis, aut defectio intestina rem disturbet aut impediat: Cumque nobis intimatum sit, ex parte quorundam ex fidelibus nostris subditis, quod ipsi paratissimi sint, ad hoc Regium nostrum inceptum, tam corporibus, quam fortunis suis promovendum: Nos commoti, operis tam sancti ac salutaris intuitu, atque gratos habentes hujusmodi generosos affectus, ac propensas in obsequium nostrum & bonum publicum voluntates, statuimus apud nos ipsos nulli rei deesse, quæ subditorum nostrorum studia præfata remunerare, aut aliorum animos atque alacritatem, ad operas suas præstandas, aut impensas in hac parte faciendas, excitare possit; Itaque nobiscum perpendentes atque reputantes, virtutem & industriam, nulla alia re magis, quam bonori ali atque acui, omnemque honoris & dignitatis splendorem, & amplitudinem à Rege, tanquam à fonte, originem & incrementum ducere, ad cujus culmen & fastigium, propriè spectat, novos honorum & dignitatum titulos erigere atque instituere, utpote, à quo antiqui illi fluxerint; Consentaneum duximus (postulante usu Reipublicæ atque temporum ratione) nova merita novis dignitatum insignibus rependere: Ac propterea ex certa scientia & mero motu nostris, Ordinavimus, ereximus, constituimus, & creavimus,*

NOTA. *Quæ de Plantatione* Hiberniæ *vel de Coloniis in Hiberniam mittendis sibaserit eruditissimus Verulamius vide in ipsius operibus editis 1694. ubi exhibentur singulari dissertatione pag. 1357. Cogitata hac de re S. R. M. proposita anno 1606.*

vimus, quendam ſtatum, gradum, dignitatem, nomen & titulum Baronetti (*Anglice* of a Baronet,) *infra hoc Regnum noſtrum* Angliæ *perpetuis temporibus duraturum. Sciatis modo, quod nos de gratia noſtra ſpeciali ex certa ſcientia, & mero motu noſtris, ereximus, præfecimus, & creavimus, ac per præſentes pro nobis, Heredibus & ſucceſſoribus noſtris, erigimus, præficimus, & creamus dilectum noſtrum A.B. de C. in Comitatu D. virum, familia, patrimonio, cenſu, & morum probitate ſpectatum (qui nobis auxilium & ſubſidium ſatis amplum, generoſo & liberali animo dedit & præſtitit, ad manutenendum & ſupportandum triginta viros in cohortibus noſtris pedeſtribus in dicto* Regno *noſtro* Hiberniæ, *per tres annos integros pro defenſione dicti* Regni *noſtri, & præcipuè pro ſecuritate plantationis dicta provincia* Ultoniæ) *ad, & in dignitatem, ſtatum, & gradum* Baronetti (*Anglice* of a Baronet) *Ipſumque A.B.* Baronettum *pro nobis, haredibus, & ſucceſſoribus noſtris, præficimus, conſtituimus & creamus per præſentes, habendum ſibi & haredibus maſculis de corpore ſuo legitimè procreatis imperpetuum. Volumus etiam & per præſentes de gratia noſtra ſpeciali, ac ex certa ſcientia & mero motu noſtris, pro nobis, Haredibus, & ſucceſſoribus noſtris concedimus præfato A.B. & Haredibus maſculis de corpore ſuo legitimè procreatis, quod ipſe idem A.B. & Heredes ſui maſculi prædicti habeant, gaudeant, teneant, & capiant locum atque Precedentiam, virtute dignitatis* Baronetti *prædicti & vigore præſentium, tam in omnibus Commiſſionibus, brevibus, literis patentibus, ſcriptis, appellationibus, nominationibus & directionibus, quam in omnibus Seſſionibus, Conventibus, Cœtibus, & locis quibuscunque pra omnibus, militibus tam de* Balneo (*Anglicè* of the Bathe) *quam militibus* Baccalaureis (*Anglicè* Bachelors) *ac etiam pra omnibus militibus* Bannerettis (*Anglicè* Bannerets) *jam creatis, vel impoſterum creandis, (illis militibus* Bannerettis *tantummodo exceptis, quos ſub vexillis Regiis, in exercitu Regali in aperto bello, & ipſo Rege perſonaliter præſente, explicatis, & non aliter creari contigerit.) Quodque uxores dicti A.B. & Haredum maſculorum ſuorum prædictorum, virtute dicta dignitatis maritorum ſuorum prædictorum, habeant, teneant, gaudeant, & capiant locum & precedentiam, pra uxoribus omnium aliorum quorumcunque, pra quibus mariti hujusmodi uxorum, vigore præſentium habere debent locum & precedentiam; Atque quod primogenitus filius, ac cæteri omnes filii & eorum uxores, & filiæ ejusdem A.B. & Haredum ſuorum prædictorum reſpectivè, habeant & capiant locum & precedentiam ante primogenitos filios, ac alios filios, & eorum*

uxores, & filius omnium quorumcunque respectivè, pro quibus patres hujusmodi filiorum primogenitorum, & aliorum filiorum, & eorum uxores, & filiarum, vigore præsentium habere debent locum & præcedentiam. Volumus etiam, & per præsentes pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia, & mero motu nostris concedimus. quod dictus A.B. nominetur, appelletur, nuncupetur, placitet & implacitetur, per nomen A.B. Baronetti; *Et quod stilus & additio* Baronetti *apponatur in fine nominis ejusdem A.B. & hæredum masculorum suorum prædictorum, & omnibus Literis Patentibus, Commissionibus, & Brevibus nostris atque omnibus aliis Chartis, factis, atque literis, virtute præsentium, ut vera, legitima, & necessaria additio dignitatis. Volumus etiam, & per præsentes pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris ordinamus, quod nomini dicti A.B. & Hæredum masculorum suorum prædictorum, in sermone Anglicano, & omnibus scriptis, Anglicanis, præponatur hæc additio, videlicet Anglicè,* Sir, *& similiter, quod uxores ejusdem A.B. & Hæredum masculorum suorum prædictorum, habeant utantur; & gaudeant hac appellatione, videlicet Anglicè* Lady, Madame & Dame, *respectivè, secundum usum loquendi. Habendum, tenendum, utendum, & gaudendum, eadem statum, gradum, dignitatem, stilum, titulum, nomen, locum, & præcedentiam, cum omnibus & singulis privilegiis & ceteris præmissis, præfato A.B. & hæredibus masculis de corpore exeuntibus imperpetuum. Volentes & per Præsentes concedentes, pro Nobis, Hæredibus & Successoribus Nostris, quod prædictus A.B. & hæredes sui masculi prædicti, nomen, statum, gradum, stilum, dignitatem, titulum, locum, & præcedentiam prædictam cum omnibus & singulis privilegiis & ceteris præmissis successive, gerant & habeant, & eorum quilibet gerat & habeat, quodque idem A.B. & Hæredes sui Masculi prædicti successivè* Baronetti *in omnibus teneantur, Et ut* Baronetti *tractentur & reputentur. Et ulterius de uberiori gratia nostra speciali, ac ex certa scientia & mero motu nostris concessimus, ac per præsentes pro Nobis, Hæredibus & successoribus nostris concedimus præfato A.B. & hæredibus suis masculis prædictis, quod numerus* Baronettorum *hujus regni Angliæ nunquam post hac excedet in toto, in aliquo uno tempore, numerum ducentorum* Baronettorum: *& quod dicti* Baronetti, *& eorum Hæredes masculi prædicti respectivè, de tempore in tempus in perpetuum, habebunt, tenebunt & gaudebunt locos & præcedentias suas inter se, videli-*

cet,

cet, quilibet eorum secundum prioritatem & senioritatem Creationis sua Baronetti *predicti, quotquot autem creati sunt vel creabuntur* Baronetti *per literas nostras Patentes, gerentes Datas uno & eodem die, & Heredes sui predicti, gaudebunt locis & precedentiis suis inter se secundum prioritatem, quæ cuilibet eorum dabitur, per alias literas nostras Patentes in ea parte primò conficiendas, sine impedimento, & non aliter, nec alio modo. Et insuper de abundatiori gratia nostra speciali, ac ex certa scientia & mero motu nostris concessimus, ac per præsentes, pro nobis, hæredibus & successoribus nostris concedimus præfato A.B. & hæredibus suis Masculis prædictis, quod nec Nos, nec Hæredes vel Successores Nostri, de cætero in posterum erigemus, ordinabimus, constituemus, aut creabimus infra hoc regnum nostrum* Angliæ *aliquem alium gradum, ordinem, nomen, titulum, dignitatem, sive statum, sub, vel infra gradum, dignitatem, sive statum* Baronum *hujus Regni nostri* Angliæ, *qui erit vel esse possit superior vel æqualis gradui & dignitati* Baronettorum *predictorum, sed quod tam dictus A. B. & hæredes sui masculi predicti, quam uxores, filii uxores filiorum & filiæ ejusdem A.B. & hæredum masculorum suorum predictorum, de cætero in perpetuum liberè & quietè habeant, teneant, & gaudeant, dignitates, locos & precedentias suas predictas præ omnibus, qui erunt de talibus gradibus, statibus, dignitatibus vel ordinibus in posterum, & præfertur, creandi respectivè secundum veram intentionem præsentium absque impedimento nostro, hæredum vel successorum nostrorum, vel aliorum quorumcunque. Et ulterius per præsentes declaramus, & significamus beneplacitum & voluntatem nostram in hac parte fore & esse, Et sic nobiscum statuimus & decrevimus, quod si postquam nos predictum numerum ducentorum* Baronettorum *hujus Regni* Angliæ *compleverimus, & perfecerimus, contigerit aliquem, vel aliquos eorundem* Baronettorum *ab hac vita discedere, absque hærede masculo de corpore vel corporibus hujusmodi* Baronetti *vel* Baronettorum *procreato, quod tunc nos non creabimus, vel præficiemus aliquam aliam personam, vel personas in* Baronettum, *vel* Baronettos *Regni* Angliæ, *sed quod numerus dictorum Ducentorum* Baronettorum *ea ratione de tempore in tempus diminuetur, & in minorem numerum cedet & redigetur; Denique volumus, ac per præsentes, pro nobis, hæredibus & successoribus*

nostris

noſtrâ de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris concedimus prafato A.B. *& Hæredibus ſuis maſculis prædicti, quod hæ literæ noſtræ Patentes erunt in omnibus, & per omnia firmæ, validæ, bonæ, ſufficientes & effectuales in lege, tam contra nos, hæredes, & ſucceſſores noſtros, quam contra omnes alios quoſcunque ſecundum veram intentionem earundem, tam in omnibus curiis noſtris, quam alibi ubicunque. Non obſtante aliquâ lege, conſvetudine, præſcriptione, uſu, ordinatione ſive conſtitutione quacunque ante hac edita, habita, uſitata, ordinata, ſive proviſa, vel in poſterum edenda, habenda, uſitanda, ordinanda, vel providenda: Et non obſtante aliquâ aliâ re, cauſâ vel materiâ quacunque. Volumus etiam &c. Abſque fine in Hanaperio, &c. Eo quod expreſſa mentio, &c. In cujus rei &c. Teſte, &c.*

Deinde & alii creati ſunt per ſimiles patentes literas, quæ devenerunt ad aliquos autoritate Sigilli ſecreti, ad alios vero autoritate Commiſſariorum per magnum ſigillum confirmatorum, ut tractarent cum iis qui vellent creari, ſupra conditiones in præfatione diplomatis commemoratas, dataque ipſis licentia creandi eos. His Commiſſariis inſtructio quoque tradita eſt verbis Anglicanis, quam ſic latine reddimus.

Quoniam, placuit nobis committere vobis poteſtatem tractandi & paciſcendi cum certo numero Equitum & Armigerorum, vobis ſemet offerentium cum promiſſione quod velint aſſiſtere in negotiis Hiberniæ, *& ſub conditionibus in præſentibus literis definitis, quarum intuitu magnam reponimus fiduciam in Veſtrum judicium & integritatem, bene gnari in ejuſmodi caſibus accidere multa, quæ requirunt ſingularem curam & attentionem. Igitur volumus per has literas ita agatis ut etiam foris conſtet de noſtro propoſito, & autoritate vobis conceſſa, ut per maxime publicam ejus notitiam qui idonei ſunt ad tantum promovendum opus, tempeſtive ſciant, quo & ad quem ſe convertere debeant; Eum in finem jubemus ut certum ipſis definiatis locum & tempus quando accedere ad vos debent, maximeque opportunum id fieri videmus in* Camera Conſilii in Aula Alba, (Whitehall) *diebus Mercurii nec non Veneris a meridie, ubi annunciabitis ipſis (prout venient) quod recipere cupientes* dignitatem Baronettorum, *teneantur alere triginta* pedites *in* Hibernia per tres annos, *ſolventes ipſis quotidie octo denarios ſterlinga Anglicana; & integrum unius anni ſtipendium cameræ noſtræ Receptorum ſolvant quam primum ſignatæ ſunt eorum literæ patentes.*

Vide-

Videbitis autem semper ne admittatis quaspiam nisi sitis probe certi, esse eos viros egregia qualitatis, sufficientium opum, & bonæ famæ istoque honore dignos; progenitos ad minimum ex Avo paterno qui Arma *gestavit; nec non habeant certos annuos proventus ex agris per hæreditatem acquisitis, mille libras per* Annum de claro; *vel agros antiqui census, qui (meionibus subductis) æquivalent mille libris* per Annum *tertorum redituum, vel ad minimum habeant duas partes, ex tribus agrorum partibus conficientium summam istam, eaque realiter possideant, & tertiam partem expectent ex casu mortis vi dotis acquirendæ, vel junctura.*

Et quod attinet ordinem observandum inter recipientes dignitatem Baronetti, *quanquam optandum esset ut Equites illi, qui nunc præcedunt Equites alios (intuitu temporis quo creati sunt) etiam præ aliis nunc collocentur, (cæteris paribus) attamen quoniam hæc dignitas debet esse* hæreditaria, *in eaque plures circumstantia considerandæ veniunt, quam ejusmodi nova Temporaria (i.e. quod nunc Eques est tempore prior alio) voluntas nostra est, ne admodum exacti sitis in collocandis iis qui hanc dignitatem adipiscentur, sed quod* Armiger *antiqua prosapia, & singularis vitæ possit in hoc selectu collocari ante aliquot Equites. Et sic (ex Equitibus) vir elegantioris vitæ, & clarior ob familiam suam, annos, vel munus etiam in Republica, potest nunc in ordine isto præferri Equiti ante ipsum promoto.*

Porro quoniam nullus Honor neque Existimatio unquam quæsita, (licet optima quoque sint moventes causæ) sit absque scandalo; nam quidam (destituti benevola in rempublicam mente) vel ipsi inidonei existentes, & invidentes aliorum exaltationi, convitiis istos aspergent affirmantque, non alia de causa ipsos ea dignitate præditos fuisse, quam illa quæ publicum hoc & omni memoria dignum respicit opus; efficietis igitur ut adipiscens dignitatem istam juramento asserat quod neque ipse (neque aliquis pro ipso) directe vel indirecte plus dederit pro conscendendo gradu isto, vel consequenda præcedentia in illo, quam necessarium est ad alendum militum numerum, modo quo dictum est, si excipias sumptus pro diplomate faciendos.

Et quoniam ignari non fumus in distributione Honorum omnium velle plurimos ascendere quam alte omnino possunt, in quorum dijudicatione (quoniam Dignitatem attinet) non potest nimia adhiberi cautela ad terminandas privatas competitorum Ambitiones.

Bene enim cognitum est, quod neminem magis attineat prævenire ejusmodi incongrua, quam nosmet ipsos a quibus omnis honor & dignitas (sive

temporarius sive hereditarius) indicem trahit & initia sumit: Publice declarabitis igitur omnibus quorum interest, quod ad firmiorem autoritatem actionis vestræ propriæ, in causa Præcedentia (in qua invenimus vos studiosissimos in evitandandis omnium justis exceptionibus. Placeat nobis postquam videbimus diplomata, quibus nomen vestrum subscripsistis, antequam apponatur sigillum nostrum magnum, in nosmet ipsos suscipere curam, ordinandi & collocandi unumquemq; in locum ipsi debitum. Ideoque adhibebimus speciale consilium, quod vos Commissarii nostri nobis præbebitis, certi de integritate & circumspectione vestra, quam experti sumus & de qua optime persvasi sumus, uti & pollicemur, quod uteminì mediis optimis ad infirmandos vosmet ipsos in casibus dubiis, antequam ad nos defertis opinionem docentem nos in casu ejusmodi in quo intentio nostra est (ex debita consideratione omnium necessariarum circumstantiarum) largiri unicuique illam satisfactionem, quæ cum Honore & Ratione consistit.

Tandem post instructionem quomodo & qua cum cautela debetis recipere conditiones propositas ab illis qui ad hanc dignitatem adspirabunt, postulamus a vobis ista duo: primo, ut quivis admissus sufficientem præbeat obligationem & recognitionem, in nostrum commodum, quod & reliquam portionem certo sit soluturus post solutam primam portionem, quam vobis præsentibus exsolvet cum tradentur ipsi Literæ patentes. Secundo. Videntes hanc solutionem in publicum opus esse motivam causam istius dignitatis, & summum bonum quod potest expectari ex his Coloniis, dependere ex certis stipendiis, istorum militum, qui ali poterunt in illo Regno, donec probe confirmatum fuerit, & quorum sustentatio difficilior erit, nisi ejusmodi media extraordinaria nobis subveniant, Volumus Te Thesaurarium *nostrum in* Anglia, *ita servare nummos istos collectos, ne cum aliis misceantur reditibus nostris, sed seorsim asserventur, & convertantur in usum eum in quem erogantur ac decernuntur. Et quoniam indicabis acceptandos esse nummos, nec non syngrapha a quodam quem denominare visum fuerit in specie, servari, ideo acceptabit is solutionem cujusque portionis, ac syngrapha retradet, cum schedula solutionem factam testante, quam* acquietantiam *dicunt. Et hoc sit vestrum, ejusque, Receptoris dicti, sufficienter confirmata autboritas in hoc opere.*

Hæc Commissio tantum per aliquam partem istius anni duravit. Deinde plures in eam evecti sunt dignitatem, eorumque diplomata obvia habes in rotulis. Anno sequente prodiit Decre-

tum

tum eorum locum & præcedentiam definiens, quod habes in hujus partis capite ultimo. Ad hoc Decretum addebatur quod Baronetti eorumque filii primogeniti majorennes deberent Equites creari; & quod ipsi eorumque nati debeant habere aliqua insignium suorum parte vel scuto, cum eligerentur insignia *Ulsteriæ* i. e. in campo argenteo manum *Geules* id est, sangvineam; item quod Baronetti pro illo tempore debeant habere in Regis exercitu, ejus Hæredum & Successorum, proximum locum a vexillo, cum aliis nonnullis eorundem funera attinentibus. *Pat. 10. Iacobi part. 10. n. 8.*

XLVII. Ultimus titulus nostræ hic divisionis est *Armiger, Esquire*, innuens dignitatem mediam inter Equitem Baccalaureum & vulgarem titulum Nobilis, *Gentleman*. Ejus nunc apud nos est naturæ, ut quemcunque videmus sangvine, officio in Republ. vel alia ratione eminere, ideoque putamus, quod ipsi excelsius attributum conferri debeat, quam vulgare illud *Nobilis*, scientis tamen, quod non alio titulo honoris legitime gaudeat, communiter istum vocemus *Esquire*, in ejusmodi occasionibus, quæ legitime requirunt ut ipsius dignitatis & conditionis vel status mentio fiat; præsertim in Citationibus & actionibus fori quibus proscribi potest juxta *stat. 1. Henr. 5. cap. 1.* Aliarum gentium Barones, vel magni Domini in sua regione, nec vero Equites in legalibus processibus apud nos appellantur *Esquires* id est, Armigeri tantum. *Coke part. 9. fol. 117. quin & vide 32. H. 6. fol. 29. & Br. tit. Nosme. 61.* Aliqui ex summis Fecialibus nostris habent divisiones suas nostrorum Armigerorum applicatas hodienum. Et linqvo ego illas, ubi facile inveniri queunt, videl. apud *Camden. in Brit. pag. 127. Glover Sommerset apud Segar lib. 4 cap. 14* &c. Origo hujus tituli certe apud nos etiam fuit ex officio *Armigerorum* vel *Scutiferorum*, de quo in dignitatibus *Imperii* & *Galliæ*. Inde a tempore *Henrici* quinti, quo statutum Additionum est sancitum, sæpe occurrit in legalibus additionibus. Nihilominus tamen diu ante ista tempora generale apud nos fuit nomen illorum, ut videtur, qui fuerunt *militaris ordinis candidati*, iique existentes Equitibus Baccalaureis inferiores, servierunt vel istis, vel majoribus quibusdam dominis; aut sub hoc nomine in bello adhibiti sunt; aut per creationem nacti sunt titulum istum, cujus exemplum mox dabimus. Inde videmus sæpissime

sime apud *Froissartem* robustissimam exercitus portionem appellari *Cbivalers & Esquires*, & apud alios, *Milites & Armigeros*. Temporibus antiquioribus videtur *Servientis* vocabulum suppleviſſe titulum Armigeri, quanquam & aliquando distinguatur ab eodem; sic & alia de hoc utroque titulo observanda veniunt, quorum nonnulla malo seligere & adscribere meliori submissurus judicio, quam temere ex iis conclusiones quasdam formare.

Antiquissima quam memini mentio *Armigeri* est apud *Ordericum Vitalem* loquentem de *Wilhelmo Fitz-Osborne* Comite *Herefordiæ* & *Odone* Comite *Cantii* Conquestoris ævo. *Nimia cervicositate tumebant* (inquit in hist. Eccles. lib. 4. pag. 507.) *& clamores Anglorum rationabiliter audire eúque æquitatis lance suffragari deſpiciebant. Nam* Armigeros *suos, immodicas prædas & incestos raptus facientes vi tuebantur.* Et ad *Barbam Downe* (ait Matheus Parisiens. pag. 312. edit. Lond.) *æstimati sunt inter* milites electos & servientes strenuos *& bene armatos sexaginta millia virorum fortium.* In exercitu prope *Lincolniam* initio *Henrici III.* ex Regis parte *recensiti sunt* (inquit idem pag 393. 396.) *Milites CCCC. Bachilarii ferme CCL. servientes quoque & Equites tot & tales affuerunt innumeri quot vices Militum possent pro necessitate implere.* Et capti sunt ex parte Baronum *milites CCCC. præter servientes, equites & pedites qui facile sub numero non cadebant.* Et *interfectus est in illo conflictu servicus quidam ex parte* Baronum *omnibus ignotus.* Et pag. 415. *Milites etiam omnes &* servientes *sine pœna & redemtione relaxati sunt.* *Bractonus* quoque loquens in Tractatu *de Essoniis* c. 10. §. 2. de Equitibus mittendis a Sheriffo ad videnda *Essonia de malo lecti*, ait, quod minime sufficiat *si Vicecomes mittat servientes. Milites enim esse debent propter verba brevis*; ac si revera *servientis* fuisset proxima dignitas ab Equite. Porro hæredes juvenes in Equestrem recipiendi ordinem (ideoque proximo in gradu ad Equitem constituti) comprehenduntur etiam sub Titulo *Valetti*. Nam *Valet*, seu *Vadlet* olim apud nos & in *Gallia* fuit speciale nomen juvenum Nobilium utut magnæ originis seu conditionis, nunc autem nomen istud tribuitur a nobis & Gallis hominibus agrestibus. Sic nomen usurpatum sub *Henrico VI.* apud nos, ut videre est in statuto anni ejus vigesimi tertii, de electione Militum in Shiris. Necesse est sint, Lex ait) vel Equites *ou autrement tielx notables Esquiers, Gentiles-*

NOTA. *Essonia sunt impedimenta, excusationes &c. Sid. du Fresne Gloss. & Spelman. Bracton. lib 3. de Corona fol. 116. b.*

les hommes del Nativitie des mesmes les Counties come sojent ables destre Chevalier, & nul home destre tiel Chivaler que estoite en le degree de Vadlet, *& desouth.* Ac eadem vox est, quam tandem pronunciarunt *Varlet* & aliquando significat quem *Nequam* dicimus hodie, *Knave*, quanquam olim ambæ voces notarunt gradum civilis dignitatis, vel servitii tantum, ut videre est inter alia testimonia in antiquo parvo Glossario *Ms. apud Moretonum Lombard Equit. Aurat.* exhibente *Nomina graduum* ante ducentos circiter annos scripto. Verba ejus sunt *Garconet* Little boy/ *Garcon* Knave/ *Varleton* Grome/ *Varlet* Yeoman/ *Gentilhome* Gentleman. &c. Sed ad *Servientes*; Rotulæ exhibentes *Vadia militum* in Turri Londinensi & Vestiarii codicilli frequenter eos distingvunt a *Scutiferis* vel *armigeris*. In annalibus tamen nostris tempore *Edvardi III.* nomen *Serjeant* (quæ eadem vox est cum *Servientis* vocabulo) denotat proximum ab Equite. Ut quando Aula præcepit quatuor Equitibus seligere magnam Assisam scriptojuris, *ne eslies* (lex est 22. *Edv.3.* fol.18.a.) *nul Serjeant mes come vous pojes avez Chevaliers cõvenient.* Et alio in casu quatuor Equitibus dicentibus, quod non potuerint tot invenire Equites in Comitatu, qui potuissent cum ipsis conficere magnam Assisam, consensu partium jubebantur *d' eslier* (inquit liber 26. Ed. 3. fol. 57. a.) *les meulx valiaunts Serjeaunts*; atque sic fecerunt. Cum his congruunt alii illorum temporum circa nomen *Serjeaunt*, vel *Serviens*, hoc insensu, nunc autem in desuetudinem ivere. Sub *Richardo* tamen secundo invenimus nomen *Armigeri* tanquam expresse creatum & honorarium titulum per diploma. Quidam *Johannes de Kingstone* ita per diploma assumptus est in dignitatem nobilis & factus *Armiger* a Rege *Richardo* secundo.

39. Ed.3. fol.2. & videsis Britt. droit 18.

1. Part Pat. 13. Rich.2. memb. 37.

LE Roy a tous ceux as quieux cestes lettres viendront, salute. Saches, que come un Chivaler Franceys, *a ceo que nous soumus enformez, ad chalenge un nostre liege* Jehan de Kingston *a faire certains faits & points d' Armes, ovesque le dit chivaler; Nous a fin que le dit nostre liege soit le mieulx honomblement resceives & faire puisse & performir les dits faits & points d' Armes, luy avons resceives & a faire puisser & performir les dits faits & points d' Armes, luy avons resceivez en l'estate de Gentilehome & luy fait* Esquier. *Et volons que il soit conus per armes & porte desorenavant* D' Argent ove un Chaperon d' Azure ovesque un Plume d' Ostriche de

de gules; *Et ceo a touz yceux as queux appartient, nous notifions per ycelles. En testimoniance de quelle chose, nous avons fait faire ceστes nos Lettres Patents; donez souz nostre grand seale a nostre Paleys de* Westminster, *le primer jour de Iuyl.*

Et recte poterant existimare Titulum *Armigeri* tunc vel sic collatum vel acquisitum fuisse per servitium vel negotium bellicum. Nam alias quid innueret *Thirning* recensens anno 7. *Henrici 4.* fol. 8. quod Dominus quidam prope fontem, (uti & antea dictum) Equitem crearit filium suum, dicendo *esto bonus Eques, nunquam enim bonus eris armiger*, acsi non solum in Equitem Creatio prævenerit Armigeri in ipso dignitatem, (major enim titulus minorem suffocat,) verum etiam quod non fuerit Armiger antequam crearetur Eques. Et recordemur hic inter testimonia de Titulo Armigeri verborum *Chauceri* in characteribus cujusdam. Post descriptionem Equitis sui (quem, sicuti & reliquos, describit cum ejusmodi specialibus, quæ optime ipsius tradunt indolem) ait,

With him there was his sonne a yong Squire
Alover and a lustie Bachilere/
With his locks crull as they were laid in presse
Of twenty yeare of age he was as I guesse.
And he had be sometime in Chivachie
In Flaunders, in Artois, in Picardie,
And born him well/ as of so little space/
In hope to stand in his Ladies grace.
Curteis he was/ lowly/ and service able;
And Kerft before his Father at the table.

Hic tum exercitium armorum, & servitium Patri suo Equiti præstitum observantur. Servitium fuit instar τῶν δορυφόρων, vel Scutiferorum ministrantium *Gallis* antiquis ad eorundem rotundas tabulas de quibus *Possidonius* in *Athenæo*. Et quod necessario serviverit *Armiger* cuivis Equiti diu ante *Chaucerium*, dicè ex recuperatione quinque librarum *Francisci Trai* sub *Edwardo* primo in *Wakefieldense* curia Comitatus *Eboracensis*, ad resarciendum damnum, quoniam *Germanus Mercer* arrestaverat equum *Wilhelmi Lepton*, qui

Dipnosoph. lib. 4.

istius

iſtius fuit Armiger ideoque ipſi præſto eſſe nequivit. *Franco Tyas miles* (verba ſunt rotuli) *tulit actionem verſus Germanum Mercer qui arreſtavit equum Willielmi Lepton Armigeri ſui ad dedecus & damnum prædicti Franci, quia fuit ſine Armigero. Et prædictus Franco recuperavit C. ſolidos. Ideo Germanus Mercer in his miſericordia.* Chaucer etiam in ſua Mercatorum fabula. *Rot. Cur. Wakefeild in Comit. Eborac. tranſcripſit inde mihique tranſmiſit, humaniſſimus* Roger Doddesvvorth *Nobilis illarum regionũ.*

All but a Squire that hight Damian
Which carʒt before the Knight many a day.

His gemina vide & alibi apud ipſum. Quod porro miniſtrent duo Armigeri & adſint unicuique Equiti in ordinem Balnei recipiendo, inde ab antiquis temporibus usque ad hodiernum diem obſervare decet. Sunt enim quodammodo ſimiles ὀπίσω miniſtris ſeu Armigeris, qui cum tertio Equite, cui ſerviebant fecerunt *Tri marciſia* apud *Gallos*, quorum mentio in *Pauſania Phocicus lib. 10.* Et nomen Armigeri cum relatione poſſeſſiva ad Equites, vel alios ſuperiores, ſæpe occurrit in priſcis ſeculis, uti & nunc quando loquimur de Armigero corporis. Sub *Edvardo tertio Elizabetha* Comitiſſa dotaria *Cantii* votum caſtitatis vovit, monaſticam vitam amplexatura, ſed clam deinde nupſit Domino *Euſtachio de Abrigcourt* in *Wincham* Diœceſeos *Cantuarienſis*. Citat eam igitur Archiepiſcopus per *Iohannem Liston* Clericum ſuum, *quem Clericum* (verba ſunt Regeſti Archiepiſcopi *Islip* cujus ætate id factum) *quidam Iohannes de Topcliue Scutifer dicti militis apud Roffam propter citationem hujusmodi in brachio usque ad ſangvinis effuſionem graviter vulneravit.* Ita circa idem tempus Dominus *Walter Manny* legat cuidam *Simpkin Chamberlein mon Esquire*, decem Marcas, prout verba ſonant Teſtamenti. Attende porro Titulos *Esquire* & *Gentlemon* uſurpatos acſi nulla inter ipſos fuiſſet differentia in antiquis ſtatutis circa veſtes 37. *Edvardi* tertii cap. 10. 11. 13. Fortaſſis demandatum & non demandatum munus vel ſervitium tantummodo diſtinxere eosdem. Tempore etiam *Richardi* ſecundi *Wilhelmus* Comes *Saliſburienſis* legat quatuor *des* [b] *mes Esquiers, ceſtaſtavoir, William Greene, Ravolin Bushe, William Kildrington & Thomas Warin, a chescun de eux* XL s. Item *le deviſe a III. autres des mes Esquiers, ceſtaſtavoir Iankin Lawrence, Robert* *In Archiep. Cant. pag. 166. b. Ms. circa 34. Ed. 3.*

[a] *Regiſt. Ms. Archiep. Cãt. Wicleſey f. 130. 41. Ed. 3.*

[b] *Regiſt. Ms. Archiep. Cãt. Arundel. part 1 fol. 159. 29. Rich. 2.*

bert Cammel & Walter Marshal, a cheſcun de eux V. markes. Sic & plura alia occurrunt in teſtamentis illorum ſeculorum. Sub *Henrico IV.* dicunt annales noſtri (*13. Henr. 4. tit. entry congeable* 57.) Actor per Indenturam fuit exceptus ne eſſet rei Armiger pacis tempore. Et *Walſingham* ait de eodem tempore; *Suſpenſus eſt eo tempore* (anno MCCCCI.) *Miles Rogerus Clarendon (filius ut dicebatur notbus quondam nobilis Principis Edwardi filii Regis Edwardi tertii a conqueſtu) & cum eo ſuus Armiger & Valettus.* Apparet etiam certo hac ætate titulum conceſſum nonnullis, absque reſpectu ad bellum, ſolummodo quoniam magnis ſervierunt Dominis. Nam teſtes examinati in magna illa cauſa Domini *Gray* de *Ruthin* cum Domino *Haſting* ſub eodem Rege, quidam *Iohannes Lee* ex *Bukinghamia*, vocatur *Esquire* (ut & plures alii) diciturque de ipſo, tanquam ex ore ejus, quod fuerit Nobilis ortu, & habuerit agros viginti marcas annuatim pendentes ex hæreditate, & *n' ad uſe point de travailer en guerre ne ſon pier devant luy & pour ſe ne priſt gard d' aprendre ſes armes*: Nam reſpondere debuit ad quæſtionem an Nobilis eſſet haberetque arma vel non. Et certe iſte *Iohannes Lee* manſit apud Dominum *Ruthinum* ceu Curator agrorum ejus [a] aliquandiu, & præter perpetuum feudum ab ipſo ob alia miniſteria dictus videtur Armiger. Et fortaſſis ob ſimilem cauſam omnes reliqui, vel plurimi in iſto examine uſi ſunt titulo (nam multi omnino ibi ſic appellantur) illo. Dominus *Roos* ſub *Henrico V.* præcipit in teſtamento ut fidei Commiſſarii ſui bona quædam conferant [b] *Thomæ Gower Armigero meo.* Et circa illud tempus fuit (uti & nunc) frequens admodum addere nomen *Armigeri* abſolute etiam in prima & tertia perſona, ut videbis in litigiis illorum temporum, & teſtamentis quorum multa extant in prima parte Regeſti *Chicheley* Archiepiſcopi *Cantuarienſis.* In officiis etiam aulæ & alibi ſæpe leguntur *Milites, Armigeri, Valletti & Garciones* immediate ſe ſubſequentes, vide etiam ſtatuta de veſtibus 3. *Edw.* 4. *c.* 5. & 22. *Ed.* 4. *cap.* 1.

Ms. inter inſtrumenta Nobiliſſimi H. Comitis Kantia ad art. 36. & 37. fol. 34.

[a] *ibidem pag. 33. ad art. 15. & 17.*

[b] *Regiſt. Ms. Arch. Chicheley part. 1. fol. 272. a.*

Camden. in Ordinibus p. 127. Et de Collari Sigmatico ſide eum in reliquis pag. 231.

In antiqua collatione dignitatis hujus (cum ſcilicet eveherentur ad eam aliunde eam minime nacti) aiunt collare cum SS. datum fuiſſe a Rege in ſignum. Hoc videtur innuere *Walſingham* loquens de Comite *Cantii* veniente *Sunningam* initio *Henrici IV.* ad perſvadendum Reginæ (uxori *Richardi II.*) ibi commoranti, Regem Ri-

Richardum liberatum eſſe & habere eum viros mille ex parte ſua in *Pomfreit*: *Ut autem* (ait *Walſingham an. 1400.*) *fidem faceret dicto, detraxit ſigna Regis, ſcilicet Collaria de collis quorundam quos vidit ibi habentes ſigna talia, dicens non eſſe gerendum de cætero tale ſignum.* Juſtitiarius quoque *Norton 14. Henrici 6. fol. 15. Si libellus debiti proferatur contra Serjeantum Culinæ in aula Regis, poſſum appellare ipſum coquum, & ſatis bene conſtat libellus quanquam habeat Collare & eſt nobilis* (*Gentleman*) Hic uſurpat vocem *Gentleman* pro eo qui factus eſt *Esquire* favore Regis, quoniam per hanc creationem evehuntur in gradum eminentiſſimorum nobilium (*Gentleman*) quibus dehinc Titulus Armigeri additus eſt. In dialogo vetuſto *de miſeriis terræ Anglicanæ* ubi colloquuntur Regnum *Angliæ* (in perſona Reginæ) ejusque tres filii, Nobilitas, Clerus & populus, circa tempora *Henrici VI. Nemo* (ait autor Cleri nomine) *dici ſolebat: Squyere niſi qui inventus fuiſſet heroicæ vel ſummæ magnanimitatis. Neque quisquam admitti ſolebat ad ſtipendium viri armorum, niſi fortiter captivum attuliſſet manibus ſuis. Nunc autem poſſe gladium accingere, & geſtare clypeum, ſufficit ad creandum Capitaneum.* Verum dialogus eſt manifeſta imitatio *Le Quadrilogue Magiſtri Alani Chartier*, qui fuit a Secretis *Carolo VII. Galliæ* Regi; aptaturque *Angliæ* ſicuti hic *Chartieri Galliæ*. Ipſaque verba ante adducta, ut & plurima alia, *verbatim* translata ſunt ex ſermonibus Clericorum in *Chartieri* dialogo, excuſo typis, cum aliis ejusdem operibus *Pariſiis* centum circiter abhinc annis. Neque famoſus ille libellus *Tanneri* de *Tamworth* & Regis *Edvardi IV.* adeo deſpiciendus eſt, ut non liceat inde adducere teſtimonium de Equitibus creatis per traditionem Collaris.

Mr. apud Moretonū Lambard, Equitem auratum

A Coller/ a Coller/ our King gan cry;
Quoth the Tanner it will breed ſorrow.
For after a Coller commeth a halter
I trow I ſhall be hang'd to morrow.
Be not afraid/ Tanner/ ſaid our King
I tell thee ſo mought I thee/
To here I make thee the beſt Esquire
That is in the North Countrie.

Speciale exemplum Collaris ejusmodi est in statua *Iohannis Goweri* clarissimi Poetæ sub *Richardo II.* ad Ecclesiam S. *Mariæ de Overies* in *Southwark.* Scio equidem dicere quosdam esse Signum Equitis in ipso, ut *Baleus* loco citato supra cap. 1. §. 43. & *Pisæus ætat. 15. script. 731. & videsis Stowin. Notit. Londini pag. 411.* Verum errant, *Goweru* eques minime fuit sed Armiger tantum. Epitaphium statuæ conjunctum id docet.

Armigeri lutum nihil à modo fert sibi tutum &c. fuit tamen etiam Collare antehac inter Equitum vestes, ut videre est. in *statuto vestium 24. Henr. 8. cap. 13.* Atque de hoc titulo, prout olim fuit usurpatus vel acquisitus tantum.

Jam sicuti antiquis istis militaris exercitii temporibus, illi Nobiles in ministerio occupati, & acquirentes dignitatem suam, sive domi, sive foris, frequenter, ut videtur, distinctionis causa ab aliis, & tanquam in signum honoris, vocabantur Armigeri, (quem titulum etiam nonnulli per creationem adepti sunt) ita tandem, præsertim tempore pacis, quo militare servitium exiguam potuit facere distinctionem, ii qui vel ex nativitate vel alia de causa eminuerunt, vulgo existimati sunt digni aliqua distinctionis nota, qua vulgarem Nobilium ordinem supergrederentur, eodemque titulo donati sunt.

Cap. VI.

I. Tituli Honorum in *Hibernia.* De Comitibus ibi *Palatinis* & aliis.

II. De *Vice Comitibus* & *Baronibus* in *Hibernia.*

III. De Dignitatibus aliis ibidem, atque de forma antiqua creandi Equites, *Hiberniæ* Regibus usurpata.

Hibernia, quanquam Regnum sit distinctum, subordinatur tamen Regno *Angliæ*, cum quo fere eosdem habet honorum titulos innixos eidem creationis methodo.

I. Caret tamen Ducum & Marchionum Titulis, qui nunquam sub *Anglia* Regibus usurpati fuerunt intuitu *Hiberniæ*, si excipi-

excipias *Marchionis Dublinenſis & Ducis Hiberniæ* appellationes in *Roberto* Comite *Oxonii* ſub *Richardo II.* (de quo libro 1.cap.4.§.2.) Cum ipſo enim coeperunt deſierunt. Ante *Henricum* ſecundum, (poſt quem *Angliæ* Reges fuerunt Domini & Reges iſtius Inſulæ) inveni-mus quidem ibi titulum *Ducis*. Ut in Concilio *Mellenſe*, ubi primo inſtituti ſunt quatuor Archiepiſcopatus an. MCLII. *Interfuerunt* (ait a hiſtoria) *Epiſcopi, Abbates, Reges, Duces & Majores natu omnes Hibernia, quorum conſenſu* (fuit etiam præſens Pontificis Legatus) *Archiepiſcopatus conſtituti ſunt quatuor, Armachanus, Dublinenſis, Caſtilienſis, Toamenſis.* Verum *Ducis* vox hic denotat præcipuos regionis Principes, Regio titulo deſtitutos, ſicuti *Majores natu*, primarios è *Septeis* b juxta leges eorum antiquas *of Taniſtry*, non vero diſtinctam aliquam dignitatem ſicuti apud nos ſit hodie. Papa etiam *Gregorius* XIII. (ſic meretur c adſcribi) auſus eſt conferre titulum *Marchionis de Lemſter*, Comitis de *Weſford*, & *Caterlogh*, Vicecomitis de *Morough*, Baronis de *Roſſ*, & *Idron* famoſo illi *Steukelejo*, vitam amittenti, per Barbariam cum tranſiret, occupaturus terras fruſtra ipſum denominantes. Et de titulo Regis ibi ſub Regibus noſtris Anglicanis ſatis jam dictum part.1.cap.3.§.1. Verum *Comites Vice-Comites, Barones. Baronetti, Equites Baccalaurei & Armigeri* ſunt in iſto regno, ſicuti & apud nos.

Titulus Comitum localium, Palatinorum æque ac aliorum occurrit in annalibus iſtis. *Georgius* Comes de *Shrewsbury* & anteceſſores ipſius qui fuerunt Comites de *Shrewsbury* usque ad ſtatutum *Abſentes* ſancitum anno 28. *Henrici VIII.* d erant *Comites Palatini Comitatus* e *Wexford*. Anglice *Weisbford*. Plures etiam alii exercentes regalem jurisdictionem (inſtar Palatinorum in Anglia) in territoriis ſuis iſto uſi ſunt nomine, eorumque Territoria dicta ſunt Palatinatus, ut *Ultonia, Tipperary* f &c. De his igitur vide Caſum Palatinatus *Wexfordienſis* editum a Domino *Iohanne Davies*. Minime tamen credo quenquam illic creatum Comitem Palatinum, vel Comitatum ejus per diploma factum eſſe Palatinatum; verum ſicut in aliis regnis (de quibus antea) ita hic uſurpatio tituli *Comitis*, (& nonnunquam *Domini*) connexi territorio in quo omnis regia vel ſumma exerceri potuit jurisdictio, origo fuit unde in communi ſermone & ſcriptis enatæ ſunt appellationes Palatini Comitis vel

a *Ms. penes Reverendiſſ. Iacob. Archiep. Armachanum & Fideſis Camden Britan. pag. 765. ubi male MCXLII. pro MCLII*

b *Vide Gloſſar. du Freſne in hac voce.*

c *Camden. Brit. pag. 752.*

d *Statut. Hibern. 28. H.8. cap. 23. Iohannes enim, qui primus ex Talbotorum familia Comes erat Salopiæ, Comes etiam Wexford dicitur. Cart. 24. H.6. part. 2. memb. 16. & Camden. Britan. pag. 740. cinquiſ. 27. H. 8. in Sir Iohn Dables Reports fol 58. b.*

f *Videſ. Iohan. Dabies in Commentar. Hib. pag. 61. Camden. Britan. pag. 43.*

Palatinatus; rationem ejus diximus in Palatinatibus *Imperii, Franciæ & Angliæ.* Alii Comites (non Palatini) qua formula creati sint videre est in hac antiquissima quam vidi *Edvardi* 2. creantis *Iohannem* filium *Thomæ* de *Hibernia* (seu *Thomæ Fitz Gerald*) Comitem in *Kildare* EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ *Dominus* Hiberniæ *& Dux* Aquitaniæ, *Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Iustitiariis, Vicecomitibus, præpositis, Ministris & omnibus Ballivis & fidelibus suis salutem. Sciatis quod nos pro bono & laudabili servitio quod dilectus & fidelis noster* Johannes *filius* Thomæ de Hibernia, *celebris memoriæ Domino* Edwardo *quondam Regi* Angliæ *patri nostro & nobis hactenus impendit & nobis impendet in futurum, dedisse, concessisse & hac Charta nostra confirmasse eidem* Johanni *Castrum & Villam de* Kildare *ipsumque præfecisse in* comitem *ejusdem loci, Habendum & tenendum eidem* Johanni *& hæredibus suis masculis de corpore suo legitimè procreatis una cum feodis militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hospitalium & aliarum domorum religiosarum in Comitatu de* Kildare, *homagiis, serviciis libere tenentium, firmariorum & betagiorum, Wardis, maritagiis, releviis, escaetis, molendinis, stagnis, vivariis, aquis, riparis, piscariis, boscis, moris, mariscis, pratis, pascuis, pasturis, libertatibus, liberis consuetudinibus, & omnibus aliis ad prædicta Castrum, & Villam pertinentibus quoquo modo, excepto officio* a *Vicecomitis comitatus de* Kildare *& his quæ ad officium* a *Vicecomitis ibidem pertinent quæ nobis & hæredibus nostris volumus remanere, de nobis & hæredibus nostris per servitium duorum feodorum militum imperpetuum. Et si idem* Johannes *obierit sine hærede de masculo de corpore suo legitime procreato, tunc prædicta Castrum & Villa cum terris, redditibus, feodis Militum, advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hospitalium, & aliarum domorum religiosarum, homagiis, serviciis libere tenentium, firmariorum, betagiorum, wardis, maritagiis, relevis, Escaetis, molendis, stagnis, vivariis, aquis, ripariis, piscariis, boscis, moris, marisciis, pratis, pascuis, pasturis, libertatibus, & liberis consuetudinibus, & omnibus aliis, ad prædicta Castrum & Villam pertinentibus, ad nos & hæredes nostros integre revertantur. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus nostris quod prædictus* Iohannes *habeat & teneat sibi & hæredibus suis masculis de corpore suo legitime procreatis prædicta Castrum & Villam cum terris, redditibus & aliis pertinentiis suis sub honore & nomine* Comitis de Kildare *simul cum feodis militum,*

Rot. Cart 9. Ed. 2 n. 12. ubi cum aliis libertatibus concessum ipsi hæredi masculo est in Cart. 11. Ed. 2 membr. 15 part. 1 n. 79

tum,

tum, advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, & aliarum Domorum Religioſarum, homagiis ſerviciis libere tenentium firmariorum, betagiorum, Wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, molendinis, ſtagnis, vivariis, aquis, ripariis, piſcariis, boſcis, moris, mariſcis, pratis, paſcuis, paſturis, libertatibus, liberis conſuetudinibus & omnibus aliis ad prædicta Caſtrum & Villam pertinentibus quoquo modo, excepto officio Vicecomitis, Comitatus de Kildare *& biis quæ ad officium Vicecomitis ibidem pertinent, quæ nobis & hæredibus noſtris volumus remanere, de nobis & hæredibus noſtris* per ſervitium duorum feodorum militum *imperpetuum. Et ſi idem* Johannes *obierit ſine hærede maſculo de corpore ſuo legitime procreato, tunc prædicta Caſtrum & Villa cum terris & redditibus, feodis militum, advocationibus Eccleſiarum Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, & aliarum Domorum Religioſarum, homagiis, ſerviciis libere tenentium, firmariorum, betagiorum, Wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, molendiis, ſtagnis, vinariis, aquis, ripariis, piſcariis, boſcis, moris, mariſcis, pratis, paſcuis, paſturis, libertatibus, liberis conſuetudinibus & omnibus aliis ad prædictum Caſtrum & Villam pertinentibus, ad nos & hæredes noſtros integre revertantur, ſicut prædictum eſt. Hiis teſtibus Venerabilibus patribus W.* Cantuar. *Archiepiſcopo totius* Angliæ *Primate* I. Norwicenſi *&* W. Exione *Epiſcopis,* Johanne *de* Britannia *Comite* Richmond, Hugone le Deſpenſer *ſeniore,* Rogero *de* Mortuo Mari *de* Wigmore, Hugone *le* Deſpenſer Juniore, Rogero *de* Mortuo mari *de* Chirk, Johanne *de* Crumbwel *Seneſcallo Hoſpitii noſtri & aliis. Datum per manum noſtram XIV. die Maji.*

per ipſum Regem.

Anno uno vel altero poſthæc in diplomate ad *Johannem de Bermingeham* Comite de *Loveth* Manerii *Atherd* in iſto Comitatu, recitatur creatio ipſius qua donatus eſt titulo iſto in Parlamento *Eboracenſe; ſciatis quod cum nos pro bono & laudabili ſervicio quod dilectus & fidelis noſter* Johannes *de* Bermingeham *nobis nuper in partibus* Hiberniæ *impendit &c. dederimus, conceſſerimus, & carta noſtra confirmaverimus prefato* Johanni, *viginti libras annui redditus de exitibus comitatus noſtri de* Loveth, *in terris prædicta ſub nomine & Honore* Comitis de Loveth, *ipſumque* Johannem *in* Comitem de Loveth *prefecerimus, habendum,* Cant. 11. Ed. 2. num. 11. m. 5.

percipiendum & tenendum eidem Johanni *& hæredibus suis masculis de Corpore suo legitime procreatis, de nobis & hæredibus nostris per servitium quarta partis feodi unius Militis imperpetuum* &c. Deinde ad melius sustinendum honorem istum Manerium *Atherd* ipsi pariter datum est, ut teneret illud per servitium unius feodi militaris & partes tres unius feodi.

Diplomata creationum secutis temporibus, quæ reperio in rotulis Anglicanis (omnia Sigillo *Angliæ* magno roborata sunt) concordant ut plurimum cum formulis Anglicanis. Et verba *in terra nostra Hibernia, de Dominio, vel Regno Hibernia*, addita ad locum denominantem, sedem in Parlamento, aliaque eo pertinentia, faciunt primariam distinctionem. *Henricus VIII.* creavit *Vicecomitem de Rochford* per illum ipsum codicillum *Comitem de Wiltshire infra Regnum nostrum Angliæ*, necnon Comitem *Ormondiæ* in *terra & Dominio nostro Hibernia*, cum variis clausulis investituræ, variis *Habendum*, & variis Creationum pecuniis pro unoquoque titulo.

Pat. 31. Henr. 8. part. 2. 8. Decembr.

II. Sicuti Comites, ita Barones & postmodum Vice Comites in isto regno creati sunt, prout in *Anglia*; per similes literarum patentium formulas, sub alterutro Sigillo magno, & aliquando sub utroque: distinctas solummodo ab Anglicanis per verba *in terra vel Regno, ac Dominio nostro Hibernia*, locis debitis. Non loquemur hic amplius de Baronibus ex Scripto vel Tenura, quam quod videatur, eandem eos hic habuisse originem & essentiam cum illis in Anglia. Notionem etiam Baronis, qualem habuimus in Anglia, ratione nostrorum Comitum Palatinorum & ipsi habent in *Hibernia*, & supersunt adhuc ibidem qui Barones vocantur, licet honorarii non sint, neque Parlamentarii. Habeo tamen formulam ab *Edvardo IV.* creante Baronem de *Rathtauth*, valde distinctam ab ordinariis nostris formulis Anglicanis: est in *Rot. Pat. 8. Ed. 4. in Cancellaria Hibernia.* Ob egregia servitia quæ *Robertus Bold* Armiger præstitit istius Parenti Duci *Eboracensi*, & sibiipsi tum in utroque regno, tum in bellis alibi, *Attendentes q*; (ait) *quod Decus principum consistit multitudine subditorum & eo magis regale, attollatur solium & terra regimen roboratur quo magis plures sibi subjicuit Nobiles, de gratia nostra speciali de assensu charissimi consanguinei nostri* Johannis *Comitis* Wigorniæ *deputati charissimi fratris nostri* Georgii *Ducis* Clarentiæ *locum nostrum tenentis*

Sir I. Davies Reports f. 65.

tia terra noſtra Hiberniæ, *ordinavimus, fecimus, & conſtituimus dictum* Robertum *unum Baronetum* & Baronem *omnium & Singulorum Parlamentorum & magnorum conſiliorum noſtrorum in terra noſtra predicta tenendorum, habendum & tenendum una cum ſtilo, titulo, nomine, honore, loco & ſeſſione inde ſibi & hæredibus ſuis maſculis imperpetuum prout decet. Conſiderationem etiam habentes qualiter* Philippus Dominer Armiger *habens ex conceſſione noſtra viginti marcas habendum & percipiendum annuatim de exitibus & profcuis Manerii & Dominii de* Rathtouth, *ſicut per literas noſtras patentes eidem* Philippo *inde confectas latius expreſſatur, quas quidem literas idem* Philippus *in cancellariam noſtram* Hiberniæ *reddidit cancellandas, & ut exaltationem nominis ſequatur augmentatio facultatum, cum ſemper honoribus onera ſunt annexa, dedimus & conceſſimus prefato* Roberto *manerium ſive Dominium de* Rathtouth *predicta una cum ſtilo, titulo, nomine & honore Domini & Baronia de* Rathtouth, *nec non redditus, exitus, &c. Habendum &c.* Manerium *una cum ſtilo, titulo, &c.* ipſi & hæredibus ejus maſculis ex ipſo genitis. *In cujus &c. Teſte prefato deputato apud Drogheda XIII. die Auguſti anno regni noſtri octavo.* Accepi hæc deſcripta ex Cancellaria *Hibernia* favore Domini *Iacobi Ware*, eruditi Nobilis, qui & ſuæ Patriæ inſigne eſt Decus. Addimus hic ſolummodo, quod veſtes Parlamentariæ pertinentes ad iſtos Parlamentarios titulos fuerint a longo tempore ſimiles veſtibus Dominorum in Parlamentis *Anglicanis* reſpective: Quibus tamen aliquandiu temporibus ultimis *Edvardi IV.* uſi non ſunt, usque ad medios annos *Henrici VII*, ideoque decretum eſt, ut unusquisque *Dominus* (Lord) *æque Spiritualis ac temporalis compareat in unoquoque Parlamento, coacto intra dictam regionem, eodem modo & forma veſtitus, quo Domini dicti Regni Angliæ comparent in Parlamento illic coacto*, ſub mulcta quinque librarum pro ſingulis delictis. *10. Henr. 7. ſtat. Hibern. cap. 16.*

III. Baronetti nuper etiam, poſtquam in Anglia cœperunt, & hic pari forma creati ſunt. Equites etiam hic ſunt quales apud nos; Dominus locum tenens communiter poteſtatem habet creandi Equites, (Equites Baccalaureos; vel *Milites* prout vulgo appellantur) per Commiſſionem. Sic etiam Armigeri titulus idem eſt cum noſtro. Verum antiqua conſuetudo creandi Equites in *Hibernia* antequam noſtris manſuefierent moribus hic obſervari meretur; habemus eam in hiſtoria quatuor Regum diverſarum pro-

provinciarum in *Hibernia* ſubmittentium ſe *Richardo* ſecundo, & quanquam antehac ſuo more eſſent Equites creati, attamen eandem receperunt dignitatem juxta ſolenniaAnglicana. Reges iſti fuerunt ſub cura ſpeciali *Henrici Caſtile* Anglicani Nobilis *Hibernorum* lingvam callentis, cui mandaverat *Richardus* Rex ut ipſos probe doceret Anglorum mores in prandiis, amictu, etſimil.& præſertim erudiret de Equeſtri ordine ſuſcipiendo. Eum in finem quæſivit ex ipſis num vellent ſuſcipere ordinem, quem conſtituiſſet *Angliæ* Rex ipſis conferre juxta morem *Angliæ, Galliæ* & regnorum aliorum. Reſpondebant ſe jamdum eſſe Equites, & ordinem quem ingreſſi eſſent ſufficere ipſis; fuiſſe ipſos Equites cum egreſſi eſſent annum ſeptimum in *Hibernia*, & quemvis Regem creare filium ſuum Equitem,& ni parens ſit ſuperſtes,agnatum proximum iſtud perficere, *le plus prochain du ſang de ſon lignage le fait*, quæ verba ſunt *Froiſſardi* vol.4.chap.63. iſta hic referentis. Eques novellus dum creatur, currit cum Lanceis tenuibus (quæ facile regi queunt) verſus ſcutum palo infixum in medio prati, & quo plures frangit lanceas eo major ipſius eſt cum dignitate honor. Atque hanc fuiſſe methodum ajunt creandi equites in ſua patria, præſertim quando Regum filii in eam eveherentur dignitatem. Verum Anglicani nobiles regeſſerunt ipſis, hoc juvenile genus Equitum non ſufficere apud *Angliæ* Reges, ideoque debere ipſos accipere dignitatem iſtam majori cum pompa in Eccleſia; quam etiam, deinde perſvaſi & edocti præſertim a Comite *Ormundia* receperunt ex manu Regis *Richardi* in Eccleſia *Divelinenſe*, ſolenniſſime poſt vigilias exactas in eadem Eccleſia & miſſa audita. Creati quoque cum ipſis ſunt alii Equites. Reges autem quatuor veſtiti juxta conditionem ſuam menſæ aſſidebant illo die cum *Richardo* Rege. Factum hoc cum prima vice *Richardus* Rex in *Hibernia* eſſet. Vigiliæ autem incidebant in diem Mercurii & feſtivitas in diem Jovis, vigeſima quinta Martii, ut *Froiſſardus* ait. Fuit hoc initium anni MCCCXCV. juxta Anglorum Computum. Sed quomodo hæc congruant cum iis qui reducunt Regem *Richardum* (nam id faciunt hiſtorici quidam) circa quadrageſimam, non capio.

Chronic. hiſt. Holinshed, pag. 73.

CAP.

Cap. VII.

I. Princeps *Scotiæ*, *Dux*, *Marchio*, & *ViceComes* vel *Procomes* illic. *Inveſtituræ* vel ſolennia Creationis *Ducis*, *Marchionis*, ſeu *ViceComitis*.

II. Titulus *Comitis* & *Baronis* ibidem, & *Thaini*, Inveſtitura Comitum & Baronum,

III. Solennis *Creatio Equitum* in *Scotia*.

IN Scotia primarii ſubordinati tituli ſunt, *Princeps*, *Dux*, *Marchio*, *Comes*, *ViceComes*, *Baro* Parlamentarius & *Eques*.

I. Princeps & hæres manifeſtus vocatur *Princeps Scotiæ*, ſicut & reliqui Regis liberi Principes vocantur more aliorum regnorum. Princeps *Scotiæ* eſt, quatenus Princeps, Dux de *Rothſay* & *high Steward*, id eſt, Summus Seneſcallus *Scotiæ*: Fuit autem Ducatus de *Rothſay* primus in *Scotia* Ducatus. Nam licet dicant aliqui Ducis titulum in *Scotia* fuiſſe æque antiquum ac *Malcolmus Mackenneth* qui regnavit circa annum MXX, fecitque diſtinctionem aliquam dignitatum ibidem, (quam diſtinctionem quidam tribuunt *Malcolmo III.* Regi quinquaginta circiter annis iſtum ſecuto) attamen neque in eorum legibus, neque alibi occurrit tanquam diſtinctus a Comite Titulus, usque ad *Robertum* tertium, qui creavit filium ſuum primogenitum, Principem *David*, Ducem de *Rothſay*, an. MCCCXCVIII. vel circiter: alii cito ad eandem dignitatem evecti ſunt. Et in Parlamento coacto duos circiter poſt annos in *Scone* numerantur *Duces*, ibique primo occurrunt ceu diſtincti a Comitibus iſta in Republica. *Vocatis more ſolito Epiſcopis* (verba ſunt Parlamenti hujus II. Robert. 3. in epigraph.) *Prioribus*, Ducibus, *Comitibus*, *Baronibus*, *libere tenentibus & Burgenſibus qui de Domino noſtro Rege tenent in Capite*.

Camden. in Scot. pag. 684. & 615. Parl. II. Robert. 3 in Epigraph.

Inveſtitura ſeu Creatio Ducis hic (quando ſcilicet Creatio peragitur cum ceremoniis) perficitur per Regem cingentem Balteo & gladio, tradentem pileum & coronam, auream item virgam, & denique diploma creationis. Corona eſt *Florida*, vel circulus conſitus frugi foliis, prout deſcribitur in formulis creationum hic

usurpatis, quas Nobilis Humanitas Honoratissimi Domini *Georgii Hay* Summi in *Scotia* Cancellarii per manus amici mei singularis & eruditi & venerandi Domini *Roberti Aiton* Equitis, Reginæ a Secretis, mihi transmisit. Atque ex his formulis fateor grato animo me accepisse omnia quæ hic dicenda veniunt de Investitura & insignis Creationum præsentium seu recentiorum in *Scotia*. Ducales etiam vestes induuntur cum Ceremoniis, antequam creandus ad Regem adducitur, juratque præter juramentum fidelitatis aliud quoque juramentum creando proprium; quo pollicetur se velle defendere veram in Regno hoc religionem, & æquissimis adesse Regi consiliis; prælegit id ipsi eorum *Lion* Rex armorum seu Fecialis. Vexilla etiam pensilia gestantur (sed complicata) coram Duce veniente ad Creationem, quæ explicantur quam primum est creatus. Omnia ista fiunt assistentibus Dominis solenniter vestitis, coronas etiam gestantibus, & aliis circumstantiis honorificis adhibitis, quæ proportionate fere eædem sunt in collatione omnium dignitatum suarum illustriorum.

Titulus *Marchionis* cœpit hic sub *Iacobo VI*, Primus fuit Marchio *Johannes* filius *Iacobi* Ducis de *Chastleau Herald* & Comitis de *Arran* creatus ab ipso Marchio de *Hamilton*. Insignia & circumstantiæ ad investituram Marchionis fere sunt eædem cum illis quibus Cõmes creatur, & mox tradendis: solummodo quod Corolla flores habeat altiores quam radios, & sunt flores ad formam filiorum fragi.

Jacobus VI. quoque primum hic creavit *Vice Comitem*; nam etsi ordinarium nomen *Vice-Comitis* pro *Sheriffo* hic fuit, ut in *Anglia* est vere antiquum & sæpe hæreditarium; attamen *Vice-Comes* pro *Viscount* nunquam honorarius fuit titulus, donec eodem donaretur *Thomas Dominus Fruskini, Vice Comes de Felton*. Utuntur ad minimum, aliquando pro voce hac (imitando Latinorum *Propræter & Proconsul*, quod & faciunt politi in *Gallia* Juris Consulti sæpe sic nominando Vice Comites suos) illa *Pro Comes* quam vidi sub sigillo *Scotico* in literis Commissorialibus magno Sigillo Scotico Regis *Iacobi VI.* munitis ad *Iohannem* Comitem de *Mountrose* & in absentia ejus vel si ægrotus decumberet, ad *Alexandrum* Comitem de *Dumfermilin*, ut crearet *Johannem Ramsejum* (nuper Comitem *de Holder-*

ness

Idem ibid. pag. 688.

Lit. Pat. Scot. 8. April. 1606.

neſſ & eveheret in titulum *Lord Ramſey de Barnes,* & ViceComitem de *Hadington. Damus & concedimus* (verba ſunt poſt præfationem debitam) *noſtram plenariam poteſtatem, procurationem ſeu commiſſionem Chariſſimo noſtro Conſanguineo & Conſiliario* Johanni MontisRoſarum *Comiti, Domino* Grahame & Mukdok, *noſtro primario procuratori ſeu commiſſionario in regno noſtro* Scotiæ, *eoque ægroto ſive abſente, prædilecto noſtro Conſanguineo & Conſiliario* Alexandro Fermeloduni *Comiti Domino* Finiæ & Urguhart *dicti regni noſtri* Scotiæ *Cancellario, creandi, faciendi & inaugurandi eundem* Dominum Johannem, *Dominum* Ramſey de Barnis *ac Procomitem* de Hadington, *dantes & concedentes ſibi ſuffragium & locum in omnibus ordinum regni noſtri* Scotiæ *comitiis publicis ſeu* Parlamentis *generalibus & publicis Conſiliis & Conventibus dignitati & ordini ſuo Correſpondentem & congruum, cum omnibus honoribus, dignitatibus & privilegiis Conſimili qualitati incumbentibus. Eandemque hanc dignitatem & honoris titulum cum dicto Domino* Johanne Ramſey *ſuisque hæredibus maſculis de ſe legitimè deſcendentibus omni tempore à futurò permanere volumus. In cujus rei teſtimonium præſentibus hiſce noſtris literis magnum Sigillum noſtrum apponi præcepimus. Datum apud Palatium noſtrum Albæ Aulæ VIII. die Menſis Aprilis Anno Domini MDCVI, & regni noſtri annis XXXIX. & IV.*

per Signaturam manu S. D. N. Regis ſuprſcriptam.

Inveſtitura *ViceComitis* (quando ceremoniæ perficiuntur in creatione ejus) fit per gladium, pileum, & coronam ſeu Circulum, præter diploma & ſolenniter afferuntur iſta ad Dominum Commiſſarium, cui creatio demandata eſt, quando creandus deducitur ad ipſum multa cum Pompa aulica; Vexillum quoque ejus & ſigna pendula præferuntur eidem; ſed complicata usque ad creationem, poſt quam explicantur. Juramentum ViceComitis, quod primo jurat tale eſt. *Quod velit manutenere & defendere veram Religionem, quam ſummis ſuis viribus profitetur, fidelis eſſe Principi ſuo ſummo, nec celare aliquam perduellionis partem in Regia Majeſtatis Perſonam deſignata neque in rempublicam aut libertatem* Legum *in* Regno: *quod velit eſſe promptus cum requiretur ad dandum Regi probum Conſilium, aque palam in congregatione Parlamenti, & conventibus generalibus, ac privatim quo-*

ad prudentiam ſuam. Im Deus ipſum adjuvet, atque ſic ipſi portio in Paradyſo. Deinde Dominus Commiſſarius accingit gladium & balteum, hic utens verbis; *in ſignum communicatæ Tibi autoritatis a Majeſtate ſua cingo Te gladio & balteo.* Imponit quoque pileum, coronam, ſeu circulum, iſta proloquens, *ut majorem reverentiam nanciſcaris intra limites demandatæ Tibi dignitatis, Majeſtas ſua permittit tibi geſtationem iſtius circuli ſeu corollæ.*

II. Tituli autem *Comitis* & *Baronis* antiquiores illic ſunt, quam aliquis jam declaratorum. Ante tempora Regis *Malcolmi Mackkenneth* clarior titulus non fuit quam Equitis, præter illum *Thane* vel *Abthan. Thane* eſt *Thainus* inferioris dignitatis, *Abthane* autem majoris. *Superioribus ſeculis* inquit *Buchananus*) *præter Thanos, hoc eſt præfactos Regionum ſive Toparchas & Quæſtorem rerum Capitalium, nullum honoris nomen Equeſtri ordine altius fuerat, quod apud Danos obſervari adhuc audio.* Et porro *nunc ſermone Anglico, patrium ſuperante, Regionum Thani plerique in locis* Stuarti *vocantur & qui illis erat Abthanus nunc* Stuartus Scotiæ *nominatur. Pauca in locis vetus Thani nomen adhuc manet.* Verbum *Thane* itaque ipſis uſurpatum fuit, ut videtur, idem cum Anglorum *Thane* quod vidimus. *Pictonum* ſermone autem vel *Hibernico* appellarunt Thanum *Toſche*, & filium Thani *Mactoſche*. Hic autem *Malcolmus* Rex (ſeu *Malcolmus* ſecundus hunc quinquaginta annis antegreſſus, nam ſic aliqui volunt) primus fuit Autor titulorum *Comitis* & *Baronis* in *Scotia*. Nomen tamen *Thani* adhuc perſeveravit, magnæque fuit apud ipſos exiſtimationis, quicquid tandem honorum ſignificavit, ut videre eſt in variis locis Legum Scoticarum.

Rer. Scotic. lib. 6. & Vide ſ. Hector. Boet. lib. 11. & 12.

Sken in reg. Maj. lib. 4. c. 31. 36 38.

Reg. Majeſt. lib. 4. cap. 31. & 36. leg. Willielm. Regis cap 7 §. 1. & Alexandr. 2. cap 15.

Cum his obſerva Traditionem ſeu promiſſam Traditionem *Comitatus* de *Marre* an. MCLXXI. ubi Thani clare diſtinguuntur a *Baronibus* ſeu *Baroniis* uti vocantur.

Willielmus *Rex* Scotorum *univerſis Epiſcopis, Comitibus, Abbatibus, Prioribus, Baronibus, Militibus, Thanis, & Præpoſitis, & omnibus aliis probis hominibus totius terræ ſuæ tam clericis, quam Laicis, Salutem æternam in Domino, Sciatis præſentes & futuri* Morgundum *filium* Gillocheri *quondam Comitis* de Marre *in mea præſentia veniſſe apud* Hindhop Burnemuthe, *in mea nova foreſta, decimo Kalendarum Junii, Anno Gratiæ* MCLXXI, *petendo jus ſuum de toto Comitatu* de Marre, *comm-*

com-

communi Conſilio & exercitu Regni Scotiæ ibidem congregato. Ego vero cupiens eidem Morgundo *& omnibus aliis jura facere, ſecundum petitionem ſuam, jus ſuum inquiſivi per multos viros fide dignos, videlicet per* Baronias & Thanos *Regni mei; per quam inquiſitionem inveni dictum* Morgundum *filium & hæredem legitimum dicti* Gillocheri Comitis de Marre, *per quod conceſſi & reddidi eidem* Morgundo *totum Comitatum* de Marre, *tanquam jus ſuum hæreditarium ſicut prædictis* Gillocherus *pater ſuus obiit veſtitus & ſaſitus, tenendum & habendum eidem* Morgundo *& hæredibus ſuis de me & hæredibus meis in feodo & hæreditate cum omnibus pertinentiis, libertatibus & rectitudinibus ſuis adeò liberè, quietè, plenariè, & honorifice, ſicut aliquis Comes in Regno* Scotiæ, *liberius, quietius, plenarius, & honorificentius, tenet vel poſſidet; faciendo inde ipſe & hæredes ſui mihi & hæredibus meis forinſecum ſervicium, videlicet* Servicium Scoticanum *ſicut anteceſſores ſui mihi & anteceſſoribus meis facere conſueverunt. Eodem vero die & loco poſt homagium ſuum mihi factum coram communi Conſilio Regni mei, prædictus* Morgundus *petiit ſibi jus fieri de toto* Comitatu Moraviæ *de quo prædictus* Gillocherus *pater ſuus obiit veſtitus & Saſitus, ſuper quapetitione ſua per quamplures viros fide dignos, Barones, Milites & Thanos* Regni mei *inquiſitionem facere feci, & per illam inquiſitionem inveni dictum* Morgundum *verum & legitimum hæredem de* Comitatu Moraviæ, *& quod eodem tempore propter gwernam inter me & Anglicos graviter fuiſſem occupatus, &* Moravienſes, *pro voluntate mea, non potuiſſem juſtificare, dicto* Morgundo *nullum jus facere potui. Sed cum gwernam inter me & adverſarios meos complere & rebelles Moravienſes ſuperare potero, & dicto* Morgundo *ſibi & hæredibus ſuis promitto, pro me & hæredibus meis, fideliter & plenarie jus facere de toto Comitatu* Moraviæ. *Et ut hoc factum meum aliis certificaretur prædicto* Morgundo, *has literas meas dedi patentes. Teſte me ipſo eodem Anno, die & loco ſupradicto.*

Teneo hoc inſtrumentum in pergameno ſcriptum charactere illi tempori congruo, absque ſigillo tamen. Obſervari præterea meretur de dignitate Comitis ibidem, quod nunc conferatur (poſt juramentum præſtitum, quod idem eſt cum juramento Ducum,) per cincturam gladii, & Dominus Commiſſarius ſeu Delegatus (ſi conferatur cum Ceremoniis præter diploma & per delegationem; & hæc inveſtitura per delegationem ſatis docet quæ fieri ſoleant, ſi

ipſe Rex eam conferat dignitatem) iſtis utatur verbis: *In ſignum a Majeſtate Regia communicatæ tibi auctoritatis intra limites collatæ Tuæ dignitatis cingo Te hoc balteo & gladio.* Deindeque imponet capiti ipſius Pileum & Circulum ſeu coronam radiatam, dicens, *ut tanto majori honore ſplendeas intra limites dignitatis tuæ & alibi, permittit Majeſtas ſua geſtationem iſtius pilei & circuli ſeu corollæ*, & poſthæc inſtrumentum Creationis traditur. Veſtes Comitum & ſolennia alia, denominationem Dominorum ac officiorum hic omitto.

Jam de *Baronibus Scotorum.* Primam iſtius Tituli mentionem reperio in legib9 adſcriptis Regi *Malcomo* Mackeneth, vel ſecundo iſtius nominis. *Dominus Rex Malcolmus dedit & diſtribuit totam terram regni Scotiæ omnibus ſuis: Et nihil ſibi retinuit niſi regiam dignitatem & montem* [a] *placiti in villa de Scone. Et ibi omnes* Barones *conceſſerunt ſibi Wardam & relevium de haerede cujuscunque* Baronis *defuncti ad ſuſtentationem Domini Regis.* Et his Baronibus conceſſit cum jurisdictione (ait *Hector Boethius*) *Foſſam & Furcam*, ad quæ *Skenæus* [b] ait: In *Scotia* vocatur Baro, *qui tenet ſuos agros immediate a Rege in Capite, & habet poteſtatem* foſſæ & furcæ, *& infangthief & outfangthief. Furca* eſt patibulum ad ſuſpendendos viros, foſſa vero ad mergendas in aqua fœminas. Verum *generaliter* (ait porro) *Barones dicuntur qui tenent terras ſuas de rege per ſervitium militare per albam firmam, per feudi firmam vel aliter cum Furca & Foſſa. Et nonnunquam generaliter accipitur pro quolibet Domino proprietario rei immobilis.* Ita ut omnes ejusmodi tenentes a Rege, uſurpent generale Baronis nomen, ſicuti noſtri Domini Maneriorum. Et videtur, quod omnes ſoliti fuerint venire ad Parlamentum *Scotiæ*, donec ſub Rege *Iacobo I.* decretum eſt An. MCCCCXXVII. ut delegati ſeu Commiſſarii duo ex unoquoque Comitatu eligerentur a parvis Baronibus, ac mitterentur (prout moris eſt) ſimili fere ratione qua apud nos *Milites* Shirarum ad Parlamentum in *Anglia*. Separatus autem Titulus Baronis honorarius fuit ſolummodo & eſt proprius iis qui ſunt Barones Parlamentarii, vel *Bannereti* (*Banrents*) prout vocant. In eodem ſtatuto Regis *Iacobi* primi; *Omnes Epiſcopi, Abbates, Priores, Duces, Comites Domini Parlamentarii & Bannereti*, (Lords of Parlament & Banrents) *quos vult Rex recipi & vocari ad Conſilium & Parlamentum ſpecialis mandato ſuo.* Ratio tituli *Banrent* apparebit fortaſſis

ex

[a] *The Mure hill of Scone.*

[b] *Skene Leges & inde Verb. ſignif. & Sideſ. Parl. 6. Iac. cap. 91. & Leg. Malcolm. 2. cap. 9. & 13.*

NOTA. *Infangthief*, eſt latronis capti jurisdictio & cognitio. *du Freſne 23. Iacobi Sel. Parlam. 7. c. 101. & Sid. Parl 11. Iacob. 6. c. 113. & Parl 3. Iacob. 6. c. 27. Parl. 6. Iacob. 2 c. 36. Parl 6 Iacobi 4. cap. 78.*

ex ſolenniis eorundem coronationis. Creandus magna cum pompa aulica & ſolenniter veſtitus ducitur ad Dominum Delegatum, ſeu Commiſſarium, ſi fit per delegationem & cum Ceremoniis. Nam dubium non eſt poſſe Regem per diploma ſolum pro arbitrio ſuo conferre dignitates iſtas absq; ceremoniis. Ante ipſum, cum incedit, præter cingulum, gladium & diploma, portantur etiam (uti & ſolet ante illos fieri qui ad majores evehuntur dignitates) in lanceæ cuſpide penicillum multitiarum involutum, donec creatio peracta eſt ipſiusque tituli publicati & in alia lancea ab alio geſtata Vexillum multitiarum, in quo picta ſunt facinora ipſius egregia, penicillo autem ſolummodo additur criſta nec non lemma. Poſt juramentum præſtitum (quod idem eſt cum ViceComitis juramento, & inde a creatione Baronis aſſumtum eſt ad creationem ViceComitis; necnon gladii cinĉturam, ac diplomatis traditionem, uti fit in creatione Comitis; Ipſorum *Lion* Rex armorum ſeu fœcialis pronunciat titulos ipſius, *Domine I. H. de E. Eques, Baro, Bannerettus (Bannerent*, ſeu *Banrent* vel prout aliquando ſcriptum legi *Baronrent) Dominus (Lord) ex Parlamentariis Dominis Regis noſtri, Dominus (Lord) de B.* & cum vocem Bannerent pronunciat cuſpides vexilli (ut ait inſtrumentum meum) abrumpuntur. Verum *Skene* ait de *verborum Signif. verbo Banrent* certum eſſe ex ſtatuto *Iacobi I.* Regis jam allegato, quod *Banrent* dicat majorem conditionem & honorem quam *Baronis* vox, quandoquidem unusquisque Bannerettus eo ipſo ad Parlamentum ſit vocandus, non autem unusquisque Baro. Et verum eſt, me judice, quod dignitas Banneretti major ſit quam Baronis, prout Baro in ampliori ſignificatione, quam qua complectitur Barones Parlamentarios, extenditur etiam ad minores Barones ſeu *Lairds* qui per ſtatutum ſunt excluſi. Verum quando Baronis vox eſt honoris titulus ac reſpicit Parlamentum videtur illius eſſe Synonymum; idque ex antiqua conſuetudine geſtandi Banneriam id eſt, vexillum (quod quadratum eſt nemini permiſſum alias niſi Baronibus (& *Bannerettis* qui acceperunt titulum, in finem hunc ipſis ſpecialiter attributum) & iis qui Baronibus ſunt majores dignitate, & utuntur Baronis titulo in generali iſta notione, qua communicatur non ſolum omnibus qui hoc gaudent Titulo diſtincto, verum etiam omnibus eum ſuper-

Iummenta in creationibus Bariarum dignitatum uſurpata in Scotia habentur etiam in libro impreſſo cui titulus: Certain Matters of Scotland: *Edinburgi 1597. & Londini 1603.*

pergreſſis; uti ſatis diximus in dignitatibus Anglicanis & Gallicanis. Ideo etiam aliquando eorum Comites & (videtur) aliæ majores dignitates appellantur *Barones Banerents.* Nam omnes homines (inquit *Skene quando cinguntur balteo & fiunt Comites, vocantur* Barronnes Banrent, *& Domini Parlamentarii Regis noſtri; Unde manifeſtum eſt, quod dicta dignitas* (Banrent) *communis ſit omnibus, nec uni alicui propria.* i.e. ſicut ego intelligo, eſt communis Baronibus Parlamentariis, & aliis omnibus Parlamentariis Titulis, qui ſunt ſupra diſtinctum Baronis titulum.

Videſis Camden. Brit pag. 684. Demiſter de Iumento lib. 3. cap. 19. &c.

III. Titulus Equitis apud *Scotos* (inſtar illarum dignitatum majorum) confertur poſt juramentum præſtitum huic dignitati proprium; & aliquando pluribus cum ceremoniis quam, quod noverim, hodie alicubi locorum fieri ſolet, acceduntque propius ad morem antiquum quo cinctura gladii & calcarium neceſſario requirebantur. Nobiles qui geſtant inſignia honoris, ut vexillum, ſigna pendula, & alia ante Baronem ac ViceComitem, & (prout exiſtimo) ante alios adipiſcentes majores dignitates quando creantur,) ſolent vulgo poſt creationem illam ad petitionem creati, Equites fieri a Rege vel alio quopiam a Rege autoritatem nacto. Et ab hac forma faciendi Equites iſtos maxime ſolennis modus conferendi Equeſtrem dignitatem, optime diſcitur.

Recens creatus Baro, decenter gratias agit ſe creanti, ſubmiſſeque petit ut juxta morem antiquum nobiles portitores inſignium honoris ſui, fiant percuſſi Equites. Dominus Commiſſarius jubet id fieri. Fecialis collocat novum Baronem inter Pares ſuos ibi præſentes, deindeque vocat Nobiles qui geſtarunt baltheum & gladium, vexillum & pendula ſigna nominibus ſuis & ordine quo diximus. His genua flectentibus coram Delegato, Fecialis ſermocinatur de Ordine Equeſtri ſeu de alia quadam materia congrua, jubetque attollere manus ſuas ac ita jurare.

1. Confirmabitis & defendetis Chriſtianam Religionem & Chriſti S. Evangelium nunc publice prædicatum hoc in regno, pro omni robore veſtro.

2 Fideles eritis Regiæ Majeſtati Summi Domini noſtri, omni ordini Equeſtri & nobili Armorum officio.

3. Con-

3. Confirmabitis & defendetis juſtitiam pro poſſe veſtro, & quidem absque timore nec non favore alterutrius partis.

4. Nunquam deferetis Summi Domini veſtri Majeſtatem regiam, neque Celſitudinis ejus Locum tenentes tempore belli.

5 Defendetis patriam veſtram adverſus omnes alienigenas & extraneos.

6. Defendetis juſtam actionem & querelam omnium fœminarum nobilium, omnium verarum & deſertarum viduarum, orphanorum atque virginum integræ famæ.

7. Diligenter curabitis, ut ubicunque audietis eſſe homicidas, perduelles vel fures Magiſtros vel prædones, opprimentes Majeſtatis ſuæ ſubditos & pauperes, afferantur ipſi & ſiſtantur legibus nec non judicibus pro omni ſtudio & poſſe veſtro.

8. Conſervabitis & ſuſtentabitis integrum ſtatum Equeſtrem, equis, phaleris & reliquis Equite dignis armis, juvabitis etiam & ſuccurretis omnibus in eodem ordine conſtitutis, ſi iſtis opus habeant.

9. Acquiretis & conabimini habere notitiam omnium articulorum & punctorum vobis ſcitu neceſſariorum, deſcriptorum in libro Equeſtris ordinis.

10. Promittetis obſervare, tenere, obedire, & implere omnia præmiſſa ad extremum poſſe veſtrum, ita vos Deus adjuvet per manum veſtram propriam & per Deum ipſum.

Deinde Rex armorum porrigit gladium honoris Domino Commiſſario qui illo primum ex nobilibus ter percutit in dextrum humeri latus, dicens, *Avances Chevalier.* Eodem tempore accinguntur ipſi calcaria a veterano quodam Equite tum præſente. Poſthæc Rex armorum pronunciat titulum ipſius *Sir I. N. of O. Knight*, i.e. Dominus I. N. in O. Eques. Feciales quoque & alii adſtantes, Tubis ex feneſtris reſonantibus, proclamant eundem. Sic & alii duo nobiles creantur Equites. Alia ſolemnia primi congreſſus, digreſſus, convivii, & ſimilium hic alibique, omittimus. Quod antiqua attinet ſecula, habes ſupra nonnulla, videlicet quæ Rex *Alexander III.* dixit, cum Eques crearetur in *Anglia.* Ac *induere armis militaribus*, phraſis olim fuit ſuſceptionis in ordinem iſtum. *Alexander* Rex *Scotiæ* (inquit Chronicon de *Mailroſe* Ms. in bibliotheca

Cottoniana) *Johannem Scotum Comitem de Huntedone cognatum suum filium* David *Comitis & plures alios nobiles viros armis militaribus induit in die Pentecostes in Castello de Rokesbyre* Is fuit *Alexander* secundus an. MCCXXVII. Ordinem *S. Andreæ* hic cognituris adeat *Menenium, Miraum, Favinum &c.*

Juramentum est quoad materiem illud quod vel jurarunt olim vel professi sunt Equites in plurimis aliis regionibus tempore creationis suæ. Inde opinio invaluit, perficere omnia ad ordinem Equestrem pertinentia, esse pariter meritorium, ac illa quæ fecere Monachi, vel Canonici regulares. Habeo Directionem vitæ manuscriptam ad omnes omnis generis homines carmine gallico, ubi huc pertinentia leguntur ista.

Si vous seitz de teu Valour
Ke resceyvre devez l' honour
El' ordre de Chivalrie .
Le Honour Sovereyn de ceste vie
Adunke vous pri en amistez
Qe bien e nettement guardetz
Les reules qe doyt guarder
Cely qe est dreit Chivalier.
Nad Frere precheour, *ne Chanoygne,*
Ne Frere Cordeler, *ne* Moyngne
Ke l' alme puisse meutz salver
Ke ne puyt ly, Chivaler.
Pur quey qe y faces dreytement
Ceo qe a soun ordre *apent.*
Le Ordre *demande nette vie*
Chastete & curteysie;
Defeat & de dit establete,
Et tote manere leaure &c.

Cap.

Cap. VIII.

I. Titulus *Gentleman*, prout uſurpatur vulgari ſermone ſeu *Nobilis. Gentlemen of blood.*

II. Edelmann/ frey vom Adel/ Æ℔el. Unde nomina *Gentleman, Gentilhome, Gentilhuomo, Gentilhombre,* & *Hydalgo* deducuntur.

III. Creationes tituli Edelmann/ *Gentilhoumo*, vel *Nobilis.* per codicillos honorarios, diplomata & inſtrumenta alia. Nobilitatio a *Papa* facta. Creatio per genus quoddam adoptionis in familia.

IV. Forma Nobilitandi in *Gallia* per edictum & literas patentes, ut & in *Hiſpania remiſſive.*

V. Forma nobilitandi, vel evehendi ad dignitatem *Gentleman*, ſeu *Nobilis* per literas patentes in *Anglia.*

REſervavimus titulum *Gentleman* id eſt, ultimum titulum primæ diviſionis noſtræ in hac parte, ad iſtum locum, ubi unice loquemur de ejusdem uſu in regionibus, quarum ſubordinati Tituli ſupra diſtincte ſunt propoſiti.

I. Titulus *Gentleman* (abſolute uſurpatus vulgari ſermone & attributus unicuique ad quem pertinet, ſenſu ampliſſimo in aliqua ex regionibus iſtis) indicat hominem vel ex nobili Parentum ſanguine genitum, vel ex favore Principis ſui, ſeu illorum qui eandem poteſtatem habent ſummam, vel ex propria virtute, negotiis, vel alio modo juxta leges & conſvetudines honorarias in regione de qua loquimur nobilitatum, nobilem factum vel eminenter evectum de plebe, cujus perſonæ perpetuo inhæret character iſte, ita ut juxta leges illas & conſvetudines ſit vere *Nobilis*, ſive habeat aliquos ex titulis qui præceſſerunt, ſive non. Per *Nobilem* vero hic intellige, prout vox uſurpata eſt vulgo poſt declinationem Romanæ Monarchiæ, æque illum qui vel per literas patentes vel aliter

creatus est *Nobilis*, ac illum qui per nativitatem talis est. Etenim olim, & præprimis ante Monarchiam, Nobilis proprie non appellatus est, nisi qui haberet *Ius imaginum*, aut cujus majores magna gessissent officia, seu *Magistratus Curules*, quales fuerunt Censores, Consules &c. quorum imagines servans *jus imaginum* adeptus esset. Primus qui post mortem suam dedit nobilitatis initia, vocabatur *Novus homo*, quoniam ante officia sua, per quæ nactus est *Novi* titulum, dictus est *ignobilis* uti plebeji reliqui. Neque mos iste ut videtur diversus fuit a *Græcis & Judæis* antiquis, apud quos denominatio generis seu nobilitatis (quæ sensu de quo loquimur nunc eadem) facta est cum relatione ad Prædecessores. Εὐγενης, Γενναῖος, Εὐπατρίδης, Εὐπάτωρ i.e. *ex illustri prosapia descendens* apud Græcos vocatur *Gentleman vel nobilis*. Sic Εὐγένεια est *Nobilitas*, quam Aristoteles nominat ἀρχαῖον πλοῦτον καὶ ἀρετὴν, *antiquas divitias & virtutem* seu εὐπατρίδην πρόγονων *dignitatem Antecessorum* etsim. Primi ejusdem Autores appellati sunt ἐπίσημοι & τίμιοι, *famosi* & *bononobiles* etsimil. De *Judæis* tradunt eruditi quod duobus suis vocabulis instar illis latinorum stricto sensu usurpatis *Homo* & *Vir*, אדם *Adam* & איש *Ish*, distingvant mortales, appellando *Nobiles* בני איש *Bone Isn*: *filios viri* seu filios magnorum virorum, alios vero ex vulgo בני אדם *Bene Adam*, *filios hominis*, seu filios plebejorum. Huc trahunt verba Psalmi 49. v. 2. *Audite omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem* כל איש גם בני אדם גם בני ירד עשיר ואביון *omnis vir & filii hominum cum divite etiam pauper.* vel prout vertit & explicat *Munsterus*: *Tam filii hominum (ignobilium) quam filii cujuscunque nobilis simul dives & pauper. Vulgata* habet: *Quique terrigena & filii hominum* ubi vox *homines* notat optimum in genere suo, sicuti apud Latinos, quando vox ista non opponitur *Viro*. Sic etiam LXX. ὅτε γηγενεῖς καὶ υἱοὶ οἱ ἐν τῶν ἀνθρώπων. cum quibus quoad rem congruunt *Arabs* & *Syrus* ac ili LXX. pro אדם *Adam*, quod *hominem* notat, legissent ארמה *Adamah* id est, *terram*. Anglica nostra versio habet *Highand low*, summi & infimi, Belgica vero beide gemeinne Man ende Heeren. & Gallica denique *tant ceux de bas estat que les nobles*. Postquam vero *Romani* in Monarchiam coacti sunt. Titulus *Nobilis* concessus est illis qui per imperatoria officiorum diplomata, vel *Codicillos honorarios* primum de plebe evherentur. Hinc *adjudicari nobilibus*

Rosini Antiq. Rom. lib. 1. c. 19.

Politic. lib. 4. cap 8. lib 5. c. 1. Rhetoric. ad Theodect. lib. 2. cap. 15 quem vide porro in fragmento libri περὶ ἐυγενείας, qui tamen an sit Aristotelis dubitat Plutarchus *sub finem* Aristidis.

Kimchi in radice איש *Drusius observ. lib. 3. cap. 19. alii.*

libus & creari nobilem a similesque phrases ortæ sunt. *Ausonius* b utens Phrase sui temporis introducit *Solonem* dicentem

Pulcrius multo parari, quam creari nobilem.

a *Symmach. lib.10 epist.25. & Vid.infr §. 3.*

b *In septem Sap.sent.*

Et hoc sensu vox illa *Nobilis* adhuc continuatur, & a nobis nunc consideratur. Alia enim vocis acceptio, qua utimur in *Anglia Dominos* (*Lords*) nostros absolute appellantes *Nobiles* c, nobis tantum peculiaris est, neque hujus loci. Neque immiscebimus alias *Nobilis* notiones, non exprimentes dignitatem quam tractamus; neque addemus plura ex communi distinctione nobilitatis in *Theologicam* seu *Christianam*. *Philosophicam*, seu morum & virtutum, ac denique *Politicam* vel *Civilem*: loquimur enim saltim de *civili nobilitate* seu gentis claritate. Hæc consistit alicubi in fruitione variorum privilegiorum tum personalium, tum realium, æque ac vel plus quam in eminentia dignitatis ad quam Nobilis per nativitatem suam vel capacitatem evehitur, ut in *Imperio*, *Gallia*, *Hispania*; alibi consistit primario in eminentia dignitatis. Et quidem vel derivatur ex Nobilibus vel claris Genitoribus, vel aliter juxta leges varias & consvetudines honorum de novo acquiritur. Acquisitionis methodi variæ sunt juxta leges illas & consuetudines, varieque traduntur a multis integra volumina *de Nobilitate* conscribentibus, vel similia. Postquam etiam insignia distinctim in scuto exhibita, cœperunt esse in Familiis a hæreditaria (quod factum ante hos quagringentos annos) frequenti usu receptum est, ut qui vel antea ex nobili sangvine progenitus esset, vel nobilitatem nuper acquisivisset per diploma (prout regionis permisit consvetudo) a supremo Domino suo, vel alio legitime supremam potestatem exercente; specialem quandam notam distinctionis per insignia transmitteret cum nobilitate sua ad posteros suos. Mos igitur comunis dandi insignia cum nobilitate nobilitationis in instrumentis (*Ennoblishment* Galli vocant) hucusque permansit, quanquam non observatus est in omnibus Nobilibus creatis, uti jamjam ostensum est per exempla nonnulla. Antequam vero insignia hæreditaria facta sunt omnes Nobiles, videtur, in diversis Europæ gentibus, quæ fuerunt status se ipso consistentes & superstites ex

c *Sed & videsis 33. Henr.8: cap.28.in titulo capitis.*

NOTA.

a *Vide de istis Speneri oper. Herald. part. Generalem, & de Polonia Okolscii orbem Polonicum. V.Bonum de Curtili de Nobilitate part.3. §.172. Pompon. Roch. de Insignibus familiar, lib.1. c.9. & 13 Stephan. Forcatul. in Cupidine Iuriperito c.22. Felicem Malleolum de Nobilitate & Rusticitate c.29. Abraham. Fransum popularem nostrum, insignium lib.2. &c.*

declinante Imperio, vel ex irruptione gentium septentrionalium, creduntur habuisse scuta distincta per insignia quædam arbitraria, ut inde distingverentur in bello, eadem ratione, qua *vegetius de re militari libr. 2. cap. 18* ait in antiquo Imperio milites fuisse distinctos per *digmata*, ex arbitrio suarum cohortium & per nomina propria inscripta scutis suis. Atque sic consuetudo Europæorum (qui quoad maximam partem immediate prodierunt ab illis Borealibus nationibus declinante imperio fere ubique in Europa confidentibus) videl. jus habendi insignia, a longo tempore fuit character Nobilitatis, fere instar juris habendi Imagines in antiqua Republica Romana. Hæ bellicosæ gentes, & aliæ cum quibus in Europa se miscuerunt, tanti æstimarunt nobile militis officium, atque omnes fere extiterunt milites, ut a bellicis rebus potius quam ab aliis sumerent nobilitatis insignia; unde etiam vocabula *Miles*, *Chevalier*, *Cavaliero*, & *Esquyer*, *seu Scutarius vel Armiger* ad militiam primo pertinentia, etiam quoque sortiuntur explicationem, qua solummodo Nobilem denominant, prout manifestum ex superius circa titulos istos, dictis. Hinc etiam insignia vulgo data sunt personæ togatæ si quando ad nobilis dignitatem eveheretur, quæ tamen parum ipsi profuerunt insignia, quatenus scutum intendunt. Nisi quod Nobilis jam existens credatur vel esse miles, vel paratus esse ut fiat miles si occasio poscat, ideoque illud habere insigne, ad hoc indicandum. Idem dici potest de Christis. Verum de Christis & insignibus, de variis nobilitandi rationibus per feuda, per expeditiones, per eruditionem, etsimil. juxta leges variarum gentium & plurimis aliis circa nobilitatem observandis; tot jam scripserunt viri eruditi, ut placuerit solum duo ista hic attingere. Primo varia nomina quibus *Gentlemen* seu Nobiles in plurimis Europæ partibus appellantur, & præsertim originem vocabuli *Gentelman*, & *Gentilhomme* etsimil. Deinde *instrumenta* seu *diplomata* quibus Nobilitas concessa est. Atque per ista putamus non nihili æstimandam additionem posse fieri ad illa quæ alii ante nos tradidere.

Videf. Paschal. de Coronis lib. 10. c. 15.

II. In Germano Imperio *Nobiles* vel *Gentlemen* (supponimus autem nostram vocem anglicanam *Gentlemen* converti cum latina *nobiles*) aliquando vocantur die freye vom Adel vel die freye Reichs

Reichs-Ritterſchafft; i.e. *liberi nobiles*, ſeu *Ordo Equeſtris* (prout etiam appellantur) *imperii*. Intelliguntur autem hic ſolummodo nobiles immediate Imperio ſubditi in *Franconia, Svevia, & Rheni Tractu*, vel aliis partibus huc pertinentibus. Privilegia eorum quod ſint immunes a tributis, non alii ſiſtantur foro quam Imperatoris etſim. faciunt ipſos ſingulariter eminere. Alii ibidem Nobiles ſive mediate ſive immediate Imperatori ſubditi vocantur Edelmenn. In utroque verbo Adel (unde etiam variante dialecto *Dani & Sveci* ſuos denominant Nobiles) vel Edel denotat Nobilem, hinc Edelden/ vel Edelheit/ ſunt Nobilitas & Veredelen item Edelmachen/ eſt nobilitare. Ab eodem verbo dicti olim *Edelingi*, i. e. *Nobiles* apud Saxones in Germania apud *Nithardum lib. 4. & Adalingus* eodem ſenſu eſt in antiquis legibus quarundam Germaniæ regionum, videl. *Leg. Anglorum tit. 1, 2, 3. & 4.* Noſtri quoque Anglicani *Saxones* vocarunt nobilem ſuum Æþelum quod dialectus eſt antiqua Germanorum vocabuli. Vide etiam quæ jam diximus de *Ethelingo* c. 5. §. 1. hujus libri. *Nobilis Decurio* appellatur *Joſeph Arimatheenſis* in verſione vulgata, lingva vero noſtra Saxonica antiqua habet Æðela Ȝeneſa apud Marcum XV. comm. 33. *Poloni* appellant nobiles *Szlachta*, ut ſæpe videmus in eorum legibus. Verum in plurimis aliis *Europæ* partibus ipſum nomen *Gentleman* juxta dialectos varias uſurpatur ut *Gentilhomme, Gentilhuomo & Gentilhombre* apud *Hiſpanos*, qui etiam alio titulo *Hidalgo* inſigniunt nobilem; de quo mox plura. Ratio nominis in unaquaque regione apparebit ſi cognoſcemus quomodo *Gentil* acceſſerit. Neque improbabile eſt, omnes ex eodem fundamento & origine idem accepiſſe. Duæ ſunt opiniones ſingulares de origine & cauſa vocis *Gentil* hoc in ſenſu. Aliqui ſerio conantur derivare ad lingvas provinciales ex temporibus latinitatis purioris, deducuntque a *Gentilibus*, prout *Gentiles* dixere antè Monarchiam Romanam. Significabat autem vox iſta tales qui fuerunt ejusdem nominis & ſtirpis, libere geniti, retinentes libertatem ſuam Romanam & quorum Majores ſemper fuerunt liberi. *Cicero* appellant *Tullium Hoſtilium gentilem ſuum*, propter ſolum nomen *Tuſcul. quæſt. lib. 1. Feſtus* etiam ait *de verb. ſignif. verbo Gentilis; Gentilis dicitur & ex eodem genere ortus, & is qui ſimili nomine appellatur* quem in finem allegat illa *Cinnii. Gentiles mihi*

Pauermeiſt. de Iurisd. lib. cap. 9. §. 71. Nolaen de ſtatu nobilium cap. 1. & 30. & cap. 17. §. 14 Beſold. de ordine Equeſt. cap. 6. §. 5.

ſunt

sunt qui meo nomine appellantur. *Cicero* loquens de argumentis sumtis a definitione, & docens quomodo fieri debeant, affert exemplum in *Topicis*: *Itemque ut illud; Gentiles sunt qui inter se eodem nomine sunt. Non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum majorum neme servitutem servivit. Abest etiam nunc, qui capite non sunt diminuti. Hoc fortasse satis est. Nihil enim video si avolam Pontificem ad hanc definitionem addidisse.* Relatio sic inter homines statuta vocabatur *Gentilitas*, ut videmus apud *Varronem*; *Ut in hominibus*, ait, *quædam sunt cognationes & Gentilitates, sic in verbis. Ut enim ab Æmilio homines orti Æmilii ac Gentiles, sic ab Æmilii nomine declinantes voces in Gentilitate nominantur.* Eodem sensu dicit *Gentes* phrase duodecim tabularum, qua proverbialiter utitur loquens de cura acquirendi sedem villaticam sanam & fructiferam: *An non horum*, ait, *si alterutrum decollat, & nihilominus quis vult colere, mente est captus atque ad agnatos & Gentiles est deducendus?* qui enim fuere mente capti ex Lege duodecem tabularum erant ducendi ad sibi proximos nativitate & nomine. Qui fuerunt *Gentiles*, (unusquisque eorum fuit *Gentilis* in singulari) collective dicebantur *Gens*, quæ vox ita distincta fuit a *Familia* ut cognomina denotarent *familiam*, nomina *solum Gentem*. Sic *Gens Ælia*, extendebatur ad omnes qui nomine *Ælii* appellabantur, *Familia* vero istius *Gentis* distingvebantur per agnomina *Lamia Patus* etsim. Inde *Festus* ait: *Gens Ælia appellatur qua ex multis familiis conficitur.* Hoc sensu *Horatius* dicit *sine gente* esse mancipium vel ex parentibus servis procreatum. Tales enim non habuere *Gentem*, neque invicem vocabantur *Gentiles*

de lingg. latin. lib. 7.

de re rustic. lib. 1. cap. 2.

Serm. 2. Satyr. 5.

Qui quamvis perjurus erit, sine Gente cruentus.

Jam quoniam *Gentiles* dicti sunt solummodo *ingenui* qui ejusdem nominis & stirpis, *servi* autem vel *capite diminuti* (tanquam banniti homines aliterve capitaliter damnati) non dicebantur habere *gentem* neque titulum *Gentilis* usurpabant inter se, ideo existimarunt quod *Gentilman* & *Gentilhommes* dixerint in lingvis provincialibus, acsi quoad literam denotaret *Nobilem ab origine Gentis*. Quo insensu nomen *Gentleman* (vi originis hujus) significaret solummodo *Nobilem sangvine*, prout nobiles dicti sunt antiquioribus Romæ tem-

Rud. in Annot. ad Pandect.

temporibus, vel prout *Generoſus* (frequenter *Gentleman* denominans) facit vi i otationis ſuæ. Nam *Generoſus* in primaria ſua & uſitatiſſima acceptione eſt, *qui bono genere ortus, non degenerat.* Quo ſenſu etiam dicitur de beſtiis, arboribus, fructibus & rebus aliis laudatis ob bonitatem ſuam cum reſpectu ad ſtirpem ſuam unde provenere. Exempla ejus ſunt obvia. Quando vero dicitur juxta ſenſum antiquum de *Gentleman*, magis exprimit dignitatem perſonalem, quam Anteceſſorum ſuorum, quanquam utrumque ſupponat. Sic Ariſtoteles Ἔστι δ' Εὐγενὴς μὲν κατὰ τὴν τῶν γόνων ἀρετήν. γενναῖον δὲ καθ' ὃ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς Φύσεως *Nobilis* (ſenſu antiquo) *eſt ex virtute Anteceſſorum, Generoſus vero qui a ſtirpe non degenerat.* quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ συμβαίνει τοῖς Εὐγενέσι· ἀλλ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ ἀνάξιοι: *non illis qui nobiles ſunt ſæpe accidere ſolet, & multi ſunt nullius exiſtimationis.* Nam ſicuti in fructibus terræ, ſic in generationibus hominum frequenter abeunt ab origine ſua. Ex bona ſtirpe aliquandiu excellentes viri ſunt procreati, ac deinde poſteri degenerarunt, uti ibidem obſervat. *Rhetor. ad Theod. lib. 2. c. 15.*

Germani bonum habent verbum ex Latinorum *Generoſus*, Wohlgebohren ſeu *bene natus*: & in antiquo Gloſſario Ms. Latino-Saxonico *Generoſitas* redditur Æpelbo[illegible]nne[illegible]e id eſt, *Nobilis nativitas.* Quanquam vulgaris loquendi uſus nunc adeo immutaverit genuinum ſenſum vocis *Generoſus* ut frequenter denotet cujus vis generis nobilem ſive jure naſcendi ſive aliter fruentem titulo iſto æque ac *Nobilis* appellatione. Sed plures effluxere anni, antequam conſtans uſus fecit *Generoſi* appellationem eſſe titulum nobilis, in ſcriptis noſtris, actionibus forenſibus. etſimil. Usque ad *Henricum VIII.* ipſa vox *Gentilman* retinebatur pro additamento latino, ut videmus in rotulis temporum antiquiorum. Deinde vero *Generoſus* apud nos conſtanter nobilem inſignivit quemcunque, niſi titulus ejus aliquanto major eſſet. Et clare videmus ejusmodi veſtigia uſus vocis γενναῖος (quæ dicit idem) in antiquo proverbio καὶ γενναῖος ἐκ Βαλαντίου *Generoſus es ex crumena.* dicto de iis qui divites cum ſint volunt quoque Nobiles eſſe. Gloſſarium porro paulo ante allegatum pro *Generoſa* habet [illegible]e Æ[illegible]ele, id eſt, fœmina nobilis abſolute citra relationem ad nativitatem. *Suidas voce* γενναῖος.

Altera Opinio originem vocis *Gentleman* dicit eſſe a *Gentilis*,

quod vocabulum diversissimam habuit significationem declinante Imperio & postmodum: id est iudicavit hominem non *Romanum*; sed ex gentibus illis oriundum qui invaserant Imperium, ac quodammodo destruxerant. Ad intelligendam hanc opinionem ostendemus primo usum vocabuli *Gentilis*, originem istius usus, ac deinde quomodo inde prodiit notatio *Nobilis*. Præter communem notionem vocis *Gentes* (unde fit *gentilis*) qua innuit populos seu homines omnes in definite, ut *Jus Gentium* olim & hodie dicitur, alia quoque ejus fuit notio temporibus declinantibus restricta tantum ad ejusmodi nationes, quæ *Romanæ* non fuerunt; non aliter quam sicuti olim *Barbari* dicti sunt omnes exceptis Græcis & deinde de omnibus dicitur apud *Claudianum* populis, exceptis ipsis ac *Romanis*.

de bello Getico.

Iam foedem Gentes
Exultant. Latiique audita clade feroces,
Vindelicos saltus & Norica rura tenebant.

Eodem sensu *Justinianus* in rescripto quodam ad *Zetum Magistrum Militum Armeniæ, Ponti Polemoniaci* & vicinarum terrarum ait: *Cum propria divinitate Romanorum nobis sit delatum Imperium, sollicita cum, cauta diligentia pertractantes perspeximus oportere etiam partibus Armeniæ & Ponto Polemoniaco* & Gentibus *proprium Magistrum Militum per hanc legem constituere.* Et sicuti *Gentes* collective appellati sunt, ita *gentilis* unusquisque appellatus est, pluraliter *gentiles* & *Barbari*, inter ipsos vero Romani commorantes, *Provinciales*. Clarissimum hujus rei testimonium est in Lege *Valentiniani* & *Valentis* de *Nuptiis Gentilium* prohibente *Romanæ* seu *Provinciali* fœminæ conjugium cum *Gentile*; & *Romano* viro seu Provinciali *uxorem barbaram*, ut appellarunt. Verba legis sunt: *Nulli Provincialium, cujuscunque ordinis aut loci fuerit, cum Barbara sit uxore conjugium, nec ulli* Gentilium *Provincialis fœmina copuletur. Quod si quæ inter Provinciales atque* Gentiles *affinitates ex hujusmodi nuptiis extiterint, quod in iis a fuspectum vel negotium detegetur, capitaliter expietur. Datum V. Kal. Jun. Valent. & Valente Coss.* Alibi in *Theodosii* Codice b idem usus est vocis *Gentilis*. Verum origo consuetudinis hujus arcessenda est ex antiquissimis sæcu-

C. tit. de officio Mag. Militum. lib 5.

C. Theodos. lib 3. tit. 14.

a Hæc deralebio; uti ex manuscripto discimus, sed in vulgatis libris quibus utimur male susceptum & detegetur, legimus.

b Lat sit 33. de Appellationibus l. 62.

ſeculis, nimirum a *Judaïs* per *Græcos* usque ad *Latinos* Chriſtianos. Nam ante Chriſtianismum & idiotiſmos Chriſtianæ lingvæ, receptos in Latium, nulla fuit ejus in imperio uſurpatio. Judæi ſic uſurparunt vocem ſuam גויים *Gojim* (gentes ſignificantem) abſolute pronunciatam de aliis populis juxta ſubſtratam materiam, excludentes ſemetipſos, & comprehendentes ea ſolummodo alios. Senſus iſte eſt *Genes. X. 5.* ubi de poſteris *Iapheti* dividentibus *Inſulas Gentium* איי חגויים *Iii haggojim.* Sic & alibi frequenter in Teſtamento antiquo in locis illis ubi τὰ ἔθνη *Gentes* ſeu *nationes* occurrunt. Inde quoque Rabbini appellant in ſingulari גוי *Goj* quamcunque nationem extra Iſraëlem ſeu Judæos איש כותי שאינו מישראל קראו לו גוי כלאמר שתוא מגוי אחר ואם נקבה הוא קראו להגויה inquit *Elias Levita in Thisbite: Unumquemque virum non Iſraëlitam appellant* Goj *acſi diceres ipſum eſſe de gente alia. Si vero eſt fœmina, vocant eam* Gojah. Idem habet R. *David Kimchi* in *radicibus* & alii. Ab hoc vocis uſu Ebræo *Gojim* τὰ ἔθνη, (quæ vox tempore Græcismi puri apud Scriptores Græcos idem ſignificavit quod *Gentes* tempore *Latinismi* puri) uſurparunt in verſione Græca Teſtamenti veteris loco illius. Indeque eſt quod tam ſæpe habeamus τὰ ἔθνη eadem ſignificatione in novo Teſtamento. Παῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ, inquit Servator noſter: *Omnia iſta quærunt gentes.* Eadem vocis ſignificatio in *Actis Apoſtolorum cap. XVIII, 6.* & Epiſtolis Canonicis ut Roman. I. 5. &c. Inde Latini ſermone Chriſtiano primo uſurparunt vocem *Gentes* eadem ſignificatione, & Anglicana noſtra verſio reddit *Gentils* (præſertim in Novo Teſtamento) Gallica vero habet *Payens* i. e. *Paganos*, Germanica Heyden/ vel Heydenen/ quod efferunt Angli *Heathen.* Verum primis iſtis temporibus τὰ ἔθνη & *Gentes* cito aliam aſſumſerunt ſignificationem, non amplius innuendo omnes qui Judæi non eſſent, prout in Veteri atque Novo Teſtamento factum erat, verum omnes qui neque Judæi eſſent neque Chriſtiani, ſed ſequebantur ſuperſtitiones *Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum*, & aliorum. Nam ſicuti Judæi appellarunt omnes gentes præter ſe ipſos *Gojim*, ita Chriſtiani dixere ἔθνη & *gentes* omnes populos ſe & Judæis exceptis. Hinc *Tertulliano* inſcripſit *apologeticum adverſus gentes*, *Arnobius*

Matth. VI. 32. & Luc. XII. 30.

& alii illorum ſeculorum Scriptores, prout eodem ſenſu loquuntur *Auguſtinus* in ſuis *de Civitate Dei* libris & *Oroſius contra Paganos*. Hoc in ſenſu continuavit vox apud Chriſtianos Scriptores, donec eorundē proprietas ſermonis cum Religione publice & authoritate ſtatuum reciperetur in Imperio, ſubito inde formata voce *Gentilis* ex *gentes*, illa ipſa ſignificatione, pro homine qui eſſet ex *gentibus*. Verum ſicuti *Gentes* & τὰ ἔθνη vocabula uſurpata ſunt a Chriſtianis in ſenſu ejusmodi qui includeret omnes populos ſe & Iudæis exceptis prout antea Judæi *gentes* appellarunt omnes homines extra ſuam rempublicam conſtitutos, ſic poſtquam verba *Gentes* & derivatum *Gentilis* recepta eſſent in Imperio Chriſtiano, aliam quoque aſſumſerunt ſignificationem, & ab hac origine (unde deducimus nunc, ut videtur, duplicem. Quando nomina iſta uſurpabantur in libris ſeu legibus Religionem attinentibus tum denotabant paganos qui Judæi non exiſtentes, neque Chriſtiani erant. Quando autem uſurpabantur in negotiis mere civilibus absque relatione ad Religionem in legibus et ſimil. tum *gentes & gentiles* (proportionate ad Judæorum *Goim* & Chriſtianorum ἔθνη, denotabant homines non *Romanos*, id eſt, omnes qui non erant in Imperio Romano, ſeu *Orbe Romano*. Nam omnes conſtituti in *Orbe Romano* erant *cives Romani* juxta antiquam illam legem [a] *Antonii Pii*: reliqui autem vocabantur *Gentes* ſeu *Gentiles* æque ac *Barbari*, quæ vox ſimili ratione ad Romanos devenit, qua illæ *Gentes* & *Gentiles*. Nam omnes exceptis *Græcis* primo dicti ſunt Barbari (prout & S. *Paulus* [b] vocem uſurpat:) deinde *Romani* appellarunt *Barbaros* omnes populos Se & *Græcis* exceptis. Uſurpatio vocis *Gentes* familiaris eſt Patribus in religionis negotio & de Gentilibus ſeu illis qui Chriſtiani non eſſent agit Lex *Honorii* & *Theodoſii* circa Religionem: [c] *Ne Donatiſtæ vel Caterorum vanitas hæreticorum, aliorumque error quibus Catholicæ communionis cultus non poteſt perſvaderi, Iudæi atque Gentiles, quos vulgo Paganos vocant, arbitrentur legum ante adventum ſe datarum conſtitutæ repuiſſe, noverint Iudices univerſi* &c. Et idem Imperator [d] *Qui profano pagani ritus errore ſeu crimine polluuntur, hoc eſt, Gentiles, nec ad militiam admittantur nec adminiſtratoris vel Iudicis honore decorentur*. Alia quoque alibi occurrunt: & ab hac notione *Gentiles* habemus Profeſſiones *Gentilitias* in alia ipſorum Lege [e]. In legibus autem ſolummo-

[a] *ff. de ſtatu Homin. l. 17. & Novell. 78. cap. 5. 6.*

[b] *ad Romanos epiſtola cap. 1 & Feſtum in Barbari.*

[c] *Codice Theodoſ. lib. 16. tit. 5. de hæreticis lib. 40. & ſide l. 43 &c.*

[d] *eodem lib. tit. 10. l. 21.*

[e] *eiidem lib. & tit. l. 10.*

lummodo civilibus, vox *Gentilis* uſurpatur in altero illo ſenſu pro hominibus non Romanis, vel in oppoſitione ad Romanos & *Provinciales*, qui hoc intuitu æqualis conditionis erant, ut ſpecialiter videmus in lege connubii paulo ante adducta, & alia *Appellationis* annotata in margine juxta eam. Hic videmus Provinciales appoſitos *Gentilibus* quorum nomen in Corpore legum eſt *Barbaris* Synonymicum. Confirmat id antiquus Scholiaſtes ſic verba in ſummam unam colligens verbis aliis: *Nullus f Romanorum* barbaram *cujuslibet gentis habere præſumat uxorem neque* Barbarorum *conjugiis mulieres Romanæ in matrimonio conjungantur, quod ſi fecerint ſe capitali ſententia noverint ſubjacere.* Hic certe Provinciales & Romanos pro iisdem habet: Nam Provinciales dicebantur habentes *Domicilium in Provincia* ut *Ulpianus* g loquitur *leg. 190. ff. de verb. ſignif.*) & conſequenter erant Romani atque Gentiles. *Barbaros* autem dicens vult eſſe Synonymum appoſitum Provincialibus & Romanis. In *Caſſiodoro* de *Opulio* h facto *Comite Sacrarum largitionum* dicitur, *Gentiles victu, Romanos ſibi judiciis obligabat.* Et ejusmodi differentes notiones aliis quoque videmus in verbis. *Chaldæus* ubi ſermo eſt de prædictionibus ſæpe notat Aſtrologum. Geographis vero Hiſtoricis & aliis loquentibus de Republica, Hiſtoria & Situ terrarum, notat ſolummodo ex Chaldæa ortum hominem. Sic *Hellen* & *Helleniamus* in antiqua hiſtoria Eccleſiæ, Patribusque nonnullis ſignificant *Gentilem* & *Gentilismum* (in quantum opponuntur Chriſtianiſmo) apud alios vero non utentes verbis iſtis in relatione ad religionem (vel eo ipſo tempore quo notio illa prior frequens fuit) notat ſolummodo Græcos, vel quicquid pertinet ad Græciam prout eſt diſtincta provincia. Idem dici poteſt de *Judæi* nomine. Notione Gentilis ſic declarata, illi qui aliam fovent opinionem de origine vocis *Gentle* vel *Gentile* in nomine *Gentleman* exiſtimant, quod Boreales iſti populi in formatione nominum ex Latina lingva, (quam invenerunt in regionibus ubi ſedem collocarunt) ad perficiendas lingvas ſuas provinciales vel Romanas (ſic *Gothi* & *Vandali* in *Hiſpania* finxerunt lingvam *Hiſpanicam*: *Gothi, Salici* & ejusmodi plures in *Gallia* lingvam *Gallicam*; *Gothi* & *Longobardi* in *Italia* lingvam *Italicam*) ita æſtimarunt vocem *Gentilis*, per quam appellati ſunt in ſermone Latino, ut nunc facerent eam in lingvis iſtis diſtinctionem

f *Interp. Iuvenalis 14. lib. 3. Cod. Theodoſ.*

g *L. 190. ff. de verbor. ſignif.*

h *Variar. l. form. 17.*

nem vel characterem Honoris, pro iis inter se, qui eminentiores fuere, vel revera *Nobiles* ambitioseq;, ut videtur affectarunt honorari per istud nomẽ per quod Romani antehac ipsos convitiati erant. Idque in specie ideo factum, quoniam omnes in istis regionibus existentes post irruptionem harum gentium fuere vel *Gentiles* vel *Romani*; *Romani* (si consideres illos qui fuere subditi in Imperio) ut plurimum in viliore vivebant conditione, intuitu subjectionis, tributi, et similiquam alii subditi, qui non fuere tanquam mancipia respectu hominum melioris conditionis, inter gentes istas. Ideoque nobiliores istarum nationum ad exprimendam fortassis libertatem suam, sibi charissimam, neque differentem a *Romanorum* conditione, proniores fueruntad usurpandum hoc ipsum nomen quod adeo proprie distinxit eos *Romanis*. Sic eruditus M. *Velserus rer. August. Vindelic. lib. 8.* *Hinc nimirum fluxit quod cum Barbari in devictis Provinciis meliori quam Romani jure uterentur (cujus vel una hæc ex Ripuariis legibus fides facit: Si quis Ripuarius advenam Francum interfecerit CC. sol. culpabilis judicetur. Si quis Ripuarius advenam Burgundionem interfecerit, CLX. solidis mulctetur. Si quis Ripuarius advenam Romanum interfecerit, C. solidis mulctetur. Si quis Ripuarius advenam Alemannum seu Frisonem vel Bauvarium vel* Saxonem *interfecerit, CLX. solidis culpabilis judicetur*) *Gentilitatis nomen Dignitatis existimationem induxerit, paulatimq; eo res prolapsa sit, ut Gentiles homines absolutè pro Nobilibus dicerentur, quæ in Italia & Gallia consuetudo, item Hispania, & Britannia quodammodo ad hoc ævi tenet, atque, ut ineptias inanium opinionum rideas, si quem ibi Gentilem compelles, honori deputet: si, quod idem est, Barbarum insignitam sibi illatam contumeliam opinetur.* Nam sæpe etiam legibus *tam barbari quam Romani*, & *Barbari* seu *Romani* in edictis *Theodorici* Regis inter leges *Burgundionum* & alibi. Scilicet non putarunt *Barbari* appellationem esse magis ignominiosam quam cum *Plautus Nævium* dixit *Barbarum*, vel in *Asinaria* sua ait: *Demophilus scripsit, Marcus vertit Barbare.* Nam *Plauti* ætatè *Roma* dixerunt *barbarum* qui *Græcus* non fuit. sicuti tunc usurpabatur a nationibus de quibus loquimur, pro unoquoque inter ipsos non *Romano*. Neque magis mirum est, vocem *Gentilis* a generali significatione ad istam angustam & specialem pervenisse, in lingvis provincialibus, quam quod *Dux*, *Comes*, *Baro*, *Miles*, *Scutarius* aliaque

Ripuar. tit. 36. §. 1 2. 3. 4. vide leg. Salic. tit. 25. §. 2. & 3. & tit. 34. §. 3. & 4. tit. 43. §. 1. 6. 7. 8. Sed hæc, ut plurimum eodem jure potiebantur & Romani & Barbari seu Gentiles, qui simul Gentilium imperio parebant, quod videre fusius est in Edicto Theodorici Regis legibus Burgundionum aliisq; id genus testimoniis.

que vocabula ampliſſimæ ſignificationis, tandem dignitates denominarunt ſingulares tum in latinitate mediæ ætatis, tum in lingvis provincialibus, obſervato ſaltem Provinciarum idiotismo. Vox ipſa *Nobilis* apud Latinos valde largæ ſignificationis fuit, ac per ſimilem ſermonis uſum ad aliam deducta eſt notionem, eam videlicet, qua *Gentleman* vel Edelmann notat.

Ex his duabus opinionibus de voce *Gentleman* allubeſcit poſterior. Priores etenim vocem derivantes ex magis antiquo & puro vocabulo *Gentilis*, videntur obliviſci quod in disquiſitione maxime attendi debuit: id eſt quod verbum *Gentilhome* originem nanciſcens in lingvis Provincialibus ex Latino vocabulo, debeat omnino proficiſci ex latino verbo tum familiari, & ſenſu verbi pariter tum frequentato. Verum *Gentilis* vox ſenſu illo antiquo vix reperietur familiaris fuiſſe, neque cum orirentur Provinciales lingvæ, neque poſthac. Sic & aliæ adduci poſſent rationes. *Velſerus* quoque erudite ait poſt verba ſuperius citata: *Alia Scio Originatio eſt a Budæo allata, quanto magis antiquaria & elegans, eo a barbarie ſeculi, quo hoc vocabulum uſurpari cœptum, alienior.* Poſterior igitur opinio veritati videtur propior, tum ratione illius quod reperimus in hiſtoriis temporum circa quæ boreales iſtæ gentes conſederunt in Imperii in ditionibus, tum intuitu illius quod hodienum perſeverat in plurimis regionibus ubi vox *Gentleman* uſurpatur. De hiſtoriis: Teſtimonia hic plurima docent libertatem vehementer defendiſſe, nec ullatenus deſerere voluiſſe qui eminuerunt in populis iſtis, majorisque æſtimaſſe ſemetipſos & ſocios ſuos (id eſt, qui quoque gentiles eſſent) quam *Romanos*, quibus juxta leges Imperiales minime ſubdi voluerunt, acſi ejusmodi ſervitus dignitatem ſuam neutiquam deceret. Rebellarunt itaque pluresque ex Principibus ſuis trucidarunt, ea ſolum de cauſa, quoniam voluerunt ſe vel in ſtatum *Romanorum* dejicere, vel Imperio ſubdere. Exempla habes in illo præſertim *Theodati* apud *Iorrandem de rebus Geticis cap. 60. Amulfi & Sigerici* Regum apud *Gothos* & occiſorum quoniam taie quid molirentur. *Iſidor. Chron. Goth. ann 454.* Imo *Amulfus* juxta mentem liberorum ſubditorum ſuorum conſtituerat penitus extingvere *Romanorum* nomen, ac vocare *Imperium Gothicum*, jamque dixerant *Gothia* pro *Romania*, & nomen *Amulfi* loco *Cæſarii Auguſti.*

ſti. Vidit autem libertatem a *Gothis* deſideratam & reliquis nationibus talem eſſe quæ omnem ſpem tranquilli imperii adimeret ipſi; mutavit igitur ſententiam perſuaſus imprimis ab uxore ſua *Placidia*, Romana fœmina & filia *Theodoſii* primi, eſtque conatus reſtituere dignitates Romanorum, eorumque legum in regimine ſuo, atque eſſe *Romanæ reſtitutionis autor poſtquam eſſe non poterat immutator*, ut ſcribit *Oroſius* de ipſo. Cum vero hæc ejus prodita fuiſſet intentio illico trucidatus eſt, tanquam inimicus Nationalis libertatis, quæ tanta fuit ut *Iſidorus* ſcribat: *Hucusque Romani qui in regno Gothorum conſiſtunt, adeo amplectuntur, ut melius ſit illis cum Gothis pauperes vivere quam inter Romanos potentes eſſe & grave jugum tributi portare.* *Oroſius* etiam: *Barbari execrati gladios ſuos ad aratra converſi ſunt; reſiduosque Romanos ut ſocios modo & amicos fovent ut inveniantur tam inter eos qui malunt inter barbaros pauperem libertatem quam inter Romanos tributariam ſollicitudinem ſuſtinere.* Inde colligi poteſt quod populi iſti ſatis ardui fuerint in conſervanda diſtinctione virorum eminentium per nomen generale lingvæ ſuæ provincialis, quo cognoſcerentur non eſſe *Romani*. Ac nullum ad hoc fuit magis aptum quam *Gentilis* vocabulum, quod tum denominavit eos qui *Romani* non eſſent, & primario nationes illas (in tractatione rerum civilium) a *Romanis* diſtinctas, ex quibus quotquot æque eſſent eminentes ac *Gentiles* ipſi, retinuerunt titulum *Nobilis* ſermone latino, utut poſtmodum lingva ipſorum provinciali nominarentur *Gentilhommes* vel ſimiliter, quoniam nomen hoc *Gentilhommes*, uti jam oſtenſum, vulgari ſermone *Nobilem* dicebat. Jam ad illa quæ hodienum durant, & videntur ad minimum aliquam hic afferre lucem; Obſerva principalia privilegia Nobilium in pluribus iſtis locis ubi vox *Gentilhomme* vel ſimilis uſurpatur, & *Hydalgo Hiſpanis* Nobilem dicens, quæ ambæ firmare poſſunt conjecturam iſtam. Primaria Privilegia hodie conſiſtunt in immunitate a tributis quibus *Romani* illis temporibus ſubjecti fuere. a quibus autem *Gentiles* vel non *Romani* aliæque nationes in Imperio conſidentes, ex nationali libertate ſua fuere immunes; acti hac continuata libertas manſiſſet perpetuus character originis in voce *Gentil* hoc ſenſu ipſis attributa; quæ etiam cum *Gentilezza* vel ſimili vocabulo ratione dignitatis eorum, qui ſic appellati ſunt & elegantiæ morum

Contra Paganos lib. 7. c. 43.

Chronic. Gothorum an 447.

Hiſt. contra Pagan. lib. 7. cap. 41.

Leg. Burgund. Tit. 26. §. 1.

rum in bello & pace, affectatæ vel ſaltim fictæ, ſignificavit & hodienum, uti videmus, in iſtis lingvis ſignificat, *manſvetum*, *comem*, *libenlem*, *perhumanum* aliaque ejusmodi Epitheta eorumque obſtructa, nobilem ſpiritum denominantia. Ac de *Hydalgo*; Exiſtimarunt egregii autores formatam eſſe vocem hanc ex *Hijo d' algodo*, id eſt, *Filius Gothi* componentes ſic vocabula populi unde *Hiſpani* primario ſunt orti. *Gaſpar Baëtius* in libro ſuo de *Inope debitore Creditori addicendo* ait cap.16.§.44. Quod *Laurentius Padillia* Archidiaconus in *Rando* & clarus in *Hiſpania* hiſtoricus dixerit ipſi quod viderit in Bibliotheca Eccleſiæ *Malecenſis* antiquum valde librum, ubi cum mentio facta fuiſſet cujusdam *Hydalgo*, ſcriptum legiſſet *Fijo dalgod* acſi innuiſſet *eundem cum Gotho*. Et ſicuti hoc particulare nomen potuit eſſe a particulari natione iſtorum populorum, ita videtur, in gratiam generalioris expreſſionis formaſſe etiam ſuum *Gentilhombre* ex generali vocabulo *Gentiles*. Et ſicut ipſi, ita etiam aliæ fecerunt nationes in lingvis ſuis provincialibus. Neque poſſumus de illa reſpectu *Anglia* aliter loqui, quam prout ex provinciali *Gallico* ſermone ad nos pervenit. Ante *Normannos* non habuimus vocabulum iſtud. A *Gallorum* autem *Gentilhomme* poſtmodum formavimus noſtrum *Gentleman*, quem prius appellarunt Æ℈el, uti jam oſtenſum. Ac noſter *Normanno-Gallicus* ſermo appellat *Gentlemen* aliquando etiam in plurali *Gentils* a *gents*, & nonnunquam *Gentils* b ſolummodo. Novi adducere quosdam illud vocabulum in *Galliam* ex verbo *Gentilis*, prout occurrit declinante Imperio in *Schola Gentilium* apud *Ammianum Marcellinum* lib.10 & 26. ſub *Juliano* Apoſtata ejusque ſucceſſoribus proximis. Verum non exiſtimo potuiſſe tam exiguum numerum, qualis fuit in *Schola Gentilium* vel aliquo regimine, aut ſocietate ita dicta propagare tam univerſale nomen, quo in omnibus lingvis provincialibus appellarentur *Nobiles*. Neque certe autor hujus opinionis ita cogitaſſet, ſi obſervaſſet extenſionem vocis *Gentilis* ante oſtenſam. Ac de *Schola Gentilium*, vel *Gentilibus* alibi apud *Marcellinum* commemoratis in bello; dubium eſſe nequit fuiſſe ipſos tantum agmen quoddam, Chiliadem vel Centuriam, ſic dictam quoniam primarii vel plurimi ex ipſis fuerant vel erant Gentiles, ſenſu ſic denominante eos qui non erant Romani, juxta morem denominandi illo tempore

a 37. *Edvard.* 3.cap.11.
b 5. *Richard.* 2.cap.5.
c *& videſis Pasquier en les Recerches de la France lib.3.cap.15.*

agmen ejusmodi. Dicebantur enim aliqui ab honore collato omnibus vel plurimis, vel quibusdam primariis, ut *Comites, felices*; alii ab armis in quibus bene fuerunt exercitati ut *Sagittarii* &c. alii a numero distingvente juxta tempus electionis suæ, ut *Primani, Undecimani, Quarti*; alii a Nationibus unde desumpti fuere ut, *Arcades, Batavi, Persæ* Ita & hi ex generali indole variarum nationum, ex quibus lecti fuere sub nomine *Gentilium*. Atque de nominibus istis tantum.

Vide Pancirolli ad notitiam orientis cap. 33.

III. Mos per instrumenta vel diplomata conferre Nobilitatem est antiquus admodum in Imperio, de quo hic primum loquemur, ac deinceps de regnis aliis. Non tamen objiciatur his quod vulgo solet, Diploma nullum facere posse Nobilem, & adducitur tanquam a Magnis quibusdam Principibus dictum. Certe intellexerunt illi Nobilem qui est *generosus* sensu antiquo, prout vox descendit a *Gentilis* voce denotante nobilem familiam, vel revera ortu & nativitate talem. Dicere igitur Nobilem talem posse per diploma creari est contradictio. Nulla creatio potest facere aliquem esse ex alio sangvine, quam ex quo genitus est. Verum habebimus tamen illico exemplum creationis, qua aliquis æstimatur acsi esset ex Nobilis familiæ sangvine progenitus.

Idem dici potest de voce *Nobilis* in sensu antiquissimo indicante eum qui *jus imaginum* habuit, vel prout nonnulli nostræ ætatis Scriptores de nobilitate disputantes accipiunt eam acsi omnis *nobilitas* esset *nativa*. Et hoc sensu quoque accipiendum Proverbium Hispanicum, *El Rey no puede hazer Hidalgo*, Rex non potest facere *Hidalgo*. Verum nobis est *Nobilitas* & *nobilis, Gentleman*, sicuti verba illa declinante Imperio usurpata fuerunt, & obvia sunt hodie apud Feudalium Scriptores aliosque ICtos de nobilitate docentes quod *dativa* sit non *nativa*; & tum præsertim datur quando ex favore Supremi Domini, vel alicujus summam potestatem exercentis *quis ultra honestos plebejos acceptus ostenditur, ut Bartolus* loquitur. Nec etiam caremus exemplo creationis per adoptionem, prout jam innuendo diximus in principio capitis hujus de creatione *Nobilis* in Imperio. Factum id primo per diploma vel *Codicillos honorarios*, (puta solitarie; nam per collationem insignium officiorum aliorumque negotiorum idem fiebat vi consecutiva, & qui-

Alberic. Gentilis de nuptiis l. 4 c. 13.

L. 1. C. de dignitatibus.

quidem temporibus antiquiſſimis, ut & per feuda & aliter. Verum de hoc genere & aliis minime hic plura dicemus) concedendo *dignitates vacantes*, ſeu Titulos & inſignia officiorum illuſtrium abſque functionibus, non alium in finem quam ad nobilitandam ſeu inferendam Claritudinem alicujus in ordinem illorum qui nobiles fuerunt. Vide dicta de *Comitiva collata cap.* 1. §. 9. hujus partis & ſeq. Atque de ejusmodi Largitionibus ſpecialis fit mentio in antiqua lege *Zenonis* Imp. in quæſtione qui Judices eſſe debeant perſonarum in Imperio eminentium in criminalibus cauſis. *Viros illuſtres in hac inclyta urbe degentes, qui ſine adminiſtratione* honorariis *decorati fuerint* Codicillis, *licet talem prærogativam noſtræ juſſionis meruerint, ut, quod non egerint, videantur egiſſe, in criminalibus cauſis magnificæ tuæ ſedis* (ſcribit ad *Arcadium* ſuum *Prætorio Præfectum*) *& illuſtriſſimæ urbicariæ præfecturæ nec non etiam viri magnifici magiſtri officiorum (quoties tamen ad ejus judicium ſpecialis noſtræ pietatis emanaverit juſſio) ſententiis reſpondere decernimus, ita ut hujusmodi viri ſedendi quidem in cognitionibus dicendæ minime ſibi vendicent facultatem.* Ex hoc Textu Juris Civilis Doctores deducunt maximum & fere unicum Teſtimonium ſuum de uſu & antiquitate nobilitandi per diploma in Imperio *Hermannus Kirknerus* locutus de *officio & dignitate Cancellarii* ait, *Quanquam per ſe tam illuſtre Cancellarii officium ſit, ut quod ſupra declaravimus etiam* nobilitatem *ei, qui ipſum adminiſtrat ſemper tacite* conferre *intelligatur; eſt tamen & antiquis Cæſarum imperiis, nobilitandi bene meritos præmioque dignitatis atque honoris excellentiæ afficiendi eos qui tum in hoc tum in aliis muneribus verſati fuerint conſuetudo obſervata & a temporibus Zenonis in Romana Republ. retenta.* Sed extant & integer Titulus de *Honoratis codicillis* in *Theodoſii* Codice (quem Civilis juris Doctores raro conſulant) & leges quædam oſtendentes uſum horum *Codicillorum* antiquitate accedere ad *Conſtantinum* & CLX. an. antevertere *Zenonem*. *Si quis* (habet *Codex Theod.* l. 6. t. 21. l. 1.) *judicio noſtro ſe adeptum codicillos adſtruxerit, & idem vel ſuprema codicillorum impreſſio vel Scriptura adſtipuletur interior, tamen ſi ad hoc pecuniam conſtabit ſpectatam, nihilominus rejectus in plebem, quo plus extorquere conatus eſt, abdicetur. Hos enim ſolos, qui intra Palatium verſati ſunt vel adminiſtrationibus functis ad Honores excipi oportebit, cæteris functis exemtis & ſuis reſtitutis.* Plures

L. 3 quoties C. tit. ubi Senatores vel Clariſſimi &c. §. 2. & videſis novell. 70. c. 1.

lib. 4. cap. 6. §. 69. &c.

alias leges ibidem vide ſub hoc titulo diplomatum honoris vel *Nobilitationis*. Verum nobilitas iſta ſic acquiſita (intuitu alterius per realem non fictam functionem acquiſitæ) tempore *Conſtantini* leviter æſtimabatur tanquam *umbra* & nomen *dignitatis* ſolum L. 2. *ib.* utut poſtea legibus Imperatorum aliorum (præſertim circa *Gratiani* & *Valentiniani* tempora puto L. 4. & 5. ibid. & l. 15. lib. 13. tit. 5.) iſtæ *dignitates Codicillariæ* (ſic appellatæ L. 7. Cod. Theodoſ. lib. 6. tit. 21.) perſeverarunt poſtmodum & meliores æſtimatæ ſunt. Circa idem tempus Imperatores ſoliti ſunt per diploma conferre aliquando dignitatem *ordinis Equeſtris*, prout *Conſtantinus* junior & *Iulianus* contulerunt eam omnibus *Naviculariis* L. 7. Cod. eod. lib. 13. tit. 5. Hodie vero & inde a tempore illo, quo inſignia ſæpe hæreditaria facta ſunt, iſtud nobilitandi genus in Imperio, ait *Kirknerus* perficitur *per inſignium & armorum uti vocant, collationem, conceſſis una privilegiis ordini uſitatis*. Reſtringuntur autem vulgo ad hæredes ab ipſis genitos. Diploma ſeu literæ patentes vocantur ideo Wapen-Brief; acſi diceres *epiſtola* ſeu *conceſſio armorum*. Quomodo denique poteſtas nobilitandi pertineat ad Principes Imperii, atque ad alios poteſtatem hanc accipientes vide docentem *Nobdenum*, & ſupra ubi de diplomatibus Creatorum Comitum Palatinorum. Formulas patentes nobilitationis ab Imperatoribus recentiorum temporum vide præſertim in hiſtoria *di Caſa Monaldeſca*, ſcripta *ab Alonſo Ceccarelli*.

Synoptic. Tract. de nobil. cap. 2. & ibid. eum c. 6.

De Pontificis Romani poteſtate itidem creandi nobiles, obſervamus ſolummodo verba *Petri Rebuffi* magni in *Gallia* ICti. *Item nobilitare poteſt Papa & ſeculares Principes, unde cum in fundatione caveatur, quod nullus niſi nobilis recipiatur, poterit Papa creare impetrantem nobilem ad effectum obtinendi beneficium, ſicut videmus de Canonico ad effectum habendi dignitates in §. fide Reſervat. in Concord. vel, non obſtante fundatione iſti concedere; & ita frequentius fit, quod vix ſuſtinerent Canonici S. Iohannis Lugd. aut Briodi in Arvernia.* Maxime autem ſpecialis forma Creandi Nobilem in Imperio (*Italiam* hic quoque ut antea fuit, Imperii partem eſſe volo) eſt in *Salluſtii Tiberii a Cornetto* Formulari Inſtrumentorum juxta ſtylum Curiæ Romanæ, ubi maxima pars Nobilis Familiæ congregata unanimiter adoptat extraneum bene de ſe meritum, ſuæque familiæ inſerit, acſi genitus fuiſſet

Prax. Beneficiar. part. 3. pag. 264. Lugdun. 1620.

Formulare l. 3. pag. 382. edit. Romæ 1621.

iſſet ex aliquo viro ejus. Sicque creant eum voluntque eſſe *de domo & agnatione ipſorum*, communicant itidem ipſi inſignia ſua ac reſtringunt dignitatem ad eum ac hæredes ab eo genitos. Titulus eſt ejusmodi.

Creatio alterius de aliqua nobili domo

Illuſtres & Nobiles viri DD. A. M. & N. omnes de nobili familia & agnatione de N. convocati, & congregati in loco infrà ſcripto, & infrà ſcriptorum occaſione, aſſerentes ſe repreſentare majorem & ſaniorem partem ipſorum Nobilium de N. & quod ad preſens non eſt alius ex ipſis Nobilibus, qui ad infra ſcripta commodè intervenire valeat, & nihilominus pro aliis Nobilibus abſentibus de rato, & ratihabitatione promiſerunt, & quatenus opus fuerit, preſens inſtrumentum & omnia contenta in eo ratificabunt, approbabunt ad omnem ſimplicem requiſitionem infra ſcripti D. P. etiam per publicum Inſtrumentum cum clauſulis, & ſolemnitatibus debitis & opportunis, alias &c. & dictis reſp. & nominibus conſiderantes, & attendentes eximias virtutes & immenſa benemerita & obſequia D. P. qui retroactis temporibus ſe promptum & facilem reddidit, & obſequioſum pro predictis nobilibus & augmento honoris Domus, & agnationis predictæ, perſonam, virtutes ſuas, ac induſtriam diverſimodè exercendo & occupando, volentes prafati Nobiles DD. de N. quibus ſupra nominibus aliquali recompenſatione illorum & amoris ſui a offenſione eum ſublevare, & ſeſe obſequioſos illi reddere, ne vitium ingratitudinis ullo unquam tempore eis aſcribi valeat, & ut etiam ipſe D. P. de catero animoſior reddatur ad idem perſeverandum, habito prius ſuper præmiſſis inter eos, ut aſſeruerunt, colloquio, & tractatu ſponte &c. omnibus melioribus modo &c. unanimiter & concorditèr dictum D. P. ibidem præſentem & gratioſè acceptantem, & quoſcunque ejus deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes usque in perpetuum fecerunt conſtituerunt & creaverunt, ac faciunt, conſtituunt, & creant de Domo, agnatione & familia de N. ita, ut de catero dictus P. & ejus deſcendentes, ut ſupra, ſint & eſſe debeant, & intelligantur, ac habeantur, teneantur, tractentur, & reputentur, & nominentur, &c. haberi, tractari, vocari, & reputari debeant ubique locorum de Domo & agnatione ipſorum Nobilium de N. acſi originarius ex dicta domo & agnatione natus & procreatus ex ipſis Nobilibus & ex alicujus ex eis corpore in lucem productus per li-

a lege oſtenſione

neam maſculinam, ac ſi eſſet verè & naturalitèr ex dicta domo & agnatione ex corpore alicujus ex eis procreatis per lineam maſculinam legitimam & naturalem, *ut ſupra, absque alio medio in tantum, quod de catero, & perpetuis futuris temporibus ipſe P. & ejus deſcendentes ut ſuprà, infinitum poſſint, & valeant, & eis liceat ubique locorum deferre Arma, & Inſignia ipſorum Nobilium de N. & agnationis ſub forma infra ſcripta videlicet &c.* Hic ponatur Scutum præfatorum Nobilium de N.) *Quæ omnia & ſingula &c. Pro quibus &c. juraruut tactis &c. ſuper quibus &c. Actum &c. præſentibus N. & N. teſtibus &c.*

IV. Formulæ nobilitandi in *Gallia*, apparent ex Edictis & Senatus Conſultis illius terræ, nec non ſtylo vel Protocollis Cancellariarum ibidem. ex. gr. *Henricus III.* anno 1576. primo narrans in edicto quodam Nobiles regni valde imminutos eſſe (quæ quoniam conſervatio exercituum ibidem, conſiſtentium ex Nobilibus, neceſſario reparanda erat) & ſibi innotuiſſe, multos ignobiles vel *Roturiers*, tantæ eſſe virtutis & qualitatis, ut mereantur Nobilitatis titulum, *moyennant quelque honneſte ſecours en deniers comptans en l' urgent neceſſite de noz affaires & finances telle que chacun ſçait*, oſtendit, quod deliberare ea de re voluerit, cum Regina Matre ac variis Conſiliariis, nec non ex eorum conſilio ſtatuerit nobilitare, atque per hoc ſuum edictum nobilitaverit in variis *Gallia* partibus certum perſonarum numerum, in rotulo ſeu volumine quodam deſcriptum. *Avons*, inquit, *de noz certain ſcience, plein puiſſance & auctorite Royale, par ceſt edict perpetuelle & irrevocable annobly & annobliſſons es provinces & generalitez eſtablis a Paris, Roan, Caen, Amiens, Chaalons, Tours, Bourges, Poyters, Lyon, & Orleans le nombre des Perſonnes conteine au rolle & cayer ſur ce fait*, & quod iſti, iſtorumque liberi geniti in matrimonio deberent frui omnibus honoribus, privilegiis, præeminentiis, prærogativis, franchiſiis & immunitatibus, quibus alii in regno nobiles fruuntur, quod etiam libere poſſint acquirere & poſſidere quævis Nobilia feuda, atque immunes eſſe *de noz tailles, creve, taillon, aides, equivalent, & toutes autres impoſitions qui ſe levent a preſent ou ſeront cy apres impoſez per form de taille*; ſub cautela tamen ut ipſi atque eorum liberi ſemper ingenuè vivant, & absque macula, quæ poſſit derogare nobilitati ſuæ vel *Nobles* ut vocant; & ut impræſens unusquisque eorum ſolvat certum quid juxta Commiſſionis

Edict. & Ordonn. tom. 3. tit. 5. §. 7.

Vide de nobilitate & exercitio mercaturæ, prater Bulgatos de

nis inſtituendæ taxam (ſemel tamen pro ſemper) agrorum, quos ante tenuerunt, & contributionibus fuerunt obnoxii. Edictum hoc lectum eſt, publicatum & regiſtratum in Camera Computorum præſente Procuratore generale, eidem conſentiente ſaltem quoad unius millenarii ſic nobilitandi numerum & quod ſinguli debeant acquirere ſingulis Nobilitatis literas præſentatas in Curia (Literæ enim nobilitationis hic exhibendæ ſunt) ad decimum octavum *Iunii* ſequentis, quo die Edictum ſcriptum eſt. Nonnulla alia edicta ejusdem generis reperiuntur in eorundem legibus, ut unum præprimis pro nobilitandis diverſis perſonis in Ducatu *Britannia*, ubi definitum eſt, quod reliqui plebejorum (*Roturiers*) vel ſimilium non amplius onerandi ſint cum taxis & impoſitionibus quoniam qui nobilitati fuerunt, etiam immunes facti ſunt, ſed quod Receptores ſolummodo priorem eorum debeant ſuſcipere cenſum. Formulas etiam literarum nobilitationis particularium habemus tum absque ſolutione alicujus pecuniæ, tum una cum ſolutione illa, juxta edictorum horum definitionem. Nam revera Rex ibi tantum perdit, ſi, quem nobilem creavit, immunem facit ab omnibus taxis & tributis, ut ratio ſufficiens præſto ſit quæ jubeat egregiam pro nova dignitate pecuniæ ſummam ſolvere; ideoque ſine ſpeciali immunitatis conceſſione a Rege, illa juris communis ſumma debita eſt, nec non definienda a *Meſſieurs de la chambre des comptes*, ſeu Galliæ Theſaurariis, uti Protocollum ait. Formulam nobilitationis absque ulla pecunia ſolvenda huc tranſcribimus ex Protocollo iſto ſeu ſtylo Cancellariæ ibidem.

Ludovicus &c. *Probitatis merita, nobiles actus, geſtusque laudabiles, & virtutum inſignia quibus perſona decorantur & ornantur, meritò nos inducunt, ut eis juxta opera Creatoris propria exempla tribuamus, & eos, eorumque poſteritatem, favoribus congruis attollamus, quatenus hujusmodi prærogativa ipſi letentur, ceterique ad agenda quæ bona ſunt, ardentius aſpirent, & ad honores, ſuffragantibus virtutum bonorumque operum meritis, adipiſcendos alliciantur & advolent, Notum igitur facimus tam præſentibus, quam futuris, quod attentis vita laudabili, morum honeſtate, fidelitate, & aliis quamplurimis virtutum generibus, quæ in dilecto noſtro N. nonnullorum fide dignorum teſtimonio novimus ſuffragari, pro quibus non immeritò ſe nobis gratum quamplurimum & acceptum reddidit; Nos ipſius perſonam*

nobilitate Scriptores) Trajan Boccalini Ragagl. Cent. 2. Rag. 39. & Code Des Deciſions lib. 12. tit. 2. Rebuffus in praxi beneficiaria part. 3. pag. 294. Editis & ordon. tom. 3. tit. 5. §. 8. Titulus eſt de la Nobleſſe & actes derogeans a y celle, *ubi plura ſunt ſpecialia de Nobilibus Galliæ.*

nam honorare volentes sic quod toti posteritati ejus & proli perpetuum crescere valeat ad honorem, eundem N. liberæ conditionis, cum tota ejus posteritate & prole utriusque sexus in legitimo matrimonio procreata & procreanda, ac eorum quemlibet de nostræ Regiæ plenitudine potestatis & gratiæ speciali nobilitavimus & nobilitamus *per præsentes* nobilesque facimus *& habiles reddimus ad omnia & singula, quibus ceteri nobiles regni nostri utuntur, ac uti possunt & consueverunt. Itaque ipse N. ejusque proles & posteritas masculina in legitimo matrimonio procreata ac etiam procreanda, quandocunque & à quocunque milite voluerit, valeat* cingulo militiæ decorari. *Concedentes eidem N. ejusque posteritati ac proli universæ ex ipso in legitimo matrimonio procreatæ & procreandæ, quod ipse & eorum quilibet in omnibus & singulis actibus, rebus, & locis, & rebus in judicio & extra, non ut ignobiles seu* plebei, *sed pro* Nobilibus *& ut* nobiles *habeantur, ab omnibus de cetero teneantur, ac imperpetuum censeantur quibuslibetque nobilitatibus ac juribus universis, privilegiis, prærogativis, franchisiis universis & singulis, quibus cæteri nobiles dicti regni nostri gaudere possunt plenariè, pacificè, liberè & quietè utantur & imperpetuum potiantur. Et quod ipse N. ejusque proles & posteritas in legitimo matrimonio procreata & procreanda* Feuda & retrofeoda Nobilia aliasque possessiones nobiles, *quæcunque sint, & quacunque præfulgeant auctoritate seu nobilitate, liberè tenere & possidere acquisita & jam habita per eum, ejusque posteritatem & prolem hactenus & etiam in futurum acquirenda & habenda perpetuò retinere & habere licitè valeant atque possint, ac si fuissent & essent ab antiquo & originaliter nobiles, & à personis nobilibus ex utroque latere procreati: absque eo, quod ea vel eas, vel aliqua eorum in parte vel in toto vendere seu extra manus eorum ponere nunc, vel quomodolibet in futurum cogantur. Nec finantiam qualemcunque hac vice seu alias solvere teneantur. Quam quidem finantiam intuitu servitiorum &c. per præfatum N. multipliciter diuque impensorum, & quæ non desinit impendere, aliisque de causis nos moventibus, donavimus & quittavimus, donamusque & quittamus de gratia speciali & autoritate regia per præsentes eidem N. suæque posteritati ac proli natæ & nascituræ. Quapropter dilectis & fidelibus nostris gentibus Compotorum nostrorum ac cæteris Iusticiariis & Officiariis nostris nec non quibuscunque Commissariis ad prædictas finantias exigendas deputatis aut deputandis & cuilibet ipsorum, prout ad eum pertinet & poterit quomodolibet pertinere, præsentium*

tenore

tenore damus in mandatis, quatenus eundem N. & ejus poſteritatem & prolem utriuſque ſexus in legitimo matrimonio procreatam ac etiam procreandam noſtra præſenti nobilitatione, donatione, & aliis præmiſſis uti & gaudere, faciant, & permittant, pacifice & quiete nec ipſis aut eorum quemquam, contra præſentium tenorem, ullatenus inquietent, ſeu inquietari aut moleſtari à quocunque permittant nunc vel in futurum, ordinationibus, ſtatutis, editis, inhibitionibus, revocationibus, & mandatis in contrarium factis vel fiendis, Non obſtantibus quibuscunque quod ut firmum &c. Noſtro &c. Datum &c.

Privilegia quibus in *Hiſpania* creantur Nobiles, ut & alia ſpectantia ad eorum *Hydalgvia*, ſeu primariam Nobilitatem ſi cognoſcere vis adire jubeo *ſummam Nobilitatis Hiſpanicæ Iohannis Arce ab Otalora*, & ſex libros *Recopilacon* Legum *Hiſpanicarum. tit. 2. de los Hijos Dalgo* cum *Alphonſi de Azevedo* Commentariis in eas. *Iob. Garcia de Nobilitate*, *Gvardiolam* de eadem materia. *Ioſeph. de Seſſe, Deciſ. Angon.* 1 &c. *Armandariz* in legibus *Navarræ* lib 2. tit. 7. librum ſecundum *das Ordenaçiones Portugalliæ, Caſtillo de Bonadilla* in ejus *Politica Para Comgidores lib. 1. cap. 4.* Ubi copioſiſſime enumerantur teſtimonia de hac re. Adde porro *Gaſpar. Baetium lib. de inope debitore Creditori addicendo cap. 16. §. 34.* &c. Ubi quoque diſputat in quantum Nobilis unius regionis admitti debeat in alia regione. Vide & ſupra Cap. IV. § 7. & 8.

V. De *Anglia.* Aliquid de Creatione Nobilis per diploma Regium diximus ſuperius, ubi de Armigeris ſermo fuit. *Iohannes de Kingſton* dicitur ibi ad Nobilium dignitatem evectus. Et alii ſunt plures. *Henricus VI.* per vebum *Nobilitamus* creavit *Bernardum Angevinum Burdegalenſem* Nobilem, aſſignavitque ipſi inſignia pro ipſo hæredibusque ejus ex ipſo genitis & deſcendentibus: ut & *Bernardum de Gvares Normannum.* In rotulis quoque eorum extant inſignia, & picta in ſcuto. Sic & alii, quandoque creati ab ipſo Rege, alii a Regiis Fœcialibus ad id perficiendum denominatis. Exemplum recens ſuppeditant Rotuli de *Belga*, cui *Iacobus* Rex hoc dedit diploma.

Rot. Vaſc 23. Henr. 6. m. 7. n. 3.

Rot. Vaſc. 24. Henr. 6. m. 6. n. 3.

Jacobus *Dei gratia Magnæ Britannia, Franciæ & Hibernia Rex fidei Defenſor etc. univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis Salutem.* Quemadmodum Reges & Principes nil magis decet, aut Regiæ Majeſtati cel-

Rot. Tractat. Amicitiarum tempore Iacobi Regis in Cancellaria.

celſitudinem plus conſcare aut ſplendeſcere facit, quam benemerentes condignis remunerare beneficiis, & eosdem honoribus proſequi, cumque notiſſimum nobis ſit, dilectum & fidelem noſtrum Jaçobum Alblas Villæ *noſtræ* de Brill, *in partibus Hollandiæ, Burgomagiſtrum, proventum publicorum Theſaurarium*; & *rerum in pios uſus deſignatarum Queſtorem optimè de nobis meritum, atque ſubditis per multa præclara officia ſe amantiſſimè præſtitiſſe, ſummumque amorem & obſequium promptum erga eosdem aſſiduè pro totis viribus ſuis continuare, & ut ſpemus, continuaturum. Nos igitur, ne tanti obſequii amoris & benevolentiæ erga nos, ſubditorque noſtros immemores videamur, conſiderantes etiam, intimeque contemplantes officiorum & Magiſtratus dignitatem, quæ tam per ſeipſum, quam per Progenitores ſuos continuata ſerie jam à diu geſta fuerunt, cupientesque tam ſui ipſius honorem ampliare quam poſteris ſuis honorificum inde teſtimonium relinqvere, eundem* Jacobum Alblas, *tanquam benemeritum & nobis gratum, tam pro ſe & liberis ſuis jam procreatis, quam in legitimo Matrimonio impoſterum procreandis & deſcendentibus, Nobilitamus & ipſos Nobiles facimus & creamus, ac in hujusmodi* nobilitatis *ſignum ipſi* Jacobo *& heredibus de corpore ſuo hæc gentilitia ſive honoris inſignia dedimus & conceſſimus, & per præſentes damus & concedimus unà cum libertatibus, privilegiis, immunitatibus, juribus, inſigniis, Nobilibus debitis & conſvetis; videlicet in Campo Argenteo duas Bendas undatas de azurio & ſuper Cantonem rubeum unam Anchoram auream cum fimbria argentea & Carduis Scotiæ adornatam. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Auguſti, Anno Regni noſtri octavo.*

G. Carevve.

NOTA.

De Poloniæ nobilitate quoniam nihil dixit Seldenus, non tantum aliqua licebit addere, verum etiam complere, quæ ad iſtius Regni pertinent dignitates, ac ſupra ad caput ſecundum hujus partis promiſſa ſunt.

Diploma Nobilitatis hic collatæ tale eſt. In tergore ſcriptum legitur.

Can-

Cancellariatii

Illuſtriſſ. Dn. Dn. Joannis Comitis in Pieskova ſkata & Zywiec Wielopotski ſupremi Cancellarii regni, Minoris Poloniæ generalis Cracovienſ. Neoforenſis, Dolinenſis, Bochnenſ. Capitanei.

Inductum

Ad acta Metrices Regni Cancellariæ Majoris Feria tertia poſt Dominicam Iudica Quadrageſimalem proxima die ſcilicet Sexta Menſis Aprilis A. D. 1683.

Mathias Ladowski

Regiæ Majeſtatis ſecre. mp.

Jam ſequuntur ipſa diplomatis verba:

IN NOMINE DOMINI AMEN.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

NOs *Joannes III. Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podlachiæ, Padol. Livoniæ, ſmolenſci, Severiæ Czernichovieque*

Notum teſtatumque facimus præſentibus literis noſtris quorum intereſt univerſis & ſingulis tàm præſentis quam ſubſecuturi ævi hominibus; Ibi eſſe debere præmia honorum, ubi ſunt merita virtutum, nullam enim virtus retributionem præter honoris deſiderat. Cujus cum ſit alimentum bonos, grandem illi irrogat injuriam, qui ei honorem negat. Nutriunt profecto præmiorum exempla, virtu-

tes, nec quicquam eſt adeo obtuſi aut inſipidi Senſus, cui non hæc allubeſcant nutrimenta qui non dulcedine gloriæ capiatur. Sane ut forma Corporis eſt anima: ita honor vitæ ſine quo vivum Cadaver eſt, qui vivit ſibi & ſuæ infelicitati ſuperſtes. Nominis porro famæ & honoris æternitatem cum ſola conciliatrice ſui dignitate immortalitatis inſcribit faſtis virtus & nec quicquam magis aſpernatur, quam vitam ſine honore. Opes enim & vita caduca ſunt, & opes quidem ante nos ſæpè, vita nobiscum abit, nomen autem & fama æternant, eaque ſola cum non erimus hic erunt. Ornamentis ſane honorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur & allicitur honoris alieni exemplo. Non fruſtra ſupremus ille rerum Arbiter & autor, poſtquam multiplici graduum & ordinum varietate genus humanum diſtinxiſſet, æqua ſanxit lance ut ille eſſet cæteris præſtantior, qui melior. Et certe ſvadet ipe regnandi uſus, ut illi qui cæteris virtutum excellentia præſtant celſioribus quoq; titulis & prærogativis emineant. Sic & Principantium firmantur Throni & ſubditorum devinciuntur animi, ſic immortalia parantur decora, conſervantur bonarum artium & Diſciplinarum ſtudium, accenduntur aliorum de Lege de Rege & Patria benemerendum animi, ubi viderint labores ſuos, quos in arena ſpectata virtutis elicuere probari & Conſentaneo honorum præmiari brachio. Nos certe innato noſtro ſtudio, & Sereniſſimorum Anteceſſorum noſtrorum exemplo, quanto vehementius virtuoſis oblectamur viris, tanto impenſius fovere virtutes illisque favore conſvevimus. Quo circa cum eximia virtus & clarum genus eruditiſſimo Parente retroactis temporibus Civitatis noſtræ Poſtnanienſ. præſidente Nobilis Franciſci Gruszevic *apud nos commendationem ſimulque æſtimationem mereatur, qui non paſsus intra patrios contineri limites, exoticarum lingvarum peritia, vir ſummæ doctrinæ, ſummaque virtutis indolem exercuit, poſtquam multas externarum gentium luſtra-*

luſtratas & acquiſitas elegantias, magnam ætatis ſuæ partem in aulis Sereniſſimorum Anteceſſorum noſtrorum piæm. Joannis Caſimiri & Michaelis *exemplaris ingenii & modeſtiæ edidit ſpecimina, & vel maxime præcipuum humanæ naturæ donum fidem & Conſtantiam, ut non immeritò emicantes generoſæ mentis ſpiritus non diu latere potuere, quin ipſum divæ memoriæ Sereniſſimus Rex* Michael *Secretarii ſui honore ac titulo decoraret. Sed quæ eſt generoſi animi proprietas, unius gloriæ acceſſione non ſtatim habeſcere, imò altiores ſpiritus gerere, majora quæque non tam habere quam mereri & appetere. Maturiorem aſſervatur ætatis florem, iis ſe in hoc liberrimo regno addixit artibus, quarum peritiæ ad pulcherrimam inæſtimabilem pertingere poſſit nobilitatem. Nos vero toto libertatis Conſenſu ad Thronum vocati nullas niſi æqualis duraturæque beneficentiæ ad ſpem uſumque publicum adferendæ cauſas habemus; ſic enim Regni hujus capeſcivimus ſceptra, ſic ad coronationem aſcendimus ſicque Majeſtatis in thronum prodiimus ut plurimum arbitraremur per creationem nobilium firmam & florentem Rempubl. reddere. Magnum quippe aliud & excelſum à Principe conferendum eſt nec juvant ad famam vulgaria beneficiorum vocabula. Quapropter ea animi noſtri regii erga Nobilem* Franciſcum Gruſzevvic *ferimur beneficentia, qua benemeritis proſequi ſolemus & dignaremur atque ipſum libertatis ac nobilitatis Poloniæ in regno noſtro clenodio inſigniendum & condecorandum eſſe duximus: prout inſignimus & condecoramus præſenti diplomate noſtro eumque & ſuccedaneam qua virilis qua muliebris ſexus poſteritatem vigore legis modernorum comitiorum unanimi omnium ordinum conſenſu ſancitæ, verum nobilem Polonum declaramus, & ad omnia jura, prærogativas immunitates, voces, loca, honores & dignitates ac præeminentias, quibus omnes regni noſtri, Magni Ducatus Lituaniæ & annexarum Provinciarum no-*

biles cives & incolæ de jure & antiqua conſvetudine utuntur ac fruuntur, ſuſcipiamus & admittamus. Cum vero hæc nobilitatis Dignitas de lege ac recepto in regno noſtro uſu ſine ſuo ſpeciali ſtemmate ſubſiſtere nequeat, ideò nos illius nobile ſtemma in medio hujus diplomatis artificioſe delineatum autoritate noſtra regia approbamus (hic inſeritur inſigne.) Quoquidem ſtemmate idem nobilis Franciſcus Gruſzevic *cum ſuccedanea tam virilis quàm muliebris ſexus poſteritate, ut in omnibus ſuis actionibus, privatis & publicis rebus, domibus, Clenodiis, ubique locorum ſecure & libere utetur ac eadem ut moris eſt omnia ſua bona, ſtructuras, ædificia, literas, vexilla, Clypeos, annulos, monumenta ac totam ſuam ſuppellectilem pro more omnium Nobilium virorum absque cujusvis impedimento perpetuo & in ævum inſigniat. Quod omnibus & ſingulis regni noſtri Senatoribus, Provinciarumque Dignitatiis & officialibus ac univerſæ nobilitati regni & Magni Ducatus Lituaniæ notum eſſe facimus, volumusque ut exemplo aliorum nobilium prænominatum nobilem* Franciſcum Gruſzevic *& ejus ſuccedaneã utriusque ſexus poſteritatem favore & Conſortio nobilitatis dignum & habilem recipiant ac pro vero & legitimo* nobili *habeant, reputent, & agnoſcant, juxta præſens diploma noſtrum, & Conſtitutionem publicam in præſentibus regni Comitiis eo nomine ſancitam. In cujus rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas ſigillo majeſtatis noſtræ regiæ communiri mandavimus. Datum Warſaviæ in Comitiis regni generalibus die XXVI. Menſis Martii A. Dn. M. DC. LXXXIII. Regni noſtri decimo anno. Præſentibus Reverendis in Chriſto Patribus Dominis Conſtantino Lipski Archiepiſcopo Leopolienſi, Joanne Matachozvski Cracovienſi Duce Severiæ, Stephano Pac Vilnenſ. Michaële Radziejovski Warmienſi & Sambienſi, Stanislao Witwicki Luccorienſ. & Broſtenſi, Johanne Opalinski Culmenſ. Stanislao Zbaski Præmislienſ. Stanislao ſwiecicki Chelmenſi,*

menſi, Stanislao Wojenski Camenecenſi Epiſcopis. *Illuſtriſſ. Magnificis & Generoſis Andrea Potocki Caſtellano Cracowienſi, Felice Potocki Cracovienſe --- Sapiecha Vilnenſi M. D. L. Joanne Jablonowski, Kuſſiæ, Regni* Exercituum Supremis Generalibus Ducibus; *Ereneſto Denhoff Caſtellano Vilnenſi Michaële Duce in Klevan Czartoryiski Sandomirienſi, Joanne Pienajzek Siradienſ. Nicolao Sieniawski Volhyniæ, Campiductore regni Martino Zamoyski Lublinenſi, Martiano Oginski Polocenſ. Campiductore magni ducatus Litw. Albrachto Szczavinski Iunivladislavienſi, Franciſco Bielniſtii Marieburgenſi* Palatinis, *Alberto Conſtantino Breza Posnanienſi Corolo Luzecki Podlachiæ, Uladislao Los Culmenſi Ioanne Rudzinski Czernenſ. Martino Kacki Leopolienſ. Franciſco Dziduszycki Camenecenſ.--- Felkierzamb Livoniæ* Caſtellanis, *Stanislao Lubomirski* ſupremi regni Marſchalco, *Ioanne Comite in Pieskova Skala & Zywiec Wielopolski* Regni minoris Poloniæ Generali, *Chriſtopboro Pac* M. *D. Lituaniæ* Supremis Cancellariis *Ioanne Gninski* Regni, *Dominico Duce Kadzivill M. D. L.* Procancellariis, *Benedicto Sapieha M. DL.* Supremo Theſaurario, *Hieronymo Lubimirski Equite Melitenſi Marſchalco Curiæ regni Venerabl? Franciſco Prazmowski* Secretario regni majore, *Joanne Gninski* regni *Euſtachio Kotowicz* M. *D. L.* Spiritualibus, *Bonaventura Kraſinski* Regni, *Cypriano Brzoſtowski M. D. L.* Secularibus Referendariis. *Kaphaele Leſzczynski* Regni, ac Equeſtris ordinis in Comitiis modernis directore. *Jozepho Sluszka M. D. L.* Vexilliferis, *Alexandro Polanowski Regni Johanne Bokun M. D. L.* Dapiferis, *Marco Mateczynski* Stabuli Regni, *Franciſco Sapieha Stabuli Magn. Duc. Lituaniæ* Supremis Præfectis, *Georgio Boguslao Fredro Regni, Erneſto Denhoff* M. *D. L.* Venatoribus, *Andrea Modrzewski,* Curiæ Regni, *Leone Sapieha* Curiæ *M. D. L.* Theſaurariis, *Franciſco Galecki* Culinæ Reg. Præfecto. *Venerabilibus*

An-

Andreæ Zatucki Gnesnensi Canonico & Sacræ Regats Majestatis Cancellario, *Stanislao Krajewski Gnesnensi Canonico S. Michaëlis in Arce Cracowiens. Præposito, Judicii Tribunali Regni Præsidente Majoris, Joanne Stanislao Korzeniewski Kosciranens. Capitaneo minoris,* Cancellariorum Regni Regentibus. *Boguslao Leszczynski Czernens. Casimiro Szczuka Paradisiens. Oricolao Swiecicki, Trzemeslens. Ignatio Gninski Coronovien s.* Abbatibus *Nicolao Poplawski Plorens. Warsavien s.* Decano, *Michaële Zebrzydowski Canonico Cracovien s. Sereniss. Principis Jacobi* Cancellario, *Adamo Sarnowski præposito Lancien s. Varsavien s. Lovicien.* Canonico *ac intimo Camera nostra* notario *&* Secretario, *Christophoro Tarnowski Cracovien s. Warsarien.* Canonico & Secretario nostro; *nec non generosis Sebastiano Gilbaszewski* Instigatore regni, *Stephano Hankiewicz* Regni, *Casimiro Puchalski M. D. L.* Decretorum notariis, *Stanislao Szczuka Pocillatore Visnen.* Secretario nostro, *Martino Oborski Liven s. Johanne Gemlicki Ustien s. Joanne Butler Drohitien s., Anastasio Myczynski Luceorien s. Casimiro Zapieha Bresc anen s. Georgio Iordan Biccen s. Francisco Wessel Rozanen s. Albrachto Lasocki Wyssogrodien s.* Capitaneis, *Melchiore Gurowski Pocillatore Posnanien s. Jacobo Wilkotarski* Surrogatore *Wschoven s, Ioanne Zydowski* Judice *Cracovien s. Ioanne Przyiemski* Castellanide *Culmens, Nicolao Szulc, Martiano Ladowski metricantibus regni, &* Secretariis nostris, *aliisque quam plurimis magnificis* Senatoribus, *Dignitariis, Generosis, nobilibus officialibus, Nunciis terrestribus, ad præsentem generalem conventum congregatis Secretariis & aulicis nostris*

Joannes Rex

Stanislaus Szczuka
Regens Regni Canc. mpp.

De

De Nobilitate ipsâ jam obſerva. 1. quod tanta ejus credatur dignitas, ut *Sapieha* ad Imperatorem Legatus noluerit ab ipſo creari Princeps S. R. Imperii, ſed dixerit: *Sub uno nomine Poloni Nobiles ſe omnes ſibi convenientes titulos ſecum Viennam invexiſſe. Hartknoch. lib. 2. de republ. Pol. cap. 5.*

2. Quando exteris non tam ipſa confertur Nobilitas, quam jura & privilegia Nobilitatis Polonicæ, cujus Inſtrumentum jam dedimus ad caput ſecundum; tum variæ ſolent ſcribi conditiones, quarum aliquas ex *Mathei Martini Ladorvski collectione conſtitutionum* iſtius regni dare libet.

Indigenatus abſque conſenſu utriusque gentis, Polona ſcilicet & Litvanica non concedantur ex Cancellaria ſubnullitate Conſtit. 1607.

Indigenatus concedãtur tantum ſub conſenſu omnium ſtatuum in Conſiliis, quorum ſtatuum ſane eſt cognitio, qui merentur admitti ad hoc Clinodium Conſtitut. 1641.

Indigenatum acquiſiturus det primo experimentum meritorum in Rempubl. in Comitiis, deinde faciat deductionem nobilitatis ſuæ authenticis documentis Principi ſui haeditarii, vel Reipubl. in quâ natus eſt. Conſt. anni 1641.

In perſona coram Rege & Ordinibus regni ſe ſiſtat, & corporali juramento fidelitatem promittat.

Conſtitutione Anni 1662. ſancitum ut *admittantur ſolummodo, ad Indigenatum, qui ſunt addicti Fidei S. Catholicæ Romanæ.* Sic in Conſtit. an. 1683. leguntur aliqui ſub hac conditione admittendi. Verum Anno 1685. nonnulli *Electoris Brandenburgici* miniſtri indigenatum impetrarunt conditione hac non obſervata: Verba Conſtitutionis de iſtis latine facta ſunt: *Reſpicientes affectum vel merita in nos & Rempub. in promovendo commodo & in aliis occaſionibus manifeſta Nobiliſſimorum Georgii Baronis Dörfling, Campiducis ſummi, Franciſci de* Meinders, *Conſiliarii ſtatus, Erneſti Amadei de Börſtel Generalis Majoris, Albrychti Chriſtophori de Wichert, Conſiliarii & Reſidentis Johannis Georgii de Fritſchler, Vice-Chiliarchii Miniſtrorum & Conſiliariorum Elect. Brandenburgici, cum eorum progenie utriusque ſexus, quam habent aut habere poſſunt; Conſenſu omnium ſtatuum pro Indigenis Regni Poloniæ & M. D. L. & Dominiorum huc pertinentium*

tium ſuſcipimus & declaramus, & privilegia ex Cancellaria noſtra ipſis tradi autoritate præſentis conventus approbamus.

Singulares ſunt conditiones iſtis ſcriptæ:

Indigenatus Reverendi Andreæ Cardinalis & Balthaſaris Bathoreorum, Fratrum, Stephani Regis Poloniæ Nepotum conceſſus eſt, ut uterque juramentum fidelitatis Regi & Reipubl. præſtet: ac Cardinalis *ſit capax omnium Eccleſiaſticorum beneficiorum & dignitatum ſpiritualium, ita ut poſſit in ſenatu ſedere & locum occupare Epiſcopatus, cujus eſt Epiſcopus; Primatialem vero dignitatem Archiepiſcopatus Gnesnenſis adipiſci nequit, neque in munus nominandi vel inaugurandi Regis ſe immittere debet.* Conſtit. an. 1588.

Indigenatus Duci Saxonico Franciſco Erdmanno conceſſus, ut juramentum præſtet fidelitatis coram Rege atque Senatu, & intra Sexennium in Poloniam ſe conferat An. 1652. *Eadem Conditio Indigenatus poſita Ioanni Udalrico Schaffgotz, ut intra triennium in Poloniam ſe confert.* Verum an omnibus Indigenarum adeptis ejusmodi vel ſimiles conditiones præſcribantur, definire nequimus.

3. In Nobilitatis diplomate nunc adducto contemplari poſſemus literas aureas, quibus ſcriptum eſt Regis nomen in principio poſitum, una cum Provinciarum appellationibus, & *Franciſci Gruſzevici* cumulum teſtium adſcriptorum, unde etiam ordo ſeu præcedentia virorum illuſtrium diſcitur; ſigillum denique exhibens Regem in throno ſedentem corona redimitum tenentemque ſceptrum & globum, quem circumdant inſignia Provinciarum in Titulo recenſitarum Sed ne prolixi ſimus, advertimus ſolummodo inter dignitates illas varias numerari quoque *Secretarios regios*, qui in Polonia fere ſingulares ſunt. Vides non ſolum amanuenſes iſtos eſſe, verum & ſummæ dignitatis viros. *Hartknochio* teſte magnates filios ſuos adoleſcentes in numerum eorum ſacramento adigi volunt: ut iſto titulo ad Secretiora Senatus conſilia admittantur. Sic alii quoque, qui nobiles geniti non ſunt, iſtam ambiunt dignitatem, ut ſic in comitiis Senatorum conſeſſui intereſſe queant, neque exire cogantur, dum ardua tractant Reipubl. negotia. Eſt autem diploma Secretariatus tale.

Io-

Joannes III. *Dei Gratia* Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samog. Kiiov. Volhyn. Podol. Podlach. Livon. Smolen. Sever. Czerniechæque.

SIgnificamus præſentibus Literis noſtris quorum intereſt univerſis & ſingulis. Quod quemadmodum plurimùm æſtimamus Viros virtute ac doctrina præditos, ita Regium eſſe ducimus, eos variis honorum ac dignitatum condecorare titulis haud ignari tali illicio Nobis propenſiores, ad Noſtraque & Reipublicæ quævis obſequia promptiores effici. Hinc eſt quod vitæ integritatem, comparatamque longo uſu juris prudentiam tùm ad res quasvis gerendas dexteritatem Nobilis Petri Woyda *commendatam habentes, non illibenter faciendum Nobis eſſe exiſtimavimus, quatenus ipſum in numerum* Secretariorum Noſtrorum *cooptaremus & aſſumeremus: prout quidem cooptamus & aſſumimus hiſce* Literis Noſtris. *Dantes & concedentes ipſi plenariam facultatem & poteſtatem omnibus juribus, privilegiis, prærogativis, immunitatibus, libertatibus & obventionibus gaudendi & uti fruendi, tùm quævis munia* Secretarios Noſtros *Regios reales concernentia obeundi, peragendi & perficiendi. Eximimus eum inſuper ab omnibus quorumvis Iudiciorum & officiorum Regni Dominiorum Noſtrorum jurisdictionibus,* Solique *tantummodo Noſtro & Marſchalcorum Noſtrorum Iudicio incorporamus, ita videlicet ut coram nullo alio Iudicio & officio, in quibuscunque cauſis & actionibus (fundi & Contractus cauſis exceptis) ſtare, reſpondere, judicatumque ſeu executionem illius pati teneatur, niſi coram Noſtro & Marſchalcorum Noſtrorum Iudicio. Quod omnibus quorum intereſt, præſertim verò Marſchalcis Regni & Magni Ducatus* Lithvaniæ, *tùm & Magiſtratibus quibuscunque Civilibus notum eſſe volentes mandamus,*

at præfatum Nobilem Petrum Woyda, *pro verò & legitimo Secretario Noſtro habeant & agnoſcant, & circa hocce Privilegium Noſtrum conſervent & manuteneant, pro gratia Noſtra. In cujus rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas ſigillo Regni communiri juſſimus. Datum* Warſaviæ, *Die* XXVII. *Menſis Martii Anno Domini* MDCLXXXIII. *Regni verò Noſtri Nono Anno.*

Secretariatus Nobili Petro Woyda.

Joannes Rex.

Stanislaus Szczuka
Pocillator Viſnen. R. Maj.
Scr.

4. Licet Poloni magnificiant Nobilitatem ſuam, attamen vides etiam alios admittere Ordines Equeſtres, nam ſic *Hieronymus Lubomirski* appellatur *Eques Melitenſis* in diplomate iſthoc vulgo etiam *Cavalier* dictus: & Equites auratos creatos eſſe à Rege *Michaële Harthknoch* in ipſius coronatione docet lib. 1. cap. 1. §. 23.

5. Denique Polonos Nobiles olim dictos fuiſſe *Supanos* ſcribit idem *Harthknoch* cap. 5. §. 1. Et quanquam §. 6. cum *Seldeno* noſtro aſſerat *Barones* in Polonia antiquos olim fuiſſe nuncupatos *Panovie*, attamen agnoſcit. cap. 3. §. 16. *Caſtellani* nunc proprium eſſe titulum ut *Pan* dicatur, cum additione Provinciæ cujus eſt Caſtellanus. e. g. *Pan Poznanski* eſt *Caſtellanus Poſnanienſis*; vulrque præterea iſtam vocem ſupereſſe apud *Hungaros* qui comitatus præfectos appellant *Iſpan*, & *Bohemos* qui vocem *Span* in uſu habent. Quæ an conferenda ſint cum illis *Du Freſne* in voce *Banus* à *Banno* vel *Bando*, id eſt vexillo, unde etiam *Hiſpanos* vult denominari; & tandem cum voce Græca μπάνο *Cinnami*; viderint alii. Hucusque de nobilitate aliique ad Poloniam: plura vide ad caput ultimum de præcedentia.

Sic

Sic in omnibus Nobilitatis diplomatibus inſignia conferuntur, tanquam perpetuum & neceſſarium adjunctum. De iſtis tantum addo ex proceſſu Curiæ Equeſtris ſub *Henrico IV.* inter *Reinoldum* Dominum *Grey* de *Ruthin* accuſatorem, & Dominum *Edvardum Haſtingis* defendentem; circa Manicam coccineam in campo aureo, quo uti ſolent Comites *Cantii* hodienum, tanquam hæredes Domini de *Ruthin.* (vi nominis *Dominus Haſtingis.*) Nam ubi ad quæſtiones teſtibus ex utraque parte propoſitas, de conditionibus perſonarum, num eſſent nobiles geniti, vel non, quæ inſignia; & ſimilia, reſpondendum erat, dixerunt aliqui, quod eſſent Nobiles geniti, neutiquam tamen inſignia haberent; quale quid non obſervari ego alibi. Quidam *Johannes Boteler* ex Comitatu *Bedfordenſe*, qui fuerat ſervus Patris Actoris, inquit, *qu' il eſt Gentilhome mes nad my armes & poet deſpendre en le Counte de Bedford X.li. per an.* Sic *Rogerius Tunſtall Major* vel Conſul *Bedfordenſis.* qui pariter ſervus exſtiterat Patris Actoris, *qu' il eſt Gentilhome d' aunceſtrie & poet bien deſpendre per an en la Counte de Bedfort XX. marks, mes nad point d' armes come il diſt.* Et *Willielmus Parker*, quod ſit Nobilis *d' anceſtrie & n' ad pas d' armes & riens poet deſpendre par an ne riens ad dount vivre ſinon ſon ſervice.* *Thomas Lounds* pariter *q' il eſt Gentilhome d' aunceſtrie mes nad my armes come il diſt.* Hæc teſtimonia depoſita fuere in aula dicta *Motehal, Bedfordiæ*, ex Commiſſione *Johannis Fils du Roy* Conſtablii Angliæ, & Cuſtodis *Orientalium Marcarum* verſus *Scotiam* (hoc enim titulo uſus eſt, fuitque tertius filius *Henrici IV.*) ad Dominum *Oliver Maleverer* Equitem Mareſchallum, *Wilhelmum Bildeſton* Scribam, & Aſſeſſorem Curiæ equeſtris, nec non *Richardum Vaux* Regiſtratorem ejusdem Curiæ ſub dato decimi noni Maji, anno nono *Henrici IV.* Verum illud *Alberici Gentilis* ſemper obſervandum in hac materia; *In Nobilitatis vocabulo* (inquit) *cenſendo ſe qui locum debemus, ubi de ipſo & ipſius re quæritur:* additque exempli gratia, *Ecce in Anglia Nobiles cenſẽtur qui vel hodie de plebe ſunt educti ad dignitates veluti Baronias & Comitatus.*

NOTA. *meminit ejus litis quoque Spener. Herald. parte general. pag. 291.*

Henr. 4 Mſ. in Tabulario H. nobiliſſimi Comitis Kantii fol. 39. a. 46. a. 41. a. 46. Reſpondetur Interrog. 37. quod habetur pag. 29. a.

ibid. pag. 24 b.

De nuptiis lib. 4. cap. 13. ubi de nobilitate ille fuſius & docte.

NOTA.

Huc pertinent feſtiva carmina, quibus exhibetur comitis Ceſtrenſis convitium dictum ROBERTO GROSTHED Ep. Lincolienſ. à Richardo Bardenſe compoſita, & reperienda in Wartoni Angliæ Sacræ part. 2. p. 335.

Fulgunt interius Comes is quem Ceſtria ditat;
Intonat exterius; ſcripſit & iſta ſibi.
Plande pater Præſuli caput es & origo parentum;
Ruſticus in primo, nunc generoſus homo.
Sordeſcit mundo fœtens tua tota propago.
Dives opum probus es, non tua progenies.
Solus habes abste, quo ſtas in Præſulis arce.
Orbe nitens clarus, optimus es generis.
O furor, O rabies, porcos per devia minans.
Qui fuerat paſtor, incipit eſſe pater.
Porcorum cuſtos aſcendit culmina Cleri.
Præſulis officium ruſticus aggreditur.
Vale, vale, decus Eccleſiæ, nunc maxima moles.
Inſequitur truncum virgula fronde ſuum

Reſponſio ad Epiſtolam

Plange Comes Coridon, onus es & cauda parentum
Ingenuus primò, ruſticus ecce modò.
Clareſcit mundo florens tua tota propago.
Pauper, inops, miſer es, non tua progenies etc.

Cap. IX.

I. De Fœminarum Titulis; Creationibus *Ducisſæ, Marchioniſſæ, Comitiſſæ, Vice Comitiſſæ, & Baroniſſæ* in Anglia.

II. *Communicatio* titulorum Honoris cum uxoribus a maritis facta & uſus quorundam tanquam Conſequentium tantummodo ex dignitate Maritorum vel Parentum. Titulus *Lady* vel *Domina*.

III. Transmiſſio hæreditaria titulorum honoris ad hæredes alterutrius ſexus.

IV. Transmiſſio eorundem per aſſignationes vel diplomata.

V. Transmiſſio eorundem per veram poſſeſſionem Feudorum ad quæ fuerunt annexi.

Quæ

Quæ hactenus dicta ſunt de iſtis dignitatibus primario tantum accipiendæ prout Maſculino ſexui competunt. Hucusque enim diſtulimus dignitates alterius ſexus, in quantum (juxta leges variarum gentium) habemus eos ſub terminationibus fœmininis; ut *Principiſſa, Ducatiſſa, Marchioniſſa, Comitiſſa, Vice-Comitiſſa, Baroniſſa*, & quicquid præterea eſt vel fuit dignitas ſive origine ſua feudalis, ſive merè honoraria, ſi excipias nomina ſpecialiter ad arma quorum fœminæ capaces non ſunt, relationem habentia; ut *Eques*, ita & Anglicanus Titulus, *Baronet*, in quo quale intereſſe habeat ſexus iſte, ſatis apparet ex diplomate Baronettum creante, quod ſupra inſertum eſt. Sunt autem fœminarum tituli alii creati immediate in ipſis, alii communicati a maritis, alii transmiſſi a Genitoribus & alii denique collati ipſis tanquam conſequens ſolum dignitatis maritalis vel paternæ. Atque primo de titulis immediatè in ipſis creatis.

I. Forma literarum creationis *Duciſſæ* in *Anglia* (hic enim ſolummodo *Anglicana* proferemus exempla, quoniam ab aliis gentibus nulla ſunt in promptu, quanquam ipſarum hiſtoriæ ſat multos contineant fœmininos titulos) habemus ex ætate *Richardi II. Margaretham* Comitiſſam *Norfolciæ* creantis Duciſſam *Norfolciæ* quoad vitam dicitur que in diplomate inveſtitura facta fuiſſe per impoſitionem pilei vel Capæ honoris. Revera autem nulla inveſtituræ ceremonia adhibita eſt cum diploma traderetur, miſſum enim ad ipſam a Rege in Parlamento ſedente. Atque in rotulo Parlamentario ſupponitur eſſe ipſius creatio. Verba rotuli ſunt quod Rex *en plein Parlament, en abſence du dit Counteſſe ad fait & crees meſme la Counteſſe en Ducheſſe, & luy ad dones le ſtile, title, honour & noun, de Ducheſſe de Norff. a avoir pur terme de ſa vie. Et ſur ceo luy envoya ſa chartre de la creation ſus dite.* Diploma tale fuit. *Cart. 21. Rich. 2. membr. 12. n. 18.*

Rex *etc. Inter cætera Regni inſignia & ſollicitudines varias* Regiis *humeris incumbentes, noſtræ providentiæ ratio arbitratur, quod potiſſimè firmat Regale ſolium, effluens à Iuſtitia condigna præmiatio* Meritorum. *Ibi namque continuè virtus creſcit & colitur, ubi á debito ſibi præmio non fruſtratur. Cum igitur Honor ſit virtutis præmium, conſtat, quod virtuoſis & ſtrenuis ex Regali Iuſtitia debentur faſces honorum & præmia dignitatum,*

tum, quæ utique, ſi dignis conferuntur, non debent ſimpliciter æſtimari donum ſeu exhibitio favorum, ſed potius debita recompenſatio meritorum. Hæc ſanè in Regiæ Celſitudinis armario revolventes, attendentesque nobilitatem & geſtum laudabilem, quos in illuſtri & præclara Conſanguinea noſtra Margareta Comitiſſa Norff. *quæ ex proſapia Regali propagata, tam propinquæ Conſanguinitatis linea nos attingit, & quæ juxta innatam ſibi Nobilitatis affluentiam, cariſſimo Domino* Edwardo *nuper Regi* Angliæ, *avo noſtro, dum ageret in humanis, & nobis poſt coronationem noſtram ſe ſemper obſequioſam exhibuit & devotam, onera & expenſarum profluvia pro ipſo avo & nobis ac aliis Magnatibus generoſis dicti Regni noſtri ſubeundo, rerum & facultatum ſuarum diſpendio etc. conſpicimus, & volentes proinde perſonam ipſius Comitiſſæ juxta claritatem generis ſui ac morum ſuorum merita peramplius honorare, de aſſenſu Prælatorum, Ducum, Magnatum, & aliorum procerum & communitatis Regni noſtri Angliæ in inſtanti Parlamento noſtro apud Weſtmonaſterium convocato exiſtentium, ipſam Comitiſſam in* Duciſſam Norff. *cum titulo, ſtilo, ac nomine ac Honore eidem debitis præfecimus, ac inde præſenti aliter per* appoſitionem Cappæ ſuo capiti inveſtimus, *in præmium eximiæ virtutis ſuæ & attinentiæ prædictarum, habendum & poſſidendum ſtilum, titulum, nomen & honorem prædicta præfata* Duciſſæ *ad totam vitam ſuam; & ut ad exultationem nominis, ſequatur augmentatio facultatum, cum ſemper honoribus onera ſint annexa, de aſſenſu prædicto dedimus & conceſſimus, ac tenore præſentium damus & concedimus eidem Duciſſæ quadraginta marcas percipiendas ſingulis annis ad totam vitam ſuam ad Scaccarium noſtrum ad terminos* Paſchæ & S. Michaëlis *per æquales portiones imperpetuum, His teſtibus, Venerabilibus patribus* R. *Archiepiſcopo* Eborum Angliæ *primate*, R. London. Willielmo Winton. E. Exon. *Cancellario noſtro Epiſcopis*, Johanne Aquitaniæ & Lancaſtriæ, Edmundo Eborum *Ducibus*, Albredo Oxon. Henrico Northumbriæ *Comitibus*, Rogero Walden *Clerico Theſaurario noſtro*, Gvidone Mone *Cuſtode privati ſigilli noſtri & aliis. Datum per manum noſtram apud Weſtmonaſt. XXIX. die Septembris.*

Per ipſum Regem *in Parliamento.*

Verba ejusdem præfationis, usque ad *recompenſatio meritorum* fuerunt in creationibus Ducum tum pariter creatorum. Vide capit. V. §. 29.

De

De *Marchioniſſa.* *Anna Bullenia* (poſtmodum uxor *Henrici VIII.*) dicta *Anna Rochfordenſis*, & exiſtens filia maxima natu *Thomæ Bullenii* Comitis *Wiltoniæ* & *Ormundiæ* ac Vicecomitis *Rochfordenſis* creata fuit *Marchioniſſa Pembrochii.* Verba diplomatis ſunt: *in* Marchioniſſam Pembroke *aſſenſu Nobilium inibi exiſtentium præficimus, creamus & inveſtimus, nec non nomen, titulum, ſtatum, ſtilum, honorem, authoritatem & dignitatem* Marchioniſſæ Pembroke *eidem* Annæ *damus & concedimus per præſentes, ac etiam de nomine* Marchioniſſæ Pembroke, *cum titulo, ſtilo, honore, authoritate & dignitate cæteriſque honoribus eidem appendentibus & annexis*, per Mantellæ [a] inducionem & circuli aurei in capite appoſitionem, *ut moris eſt, realiter inveſtimus*; Status limitatus eſt pro ipſa & hæredibus ejus maſculis ex ipſa genitis, una cum viginti quinque librarum annuitate, ſeu creationis ſtipendio. Aliud ibidem diploma traditum ipſi eodem die concernitque locum ejus & præcedentiam, eſtque in annalibus omni obſervatione dignum. *Pat. 24. Henr. 8. part 1. K. Septemb. 1.* [a] *lege*, inductionem

Titulus Comitiſſæ collatus eſt a *Iacobo* Rege Dominæ *Mariæ Compton*, Matri nuper defuncti Ducis de *Buckingham*, nunc uxori Domini *Thomæ Compton* Equitis, quam creavit *Comitiſſam Buckinghamiæ* quoad vitam per verba generalia *præficimus, creamus, inſignimus*, &c. absque ulla ſpeciali clauſula factæ inveſtituræ, quæ tamen, ut videtur, ita fuit in ſcriptione conſiderata, ut ſingularis largitio cum *non obſtante* addatur in fine diplomatis his verbis. *Volumus ac per præſentes pro nobis & hæredibus & ſucceſſoribus noſtris ex ampliori gratia noſtra ſpeciali concedimus prædictæ* Mariæ, *quod hæ literæ noſtræ patentes vel irrotulamentum earundem ſufficientes & effectuales ſint in lege ad ipſam Marciam durante vita ſua naturali titulo, ſtatu, dignitate & honore Comitiſſæ B. inſigniendam, inveſtiendam, & realiter nobilitandam, & hoc abſque aliquibus veſturis, ritibus, ornamentis, aut ceremoniis quibuscunque in hac parte debitis & conſuetis, quas propter quasdam cauſas, nobis melius cognitas, debito modo peragere & præſtare non potuimus, aliqua ordinatione, uſu, conſuetudine, ritu, ceremonia, præſcriptione aut proviſione in hujuſmodi honoribus conferendis debita, uſitata, habenda, fienda aut præſtanda, aut aliquo alio in contrarium inde non obſtante. Eo quod expreſſa mentio etc. In cujus etc. T. R. apud Weſtmonaſterium, 1. die Iulii.* *Pat. 16. Iacobi R. part 11. n. 18*

Per ipſum Regem.

Pat. 21. Iac. part 8 num. 4 Iulii 8.

Exemplum *ViceComitiſſæ* creatæ eſt in Domina *Finch*, quæ facta eſt *Vicecomitiſſa de Maidſtone* a Rege *Jacobo* pro ſe & hæredibus maſculis ex ſe genitis, cum ſpeciali clauſula quod ejusmodi ipſius hæredes maſculi debeant habere vocem & locum in Parlamento, *& inter alios Vicecomites, & ante Barones, ut ViceComites* Maidſtone; Vide etiam in Rotulis ejus diploma creationis poſthac ipſi ſcriptum quo titulum Comitiſſæ de *Winchelſey* acquiſivit ſitque exemplum fœmininæ creationis.

De titulo *Baroniſſa* collato per mixturam creationis atque reſtitutionis, vide exemplum Baroniſſæ *le Deſpenſer* regnante *Iacobo*, & Baroniſſæ *Ogle* regnante *Carolo*.

II. Titulos fœminis communicatos fuiſſe diſcimus in uxoribus, quæ fœmininum habent ejus, quod Mariti exiſtunt, idque fit juxta antiquas Imperii leges. *Fœmina nupta clariſſimis Perſonis clariſſimarum perſonarum appellatione continentur.* Et *Conſulares fœminas dicimus Conſularium uxores*, inquit *Ulpianus*. Et *nuptæ primo Conſulari viro* inquit porro, *impetrare ſolent a Principe, quamvis pernro, ut nuptæ iterum minoris dignitatis viro, nihilominus in Conſulari maneant dignitate, ut ſcio* Antoninum *Auguſtum, Iuliæ* Mammææ *Conſobrinæ ſuæ indulſiſſe*. Illud quoque Imperatorum *Valentiniani, Theodoſii* & *Arcadii* pertinet ad hanc titulorum communicationem; *Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus*. &c. Sic & alia ſunt obvia & congruunt utplurimum cum iis, quæ nunc apud Reſp. Chriſtianas in uſu ſunt. De quæſtione autem an vel quousque hæ dignitates ſic communicatæ perſeverant poſt maritorum mortem, vide leges allegatas ad marginem & *Novell. 22. cap. 36.* cum Doctoribus in ipſas, aliisque diſputantibus de Nobilitate in libris ſuis: ipſisque adde *Iob. Boſcheum lib. 7. de Nuptiis, Franciſcum Capiblancum ſuper Rubrica de Baronibus & eorum officio §. 42.* nec non ibi citatos. De Anglia vide *Action Caſum* in the new Reports *part. 4 fol. 118. b.* caſum *Comitiſſæ Rutlandiæ part. 6. fol 53. b. 6. & 7. Ed. 6. Dyer fol. 79. b. Temp. Mariæ Reginæ Brook*, tit. Nosme 69. & 31. De Gallia vide *Code des deciſions forenſes en la France liv. 12. tit. 2. deciſ. 7 &c.*

ff. tit. de Senatoribus l. 8. Sid item l. 1. & 12. & tit. ad municipalem l. 22. & C. tit. de nuptiis l. 10

L. 13. C. de dignis & l. ult. C. de Incolis & vide ſ. nobel. 105. cap. 2.

Vide & notam ad Partis primæ cap. 6. §. ultim.

Titulus huic ſexui tributus per *conſequens* tantum ab iis elogiis quæ ſunt in Parentibus vel Maritis fœminarum, eſt nobis *Lady*, quo appellantur Equitum & Baronettorum uxores, quamvis maſculinum

num *Lord* minimè tribuatur earundem maritis. Ejusdem quoquè generis, id eſt, per conſequens eſt Titulus *Lady* attributus omnibus filiabus Comitum & dignitatum iſtis ſuperiorum. Ex conſvetudine vero quæ regulam conſtituit omnibus rebus civilibus, *Ladies* (ſic numerū multitudinis formant Angli a ſingulari *Lady*) quæ ſunt uxores Equitum, in transmiſſione ut plurimum vocantur *Dames*, aliæque foeminæ, majore fulgentes honore, quem titulum videmus frequentius huic tributum ſexui, quam vocabulum *Lord* viris. Talis vel major indulgentia in ſexum iſtum cernitur etiam in Imperio antiquo. Nam licet nomen *Domine* in ea notione, qua pertinuit proprie ad ſalutationem, ſæpe uſurpatum fuit absque expreſſo nomine perſonæ ſalutatæ, ut *Domine fruter* apud *Apollinarem*, etſimil. ſicuti vox noſtra *Sir*, hodienum, *Signior*, etc. (ubi nullum dicimus honorem, ſed nudam ſalutationem vel compellationem, prout etiam *Adoni* & *Rabbi* Iudæorum voces idem ſignificantes) attamen vox *Domina* tributa eſt fœminis tanquam ſpecialis honoris nota. *Scævola* meminit ejus ex Teſtamenti fragmento quodam; *Peto a Te*, Domina uxor, *ne ex fundo Titiano partem tibi vendices.* Idem ICtus habet & aliud fragmentum teſtamenti, in quo maritus ſic alloquitur uxorem; *Domina ſanctiſſima, ſcio te de amicis meis tuis tutum, ne quid hic deſit* & de alio ait, *Uxori ſuæ teſtamento ita legatum eſt*, Semproniæ Dominæ *meæ hoc amplius argentum balneare.* In Novella quadam de ſolemniis Nuptiarum, *Iuſtinianus* advertens male agere qui absque iſtis cohabitarent tanquam conjuges, ait, jam eo rem devenisſe, ut teſtes ſubordinati fuerint juramento confirmaturi ἐπι κυρίας ἐκάλει τὴν συνοικῆσαι ἑκάστῳ, καλεῖν τοῦτον οὕτως ὀνόμαζῃ καὶ ἄντος αὐτοῖς πλάττεται συνοικεσία καὶ μὴ ταῖς ἀληθείαις συζῶντα, *quia vir vocabat Mulierem cohærentem, & iſta illum ſimiliter nominabat; & ſic eis finguntur matrimonia non pro veritate confecta.* Sic latine vertuntur illa: egoque puto quod vir appellaverit fœminam, *Lady* vel Κυρίαν (quo titulo etiam nominatur, ad quam *S. Iohannes* ſecundam ſcribit epiſtolam) uxorem vel συνοικοῦντα & fœmina viceverſa nominaverit virum συνοικοῦντα, ſeu maritum, atque ſic perfecerint connubia, quæ reipſa fuere nulla. Hic etiam Κυρία *Domina* uſurpatur abſolute pro fœmina in perſona tertia, cum vox *Dominus* ſic (quantum recordor) non fuerit uſurpata ad denominandum virum

L. ſi. uxorem ff. de lege & fidei commiſſ. 3.

L. 19. Titia ff. de annuis leg. §. 1.

l. ult. Medico ff. de auro argento &c. §. 1.

Auth. 74. c. 4.

Vide ſ. Auth. 22 c. 36 grace, alibi item.

rum illis temporibus; *Iulia Domina* eſt in tertia perſona apud *Scævolam*, acſi Angli dicerent, *the Lady Iulia*, quæ fuit neptis *Iulii Agrippæ*. *Quæſitum eſt* (verba ſunt *Scævolæ* §. 4. *Iulii l. 38. Pater ff. de legat. & fideicommiſſ. 3.*) *an ea prædia extranei hæres haberet, an vero ad* Juliam Dominam *quæ habuit Patruum Majorem Iulium Agrippam pertinerent.* Verum *Cujacius Obſervat. lib. 3. cap. 18.* vult vocem *Domina* propriam eſſe Matronis in Imperio. Hoc ſenſu *Domina* eſt apud *Epictetum* Enchirid. cap. 62. aut (ut in nonnullis) 55. αἱ γυναῖκες ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται *fœminæ a viris* κυρίαι, *Domina appellantur.* Videſis Forner. ſelect. lib. 1. cap. 11. Et olim apud nos *Bractoni* ætate fœminæ a Rege licentiam nubendi adipiſcentes, vel ejus ex voluntate nubentes (ut viduæ omnium tenentium in capite, & filiæ hæredesque tenentium per ſervitium equeſtre) vocabantur *Domina* abſolute, uti videmus in antiquis articulis dictis *of the Eire. De Dominabus quæ ſunt* (verba ſunt unius articuli ex iſtis) & *eſſe debent de Donationibus Domini Regis ſive ſint maritatæ ſive non, & ſi ſint maritatæ quibus & per quem & quantum terra valent per annum.*

Bracton. lib. 3. de corona. pag. 116. b.

III. Reſtat ut dicamus nonnulla de Transmiſſione Titulorum ad fœminas, quæ quoniam varia habet communia cum Transmiſſione ad mares, & quoniam opportune addi poſſunt quædam de Transmiſſione ad utrumque ſexum, trademus hic etiam quæ mares concernit. Tranmiſſio Titulorum Honoris ab iis, qui primo ipſis donati fuerunt, (intelligenda autem ſunt iſta de Titulis, qui aliqua ratione ulterius extenduntur quam ad perſonam, in qua cœperunt) eſt varia. Conſiderate abſtineo a diſſertatione de omnibus. In ſpecie ſolum, & quidem curſorie tres ejus obſervabo ſpecies, primam ex diſerta *limitatione*, atq; ſic deſcenſum honoris ad hæredes; ſecundam per *aſſignationem*; & tertiam per ipſam *poſſeſſionem territoriorum*, quibus tituli inſeparabiliter connexi ſunt. Ad limitationem titulorum & deſcenſum ad hæredes jamdum aliqua diximus ubi de feudis. cap. 1. §. 33. De ſucceſſione Fœminarum in feudalibus dignitatibus, ſi gradu proximiores ſint quam Mares vide feudalis Juris Scriptores, aliosque obiter de ea differentes & communiter oſtendentes mores contractusque regioni in qua ſcripſerunt proprios: juxta mores enim iſtos, contractus & limitationes in inſtrumentis Creationum (quorum plurima exhibui-

Vide ſ. Choppin de Doman. lib. 3 tit. 6. & tit. 7. §. ſ. Tiraquell. de jure primigeniorum. gloſſ. 10.

mus exempla) iſtæ formantur transmiſſiones. Et ſine conſuetudine vel contractu in contrarium fœmina ex generali limitatione ad hæredes poteſt æque hæres eſſe ac maſculus. De *Anglia*: obſerva quam putaverint eſſe legem in caſu deſcenſus ad vel per fœminas ex diplomate *Iohannis* Comitis Palatini de *Pembrocke* ſub *Edvardo III.* ſupra inſerto, videlicet, caſus eſt, ſi vir moriatur ſeiſitus feudum dignitatis cujusdam, & relinquat filias duas vel plures, aut ſorores, aut alios jus ſucceſſionis vindicantes per filias & ſorores, tanquam Cohæredes ad reliqua hæreditatis ſuæ. Iſti etiam exemplo Comitis *Pembrochii* adde aliud Palatinatus *Ceſtrienſis* & Comitatus *Northamtonis* ſub *Henrico* tertio, ab illo diverſum. Sorores earumque poſteri pro terris agriſve Comitatus alios acceperunt a Rege, nemo autem illorum habuit titulum Comitis vel Comitiſſæ poſt mortem *Iohannis Scot* Comitis Palatini in *Ceſtria* & Comitis in *Northamton* eorundemque fratris anteceſſoris qui feodis his inveſtitus erat. Caſum breviter exhibet *Fitzherbertus*. Et Anno 1237. (inquit antiqua hiſtoria Ms. iſtius Comitatus in bibliothec. Collegii *S. Benedicti Cantabrig. num. 319.*) *Iohannes Scotius Comes Ceſtriæ & Huntingdone obiit ſine liberis apud* Ularenſale (alii appellant Darenhall) *& ſepultus eſt Ceſtriæ. Verum quia terra ſua regali gaudebat prærogativa, Comitatus ejus ad manus regias devenit datis aliis terris hæredibus ſuis ſororibus in compenſationem notam præclaræ donatio inter eolos fœminarum dividi contingeret. Walſinghamus* ad *Ann. 1237. in hypodigm. Neuſtriæ* loquens de *Ceſtria* atque Comitis *Iohannis* morte, ait: *deficiente hærede devolutus eſt in poſſeſſionem Regiam Comitatus.* Alia exemplа minoris notæ colligi poſſunt e ſucceſſionibus Comitum & Baronum. Verum videtur *Bractoni* opinionem (vixit autem ſub *Henrico III.*) congruiſſe cum Juriſperitis in Caſu Comitatus *Pembrochii* conſultis ſub *Edvardo III.*, & quod ſoror unaquæque partitione facta poſſit (ſi tot eſſent dignitates integræ) accipere unam. Loquens enim de partitione hæreditatis inter hæredes fœminas, ait quod etiam primariæ domus dividi queant *ſive ſint in diverſis Baroniis conſtitutæ ſive non. De hoc autem quod dicitur quod de feodo mihari veniunt in diviſionem capitalia meſuagia & inter coheredes dividentur; hoc verum eſt, niſi capitale meſuagium illud ſit caput Comitatus; propter jus Gladii, quod dividi non poteſt; vel caput*

Extr. tit. de reſcriptis c. 36 ſignificavit & DD. ibidem.

23. Henr. 3. tit. Partition. 18. & vid. rotul. claus. 21. Henr. 3. membr. 3.

de acquir. rer. domin. lib. 2. cap. 34. fol. 75. & 76.

Baronia, caſtrum vel aliud ædificium: & hoc ideo ne ſic caput per plures particulas dividatur & plura jura Comitatuum & Baroniarum deveniant ad nihilum per quod deficiat regnum, quod ex comitatibus & Baroniis dicitur eſſe conſtitutum. Si autem plura ſint ædificia, quæ ſunt capita Baroniæ, dividi poſſunt inter coharedes facta electione, ſalvo jure eſnetiæ, quia cum plura ſint ibi jura, quodlibet per ſe poterit integrè obſervari, quod quidem non eſt in uno, ut prædictum eſt, licet à quibusdam dicatur quod in aliis regionibus aliquando de conſuetudine dividatur. Sed quod nunquam dividi debeat in Anglia, videtur. Nec viſum fuit contrarium, Et erit conſuetudo Regionis obſervanda, ubi hæreditas eſt quæ petitur & perſonæ naſcantur quæ petunt, & unde ſi dicatur quod in Regno *Angliæ aliquando facta fuit partitio hoc fuit injuſtum.* Ad verba *eſnetia* & *caput* in deſcenſu dignitatum obſerva etiam diviſam hæreditatem *Giffardi Comitis* (*Walteri Giffardi* Comitis *Longevillei* in *Normannia* & *Buckinghamenſis* in *Anglia*) morientis ſine prole tempore Regis *Stephani*. Comitatus ipſius permanſerunt in manibus regiis, ut videtur, usque ad initia *Johannis* R., quo tempore *Eſnetia & Caput in Normannia* per diviſionem & *ouſter le main* ceſſerunt *Richardo* Comiti *Hartfordienſi*, *Eſnetia* vero & *caput in Anglia* dabantur *Wilhelmo* Comiti *Pembrochiæ*, iſtiusque uxori *Iſabellæ* vi juris ejus, quoniam cum Comite *Hartfordienſi* erat hæres *Giffardi* Comitis, derivando jus ſuum per iſtius ſorores: Hæc hæreditatis partitio legitur in rotulis; tenereque omnia debebant, prout tenuerat *Giffardus* Comes juxta verba diplomatis, quod illo tempore, ut videtur, ſupplevit tum partitionem, tum *ouſter le main*. Neque tamen ſemper invenio hunc appellatum eſſe Comitem *Buckinghamii*, neque illum Comitem *Longevillæ*. Igitur ſufficiat hic annotaſſe caſum, alii vero dijudicent. Mariti evecti ad dignitates illas duas Comitis vel Baronis jure deſcendente ad uxores ſuas, pertinent ad hanc transmiſſionis translationem. Vide *Pat. 27. Henr. 6. part. membr. 1, & 28. Henr. 6 part. 2. membr. 23. & Pat. 10. Iacobi part. 10. num. 4. pro Sampſone Lennard.* Verum exempla hujusmodi facile in collectionibus reperiuntur huc pertinentibus. Ultro igitur ab iisdem abſtineo. De transmiſſione dignitatum per hæreditatem apud nos caſus quidam obvios habes in *the new Reports* & nupero Commentario ſuper *Littletonum*.

Chart. 1. Iob. Reg. part. 2. n. 83. 20. April.

IV. Transmiſſio titulorum majorum (intellige feudalium) per

per aſſignationem in ſpecie videre eſt in hiſtoriis *Galliæ*, ubi ſæpe Comitatus & Baroniæ priſcis temporibus dicuntur aſſignati à poſſeſſoribus. Verum iſta intelligenda ſunt primario de antiquis temporibus, cum tituli iſti, vel feuda ipſis connexa, darentur primis ad iſtas dignitates evectis, eorum hæredibus, maxima ex parte, neque reſtringerentur ad hæredes ex ipſis genitos, vel maſculos ſolummodo, ſicuti hodie ut plurimum fieri ſolet, & multis abhinc annis factum eſt præſertim in *Anglia*: Caſus ejus aliquot etiam in *Anglia* habemus: videl. Comitatus *Lincolnienſis* traditus eſt a Comite *Ranulpho* Sorori ſuæ Dominæ *Haviſiæ* ejusque hæredibus ſub *Henrico III.* & apparet ex teſtibus inſtrumento Aſſignationis ſubſcribentibus id minime factum eſſe absque autoritate ſufficiente & conſilio; vides enim inter illos Comitum Mareſchallum & Dominum Juſticiarium Angliæ Primarium; Autographum etiam ſupereſt ſub Comitis ſigillo. *cap. 5. §. 10. part. hujus ſecundæ.*

Sic & Comitatus *Leiceſtriæ* ſub eodem Rege. *Simon de Montfort* Comes *Leyceſtrenſis* per feodum, mortuus eſt relinquens filios duos *Almaricum & Simonem*: *Almaricus* natu maximus conceſſit & dedit omne jus ſuum *Simoni*, qui igitur Comes *Leyceſtriæ* factus & a Rege fuit inveſtitus. Plura ejusmodi conceſſionum, traditionum, & donationum exempla absque ulla reperiuntur difficultate apud Collectores Comitum *Angliæ*. *Cart. 23. H. 3 n. 32. 34. Videſis Math. Paris pag. 647. lin. 28.*

V. Quomodo poſſeſſio ſola ejusmodi feudorum, quæ eminent titulis ſummis, ſecum vehit, vel non, titulos cum ipſis primo donatos, videre eſt in Juris feudalis Scriptoribus, ICtisque aliis ea de re frequenter diſputantibus, ac in ſpecie de hoc aliisque generibus Transmiſſionis hæreditariæ dignitatum, vide diſputationes *Franciſci Nigri* & *Frederici Boſii* (quorum alter eſt ICtus *Mantuanus*, alter Imperialis) de nupera ſucceſſione in Ducatum *Mantuanum*, non ita pridem editas. Singulare autem exemplum ejusmodi Poſſeſſionis eſt in *Anglia* in Caſu *Arundeliæ* Caſtelli, dijudicato in Parlamento ſub *Henrico VI. Iohannes* Dominus (Lord) *Mautravers*. & *Arundeliæ* Comes exhibuit petitionem ſuam (ſicut in aliquot antehac Parlamentis fecerat) poſtulans locum & votum in Parlamento & Conſiliis tanquam *Arundeliæ* Comes *Conſiderant qe ſes auncеſtres* (verba ſunt rotuli Parl. 11. Henr. 6 memb. 9. art. 33, 34, 35.) *Counts a Arun-* *Bocer de quæſt. & differ. feud. cap. 3. num. 19. Vultei de Feud. c. 8. Rothental de feud. cap. 2. quæſt. 2. Gail. lib. 1. obſerv. 30. DD. ad titul. quis dicatur Dux &c. Petr. Fruz de nobil. concluſ. 10. &c.*

Arundel Seigneurs del Chaſtel, honour & Seigneurie d' Arundel ount ewe lour lieu a ſien en les Parlaments & Counſeilx, tempore perlongo, *per reaſon de la Chaſtel honour & Seigniorie avantdites, as queux le dit nom de Count ad eſt unie & annexe de temps ſviadit*: atque oſtendit quod nunc poſſideat dictum caſtellum, Honorem & Dominium. Hac petitione lecta, *Iohannes* Dux *Norfolciæ* minorennis exiſtens & ſub Regis tutela, exhibet primo petitionem unam, poſtmodum alteram, oſtendens in genere quod Caſtellum & titulus pertineant ad ipſum jure hæreditatis, poſtulatque ne lædatur in minorennitate ſua. Procurator Domini *Mautravers* reponit quod iſte non poſſit differri propter Ducis minorennitatem; *quia prefatus Comes in pacifica poſſeſſione dictorum caſtri, Honoris & Dominii de Arundel diu ante mortem & tempore mortis Iohannis nuper Ducis Norfolk patris predicti nunc Ducis cujus hæres ipſe eſt & ſemper poſtea extitit, & adhuc exiſtit*: nec ſpecialis titulus oſtenſus eſt in Annalibus pro Duce, vel repertus ab aliquo officio poſt mortem Patris ejus, ideoque rogarunt ſententiam. Dehinc Rex & Domini mandarunt Procuratori Comitis magis diſtincte exhibere Titulum ejus in ſcripto. Fit iſtud, inibique poſtulat pro Comite Titulum ſicuti in primo ſupplice libello factum, ſolummodo quoniam poſſedit Caſtellum, fuitque titulus in Antecceſſoribus ejus. Caſtellum derivant ad ipſum per ſpecialem addictionem factam ſub *Edwardo III.* hæredibus maſculis *Richardo* tum Comiti *Arundeliæ* genitis ab uxore ejus Domina *Eleanora*; *Norfolciæ* Duce exiſtente hærede generali iſtius Comitis *Richardi*, & Comite, hærede maſculo. *Qua quidem ſcedula* (inquit Rotulus) *in Parliamento predicto lecta, audita, & intellecta, habitaque ſuper materiis in eadem contentis & aliis premiſſis cum Iuſticiariis & aliis legis peritis ac ceteris de conſilio Domini Regis in dicto Parliamento exiſtentibus deliberatione, communicatione & aviſamento; auditis etiam hinc inde nonnullis profundis & maturis rationibus, allegationibus, & motivis, conſiderato quoque qualiter Rich. filius* Alani *conſanguineus & unus hæredum* Hugonis de Albiniaco *dudum Comitis* Arundel *fuit ſeiſitus de dictis Caſtro, Honore & Dominio de* Arundel *in Dominico ſuo ut de feodo & ratione poſſeſſionis ſuæ eorundem Caſtri Honoris & Dominii, absq; aliqua alia ratione vel creatione in Comitem, fuit Comes* Arundel, *& nomen, ſtatum & honorem Comitis* Arundel, *nec non locum & ſedem* Comitis Arundel *in Parliamentis &*

Con-

Conſiliis Regiis quamdiu vixerat, pacificè habuit & poſſedit abſque aliqua calumnia, reclamatione vel impedimento; *Prafatus igitur Dominus Rex, hiis & aliis ductus conſiderationibus & motivis ad perſonam prafati nunc comitis Arundel cui predicta caſtrum, Honor & Dominium de Arundel ſpeciali jure hereditario ut predicitur deſcenderunt etc. volensque proinde eidem Iohanni nunc comiti, in hac parte ſuis tantis exigentibus meritis, quantum (abſque juris alieni derogatione) potuit celeris juſtitiæ complementum fieri, de aviſamento & aſſenſu Prælatorum, Ducum, Comitum, & Baronum in inſtanti Parliamento exiſtentium ipſum Iohannem nunc* comitem Arundel *ad locum & ſedem comitis* Arundel *in Parliamentis & Conſiliis Regiis antiquitus uſitatos, & Conſuetos eùdem modo & forma quibus anteceſſores ſui Comites* Arundel *hujusmodi locum & ſedem meliùs & liberiùs habuerunt, habendos & poſſidendos admiſit & ipſum de cætero ſit fore admittendum decrevit, inſtituit, & declaravit,* ſalvo jure aliorum ſi qui eſſent. *Part 27. H. 6. art. 18.*

Et in alio ejusdem Regis parlamento, pariter ſententia lata eſt ratione poſſeſſi Caſtelli, quod & ipſius hæredes debeant locum habere in Parlamento, quæſtione & lite exorta inter *Wilhelmum Arundelie* Comitem fratrem iſtius *Iohannis*, & *Thomam Devoniæ* Comitem. Vide etiam *Rot. Cart. 15. Edw. 4. num. 18. de creatione* Edvardi Grey *Militis Domini de* L'isle.

Cap. X.

I. Honoraria Attributa *Clariſſimus* & *Illuſtris* præſertim temporibus in Imperio antiquisſimis, vel ante *Conſtantinum* Magnum.

II. *Illuſtris, Clariſſimus, Spectabilis, Perfectisſimus & Egregius*, eorumque abſtracta, poſt tempora *Conſtantini*. *Glorioſisſimus*, qui fuere *Super-Illuſtres*. Abſtracta *Celſitudo*, *Magnificentia*, *Eminentia*, & hujusmodi alia in Imperio antiquo.

III. Honoraria Attributa in præſentibus Europæ ſtatibus, magnæ mutationes quas tempus in eas deduxit.

PRæter diſtinctionem utriusque ſexus per titulos hactenus declaratos (qui ſunt *Eſſentiales* honorariarum dignitatum in iſtis, qui ornati fuerunt iis) alia quoque eſt diſtinctio per Attributa, quæ ſunt, olimque fuere *Accidentalia* ipſis, & varie tradita in epiſtolis, inſcriptionibus vel ſermonibus ad ipſos, & narrationibus de ipſis. Ex iſtis ſunt quædam in concreto, ut *Optimus*, *Ampliſſimus*, *Illuſtris*, *Clariſſimus*, & apud Anglos *Honorable*, *Gracious* etſim. quædam in abſtracto *Amplitudo tua*, *Celſitudo*, Anglice *Your Honour*, *Your Grace*. etſimil. hujus Generis, ſicuti etiam ſunt Attributa Summarum Dignitatum.

I. Appellatos ſic in Concreto officiariis Dignitatibus fungentes (unde poſtmodum ſimiliter ad honorarias & feudales dignitates poſſidentes factum eſt) videmus aliquo modo frequentatum ſub initiis Romani Imperii (vel ad minimum in prima ejus ætate) in paucis exempli Sacri Textus in Novo Teſtamento, & quidem in ſecunda & tertia perſona *Joſephus Arimatheenſis* appellatur Marci XV. 43 Εὐσχήμων βουλευτὴς *Nobilis Decurio*. S. Lucas cap. 1. 3. Evangelium ſuum inſcribens *Theophilo* appellat eum κράτιστε Θεόφιλε, i.e. *optimum Theophilum* Sic inſcriptio Epiſtolæ in qua de *Paulo* ſcripſit *Claudius Lyſias* ad *Felicem*, eſt τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι. *Optimo præſidi Felici*. Act XXIII. 26. *Tertullus* etiam ad *Felicem* verba faciens ait κράτιστε Φήλιξ XXIV. 3. & Paulus ad *Feſtum Felicis* ſucceſſorem μαίνομαι κράτιστε Φῆστε *non inſanio optime Feſte*. XXVI. 25.

Videſis præter leges nonnullas ſuperioris capitis §. 2. in margine notatas l. 5. Curator. ff. de Curator furioſ. l. 5 z §. 2 ff. de Judiciis l. 35 ff. de legatis 3. l. 16. §. 1. ff. de his quæ ut indignis l. 22. ff. de publicis Judiciis l. 18. 1. ff. de Jure Fiſci l. 100. ff. de verb. ſignif. l. 17. ff. de Jure Patronatus.

Deinde uſu receptum fuit, appellare Senatores *Clariſſimos*, *Viros Clariſſimos*, & tum ipſos tum uxores eorum *Perſonas claras*, Senatum vero *Ordinem Clariſſimum* ut & *ampliſſimum*. Sic literæ V. C. vel V. Cl. ſæpe ſigna fuerunt pro *Vir Clariſſimus* hoc ſenſu. Id ſpeciatim videre eſt in legibus Imperii deſumptis ex autoribus antiquis, *Gajo*, *Scævola*, *Ulpiano* &c. priſcisque inſcriptionibus. *Lampridius* diſerte ait, *Alexander Severus* addidit ſuis *Præfectis Prætorio Senatoriam dignitatem, ut viri Clariſſimi & eſſent & dicerentur, quod antea vel raro fuerat, vel omnino non fuerat; eousque ut ſi quis Imperatorum ſucceſſorem Præfecto Prætorii dare vellet, laticlavium eidem per libertum ſubmitteret ut in multorum vita Marcus Maximus dixit. Alexander autem idcirco Senatores eſſe voluit Præfectos Prætorii, ne quis non Senator de Romano Senatore judicaret.* Hic nomina *Senator* & *Vir Clariſſimus* dicuntur plane

plane convertibilia. Verum licet *Clariſſimi* tum in genere & uſitatiſſime dicerentur omnes Senatores, attamen temporibus etiam in Imperio antiquioribus *Illuſtres* (tanquam nomine æquipollente) dicebantur ipſi, atque, ut videtur, reliqui Romani Nobiles: Diſtinctus quoque titulus, *Eques illuſtris*, tributus eſt illis, qui ex *ordine Equeſtre*, ut videtur, habuerunt opes Senatoris, vel donati fuerunt veſtibus ornamentisve Senatoriis, atque ſic immediatam habuerunt expectationem, Senatoriæ dignitatis, & loci votique in Senatu, quanquam alias fuerint *dignitate Senatoria*, quomodo *Tacitus* appellat *Mellam & Criſpinum* ſub *Nerone Annal. 16. cap 17.* quorum hic fuit *Eques Romanus Conſularibus inſignibus donatus*; ille *eques Romanus Conſularibus potentia æquatus*. Sic ſæpe *Illuſtrem* vel *Illuſtres* appellari Senatorem & Equites, apud eundem videmus *Tacitum*, narrantem qui cum *Sejano* miſerè cecidiſſent. *Annal. lib. 6. Iacuit immenſa ſtrages; omnis ſexus; omnis ætas*; inluſtres & ignobiles, *diſperſi aut aggregati*: Et ſub *Nerone Annal. 15. Fœminarum inluſtrium Senatorumque plures per arenam fœdati ſunt.* & alia plura. Quod *Equites Illuſtres* appellit eminentiores in ordine Equeſtri, cernere eſt in *Attio Curtio*, uno ex paucis & intimis ſervis *Tiberii* in *Capreis*, quem nominat *Equitem Romanum ex Inluſtribus*: *Annal. 4.* Ita *Pompeja Macrinæ* Pater ipſi eſt *Inluſtris eques Romanus* *Annal. 6. & Annal. 11.* dicit, *pergit Suillius addere reos Equites Romanos illuſtres quibus Petra cognomentum. Annal. 15. Die pacta, Tiberius Alexander illuſtris Eques Romanus miniſter bello datus.* Neque titulus iſte fuit *Auguſto* recentior, nam ſub eo *Illuſtres equites a Tacito Annal. 2.* dicuntur dignitate Senatoribus æquales. *Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis niſi permiſſu, ingredi Senatoribus aut Equitibus Romanis illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum.* Et fortaſſis *Ornatiſſimi ordinis ſecundi* apud *Statium epiſt. ad Marcell.* in *Sylvarum 4. & Eques ſplendidus* apud *Tacitum Annal. 11. Plinianque epiſt. Lib. 6.* (utroque illis temporibus vivente) eodem modo dicuntur, ut *Eques inſignis* apud *Tacitum*, quanquam *Lipſius* exiſtimet potius, quod ultima hæc duo attributa deſumta ſolummodo fuerint ab eorum exiſtimatione atque divitiis, non vero a diſtincto quodam dignitatis charactere in Republica. Deinde autem ætate *Alexandri Severi* appellatio *Clariſſimi* peculiaris facta eſt *Senatorum*, ut vidimus jamdum ex *Lampridio*. *Clariſſimi* iidem dicti qui

Videſis Lipſium ad Tacit. Annal. 11. n. 15.

Speciosæ personæ. Nam *Ulpianus* illo tempore vivens dicit, quod nomine *Speciosarum Personarum* comprehensi fuerint omnes *Clarissimi* & *Clarissimæ*, & habentes jus ornamentorum insigniumque Senatoriorum, id est, illi ex ordine equestres, qui honore inferiores non fuerunt Senatoribus, vel eminuerunt *Senatoria dignitate*, loco tamen in Senatu caruerunt. Verba ipsius sunt *L. 100. ff. tit. de verbor. significat. Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus, item eorum qui ornamentis Senatoriis utuntur*; acsi dixisset omnes qui sunt *Clarissimi* vel Senatores, & omnes qui habent jus ornamenta sua gestandi vel sunt *Senatoria dignitate*, illi comprehenduntur titulo *Speciosi* vel *Clarissimi*.

II. Posthac autem circa *Constantini* tempora alia immutatio istorum attributorum accidit. Nam voces *Illustris & Clarissimus* fiebant tituli distinctarum dignitatum. *Illustrisque* erat superior *Clarissimo*. In quadam Constitutione istius Imperatoris reperimus, *quicunque non illustri sed* Clarissima *tantum dignitate præditus virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit* &c. Titulus, infra quem collocatur, in *Iustiniani* Codice lib. 3. tit. 24. his indicatur, *ubi* Senatores *vel* Clarissimi *civiliter vel criminaliter conveniantur*. Hic *Dignitas illustris & Clarissima* aperte distinguuntur, quanquam eadem lex in *Theodosii* Codice dicat tantummodo: *Quicunque clarissimæ dignitatis virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit* &c. Sic & alia in utroque Codice exempla reperiuntur, ubi *Illustris* vox ista significatione fuit addita *Patriciis* (inter alios) creatis a *Constantino* a ejusque Senatoribus, nunquam vero tanquam antiquus titulus *Patriciorum Romæ* Antiquorum. Et neglecta observatio diversorum temporum, ac diversæ notionis *Patricii* adeo intricavit eruditos quosdam de istis Epithetis scribentes, ut cum explicare debent eorum significationem, vel Crasse confundant Tempora notionesque distingvendas, vel nimium præcipitantes informent Lectores suos. De *Patriciis*, eorundem juribus, & distinctionibus videatur *Iohannes Iacobus Draco* in tribus libris *de Origine & Iure Patriciorum*. Sub Justiniano tamen iterum videmus voces *Illustris & Clarissimi* conjunctas & tributas utrique sexui in *Gruteriana* inscriptione fol. 28. quæ est vel nuper fuit *Romæ* in Cardinalis *Trivultii* ædibus.

C. Th. lib. 9. t. 3. de accusationibus & inscriptionibus.

a Zosimus hist. 2.

DD.

DD. NN. FL. VALENTINIANO ET GRATIANO
... RATORIBUS SUIS
CEIONIUS RUFUS VOLU....
ANUS V. C. ET INLUSTR.....
EX VICARIO ASIE ET CEIO
NI RUFI VOLUSIANI V. C.
ET INLUSTRIS EX PRÆFECTO...
TORIO ET EX PRÆFECTO UR...
ET CECINE LOLLIANE CLAR...
ME ET INLUSTRIS FEMIN...
DEÆ ISIDIS SACERDOTIS F...
ITERATO VIGINTI ANNIS EX P...
TIS TAUROBOLIIS VI. ARAM CONSTITU....

ET CONSECRAVIT X. KAL. JUN. D. N. VA...
TINIANO AUG. ET NEOTERIO C...

Factum id anno Chriſti CCCXC. Deinde apparet duo iſta nomina, *Illuſtris* & *Clariſſimus* adeo fuiſſe diſtincta, ut tertium honoris attributum, inter ea medium, inventum fuerit: videl. *ſpectabilis*. Dicti ſunt *illuſtres* eodem tempore *Patricii* recenter creati, *Præfecti Prætorio, Comes largitionum Comes rerum privatarum* & alii quidam magni officiales in Republ.: *Spectabiles* Proconſules Provinciarum, *Vicarii Præfectorum Prætorio* & alii, *Clariſſimi* autem omnes in genere dicti ſunt, Senatores, juxta morem magis antiquum. Quod vero *Iſidorus Orig. lib. 9. cap. 4.* tripartitam fecerit diviſionem Senatorum in *Illuſtres, Spectabiles & Clariſſimos*, dubito alii id inniti fundamento, quam quod illi viri majorum dignitatum, honorariarum vel officiariarum, varie Senatoribus collatarum, hoc intuitu dicti fuerint vel *Illuſtres* vel *ſpectabiles*. Exiſtimo autem quod Senator, tanquam Senator nominandus tantummodo fuerit *Clariſſimus*; aliis attributis accedentibus ipſi, prout in alia quoq; dignitate fuit conſtitutus, ad quam temporum conſuetudo illa adjecerat. Inde *Ordinarius* tantum etiam pro Titulo *Clariſſimi* eſt in *Novel. 31. c. 1. §. 2. & vide ib. Gothofred.* Deinde officiales aliqui *Clariſſimi* tituli donati ſunt, quamvis Senatoribus inferiores fuere. Et videtur quod *Illuſtru* ap-

Zeno L. unica C. ut omnes Judices tam cib. quam crim. & ide Novell. 7. in Epilogo. Novell. 8 cap. 1. de defenſoribus citat. Novell. 31. cap. 1. §. 2. &c.

L. 8. C. de Principib. a-

Speciosæ personæ. Nam *Ulpianus* illo tempore vivens dicit, quod nomine *Speciosarum Personarum* comprehensi fuerint omnes *Clarissimi* & *Clarissimæ*, & habentes jus ornamentorum insigniumque Senatoriorum, id est, illi ex ordine equestres, qui honore inferiores non fuerunt Senatoribus, vel eminuerunt *Senatoria dignitate*, loco tamen in Senatu caruerunt. Verba ipsius sunt *L. 100. ff. tit. de verbor. significat. Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus, item eorum qui ornamentis Senatoriis utuntur*; acsi dixisset omnes qui sunt *Clarissimi* vel Senatores, & omnes qui habent jus ornamenta sua gestandi vel sunt *Senatoria dignitate*, illi comprehenduntur titulo *Speciosi* vel *Clarissimi*.

II. Posthac autem circa *Constantini* tempora alia immutatio istorum attributorum accidit. Nam voces *Illustris & Clarissimus* fiebant tituli distinctarum dignitatum. *Illustrisque* erat superior *Clarissimo*. In quadam Constitutione istius Imperatoris reperimus, *quicunque non illustri sed* Clarissima *tantum dignitate præditus virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit* &c. Titulus, infra quem collocatur, in *Iustiniani* Codice lib. 3. tit. 24. his indicatur, *ubi* Senatores *vel* Clarissimi *civiliter vel criminaliter conveniantur*. Hic *Dignitas illustris & Clarissima* aperte distinguuntur, quanquam eadem lex in *Theodosii* Codice dicat tantummodo: *Quicunque clarissimæ dignitatis virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit* &c. Sic & alia in utroque Codice exempla reperiuntur, ubi *Illustris* vox ista significatione fuit addita *Patriciis* (inter alios) creatis a *Constantino* a ejusque Senatoribus, nunquam vero tanquam antiquus titulus *Patriciorum Romæ* Antiquorum. Et neglecta observatio diversorum temporum, ac diversæ notionis *Patricii* adeo intricavit eruditos quosdam de istis Epithetis scribentes, ut cum explicare debent eorum significationem, vel Crasse confundant Tempora notionesque distingvendas, vel nimium præcipitantes informent Lectores suos. De *Patriciis*, eorundem juribus, & distinctionibus videatur *Iohannes Iacobus Draco* in tribus libris *de Origine & Iure Patriciorum*. Sub Justiniano tamen iterum videmus voces *Illustris & Clarissimi* conjunctas & tributas utrique sexui in *Gruteriana* inscriptione fol. 28. quæ est vel nuper fuit *Romæ* in Cardinalis *Trivultii* ædibus.

C. Th. lib. 9. t. 1. de accusationibus & inscriptionibus.

a *Zosimus hist. 2.*

DD.

DD. NN. FL. VALENTINIANO ET GRATIANO
... RATORIBUS SUIS
CEIONIUS RUFUS VOLU...
ANUS V. C. ET INLUSTR....
EX VICARIO ASIE ET CEIO
NI RUFI VOLUSIANI V. C.
ET INLUSTRIS EX PRÆFECTO...
TORIO ET EX PRÆFECTO UR...
ET CECINE LOLLIANE CLAR...
ME ET INLUSTRIS FEMIN...
DEÆ ISIDIS SACERDOTIS F...
ITERATO VIGINTI ANNIS EX P...
TIS TAUROBOLIIS VI. ARAM CONSTITU....

ET CONSECRAVIT X. KAL. JUN. D. N. VA...
TINIANO AUG. ET NEOTERIO C...

Factum id anno Chriſti CCCXC. Deinde apparet duo iſta nomina. *Illuſtris* & *Clariſſimus* adeo fuiſſe diſtincta, ut tertium honoris attributum, inter ea medium, inventum fuerit: videl. *ſpectabilis*. Dicti ſunt *illuſtres* eodem tempore *Patricii* recenter creati, *Præfecti Prætorio*, *Comes largitionum Comes rerum privatarum* & alii quidam magni officiales in Republ.: *Spectabiles* Proconſules Provinciarum, *Vicarii* Præfectorum Prætorio & alii, *Clariſſimi* autem omnes in genere dicti ſunt, Senatores, juxta morem magis antiquum. Quod vero *Iſidorus Orig. lib. 9. cap. 4.* tripartitam fecerit diviſionem Senatorum in *Illuſtres*, *Spectabiles & Clariſſimos*, dubito alii id inniti fundamento, quam quod illi viri majorum dignitatum, honorariarum vel officiariarum, varie Senatoribus collatarum, hoc intuitu dicti fuerint vel *Illuſtres* vel *ſpectabiles*. Exiſtimo autem quod Senator, tanquam Senator nominandus tantummodo fuerit *Clariſſimus*; aliis attributis accedentibus ipſi, prout in alia quoq; dignitate fuit conſtitutus, ad quam temporum conſuetudo illa adjecerat. Inde *Ordinarius* tantum etiam pro Titulo *Clariſſimi* eſt in *Novel 31. c. 1. §. 2. & vide ib. Gothofred.* Deinde officiales aliqui *Clariſſimi* tituli donati ſunt, quamvis Senatoribus inferiores fuere. Et videtur quod *Illuſtru* ap-

Zeno L. unica C. ut omnes Iudices tam ciß. quam crim. ſide No vell 7. in Epilogo. Novell. 8 cap. 1. de defenſoribus ciuitat. Novell. 31. cap 1. §. 2. &c.

L. 8. C. de Principib. a-

gent. in rebus & nobell. cap. 71. C. ut omnes Iudices tum. civil. quam crimi-nal. L. unic. nove." 44. cap. 1. §. 1. Vide ante alios Leunclavium Notatorum lib. 2. pag. 253.

appellatio regnante *Iustiniano* (nam permutatio titulorũ infrequens haud fuit) comprehenderit etiam Senatores omnes: Ad hanc enim ætatem pertinent verba posteriora *L. 12. ff. tit. de Senatoribus*, quæ *Tribonianus* reliquit ibi, utut communiter legantur acti coæva essent *Ulpiano*, ex cujus libris de censibus prima istius legis pars desumta est. Recte igitur eruditi statuerunt esse tantum illa ætatis *Iustinianæ*, & illuc translata esse ex *Novella* LXII. quam utut revera tantum habemus in epitome, attamen sic explicat sensum ejus in Titulo de *Senatoribus*, ut sufficienter persvadere nobis nequeamus aliam ejus esse originem, præsertim quoniam cum Romanorum consvetudine circa ætatem *Ulpiani* minime convenit. Verba sunt: *Senatores accipiendum est eos qui a Patriciis & Consulibus usque ad omnes illustres viros descendunt; quia hi soli in senatu sententiam dicere possunt*; quæ breviter efferuntur in *Synopsi Basilicã* Eclog. 7. οἱ ἀπὸ Πατρικίων ἕως Ἰλλυστρίων εἰσὶν οἱ συγκλητικοὶ: id est, *omnes sunt Senatores inde a Patriciis ad Illustres usque inclusivè*: qui locus una cum in epitomen redacta *novella Iustiniani*, ante adducta, collatus cum illis apud *Photium* quæ erronee impressa sunt, ac si essent fragmentum ex *Diodoro Siculo* (cujus ætate *illustris* vocabulum nondum erat peculiare honoris attributum; vixit enim in principio Imperii) optime id explicat: Apud *Photium* legimus prope finem ipsius *Diodori* ἔτι τὸ τῶν Ἰλλυστρίων ἀξίωμα τρίτην ἀπὸ τῶν πατρικίων τάξιν ἐπέχειν ἄτος φησιν. *Dicit, quod Dignitas Illustrium tertius sit gradus a Patriciis.* Certe *Diodorus* ejusmodi verba eloqui non potuit. Neque ista dignitas viguit ipsius ætate. Sensus autem est (ex legibus *Iustiniani*) quod Senatores qui nihil fuerunt præterquam Senatores, & ordinarie *Illustres* fuerint tertii a Patriciis, ipsisque Proximi Consules, ut & ex L. 12. ff. de Senatoribus patescit.

Cod. 244. pag. 990.

Infra *Clarissimi* elogium fuerunt *Perfectissimi* & *Egregii* vocabula, pro officiis minoris notæ tum in aula tum in Provinciis, & *Perfectissimus primi, secundi & tertii ordinis.* Ab istis epithetis in concreto facta sunt ista abstracta: *Illustratus Spectabilitas, Clarissimatus, Perfectissimatus & Egregiatus*, ad denotanda officia, quibus isti titulj fuerunt debita. *Avus Cassiodorus* (inquit *Cassiodor. variar. lib. 1. 4.*) *Illustratus honore cinctus.* Imperatores etiam diserte crearunt vel contulerunt ista attributa, his dignitatibus propria, dando alicui

L. 7. C. de Palatin. Sacr. larg. & C. Theod. lib. 6. tit. 29. l. 8.

Illu-

Illuſtratum, Clariſſimatum, etſimil. Formulas ejusmodi creationum vide apud *Caſſiodorum*, ut *Illuſtratus Vacantii* a *lib. 6. form. 11. Spectabilitatis lib. 7. form 37. Clariſſimatus ibidem form. 38.*

a *Sidefis l. ulti §. 2. ubi Senatores vel Clariſſ.*

Hæc cum aliis duobus ſæpe commemorantur in utroque Codice, aliisque bonis Authoribus, præſertim circa milleſimum atque milleſimum trecenteſimum abhinc annum, in *Ammiano, Sidonio, Symmacho, &c.* Sic *Codicilli Perfectiſſimatus* ſeu literæ patentes de Elogio *Perfectiſſimi* commemorantur in utroque Codice.

C. *de perfectiſſimatus dignitate l. unic, & C. Th. eodem tit. 37. & leg. 4. l. 8. tit. 4.*

Fuit præterea etiam titulus his omnibus major, quanquam olim non expreſſus verbo aliquo, & quem Iuris Conſulti recentiores dixerunt *Super illuſtris* ſenſu ſatis proprio. Nam quando *Illuſtres* ſubinde leguntur, conjunguntur ipſis alii quidam dicti *qui ſuper eos ſunt*, vel ſimili deſcriptione. Ut *Cod. de uſuris l. 26. Eos. Iubemus illuſtribus quidem perſonis, ſive eas præcedentibus minime licite ultra tertiam partem centeſimæ uſurarum nomine in quocunque contractu vili vel maximo ſtipulari.* Et *Inſtit. lib. 4. tit. de injuriis* §. 10. *Hoc obſervando quod Zenoniana conſtitutio introduxit ut viri Illuſtres, quique ſuper eos ſunt* (*Theophilus* vertit Ιλλούστριοι οἱ μείζονες καὶ τὸ ἀξίωμα) *per procuratores poſſint actionem injuriarum criminaliter vel proſequi vel ſuſcipere.* Sic in *Authenticis Novella 71.* in lemmate: *ut ab illuſtribus & qui ſuper eam dignitatem ſunt.* &c. Qui fuerint iſti non ſatis manifeſtum eſt. Certe tamen veriſimile ex ipſis fuiſſe *Cæſares*. Et fortaſſis circa illa tempora, *Præfecti Prætorio* (quorum dignitas dicebatur *Illuſtriſſima*, ipſique aliquando *Illuſtres & Magnifici* conjunctim, cum alii tantum dicerentur *Illuſtres*, & quidem ante *Iuſtiniani* tempora, unde depromuntur omnes illi textus mentionem facientes *ſuper Illuſtrium*) fuerunt etiam ex ipſis, ut & *Patricii*. Videtur tamen quod *Illuſtres & qui ſuper eos ſunt* minime in uſu fuerunt usque ad *Iuſtinianum*. Nam ipſa Conſtitutio *Zenonis* in *Inſtitutionibus* allegata, & fuſe extans in *Codice lit. Si quando: de injuriis*, minime loquitur de aliquibus qui ſint *ſuper Illuſtres*, verum de *illuſtribus* tantum. Cum vero *Iuſtiniani* tempore diſtinctio facta eſt inter *illuſtres* & quosdam ſuper eos, meminit Conſtitutionis *Zenonianæ* de *Illuſtribus* ac ſi comprehenderet utrosque: nam ſatis æque potuit ad majorem extendi dignitatem, quod in favorem minoris factum erat: unde fortaſſis etiam eſt, quod Latini-

Honor. & Theodoſ. l. 8. C. de defenſoribus.

tinus Titulus in Authenticis habeat *ut ab Illustribus & qui super eam dignitatem sunt*, etsi Græca solum meminit *Illustrium*. Videtur etiam, quod *Iustiniani* ævo *Gloriosissimi* appellatio fuerit attributum illorum qui super illustres fuere. Nam usitatissimæ appellat suos Præfectos Prætorio nomine isto: ut *Iohanni Gloriosissimo Orientalium Prætoriorum Præfecto*, & his similia sæpe occurrunt in Authenticis. Græce semper effertur ἐνδοξωτάτῳ. Vox autem latina *Illustris* exigua cum mutatione Græce est ἰλλόστριος, docetque in authenticis istis diserte distingvi a *Gloriosissimo*. Ut in *Novell 43. cap.1*, de muniis obeundis officinarum & tabernarum Constantinopoli, quarum quædam excusantur, aliæ vero ad quemcunque Dominum pertineant adstringuntur, sive sint *Gloriosissimorum Senatorum* sive *Magnificentissimorum Illustrium*, vel *Spectabilium*, &c. *Gloriosissimos* hic *Senatores* puto esse Senatores illos qui tum vel antehac fuerant *Præfecti Prætorio* vel etiam fortassis *Patricii*, ideoque fuerunt supra *Illustres*, *Magnificentissimos* autem *Illustres* existimo esse ex ordine *Illustrium*: Nam *Magnificentissimi Illustres* vel μεγαλοπρεπεστατοι ἰλλόστριοι postmodum ponuntur pro *Illustribus* in *Novell. 71. cap.1. & Novell.74. cap.4.* legimus: *In majoribus dignitatibus & quæcunque usque ad nos & Senatores & Magnificentissimos Illustres, neque fieri hæc omnino patimur* ubi potius legendum ad *nostros Senatores*, ut Græca habent κῆ) ἐστι μεχρὶ τῶν ἡμετέρων ἐν συγκλητικῶν. Et *nostri Senatores* hic sunt existentes *super Illustrium dignitatem*. Officium quoque *Præfecti Urbi* vocatur a Justiniano *Gloriosissima Urbicaria Præfectura*. Atque sic possunt sex attributa honorum numerari illa Imperii ætate. *Gloriosissimus, Illustris, Clarissimus, Spectabilis, Perfectissimus & Egregius*; præter illa attributa *Magnificentissimi Sublimissimi, Excelsi* etsimil. quæ & hodie usurpantur minime tamen ita distingvendi natura, ut reliqua. Dignitatem illorum qui fuerunt supra illustres, Legisperiti posteriorum temporum, appellarunt voce in unam composita *Superillustrem* deque reliquis, omissis *Perfectissimo* & *Egregio* tanquam infimo titulo, & levissimæ æstimationis, istos composuerunt versus.

L.7.§.6. C. de Curator. furios.

Lucas de Penna ad C. tit. de dignit. in proemio, & vide Alciat. lib. de singulari Certamine cap.32.

Illustris *primus*; *Medius* Spectabilis; *Imus*
(Ut lex testatur) Clarissimus *esse probatur.*
Et Superillustris *præponitur omnibus istis.*

Possunt hæc intelligi de illis tantum qui Senatores fuere, (quoniam appli-

applicant ad tempora antiqua) vel neutiquam minoris dignitatis, intuitu Attributorum ſuorum, quam cujus Senatores fuere. Nam *Clariſſimi* titulus hic infimus exiſtens Senatorum fuit aliorumque cum eis. Integro *ordine Equeſtre* (niſi cum aliquis ex iſto alias eſſet Senatoriæ dignitatis vel propter Officiarias dignitates *Clariſſimatus* ad eum pertineret) excluſo. Nam *Ordo Equeſtris* [a] reductus eſt ad proximum *Clariſſimatus* gradum, vel ſtatum *ordinis ſecundi*, prout olim in uſu fuerat juxta Conſtitutionem *Valentiniani & Valentis*; cum fuiſſet, ut videtur, (poſtquam tituli *Clariſſimus* atque *Perfectiſſimus* & alii cœperunt in uſu eſſe) infra dignitatem *Perfectiſſimatus*. Nam in Conſtitutione *Conſtantini* [b] (prout legitur in *Theodoſii* codice; multumque differt ab illa in Codice *Juſtinianeo*) de venia ætatis Infantibus concedenda ad *Verinum, Præfectum Prætorio* verba ſunt: *Senatores apud Gravitatis tuæ officium de ſuis moribus & honeſtate perdoceant.* Perfectiſſimi *apud vicariam perfectum.* Equites Romani & *cæteri apud præfectum vigilum.* *Navicularii apud perfectum annonæ.* Vetus ait Interpres, *ut qualis vel quam digna perſona ſit, apud talem judicem hæc quæ dicta ſunt habent approbare*; quod oſtendit *Equeſtrem ordinem* infra *perfectiſſimos* eſſe. Verum ad remunerandos Equites (ut videtur) intuitu laborum ſuorum, cum tam multæ atque vanæ diſtinctiones aliorum per ſpecioſa attributa obſcurarent dignitatem ſuam antiquam, acceperunt quædam privilegia per Conſtitutionem *Valentiniani* & *Valentis* & liberabantur ab oneribus, a quibus & Senatores fuere immunes, *Equites Romani, quos ſecundi gradus* (ſancitur C. Theod. lib. 6. tit. 36.) *in urbe omnium obtinere volumus dignitatem, ex indigenis Romanis & civibus elegantur, vel his peregrinis quos corporatis non oportet adnecti. Et quia vacuos hujuſmodi viros eſſe privilegiis non oportet, corporibus eos injuriarum & perſecutionum formido non vexet, ab indictionibus quoque quæ* Senatorium Ordinem *manent, habebuntur immunes.*

[a] L. unica C. *de equeſtri dignitate.*

[b] *Vide ſi placet C. Theod. lib. 2. tit. 17. l. unic. quæ nimium diſcrepat ab ea quæ pro eadem ipſa habetur. C. tit. de his qui veniam ætatis &c. l. 2.*

Græci in Imperio Orientali ut plurimum *Spectabilem* verterunt περίβλεπτον, *Clariſſimum* v. λαμπρότατον. Aliquando etiam vocem *Spectabilis* retinuerunt, unde in Gloſſario *Baſilicorum* vox Σπεκτάβιλις in Græciam recepta redditur περίβλεπτος. Sic *Illuſtris* etiam (uti jam dictum) ἰλλούστριος ſcribitur, unde *Procopius* accepit vocem illam, tanquam ordinarium attributum nominis ſui; ut & *He-*

Suidas in Procopio Fide, ſi placet, Meurſii Gloſſarium Græcobarbar. in ἰλλούστριος.

Heſychius qui vitas Philoſophorum ſcripſit, indeque vocatur *Illuſtrius*. In *Novel.71. cap.1.* legitur Θεσπίζομεν τοίνυν ἄχρι καὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλυστρίων τοῦτο κρατεῖν, *Sancimus itaque ad Magnificentiſſimos Illuſtres hoc valere.* Sic & alibi in Authenticis, quamvis & ἐνδοξ. aliquando vocem iſtam interpretetur ibidem. Addimus hic ad vocem ἰλλύστρι. ex Græcorum Ritualibus de vita S. *Theophanæ* uxore *Leonis* filii *Baſilii*. Ἔτυχε ὑπάρχει γέννημα καὶ θρέμμα Κωνσταντινουπόλεως, ἐξαίματος βασιλικοῦ τὴν γένεσιν ἔχουσα ἐκ τῶν περιβλεπτων Μαρτινακίων θυγατὴρ κωνσταντίνου τὴν ἀξίαν ἰλλυστρίου καὶ Μητρὸς Ἄννης ἐκ τῶν ἀΦ' ἡλίου ἀποτολῶν ἀρμωμένης. *Nata eſt & educata Conſtantinopoli, ſanguine Regio deſcendit ex Martinaciis, qui fuere Spectabiles ſeu περίβλεπτοι. Filia fuit Conſtantini, qui ex dignitate ſua Illuſtris fuit & Annæ fœminæ orientalis.* Et *Maximus Margunius* Epiſcopus in *Cerigo* ediſſerens eadem Græcobarbaro ſermone, ait quod deſcenderit ἀπὸ τοὺς λαμπροτάτους Μαρτινακίους, θυγατέρα κωνσταντίνου κατὰ τὸ ἀξίωμα ἰλλυστρίου, quæ idem dicunt cum ſuperioribus niſi quod *Martinacii* ab ipſo vocentur λαμπρότατοι, *Clariſſimi*, qui ibi dicebantur περίβλεπτοι *Spectabiles*. Verum attributa iſta minime adeo fuerunt diſtincta, ut non aliquando eadem perſona habuerit uno plura ſibi data ſimul, quod vulgo factum ex diverſo jure ad ea, quo gaviſa eſt ratione diverſarum functionum vel dignitatum ſuarum in republ. Atque his attributis peculiaria quoque privilegia ſunt addita, hic à nobis non commemoranda.

Menolog. magnū d.16. Decembr.

Βιοὶ Ἁγίων *pag ξμ, b.*

Videſis C. tit. ubi Senatores vel Clariſſ. l.1. & Novel.71. & r. adde Pancirol. in notit utraque cap. 2,3, & 4.

Sicuti uſi ſunt honorariis attributis in concreto, ita etiam varie in abſtracto. Ad *Præfectum Prætorio* pertinuit *Magnificentiatua*, vel *veſtra*, *Magnitudo tua*, vel *Celſitudo tua*, *Sublimitas tua*, *Miranda Sublimitas*, *Eminentia* vel ὑπεροχή, & his ſimil. obvia in utroque Codice atque Authenticis. Ex his etiam quædam pertinuerunt ad *Illuſtres*. *Spectabili* dixerunt *Spectabilitas tua*, *Clariſſimo*, *Claritas tua*, & ſæpe *Sinceritas*, ut & *Gravitas*, quæ vox etiam tributa fuit *Perfectiſſimo*. Sed neque iſta neque concreta ſemper addita fuere. Sæpe Reipublicæ miniſtri appellati ſunt cum eis & ſæpe absque eis. In Authenticis aliquando nulla ponit epitheta Græcus textus, ubi ponit ea Latinus, & viceverſa, deſunt in Latino, uti addita leguntur in Græco. Plura ſcire ſi vis adi *Pancirollum in notis ad utrumque, cap.*

2.3

2,3, & 4. & in Theſaur. variar. lectionum, utriuque juris lib. 1. cap. 2,3. &c. Antonium Surgent: in Neapoli illuſtrat. lib. 1. cap. 19. 14. &c. Jul. Cæſar. Bullingerum de Imp. Rom. lib. 2. cap. 18, 19 ſeq. Valdeſium, *de dignitate Regis Catholici*, Briſſonium, *de Formulis lib. 3. p. 317. edit. 1592. Francof.* & ejusmodi plures, præter utrumque Codicem, & Doctores in ſpecie commentantes in librum ultimum *Iuſtiniani*. vide etiam hac de re ſupra §. 8. Capitis primi circa finem.

III. Seculis ſequentibus tituli iſti & ſimiles in concreto atque abſtracto varie uſurpati ſunt in elogiis Principum, Ducum, Comitum, reliquorum. *Illuſtris* (ut oſtenſum in parte prima) fuit peculiaris Regum titulus in aula Romana, & juxta morem iſtius aulæ etiam in aliis locis receptus eſt. Quibus Ducibus id permittat, *Alciatus* libro de ſingulari certamine cap. 32. 33. ipſius adducta Part. 1. cap. 7. §. ultimo verba docent: ut &, quibus tribui debeatur, appellatio *Superilluſtris* (facta voce pro iſtis qui ſunt ſuper illuſtres) *Spectabilis* vocem permittit Ducibus minoribus, vel Ducibus mere ſubditiis, Marchionibus & Comitibus, *quos quidam Principes vocant*, (verba ſunt *Alciati*) *diu tamen ab ipſo Cæſare dignitatem ſuam acceperint*. Exiſtimavit, ni fallor, aut ab alio quocunque Principe abſoluto. *Clariſſimus*, pergit, pertinet ad Comites, Barones, Vavaſſores *atque id genus Pagani Reguli* dependens ex Ducibus, tanquam Autore ſuo vel immediatè ſupremo Domino. De vocibus *Illuſtris Superilluſtris, Spectabilis* vide etiam *Specul. Saxonic. lib. 1. art 3. §. 2. lib. 3. art. 45. 53. 57. 58. 99.* De *Celſitudinis* vocabulo ait *Pancirollus ad notit. utr. cap. 2. Hoc titulo hodie Principes paulo Regibus inferiores honeſtantur.* De *Celſitudine* vide etiam nonnullæ in prima hujus libri parte: quibus adde verba *Bodini* loquentis de rep. lib. 1. cap. 9. ſic de quibusdam Principibus quoad poteſtatem infra Reges conſtitutis. *Quo fit*, ait, *ut Saxoniæ olim, Bavarorum, Allobrogum, Lotharingorum, Fermenſium, Florentinorum, Mantuanorum Duces & Majeſtatis appellatione abſtineant, Celſitudinis verbo contenti aut Sereniſtatis quam ſibi Dux Venetorum tribuit.* Et videmus communiter vocabula *Celſitudo, Altezza, Hauteſſ', & Highneſſ'*, ejusmodi Ducibus tribui. Neque ſplendidius vocabulum abſtractum tribuitur Principibus *Wallia* apud nos. Sed *Bodinus*, ut vides, putat *Sereniſtatis* vocem eſſe indifferentem pro iſtis ſimilibusque Ducibus. *Sereni-*

niſſimi & Excellentiſſimi appellantur nunc ſæpe in literis aliorum Principum, & aliquando *Illuſtriſſimi nec non Excellentiſſimi.* Appellatio autem *Sereniſſimi* creditur eſſe ſublimius attributum, & unum ex ſummis pertinens ad quemcunque Principem ſupremo Regis titulo carentem. Inde factum ut in Transactione *Bononienſe*, inter Deputatos Reginæ *Eliſabethæ*, Regis *Hiſpaniæ* atque Archiducis *Auſtriæ* præter alia contra formulam Commiſſionis Anglorum, exceptio prolata fuerit *contra adjunctum Illuſtriſſimi* (narrante *Camdeno* eruditiſſimo; de quo attributo plura dicta ſunt, quam de reliquis traditis etiam inferioribus dignitatibus in prima parte) *in titulo Archiducis, qui, ut dixerunt, ſacris Imperatoribus ortus Regum Hiſpaniæ gener & frater, maritus & caput Sereniſſimæ* Iſabellæ *Infantis Hiſpaniarum primogenitæ, ab omnibus Principibus* Sereniſſimi *titulo honoretur, Angliæ dicentibus* Archiducem Regi *in Titulo non adæquandum nec alium, quam* Illuſtriſſimi *titulum in Antiquis tractatibus Archiduci* Philippo Caroli V. *patri, fuiſſe delatum. Reſponderunt Hiſpani minimè mirum.* Illuſtriſſimi *titulum eo ſeculo Archiduci* Philippo *fuiſſe delatum, cum non alius in eodem tractatu Regi* Henrico VIII. *attribueretur.* Unde *poſt pauculos dies* (inquit) *titulo* Sereniſſimi, *quotieſcunque Archiducis nomen occurrit, in Regina Autographo ritè inſerto, Angli poſtularent, ut præſentes convenirent (hactenus enim per ſcripta & Colloquia cum Archiducis Delegatis egerant) atque loci prioritas Reginæ deferretur.* Atque ſic tractata fuit controverſia de præcedentia ſicuti diximus in fine primæ partis. Attributa vero *Illuſtriſſimi, Excellentiſſimi, Potentiſſimi, Sereniſſimi, & Celſiſſimi*, aliaque his ſimilia variè addita ſunt Dignitatibus ſubordinatis juxta arbitrium Scriptoris, & morem ſeculi, quæ duo ut plurimum conſtituerunt normata horum attributorum, eademque immutarunt. De Titulo *Excellentiſſimoque* tradito non ſolum Principibus, aliisque *Titulatis*, verum etiam Doctoribus Juris & Medicinæ, in *Italia*, vide *Trajani Boccalini Relationes ex Parnaſſo* Cent. 1. 49. ubi ſingularem *Appollinis* affert deciſionem. Vide etiam ſupra *Pragmaticam Hiſpaniæ ſanctionem* c. 4. §. ultimo. explicantem titulos iſtius regionis. Titulares libri *Germanorum*, Stylus Curiæ *Romanæ* & regnorum *Galliæ, Angliaque* & his plura, exhibent plurima ejus ſpecialia, atque ad ea lectorem remitto.

Annal. ſub anno 1600.

No-

NOTA.

Adde his Autoribus etiam Erüditiſſimi *Beemanni Syntagma dignitatum*, quod ſupra ad finem Partis primæ edendum diximus, nunc abſolutum & editum eſſe, cernimus.

CAP. XI.

I. De *Præcedentia* in genere; & magis ſpecialiter de *Præcedentia* quorundam Officialium, Dignitatum, aliarumque qualitatum in Republ. *Iudaica.*

II. Summaria deſignatio Legum Imperialium de *Loco & Præcedentia* Secularium dignitatum.

III. Leges & Decreta ejusmodi in Rebuspubl. aliis; præſertim in *Anglia.* Leges Præcedentiæ in Eccleſiaſticis dignitatibus.

IV. *Catalogi*, *Commentarii*, vel *Tractatus* de *Præcedentia.*

V. Speciales *quæſtiones*, & *deciſiones* circa Præcedentiam.

COngruum eſſet ſubſtratæ materiæ large hic pertractare materiem *Loci* & *Præcedentiæ* pertinentem ad Titulos hactenus exhibitos, ſive quomodo ſe invicem reſpiciunt, ſive dignitates alias, quæ ſunt vel mere officiariæ, Eccleſiaſticæ, vel alius cujusve indolis. *Nulla eſt quidem contumelia ſecundi* (inquit *Anſonius*) *ſed, ex duobus, gloria magna Prælati.* Ideoque hæc materia præcedentiæ civilis omnino conſiderationem meretur. Nam quoniam frequenter commiſcentur in hominibus omnis generis Officia, dignitates, & gradus, æque in Eccleſia ac republ., & quoniam rationes Præcedentiæ inter ipſos omnes frequenter applicari queunt in caſibus Dignitatum a nobis exhibitarum: ideo varia loca & præcedentiæ omnium ſatis recte hic evolvi poſſent, utut ſubordinati tituli ipſi, a nobis hic producti fuerint ſaltem Temporales & primario honorarii. Sed ratio, qua inducti ſumus, ne quæſtionem de *Præcedentia* in prima parte diſceptaremus, hic nobis idem ſuadet. Conſtituimus igitur potius confice-

in gratiarum actione.

niſſimi & Excellentiſſimi appellantur nunc ſæpe in literis aliorum Principum, & aliquando *Illuſtriſſimi nec non Excellentiſſimi.* Appellatio autem *Sereniſſimi* creditur eſſe ſublimius attributum, & unum ex ſummis pertinens ad quemcunque Principem ſupremo Regis titulo carentem. Inde factum ut in Transactione *Bononienſe*, inter Deputatos Reginæ *Eliſabethæ*, Regis *Hiſpaniæ* atque Archiducis *Auſtriæ* præter alia contra formulam Commiſſionis Anglorum, exceptio prolata fuerit *contra adjunctum Illuſtriſſimi* (narrante *Camdeno* eruditiſſimo; de quo attributo plura dicta ſunt, quam de reliquis traditis etiam inferioribus dignitatibus in prima parte) *in titulo Archiducis, qui, ut dixerunt, ſacris Imperatoribus ortus Regum Hiſpaniæ gener & frater, maritus & caput Sereniſſimæ* Iſabellæ *Infantis Hiſpaniarum primogenitæ, ab omnibus Principibus* Sereniſſimi *titulo honoretur, Anglis dicentibus* Archiducem Regi *in Titulo non adæquandum nec alium, quam* Illuſtriſſimi *titulum in Antiquis tractatibus Archiduci* Philippo Caroli V. *patri, fuiſſe delatum. Reſponderunt Hiſpani minimè mirum.* Illuſtriſſimi *titulum eo ſeculo Archiduci* Philippo *fuiſſe delatum, cum non alius in eodem tractatu Regi* Henrico VIII. *attribueretur.* Unde *poſt pauculos dies* (inquit) *titulo* Sereniſſimi, *quotiescunque Archiducis nomen occurrit, in Regina Autographo ritè inſerto, Angli poſtularent, ut præſentes convenirent (hactenus enim per ſcripta & Colloquia cum Archiducis Delegatis egerant) atque loci prioritas Reginæ deferretur.* Atque ſic tractata fuit controverſia de præcedentia ſicuti diximus in fine primæ partis. Attributa vero *Illuſtriſſimi, Excellentiſſimi, Potentiſſimi, Sereniſſimi, & Celſiſſimi*, aliaque his ſimilia variè addita ſunt Dignitatibus ſubordinatis juxta arbitrium Scriptoris, & morem ſeculi, quæ duo ut plurimum conſtituerunt normata horum attributorum, eademque immutarunt. De Titulo *Excellentiſſimoque* tradito non ſolum Principibus, aliisque *Titulatis*, verum etiam Doctoribus Juris & Medicinæ, in *Italia*, vide *Trajani Boccalini Relationes ex Parnaſſo* Cent. 1. 49. ubi ſingularem *Appollinis* affert deciſionem. Vide etiam ſupra *Pragmaticam Hiſpaniæ ſanctionem* c. 4. §. ultimo. explicantem titulos iſtius regionis. Titulares libri *Germanorum*, Stylus Curiæ *Romanæ* & regnorum *Galliæ, Angliæque* & his plura, exhibent plurima ejus ſpecialia, atque ad ea lectorem remitto.

Annal. ſub anno 1600.

No-

NOTA.

Adde his Autoribus etiam Erüditiſſimi *Beemanni Syntagma dignitatum*, quod ſupra ad finem Partis primæ edendum diximus, nunc abſolutum & editum eſſe, cernimus.

CAP. XI.

I. De *Præcedentia* in genere; & magis ſpecialiter de *Præcedentia* quorundam Officialium, Dignitatum, aliarumque qualitatum in Republ. *Iudaica*.

II. Summaria deſignatio Legum Imperialium de *Loco & Præcedentia* Secularium dignitatum.

III. Leges & Decreta ejusmodi in Rebuspubl. aliis; præſertim in *Anglia*. Leges Præcedentiæ in Eccleſiaſticis dignitatibus.

IV. *Catalogi*, *Commentarii*, vel *Tractatus* de *Præcedentia*.

V. Speciales *quæſtiones*, & *deciſiones* circa Præcedentiam.

COngruum eſſet ſubſtratæ materiæ large hic pertractare materiem *Loci* & *Præcedentiæ* pertinentem ad Titulos hactenus exhibitos, ſive quomodo ſe invicem reſpiciunt, ſive dignitates alias, quæ ſunt vel mere officiariæ, Eccleſiaſticæ, vel alius cujusve indolis. *Nulla eſt quidem contumelia ſecundi* (inquit *Anſonius*) *ſed, ex duobus, gloria magna Prælati.* Ideoque hæc materia præcedentiæ civilis omnino conſiderationem meretur. Nam quoniam frequenter commiſcentur in hominibus omnis generis Officia, dignitates, & gradus, æque in Eccleſia ac republ., & quoniam rationes Præcedentiæ inter ipſos omnes frequenter applicari queunt in caſibus Dignitatum a nobis exhibitarum: ideo varia loca & præcedentiæ omnium ſatis recte hic evolvi poſſent, utut ſubordinati tituli ipſi, a nobis hic producti fuerint ſaltem Temporales & primario honorarii. Sed ratio, qua inducti ſumus, ne quæſtionem de *Præcedentia* in prima parte diſceptaremus, hic nobis idem ſuadet. Conſtituimus igitur potius confice-

in gratiarum actione.

re ejusmodi ſummariam deſignationem Legum, Scriptorum, Deciſionum, aliarumque ſpecialium rerum ad *Præcedentiam* pertinentium, quæ poſſit egregiam nec temnendam lucem præbere ſerio inquirentibus in quæſtiones iſtas.

I. Antiquiſſima Præcedentiæ cauſa, ut videtur, deſumpta eſt ex Senectute, ſeu prioritate nativitatis inter illos qui alias fuere æqualis dignitatis. Hujus teſtimonia habemus in Teſtamento veteri. Idem quoque noſtra obſervatur ætate in locis nonnullis ubi antiqua ſimplicitas in rebus hujus generis perſeverat, quanquam & ibi mores ſint nimium barbari. Hæc cauſa *præcedentiæ* fuit apud *Spartanos*, & imprimis in Collegio *Augurum Romanorum* ubi *ut quisque ætate antecellebat*, (inquit Cicero lib. de Senectute) *ita ſententiæ principatum tenebat, neque ſolum honore antecedentibus, ſed iis etiam, qui cum imperio erant, majores natu Augures anteponebantur.* Prioritas deinde electionis vel creationis, inter homines ejusdem dignitatis dedit utplurimum præcedentiam, ſicuti varia eminentia vel honor dignitatum fecit inter homines ejusdem dignitatis. Hanc eminentiam vel honorem in ſecularibus officiis dijudicarunt ex indole functionis, ex curta vel longa veſte, ex uſu ejus a in Republ., ex poteſtate ipſis conjuncta, & aliis juxta ſententiam iſta definientium. Antiquiſſimam diſertamque diſtinctionem Præcedentiæ quam vidi in officiis, dignitatibus & aliis qualitatibus una mixtis eſt ex republica Judæorum legiturque in eorundem *Mišnajoth* כהן קודם ללוי לויהישראל ישראל לממזר ממזר לנתין נתין לגר וגר לעבד משוחרר אימתי בזמן שכולן שוין אבל היה ממזר תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ id eſt, *Sacerdos præcedit Levitæ, Levita Iſraelitæ, Iſraelita Mamzero, (ſeu ſpurio vel genito ex inceſtu* Devt. 23. verſ. 2.) *Mamzer Nethino, (genito ex Gibeonitis Joſ. 9. 23.) Nethinus Proſelyto, Proſelytus ſervo manumiſſo. Veritas autem hujus collocationis conſiſtit, ubi ſunt æqualia dignitatis. Nam ſi Mamzer bene fuerit eruditus in lege, Summus Sacerdos vero homo terræ* (id eſt idiota, nihil ſciens) *tum Mamzer præfertur ſummo Sacerdoti.* In hunc *Miſnajoth* textum habemus in *Gemara Hieroſolymitana* notam ſimilem, alia quoque officia & dignitates ſic ordinantem. חכם

Agell. lib. 14. cap. 7.

a *Cicero orat. pro Murana & ibidem Qu. quodlibetic.* de toga & ſago (*ſubjunctum* Famiani Stradæ *prolusionibus Academicis*) *autore* Valerio Andrea.

Talmud Hieroſolym. tit. Horajoth fol. 48. col. 2. & Babyl. ad eund. fol. 18.

חכם קודם למלך מלך קודם לכהן גדול כהן גדול קודם
לנביא נביא קודם למשיח מלחמה משוח מלחמה קודם
לראש משמר ראש משמר קודם לבית אב בית אב קודם
למרכל והמרכל קודם לגזבר גזבר קודם לכהן הדיוט
כהן הדיוט קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר ממזר
לנתין נתין לגר וגר לעבד משוחרר אימתי בזמן שכולן
שוין אבל אם היו ממזר תלמיד חכם וכהן גדול
עם הארץ ממזר מתלמיד הכם קודם לכהן גדול עם הארץ

Sapiens præcedit Regem, *Rex Sacerdotem ſummum, Sacerdos Summus præcedit* (Sacerdotem) *unctum* [a] *bell. Unctus belli præcedit Capita Ephimerias, qui eſt caput ſeu primus in Ephimeria* [b] *præcedit Patrem familiæ,* Pater *familiæ præcedit Præpoſitum ærarii ſacri. Præpoſitus ærarii præcedit quæſtorem : Quæſtor præcedit Sacerdotem vulgarem, Sacerdos vulgaris Levitam, Levita iſraelitam, Iſraelita Mamzerum, Mamzer Nethinæum, Nethinæus Proſelytum, Proſelytus manumiſſum. Vera ſunt iſta ſi intelligas de omnibus dum æqualis ſunt conditionis. Nam ſi Mamzer ſit eruditus, Summus Sacerdos vero idiota, tum Mamzer præcedit Sacerdotem Summum.* Verum hæc fortaſſis obſervata tantum ſunt in Scholis ſuis, vel ubi publicæ legis lectiones habitæ ſunt. Nam illud *Miſna,* cui hæc poſteriora de Rege ſunt addita, ita olim interpretati ſunt Doctores conſcribentes *Toſephoth*, id eſt, additamenta. Sic diſerte *Rabbi Abraham Zacuth* הסדר שאומר בסוף הוריות הוא בבית קאית קמרכש וכן כתבו התוספות *Ordo* (præcedentiæ) *in fine Horajoth* (eſt locus ante adductus) *pertinet ad Scholas, atque ſic ſcribunt Autores additarum expoſitionum.* Ideoque hic primum locum *Sapientis,* vel bene eruditi in lege, interpretari decet ſicut illud *Arcti* in Collegio Poetarum, qui conſcius virium ſuarum in arte iſta noluit aſſurgere *Iulio Cæſari* intranti *non Majeſtatis ejus memor* (ait *Valerius lib. 3. cap. 7.*) *Sed quod in comparatione communium ſtudiorum aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret. Quapropter inſolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.* Alia quoque ſpecialia ibi fuerunt circa locum & præcedentiam in ſacrificiis, quando perſonæ diverſa-

a *ex lege Deut. 20.2.*

b *quales in 1. paralip. 24. & Luc. 1.5.*

Nota *de nominibus Præfecti & quæſtoris eorumque diſtinctione vide Buxtorf Lex Talmud. ſub radice* אמב במרכל *in fine Sephor Jaſin fol. 16. a.*

Nota. *Vid. Librum de Synedriis Ebræorum 2. cap. 6. §. 2.*

verſarum conditionum obtulerunt ea, atque in curiis judiciorum, quæ fuſius oſtendam in libro *de Conſeſſu Ebræorum magno* ſeu *Magno Sanhedrin*. Deinde autem mere honorarii Tituli absque muniis vel negotiis peragendis vulgo traditi ſunt per Imperatorum *Codicillos honorarios*, multæ etiam leges in Imperio ſunt ſancitæ de eminentia & honore unius dignitatis, officiariæ vel honorariæ, vel utroque modo ſimul conſpicuæ, præ dignitate alia cum rationibus id majorem in modum ſvadentibus. Ex his & ſimilibus, variæ conſvetudines in diverſis rebuspublicis ortæ ſunt, unde etiam leges iſtis rebuspubl. propriæ enatæ juxta quas de præcedentia lites dirimerentur. Diverſa etiam privilegia & his ſimilia. Has Conſvetudines, Leges etſimil. ſecutæ ſunt multæ rixæ, deciſiones & Commentationes. Dicemus igitur ad perficiendam deſignationem noſtram ſummatim, primo de *legibus & decretis Antiqui Imperii* (nam ex rationibus harum legum vulgo diſputant de ejusmodi caſibus) & aliarum quarundam Rerumpubl. concernentibus Præcedentiam dignitatum noſtrarum ſubordinatarum; Deinde addemus ejusmodi *Catalogos, Commentarios*, & Deciſiones de Præcedentia, quæ optime poterunt informare eum qui iſta diſtincte ſcire deſiderat.

II. Antiquiſſimæ in Romano Imperio leges (ſi exceperis conſvetudines diſperſas, in antiquiorum temporum de eodem Imperio hiſtoriis, circa prærogativam loci & voti in Senatu etſimil.) apparent in illo *Ulpiani ad Pandectas tit. de albo ſcribendo.* Neque eſt, ut opinor, in *Pandectis* Lex alia expreſſe concernens Præcedentias, quanquam Doctores quidam occaſionem ſumant loquendi de iis ſupra leges alias. Deinde bene multæ conditæ ſunt poſt *Conſtantinum*, quæ utut propriæ fuerunt perſonalibus dignitatibus, una cum officiariis & honorariis illa ætate, attamen in rationalibus disquiſitionibus collocandarum ejusmodi dignitatum differentium, quales hoc ſeculo produxerunt, frequenter fuerunt adhibitæ. Optima collectio legum iſtarum eſt in Codice *Theodoſiano*, libro præſertim ſexto, cujus maxima pars fere non aliud tractat, præter materiam loci & dignitatis. His libri ſexti legibus adde etiam *Lib. 8. tit. 7. & lib. 7. tit. 3. & Legum Novellarum Theodoſii tit. 45. de Honoratis, & quis ingradu præferatur,*

Dec. ad l. cum quid ff. tit. ſi certum petatur. &c.

Quæ-

Quædam ex iſtis legibus cum aliis Imperii antiqui de præcedentia leguntur in *Iuſtiniam Codice* utplurimum in libro duodecimo; & præterea occurrunt quædam diſperſæ per alios titulos *Codicis Iuſtinianei* huc pertinentes: alleganturq; vulgo occaſione data a Jurisconſultis ſcribentibus vel in iſtum librum duodecimum, vel Tractatum aut diſputationem hac de re. Hic ego adſcribam, mihi ipſi obſervata. *C. de Decurionibus L. 9. In Albo* (hic junge *C. Theod. l. 12. t. 1. L. 54.*) *t. de officio Præfect. Prætoriorum Illyrici & Orientis L. 6. Præfectorum* (quæ illuc affertur ex *Synopſi Baſilicon l. 6. t. 1. c. 12.*) *t. de officio Vicarii L. 1. in Civilibus cauſis, t. de officio Præfecti urbi L. 3. Præfectum Urbis, tit. de advocatis diverſorum Judicum L. 1. Suggeſtionem.* Adde iſtis *Nov. 24. c. 24 §. collat.* autem, *de Prætor. Piſidia Novell. 25. c. 5. §. 2. ſed neq; Comitibus, de Prætor. Lycaoniæ, Novell. 26. c. 5. de Prætor. Thraciæ, & Novell. 27. c. 2. de Comite Iſauriæ, Novell. 62. De ordine Senatorum Nevel. 70. & 71. & 102. c. 1. & 103. cap. 1. & Edict. Iuſtiniani 4. c. 1.* in quibus omnibus vel plurimis Novellis invenimus leges de collocandis Provinciarum Magiſtratibus, dum crearentur; videlicet, quod debeant eſſe *ſpectabiles* etſimil. Jam verum eſt quod *Iuſtinianus* in *repetita prælectione* ultimi ſui Codicis (quo nunc utuntur Jurisconſulti, tanquam Codice unice authentico quoad Imperiales Conſtitutiones antiquiorum temporum) abrogaverit omnes alias Conſtitutiones priorum temporum, neq; receperit in Codicem iſtum. *Quod in præſentis purgato*, (ait de emendat. Codicis) *& renovato Codice noſtro ſcriptum invenitur, hoc tantummodo in omnibus rebus & judiciis & obtineat, & recitetur.* Ita ut conſiderantes leges Codicis ejus tanquam meras leges, & ſupponentes habere eas obligandi vim inſtar legum adhuc hodie, fruſtra recurramus ad alias multas *Theodoſii* leges a *Iuſtiniano* excluſas, vi hujus edicti. Verum integrum Syntagma Legum Imperialium antiquarum nullibi in vigore ſuo eſt. Et præter *Romam* urbem, nonnullasque alias *Italiæ* partes ac *Germaniam Portugalliæ* itidem regnum, (ubi in caſibus ſolummodo, qui in iſto regno non ſpecialiter ſunt definiti, iſtæ leges Imperiales, ſi tamen caſus non ſit *nom trayga peccado* i.e *ſpiritualis* per ſtatutum *O Segundo libro das Ordenazones t. 5.* Vigent.) nulla eſt reſpublica ubi aliqua pars iſtarum Legum Imperialium plenam Legis vim obtinet aliter quam quod conſuetudo ſic introduxerit. Ubi vero conſvetudo ejusmodi recepta legem fecit, non aliter ibi obſervatur, quam quatenus ratio & circumſtantia ei conjunguntur, vel quatenꝰ oſtendit opinionē & judicium definientis caſum, minime vero acſi vi præcipiendi obedientiam exigeret. Id eſt,

Statut. Urbis Romæ lib. 1. cap. 41.

valet pro ratione (ut loquitur *Bertrand. d'Argentre ad rubricam Conſuet. Britannia t.22.vide item Choppin.de Doman l.2.t.15.§.5.*) *non pro inducto jure, & pro ratione quantum Reges, Dynaſtæ & reſpublicæ intra poteſtatis ſuæ fines valere patiuntur.* Loquitur iſta ſpeciali reſpectu ad *Galliam.* Reſpectu *Hiſpaniæ* ait *Didacy Perez ad ordinat. Reg. queſt. proœm. 3. Hiſpani duplex habent jus ſolum, Canonicum ſcilicet & Regium. Civile enim* (intelligit Imperiales Leges) *non habet vim legis ſed rationis.* Idem dici poteſt de aliis quoque regnis & rebuspubl. immunibus ab Imperii ſubjectione, & ſuas proprias leges habentibus, quæ in multis voluminibus publice proſtant, & excludunt omnem Imperialem poteſtatem atq; legem, non aliter quam ex conſuetudine receptam. Videſis *Alphonſin. part. 1. t. 1. l. 15. part. 3. t. 4. l. 6. & ibid. Gregor. Lopez & ad part. 5 t. 14. Azeved ad Rubric. t. de las leys in Regn. Conſtit. it. Taurin. l. 2. vid. it. de Scotia Part. 3. Iacobi 4. cap. 79. & de aliis regnis Hieronym. Gigantem de crimine læſæ majeſt. lib. 3 quæſt. 23. §. 18. & 19. & Ludov. livem de cauſis corrupt. Art. 7. &c.*

Quoniam igitur inter Leges de Præcedentia *Iuſtinianeæ* multæ ſunt nondum receptæ ubi vis locorum, per conſvetudines vim legis plenariam obtinentes, ſed permanent tantum utiles quatenus autoritatem nanciſcuntur ex quadam ſpecie rationis, id quod non obligat ſemper ſicuti Lex facit, ſed mutatur juxta circumſtantias temporis, loci, ſtatus, ætatis, & alias convenientias inconvenientiasve, concomitantes; & quoniam Leges *Theodoſii* nondum receptæ in Codicem *Iuſtinianeum*, conſideratæ tantum ex earundem rationibus, ejusdem valoris ſunt cujus illæ *Iuſtinianeæ* quæ leges factæ non ſunt per ſpecialem conſvetudinem (id eſt, æſtimantur æque juxta rationem in eis reperiendum, & applicantur ad caſus emergentes) & quoniam quoq; variæ etiam leges receptæ in *Iuſtinianeum* Codicem ex *Theodoſiano* poſſunt explicari atq; emendari per illa quæ ſuperſunt ex iſtis in *Theodoſiano*: Annotavimus æq; ex uno Codice atq; ex altero illas, ita ut Lector hac de cauſa *Iuſtinianum* evolvens (plurimi enim Lectores, vel nimis multi, Imperialium Legum, legunt ſaltim Juſtinianum vel quasdam ejus partes) tanto facilius atque felicius delectetur in comparandis iis quæ apud ipſum inveniuntur cum iis quæ largius & perfectius traduntur in *Theodoſiano*, quam in aliquo vulgari Commentario fortaſſis reperiet. Cum *L. unic. C. t. de Equeſtri dignitate* conf. *Cod. Theod. l. 6. t. 36. cum C. t. ne dignitatum mor do ſervetur, l. 1. conf. Cod. Theod. l. 6. t. 5. l. 2.* cum *C. t. de privilegiis eorum qui in ſacro palatio militant l. 4. Omnes* conf. *C. Theod. l. 6. t. 35. l. 13. cum*

C. t.

C.t.de domeſticis Proſectoribus.l.1.Domeſtici, conf.C. Theod.l.6.24.l.4. (verum hoc tantum allegatur ad emendandam inſcriptionem, quæ eſſe debet *Valentinianus, Theodoſius & Arcadius*,non *Valent & Valens*,ut & Conſules ibidem oſtendunt)cum *C.t.de proximis ſacrorum ſcriniorum l.3. in ſcriniis.* Vide *C.Theod.l.6.t.26.l.8.cum C.t.de Comitibus Conſiſtorianis l.unic.* Vide *Theod.l.6.t.12.l.unic.*cum *C.t.de Comitibus qui provincias regunt.l.*1. confer. *C. Th l.6.t.17.cum C. deComitibus & Tribunis Scholarum l.unic.*Confer *C.Th.l.6. t.13.cumC.t.de proximis Sacr ſcrin.l.5.* Confer*C.Th.l.6.t.26.l.16.cum C.tit.de præpoſitis laborum.*Confer.*C.Th.l.6.t.25.* cum *C.tit.de Præpoſitis Sacri Cubiculi l.*1.Conf.*C.Theodoſ.lib.6.tit.8.l.1.* cum *C.tit. de Profeſſoribus qui in urbe Conſtantinopol.l.unic.*Confer*C. Theod.l.6.t.20.* (atque ut iſta finiam) cum *C.t.de Conſulibus l.1.antiquitus*(quæ magni uſus eſt in materiaPræcedentiæ)vide in *Novellis Theodoſii tit.de Honoratis 45.*prout numeratur inCodice & 46.juxta numerum in Collectione *Novellarum* Imperii antiqui, primum edita a*PetroPithœo.*Nam per illa *Theodoſii* alia,ad minimum ex parte,abrogata ſunt;obſervante*Pithœo*, quamvis revocata autoritate *Iuſtiniani*,& addita in edicto confirmatiCodicis ſui. Legibus Imperii antiqui adde *Caſſiodor. Var. l.6. form.10.&6.*aliaque loca ejus, facile reperienda ope titulorum præfixorum.De præſentiImperio vide *Auream BullamCaroli IV.t.3.&4.*circaElectorum aliorumq;Principum loca item *Caroli V.*Conſtitutionem de loco &Præcedentia Principum Imperii aliorumq;anno 1530.quam habes apud*Goldaſtum inConſtit.Imperial.tom.3. pag.511.*quibus adde*Petri Denaiſii Ius Camerale tit.210.*

III. De *Gallia, Hiſpania* aliisque regionibus exteris:Volumina legum in his regnis &Legisperitorum hic & illic exhibent ſpecialia quædam deLoco&PræcedentiaMagiſtratuum ſuorum atq;Dignitatum.Et qvæ jam diximus deTitulisHonorum,ſæpe lucem præbent materiei de loco & præcedentia inter ipſos,necnon de ſimili caſu in *Anglia*:CircaAngliam tamen præprimis adduco illaDecreta, quorum unum autoritateParlamenti ſub *Henr.VIII.*de ordineNobilium, eminentioribus Clericis atque nonnullis magnis Reipublicæ miniſtris, & duo alia de Baronettis atque nonnullis aliis dignitatibus agunt Regnante Rege *Iacobo* DecretumParlamenti ſub*Henr.VIII.* iſtis exhibetur verbis. Non legitur in ſtatutis quæ typis excuſa ſunt;alii tamen antehac illud publice ediderunt,verum non ſatis exacte juxta ſcriptumRegium. Unde hic ad literam inſeremus.

Millesin Catalogo Honoris pag.62. Nota,hoc decretum ut & ſequentia duo Anglice ſcripta ſunt,ſed nunc latine, prout & alia, ſ.ertenda fuerunt.

Titulus Scripti indorſatus eſt,

For placing the Lords i.e.
De collocandis Dominis.

Quandoquidem in omnibus magnis Consiliis Congregationibus q; hominum frequentium variis gradibus atque officiis in republica necesse est & congruum ut ordo observetur atq; admittatur in collocatione & sessione ejusmodi personarum quæ obstricta fuerunt convenire ad illa, eum in finem ut scientes locum suum, occupent illum absq; offensa & remora Parlamenti. Ideo S. R. M. quanquam ad eam pertineat conferre ejusmodi honorem, existimationem atque collocationem suorum Consiliariorum aliorum q; subditorum, prout visum est ejus excellentissima Prudentiæ, nihilominus placet atque sufficit eidem si ordo observandus in summo ejus Concilio, quod Parlamentum est, per illius ipsius autoritatem definiatur modo & forma hic subsequente.

Primo sancitur autoritate prædicta: nulla persona, vel personæ cujuscunque status, gradus vel conditionis ipsa vel ipsæ sint (exceptis solummodo Regia prole) audeant vel præsumant sedere vel occupare locum ad alterutrum latus *regiorum tapetium in Camera Parlamentaria neque ex uno latere Majestatis regiæ neque ex altero, sive illic Rex præsens sit, sive absens. Et quoniam S. R. M. justè & legitime est Supremum in terris Anglicanæ Ecclesiæ caput sub Deo, atque quoniam ut feliciter operetur dicta regia Majestas perficiat q; officium suum, constituit* Thomam Dominum (Lord) Cromvell, *qui est a Sigillo secreto, suum* Vicegerentem, *ad egregiam debitamque administrationem justiciæ in omnibus causis & casibus Ecclesiasticam jurisdictionem concernentibus, nec non ad piam reformationem & emendationem omnium errorum, hæresium, Abusuum q; in dicta Ecclesia. Ideo sancitum quoque est, autoritate prædicta, ut ille prædictus* Dominus Cromvell *exercens dictum officium* Vicegerentis *omnes q; fungentes post ipsum dicto officio ex collatione S. Regiæ Majestatis, ejusdem hæredum vel Successorum sedeant & collocentur ad q; in hoc præsenti Parlamento, ac in omnibus Parlamentis futuris in dextro latere Parlamentariæ Camera, eadem forma, qua* Archiepiscopus Cantuariensis *ibidē sedet & supra eundem Archiepiscopum ejusq; Successores, habeat q; votum in unoquoq; Parlamento consentiendi vel dissentiendi sicut alii Parlamentarii Domini.*

Sancitum quoque quod proxime a dicto Vicegerente sedere debeat Archiepiscopus Cantuariensis, *atque proxime ab ipso in eadem forma & latere* Archiepiscopus Eboracensis, *proxime ab ipso in eadem forma & latere* Episcopus Londinensis, *proxime ab ipso in eadem latere & forma* Episcopus Dunelmensis; *proxime ab isto in eodem latere & forma* Episcopus Wintonensis, *deindeque omnes alii Episcopi utriusque Provinciæ Cantuariensis at-*

atque Ebor. censis sedebunt & collocabuntur in eodem latere juxta ætatem suam, prout olim moris fuit.

Et quoniam Personæ aliæ, quæ nunc fungentur, aut imposterum fungentur magnis regni officiis: id est officio Domini Cancellarii, Domini Thesaurarii, Domini Præsidis Regii Honoratissimi Consilii, Domini Secreti Sigilli Custodis, Magni Cubicularii Angliæ, Constabularii Angliæ Mareschalli Angliæ, Domini Admiralis, Magni Magistri, vel Domini Seneschalli Regiæ familiæ honoratissimæ, Regii Cubicularii & Regii Secretarii, *antehac non acceperunt locum sibi designatum in Regis Summo consilio Parlamenti ratione officiorum suorum; Ideo nunc statutum atque definitum est autoritate prædicta, ut* Dominus Cancellarius, Dominus Thesaurarius, Dominus Præses Consilii Regii, & Dominus Sigilli Secreti Custos, *qui sunt in gradu Baronum Parlamentariorum vel superiores, sedeant & collocentur æque in præsenti Parlamento, ac in futuris, in sinistra dicta Camera Parlamentaria in altiori parte forma in dicta sinistra, super Omnes Duces, exceptis solam iis qui erunt Regis filii, Fratres Regis, Regis Avunculi, Regis Regis Nepotes, vel Regis Fratrum Sororumque Filii.*

Statutum præterea & Sancitum est autoritate prædicta, ut Magnus Cubicularius, Constabularius, Mareschallus Dominus Admiralius, Magnus Magister vel Seneschallus & Regis Cubicularius *sedeant atq; collocentur post Dominum Secreti Sigilli Custodem modo & forma sequente: i.e. Unusquisque sedeat & collocetur super omnes personas ejusdem status vel gradus, cujus ipse erit*; id est Magnus Cubicularius *primo*; *deinde* Constabularius, tertio Mareschallus, quarto Dominus Admiralius, quinto Magnus Magister vel Dominus Seneschallus, & denique sexto Regius Cubicularius.

Sancitum porro autoritate prædicta, ut Regis primarius Secretarius, *existens* Baro Parlamentarius *sedeat & collocetur pra & supra Omnes Barones, nullo fungentes officiis prædictis. Ac si sit Episcopus ut tum sedeat collocetur que supra omnes Episcopos alios non fungentes aliquo officio prædicto.*

Constitutum etiam est atque Sancitum autoritate prædicta ut omnes Duces *nondū dicti,* Marchiones, Comites, Vice Comites & Barones, *non fungentes officiis prædictis sedeant & collocentur juxta ætatem suam prout moris fuit.*

Porro Statutum est, ut si aliqua persona vel persona quæ posthac aliquando fungentur aliquo officio prædicto Domini Cancellarii, Domini Thesaurarii, Domini Præsidis in Regis Consilio, Domini Custodis sigilli secreti, vel primarii Secretarii, *fuerit vel fuerint infra gradum Baronis Parlamentarii, qua de causa nullum jus habent assentiendi vel dissentiendi in dicta Domo,*

in unoquoque ejusmodi casu, ii qui sunt infra gradum Baronis, *sedeant & collocẽtur in summa parte sactorum in medio dictæ* Camera Parlamentaria, *vel ut ibi sedeant una forma, vel in summo sacco unus super alium, ordine superiq; recitato.*

Sit etiam Statutum autoritate prædicta, ut in omnibus examinibus criminis in S. R. Majestatem admissi per Pares Regni, *si aliqui ex* Paribus Regni *sint inter examinantes ejusmodi crimen iique fungantur aliquibus ex officiis Prædictis, tum istis officiis fungentes sedeant & collocentur juxta eorundem officia, super omnes alios Pares ad idem examen vocatos modo & forma superius descripta.*

Sanctum etiam est autoritate prædicta, ut æque in omnibus Parlamentis, ac in Camera Stellata, *aliisque omnibus conventibus, Consiliis,* Dominus Cancellarius, Dominus Thesaurarius, Dominus Præsès, Dominus Sigilli Secreti Custos, Magnus Cubicularius, Constabularius, Marescallus, Dominus Admiralius, Magnus Magister vel Dominus Seneschallus, Regis Cubicularius & Regis primus Secretarius *sedeant & collocentur ordine & modo sicuti supra dictum, nullatenus vero in alio quopiam loco autoritate hujus præsentis actus vel decreti.*

Rot. Parl. 31. Henr. 8. n. 10. Rotuli istius Parlamentarii Titulus est: *An Act concerning placing of the Lords in the Parlament Chamber and other Assemblies and Conferences of Counseli.* e. *Decretum concernens collocationem Dominorum in Parlamenti Camera, & congressibus aliis & Conventibus Consilii.* De Approbatione ejus observandum ex diario Domus superioris illo anno, quod die Lunæ prima *Maji*, quæ fuit Parlamenti dies tertia Dominus Cancellarius *quandam introduxit billam concernentem assignationem locorum quorundam Procerum & Capitalium officiorum hujus regni Angliæ videl. Vicegerentis Domini Regis in Spiritualibus, Domini Cancellarii, Domini Thesaurarii & aliorum in eadem billa declaratorum, quam quidem billam affirmabat Regiam Majestatem jussisse fieri, ut per eandem dicti Proceres sua loca cognoscentes contentionem in posterum evitarent.* Illoque die bis lecta est. Dominus *Crumwell* Vicegerens in Spiritualibus, collatus est tanquam Baro (juxta Diarium) inter Dominum *Hungerford* de *Hatisbury* & Dominum *Audley* de *Walden* Cancellarium tum illo die, tum pluribus diebus secutis. Verum non scribitur præsens fuisse. Proxima die tertia ejus lectio repetita est sub titulo (in diario) *billa concernens assignationem locorum quorundam Procerum.* Die Veneris insequente vel nona *Maji* lecta est quarta vice: diarium ait, *in pergamenum redacta jam denuo est lecta.* Crastino sequente *Lord Crumwel* dictus *Dominus Crumwel Vicegerens Domini Regis in Spiritualibus* collocatur ante Archiepiscopum *Cantuariensem*.

Do-

Dominus *Audeley* appellatus Cancellarius, Comes *Oxoniensis* appellatus Cubicularius *Angliæ* & Comes *Southamptoniæ* appellatus Admiralis collocantur juxta hoc senatus consultum, cum antehac sedissent aliter, absque respectu ad eorundem officia. Non autem rediit ab inferiore Domo billa, cum ejusdem assensu, ante diem Lunæ sequentem, ut apparet ex eodem diario. NOTA.

Hic ille est *Crumbellus* cujus ope & Consilio magnopere usus est Archiepiscop. *Cantuar. Cranmerus* in reformationis negotio, teste *Strype* in vita istius Archiepiscopi: qui & picturam præfixam primæ editioni Bibliorum S. in Anglicanam lingvam conversorum describens peculiarem *Crumbello* assignat locum & gnomen: Est vero talis: *Rex Henricus VIII. circumdatus Spiritualibus ac Temporalibus Dominis alloquitur Archiepiscopum genua coram se flectentem his verbis*: Hæc præcipe & doce: *Clerum omnem*: Pascite qui in vobis est gregem Christi. *Seculares a sinistra manu stantes*: Quod justum est judicate: ita panum audietis ut magnum: *item*: Ame constitutum est & decretum, ut in universo imperio & regno meo homines revereantur & paveant Deum viventem. *Supra regem Deus hac proloquitur verba*: Verbum quod egreditur de me, non revertetur ad me vacuum *item*: Ecce servum qui facit omnes voluntates meas. *Nobilis Genuflectens ait*: Verbum tuum Lucerna pedibus meis. *Crumbellus cum scuto hac adscripta habet verba*: Diverte a malo, sequere pacem & persequere. *Ex ore Sacerdotis ista prodeunt*. Obsecro igitur fieri obsecrationes, Orationes, postulationes & gratiarum actiones pro omnibus hominibus. *Ex ore populi*: vivat Rex.

Primum decretum de Baronettis tale est, sicut in rotulatum invenimus; quanquam & antehac jam typis excusum fuit mandato Regis *Iacobi* nos latine sic reddimus. *Rot. Pat. 10. Iacobi part: 10. membr. 8.*

Jacobus, *Dei Gratia Rex Angliæ, Scotiæ, Franciæ & Hiberniæ, Defensor fidei &c.*

Omnibus ad quos præsentes venient literæ Salutem. Sciatis quod confecerimus certam ordinationem, statutum & finale decretum cujus tenor sequitur in verbis istis.

Decretum & Statutum S.R. Majestatis circa controversiam de præcedentia inter juniores filios Vicecomitum & Baronum, & Baronettos, & circa alia quoq; concernentia æque Bannerettos ac dictos Barones.

Regia excellentissima Majestas ad petitionem & submissionem utriusq; partis admittens ad Regias aures & censuram, controversiam quandam de loco & Præcedentia inter minores natu filios Vice-Comitum & Baronum atque inter Baronettos *a Majestate sua non ita pridem recens creatos*) *quæ controversia enata est ex argumentatione quadam, solummodo educta e quibusdam verbis obscuris in literis patentibus dictorum* Baronettorum: *& in persona audiens utramque partem, earumque eruditos Causidicos, per tres diversos dies abunde post informationem sumtam a Fecialibus & debitam consid: ra-*

tionem

tionem argumentorum productorum ab utraque parte; declaravit & decrevit modo sequente.

Majestas sua bene ponderans quod Litera Patentes Baronettorum *nullam habent specialem clausulam, vel expressa verba, pro danda ipsis dicta Precedentia; & quoniam sibi ipsi est consilia (quod est testimonium omni exceptione majus) quod* Regia *sua intentio fuerit, tantum condecorare & promovere hanc novam Dignitatem a Majestate sua erectam; nullatenus vero aliquo modo ledere tacite & obscure tertium quendam, quales sunt* minores filii Vice Comitum & Baronum, *in eo quod est tanquam flos in Nobilitate Patrum eorum.*

Nacta etiam testimonium Dominorum Secreti sui consilii, declarantium, quod Precedentia (post examinationem & deliberationem, dum de diplomate Baronettorum *consultarent) fuerit uno consensu reservata & decreta pro* minoribus filiis Vice Comitum Baronumque.

Ac inveniens quod clausula ex qua Precedentiam vindicant Baronetti, *tanquam ex consequentia, quoniam ipsis locus conceditur super* Bannerettos *quosdam, non firmet eorundem jus (apparet enim quod* Præcedentia *inter* Bannerettos *ipsos & minores* filios Vicecomitum Baronumq; *nondum definita regulis fuerit vel certa, sed plena confusionis & mutationis, ideoque minime sufficiens fundamentum præbeat, cui petitionem suam isti superstruant) at primario S.R. Majestas moveatur juxta clarissimam intentionem suam & declarationem ejusdem Consilii (qua Regia intentio dirigit vel informat, & semper informare oportet Majestatis suæ judicium in decretorum suorum propriorum interpretatione) ideo finaliter definivit, dijudicavit atque determinavit quod* minores filii Vicecomitum & Baronum debeant habere locum, atque præcedentiam præ Baronettis omnibus.

Ac porro ad melius statuendam atque explicandam omnem questionem de Precedentia, concernentem vel Bannerettos, vel juniores filios Vicecomitum Baronumve, *vel dictos* Baronettos *sive prout semetipsos respiciunt, invicem sive alios: Majestas sua pro se; heredibus suis & successoribus ordinat & statuit, quod ejusmodi* Banneretti *qui creabuntur a Regia Majestate ejus heredibus & successoribus, sub suo vexillo explicato in exercitu regio in bello publico, & Rege ipso presente, quoad vitam istorum* Bannerettorum, *non vero amplius (juxta antiquissimam & nobilissimam institutionem) debeant in perpetuum posthac in omnibus locis, & occasionibus, occupare locum & Precedentiam, atque supra omnes* Bannerettos *alios quoscunque (nullo respectu habito ad tempus & prioritatem creationis suæ) ac supra* minores filios Vicecomitum & Baronum *atque sic etiam supra omnes* Baronettos.

Ite-

Iterumque quod minores filii Vicecomitum Baronum, *nec non omnes* Baronetti *debeant in omnibus locis, omnibusq; occasionibus habere locum & precedentiam supra omnes* Bannerettos *quoscunque alios, qui a Rege ipso creati non sunt, ejus haredibus & Successoribus, in persona & in ejusmodi speciali casu, modo & forma supradictis.*

Nihilominus tamen in singularem honorem persona Celsissimæ & excellentissimæ Principis Henrici *nunc* Principis Walliæ, *Majestatis suæ primogeniti æque* minores filii Vicecomitum ac Baronetti *ultro consenserunt, dum audiretur dicta controversia in presentia Majestatis suæ nec non Secreti Consilii sui, omnium ibidem presentium, quod velint cedere locum & precedentiam* Bannerettis *quos postbac creaturus est dictus Nobilissimus* Henricus *nunc* Princeps Walliæ, *sub Regis Vexillo expanso, in exercitu regio tempore belli manifesti, & presente ibidem dicto Principe in persona.*

Salvo jure minorum filiorum Vicecomitum & Baronum, *dictorumq;* Baronettorum, *& haredum masculorum ab ejusmodi* Baronettis *genitorum, pro tempore existente in omnibus aliis casibus juxta effectum, & genuinam intentionem, atque sensum suarum literarum patentium, & harum presentium.*

Majestas quoque sua per has presentes pro se, haredibus suis & successoribus decernit quod Equites Nobilissimi ordinis Garterii *seu* Periscelidis, *omnes qui sunt a* Secretis Consiliis *Majestati suis haredibus suis atque Successoribus, Magister* Aulæ Wardarum & Insignium, Cancellarius *& inferior* Thesaurarius Ærarii, Cancellarius Ducatus, Summus Iusticiarius Curiæ, *quæ vulgo* Bancus Regius *appellatur*, Magister Rotulorum, Summus Justiciarius curiæ Communium Placitorum, Summus Baro Ærarii, *omnes q; alii Judices & Barones in gradu* anadematis *a dictarum curiarum nunc & imposterum debeant* (ade greco of the Coife) *ratione Honoris sui ordinis, atque muneris in Republ. Iustitiaque habere locum & precedentiam in omnibus locis, omnibusq; occasionibus, pra* minoribus filiis Vicecomitum atque Baronum, Baronettisque *omnibus, non obstante quacunque consuetudine, usu, decreto, vel alia re in contrarium. Ne tamen alia quædam persona vel persone quacunq; sub gradu infra gradum Baronum Parlamentariorum, locum occupent supra Baronettos dictos, exceptis solummodo* primogenitis filiis Vicecomitum & Baronum, *aliisque in altiori gradu constitutis, de quibus nulla unquam quæstio instituta est, neque institui potest. Atque sic Majestatis sua opinio est, & juxta illam per has presentes, pro se, haredibus suis atque successoribus decernit atque statuit, ut* dicti Baronetti, *eorumque haredes masculi ex ipsis procreati, debeant in omnibus locis omnibusq; occasionibus in perpetuum habere, tenere & usurpare locum suum atq; precedentiam, proxime & immediate post minores filios Vicecomitum Baronumque, & quod nulla persona vel per-*

sona,

UNIVERSITÀ DI ROMA

ſone, nullaque conditio conditionesque vel ſtatus virorum debeant habere vel occupare locum intra ipſos, non obſtante quacunque Conſtitutione, Decreto, Gradu, Officio; Servitio, Loco, Munere, Conſvetudine, Uſu, vel alia re quacunque nunc aut poſthac in contrarium.

Et quod Uxores dictorum Baronettorum *eorumque haeredum maſculorum ex ipſis genitorum, debeant pariter vi prefatae dignitatis ſuorum marttorum prefatorum, in omnibus locis, & in omnibus occaſionibus habere, tenere & uſurpare locum ſuum & precedentiam, quamdiu vivunt, proxime & immediate poſt locum debitum pertinentem uxoribus minorum filiorum Vicecomitum Baronumque, & filiabus iſtorum Vicecomitum nec non Baronum, non obſtante quacunque conſtitutione, uſu, conſvetudine, decreto, vel alia re quacunq;, nunc aut poſthac in contrariũ.*

Porro quoq; Majeſtas ſua per has preſentes pro ſe, haeredibus, ſucceſſoribusq; ſuis, ex certa ſua ſcientia & motu proprio, promittit largiturq; dictis Baronettis, *& unicuiq; ex ipſis jam creato, atq; poſthac creando, eorumq; haeredibus maſculis ex ipſis genitis, quod neq; Majeſtas ſua, neq; ſui haeredes vel ſucceſſores, debeant, vel velint aliquo tempore futuro erigere, ordinare, conſtituere vel creare alium aliquem Gradum, Ordinem Nomen, Titulum, Stilum, Dignitatem vel Statum, neq; conferre locum, precedentiam, vel praeminẽtiam alicui perſonae vel perſonis quibuscunq;, inter vel infra Gradum, Dignitatem, vel ſtatum Dominorũ Parlamentariorum in hoc ſuo regno Angliae, qui debeat vel poſſit dici, uſurpari, aſtimariq; ſuperior pro vel aequalis Gradui, Dignitati vel loco dictorum* Baronettorum, *vel alicui ex ipſis. Ideoq; Majeſtas ſua pro ſe haeredibus ſuis & ſucceſſoribus ſtatuit, concedit & vult per has preſentes ut omnes & ſinguli* Baronetti *dicti, eorumque dicti haeredes maſculi, uxores, filii, uxores filiorum, & filiae dictorum* Baronettorum *eorumq; haeredum maſculorum dictorum, debeant & poſſint poſthac in perpetuum libere & quiete habere, tenere & uſurpare dictas Dignitates, Loca, Precedentias & Privilegia prae omnibus aliis qui ſunt creati vel creandi, aut donati vel donandi ejuſmodi Gradibus, Statibus, Dignitatibus, Ordinibus, Nominibus, Stilis, vel Titulis, vel quibus dabitur ejuſmodi locus, Precedentia, vel Praeeminentia ſupradicta; eorundemque uxores & liberi reſpective, juxta genuinam intentionem ac ſenſum harum preſentium.*

Salvo nihilominus Majeſtatis ſuae ejuſque haeredum & ſucceſſorum plena & abſoluta poteſtate autoritateque continuandi vel reſtituendi alicui perſonae vel perſonis de tempore in tempus, locum & precedentiam, impoſterum ipſis aliquo tempore debitam, quae per accidens quoddam, vel occaſionem quamcunque poſthac mutabitur; aliquare in iſtis preſentibus, vel alia de cauſa, ſeu reſpectu quocunque in contrarium non obſtante.

Deinde ſequuntur illa particularia quæ jam dedimus in §. 47. cap. 5. Quinque poſthac annis magno ſigillo munitum eſt aliud Decretum in hujus dignitatis gra-

gratiam, quod est brevis recitatio primæ ejusdem erectionis, aliarumq; rerũ illam concernentium, nec non declaratio, esse voluntatem Regis, quod continuari debeat, & quod privilegia eidem concessa debeant semper manuteneri, deinde sic. *Rot. Pat. 14. Iacobi part. 2. num. 24. 13. Martii.*

Quoniam Gradus Baronetti *est hereditarius per genituram: ideo declaramus, quod primogeniti istorum* Baronettorum, *eorumq; uxores æque dum superstites sunt earundem mariti, ac postmodum, nec non filiæ eorundem* Baronettorum *quæ dictæ filiæ proxime sequentur dictas uxores primogenitorum istorum* Baronettorum; *debeant habere locum & præcedentiam ante primogenitum & uxorem primogeniti omnis Equitis cujuscunque sit gradus vel ordinis. Et pariter quod minores filii eorundem* Baronettorum *nec non istorum uxores, æque dum vivunt earum mariti ac postmodum, debeant eodem modo habere locum & præcedentiam proxime post primogenitos filios, nec non uxores primogenitorum, atque pra minoribus filiis, & uxoribus minorum filiorum, quorumcunque Equitum prædictorum. Nostra quoque voluntas & placitum est, ulteriusq; pro nobis, hæredibus & successoribus nostris concedimus & volumus ut si dubia quædam vel quæstiones, nec per istas nec alias recitatas literas patentes nostras definitas vel explicatas, oriantur de quocunq; loco, præcedentia, privilegio, vel alia materia attingente vel concernente aliquem locum, præcedentiam, privilegium vel aliam materiam attingentem vel concernentem istos Baronettos, atque hæredes masculos ex ipsis genitos, eorumque uxores, eorundem primogenitos horumq; uxores, filias, minores filios, horumq; uxores, vel quenquam ex ipsis, ejusmodi dubia vel quæstiones, decidantur & determinentur per & juxta ejusmodi consuetas regulas, consuetudines, leges de loco, præcedentia, privilegio vel materiis concernentibus ista, juxta quas alii gradus dignitatum hæreditariarum ordinantur & dijudicantur.*

Cum his in disquisitione Legum de Præcedentia apud nos, confer etiam Regia decreta vel declarationes circa eam in variis diplomatibus pro singularibus personis, a me hic solum modo allegandis (ut eo facilius inveniri queant) non vero excerpendis. Vide primum ad Vice Comitem *Beaumont in Pat. 23. Hen. 6. part. 2. membr 21.* cujus partem habes *§. 31. 65.* ad *Henricum Beauchamp* Comitem *de Warwick* in *Pat. 22. Henr. 6. n. 35* & ad eundem cum cum esset Dux *Rot. Cart. 23. H. 6. m. 26. n. 24.* ad *Richardum Nevil* Comitem de *Warwick* in *Pat. 28. Henr. 6. part. 2. m. 23. Cart. 25, H. 6. n. 31.* ad *Humfredum Ducem Buckingham Pat. 24. Henr. 8. part. 1.* pro præcedentia *Lady (Domina) Anna Rochford*; cum crearetur Marchionissa *Pembrochiæ Pat. 14. Elisabeth. part. 9.* ad *Walterum* Comitem *Essexiæ Pat. 4. Iacobi R. part. 1. primo Iunii, & Pat. 16. Jac. R. part. 14.* pro *Carolo Comite Nottinghamiæ. & Pat 2. Car. Reg. part 5 num. 17.*

De Ecclesiasticis dignitatibus vide imprimis primos sex libros excellentissimæ *Epitomes Veteris Iuris Pontificii autore Antonio Augustino*, ubi varii canones il-

as concernentes reperiuntur. Vide etiam *P. Eugerii IV. Bullam* de *præcedentia antiquorum Patriarchatuum in Laertii Cherubini Bullario tom.1.Conſtit.17 pag.* 285. Et de præcedentia Epiſcoporum ac Protonotariorum vide *Conſtit. 4. Pii II.* in eodem Bullario *tom.1 pag.316.* de Advocatis in Pontificis Conſiſtorio *Conſtit. 62. Sixti V.ibid.tom.2.pag.589.* De Secularibus Canonicis *S.Georgii in* Alga præ Canonicis *Lateranenſis* Congregationis *Conſtit.127. Pii quinti ibid. tom. 2.pag.* 340. De præcedentia iſtorum Lateranenſium ante *Benedictinos* Monachos *Caſſinenſes* & omnes alios Regulares *Conſt.75.Pii quarti tom.2.pag.106.& Conſt.116.Pii quinti tom.eod.pag.*324. Plures aliæ Bullæ ſunt in eodem Bullario de Præcedentia Ciſtercienſium Monachorum *Carmelitanorum* & *Franciſcanorum*, aliaque ibidem obvia.

NOTA.

Singularem in Polonia Magnatum ordinem ex hoc diſce diplomate. Iohannes III. *Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Moſcoviæ, Samogitiæ, Kioviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerniechoviaque.*

Significamus præſentibus literis quorum intereſt Univerſis & ſingulis, Deſcendere Magnificum Raphaelem Leszczynski Palatinum Posnaniens: ex memorato Palatinatu Poznanien: *quem ante plures annos à Nobis collatum ingeſſit, ut perennis in eo ambiretur. Injuriam tamen nemo cenſeat, quod qui debuerat provehi, deſcenſum incipit, habere nempe magnum exemplum aliquid ex iniquo quod publica penſatur utilitate. Poſcebat id noſter erga illum ſvetus benefaciendi animus publica ſvaſit utilitas, & quædam velut neceſſitas occurrebat, brachii, noſtri Regalis in Provincia Majoris* Poloniæ *illi committere vices, quem eo usque gratiis noſtris proveximus & ornavimus, ut nunc pro capeſſendo* Generalis Majoris Poloniæ Capitaneatu *ob incompatibilitatem per leges* Patrias *cum* Palatinatu Poznanienſi *deſcendere ſit opus; In locum itaque abſcesſi Palatinatus* Poznanien: *quo præcipuus Senator ſua non vacet Curuli, vacantem* Palatinatum Lancicienſem *poſt Fata Magnifici* Petri de Bnin Opalinski Palatini Lancicien: & Capitanei Generalis Majoris Poloniæ, *ipſi dandum & conferendum eſſe duximus uti quidem damus & conferimus cum omnibus Juris-dictionibus immunitatibus prerogativis & obventionibus ad extrema Vitæ ſuæ tempora vel majoris alicujus dignitatis aſſecutionem tenen: haben: & poſſiden: Quod omnibus quorum inter eſt, præſertim vero. Dignitariis, Officialibus, totique Nobilitati Palatinatus Lancicien: ad notitiam deducentes mandamus ut memoratum Magnificum* Raphaelem Leszczynski *abhinc pro vero & legitimo* Palatino *ſuo Lancicien: habeant, & agnoſcant eique de loco, juribus, prærogativis, immunitatibus & obventionibus de lege vel antiqua conſvetudine* huic muneri *ſervientibus reſpondeant & ab aliis quorum intereſt reſponderi curent.*

Pro

Progratia noſtra: In cujus rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas Sigillo Regni communiri juſſimus. Datum Leopoli *die XXXI. Menſis Martii anno Domini M DCXCII. Regni noſtri XVIII.*

Joannes Rex

(Locus Sigilli Majoris)

Palatinatus Lancicien: poſt Fata Magnifici Opalinski Palatini Lancicien: Capitanei Generalis Majoris Poloniæ Magnifico Raphaeli Leſczynski Palatino Poſnaniens:

Franciſcus Michael Denhoff
Starogardienſis Capitaneus S.R.
Maj. Secretarius mpp.

Supra diximus a Illuſtriſſimum Raphaelem Leſczynski non niſi ſuo merito ad ſummas aſſendiſſe Regni Polonici dignitates. Palatinus igitur Poſnanienſis conſtitutus (quæ dignitas alternat cum Cracovienſe) proximum a Rege tenuit locum. Verum quoniam uti in hoc vides inſtrumento, incompatibiles ſunt Palatinatus Poſnanienſis & Generalis Capitaneatus per majorem Poloniam, ideoque iſtum dimiſit, hunc adeptus, & Palatinatu Lancicienſe donatus Illuſtriſſimus Leſczynski jam undecimum occupat in ordine Senario locum, (ſi recte eos collocavit Hartknoch. in de Rep. Polon. lib. 2. cap. 3. §. 15.) Atque ſic vide nullos in Polonia natalium illuſtrium eſſe honores, ſed officiorum. Obſerva & porro Palatinos etſi Polonorum voce dicantur *Wojewodowie* i.e. *belli Duces*, Senatores tamen etiam eſſe, ac conſiliis ſuis juvare Regem, unde ſemper aliqui eorum Regi adſunt, quaſi a Latere dicti, & fortaſſis etiam a *Palatio*, *Palatini* olim nuncupati. Juramentum Palatinorum exhibet Hartknoch. §. 21. dicti capitis. *a ad cap. 3. hujus partis ſecundæ.*

IV. Catalogi exhibentes praxin & conſvetudinem in prærogativis leguntur in editis congregationibus Statuum Solenniumque Coronationum, Funerum & ſimilium in regnis ſingulis. De Imperio: *Goldaſtus* eos exhibet in principio primi Tomi *Conſtitutionum Imperialium*: *Modius in Pandectis ſuis Triumphalibus*; alii etiam ſcribentes de *Statibus vel Iuriſdictione Imperii*. De antiquo Ducatu *Britannia*, vide *Bertrandum d' Argentre* ejus hiſtoriam ſcribentem, *fol. 95*. In *Anglia* multa præſertim de Coronationibus & Funeribus ſunt apud Heraldos & quædam publice proſtant. Ejusdem naturæ cum catalogis ſunt nominationes dignitatum *Miles in Catalogo honorum. pag. 67.*

in Commiſſionibus, Decretis Parlamentorum, Subſcriptionibus etſimil. *Commentarii* ſunt vel in Textus Legum Imperialium vel alias leges, vel integri tractatus. Illi in Legum imperialium Textus fere æque facile reperiuntur ac ipſi Textus. Et quanquam varia reperiantur de præcedentia in Commentariis ſuper textus Imperialium & aliarum legum, quæ ex natura ſua propria non reſpiciunt præcedentiam, attamen & iſta adhibentur cum reliquis ab iis qui in diſtinctis libris diſputarunt de præcedentia, ita ut difficile non ſit repetire illa. Sæpe autem invenies quæſtiones examinatas reſpectu unius regionis, quæ in regione alia videbuntur ridiculæ, ut *An Comes præferatur qui antiquior recentiori qui majorem obtinet dignitatem.* Et *utrum Comes cui noviter obvenit Comitatus Paternus & antiquus præferatur Comiti noviter facto antequam illi Comiti perveniſſet feudum & ſucceſſione*, etſimil. Varii Tractatus huc pertinentes ſunt apprime multi, Ille *Lionelli Bartholini*, cujus maximus de Præcedentia Summorum Principum locuti, maxima ex parte concernit tantum dignitates ſubordinatas. Alii libri ibidem commemorati multa itidem habent facientia ad quæſtiones circa ſubordinatas dignitates pariter. His annumerare licet Tractatus in ſcriptos *de Nobilitate*, de *Dignitatibus* vel ſub aliis titulis *Timquelli, Rebuffi, Boni de Curtili, Ioſiæ Nolden, Chaſſanæi Catalogum Gloriæ mundi, Domini Wilhelmi Segar Garter Honorem Militarem & Civilem, Ferrei Glory of Generoſity, Chartes L'Oyſeau des Seigneuries, Camdeni ordines Angliæ, Britannia etſimil.* Singuli horum habent aliquid de Præcedentia. Idem faciunt Scriptores *de ſingulari certamine*, ut *Alciatus* & ejusmodi plures. Scriptores de *Iuriſdictione*, vel de ſtatibus Imperii ut *Tobias Baur meiſter, Mathias Stephani, Reinhardus Koning Juripubl. tom. 2. diſcurſ. 18.* & reliqui iſtius generis cum *Garſia Maſtrillo lib. 4. de Magiſtratibus cap. 14. de Iure prærogativæ inter Titulatos.* Adde in ſpecie etiam *Marcelli Corcyrenſis librum Sacrarum Ceremoniarum*; ubi multa ſunt de ordinandis dignitatibus Temporalibus & Spiritualibus. In libris etiam de locis Eccleſiaſticarum dignitatum vel graduum Academicorum ejusmodi rationes & teſtimonia adduntur vulgo, quæ pariter applicari queunt ad Dignitates Temporales. Vide igitur *Ugonii* Epiſcopi *Famagoza* quæſtionem *quo ordine ſedere, & ſe ſubſcribere debeant Prælati in Concilio* in ipſius *Synodia Ugonia*: Cardinalem *Iacobatium in lib. 1. de Concilio art. 1 §. 103.* ubi loca omnium eminentiſſimorum titulorum Eccleſiaſticorum pertractantur. *Navarr. Conſil. l. 1. tit. de Majoritate & obedientia, Marta de Iuriſdict. lib. 1. cap. 16. Barlaam περὶ τῶν πατριαρχῶν. Michaelem Rouſſel Hiſt. Pontificia Iuriſdictionis lib. 2. c. 10. & lib. 4. cap. 2.* præter illos qui ſcribunt de Conciliis, Cardinalibus, & ſimilibus. *Sbrozzium de Officio Vicarii Epiſcopi lib. 2. cap. 25. &c.* Add. *Stephani Gratiani diſceptat. Forenſ. part. 1. cap. 106. & 111. & part. 2. cap. 298. & Antonii*

Matth. de afflictis prælud. in Conſtitut. Neapolit. quæſt. 26.

Nota. *Tobiam Pfannerum in Hiſtoria Comitiorum Imperii habere multa de Præcedentia rixis diſcimus ex Eruditorum nobilis.*

nii Maſſæ Informationes & allegationes pro loco Abbatum Congregationis Caſſinenſis adverſus Canonicos Lateranenſes impreſſ. Venetiis 1562. Vide etiam *Georgium de Cabedo in ſuis deciſionibus ſuprema curia regni Portugalliæ lib. 1. deciſ. 5. De præcedentia Senatorum Palatii*, ubi tractantur iſtæ duæ quæſtiones I. *Utrum ille qui prius actualem poſſeſſionem cepit & officium exercuit, ſit præferendus illi qui prior fuit in data, & prius literas gratiæ per Cancellariam expedivit: in quibus continebatur quod Princeps eum ſtatim in poſſeſſionem mittebat.* II. *Utrum ille qui prius actualem poſſeſſionem cepit, præcedat illum, qui proviſionem Regiam habet in qua continetur, ut ei antiquitas curret a tempore & data prioris proviſionis.* In *Antonii a Gama* deciſionibus ejusdem Curiæ *Deciſ. 1.* multa ſpecialia ediſſeruntur æque de Temporali ac Eccleſiaſtica Præcedentia. *Caſtillo de Bovadilla* in ſua *Politia pars Corregidores &c. tom. 2. lib. 3. cap. 2.* diſputat *de las precedentias y aſſientos de los Corregidores y Suſtenientes.* Vide etiam *Azorii Inſtit. Moral. part. 2. lib. 11. cap. 8 9. 10. & 11. & Franciſc. Vasquez in Præfat. ad illuſtres controverſ. §. 126.* & ſeqq. *Hugonium Matthæacium Profeſſorem Patavinum* in Apologia ſua vel diſputatione de Præcedentia inter Doctores Legum & Equites in fine ipſius libri *de via & ratione artificioſa univerſi juris* excuſi *Venetiis 1591. & Iohannis Baptiſtæ Mangonis Lucernam monulem, Patav. 1602. part. 1. cap. 19. 20. 21. &c.*

V. Antiquiſſima quæſtio, cujus memini, de præcedentia judicialiter exercita inter Temporales dignitates inde a Romano Imperio (inter Eccleſiaſticas dignitates coævæ ſunt quæſtiones ejusmodi, rixis Sedis Romanæ cum aliis Patriarchatibus antiquis; atque deciſiones earundem juxta affectum de iis diſputantium leguntur in hiſtoriis & Scriptoribus Eccleſiaſticis, pluraque alia inter Clericos litigia invenio antiquiora quam inter Temporales) eſt in Parlamento *Nannetenſe* habito an. 1087. ſub *Alano Fergent* Duce *Britanniæ*, ubi de prioritate loci controverſum eſt inter *Seigneur d' Ancenis & Seigneur du Pont.* Verum quoniam argumenta non fuere ſatis manifeſta ex utraque parte, res ipſa dilata eſt in aliud tempus, cum hoc decreto, ut in hoc Parlamento *Seigneur du Pont* præcedat & ſedeat tanquam nonus Baro ſupra *Seigneur d' Ancenis*; & quod in Parlamento proximo *Seigneur d' Ancenis* ſimilem debeat habere Prioritatem ante ipſum; atque ſic alternare debeant, donec quæſtio inter ipſos plene fuerit definita. Verba decreti ſunt. *Ad finem evitandi delatum, ſeu diſſenſionem eorundem Dominorum (de Ponte &) de Anceneſio, deinde tunc dictum quod pro illa vice Dominus de Ponte ſederet & computaretur pro Barone, & alia ſecunda vice, quando primum Dux teneret ſuum Parlamentum Dominus de Anceneſio computaretur pro Barone & ſederet primus ante dictum*

apud Bertrand. d' Argentr. hiſt. Bret. lib 1. cap. 13 pag. 55.

dictum Dominum de Ponte, & de catero ſic alternis vicibus in Parlamento ſederent donec fuerit latius diſcuſſum per Ducem inter ipſos quis eorum debebit ſedere primus. His quodammodo ſimilia ſunt, in alternativa præcedentia, illa inter Duces *Warwiccenſem* a *& Buckinghamenſem*, ſub *Henrico VI.* qui ſic alternabant anno quovis ſecundo. Vide etiam deciſionem in Provinciali Synodo Londinenſe ſub *Wilhelmo I.* (*Lanfrancus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* tum erat Præſes) de loco & præcedentia Archiepiſcoporum & Epiſcoporum *Angliæ*. Et revera Deciſiones de præcedentia plurimæ factæ ſunt in quæſtionibus quas Eccleſiaſtici excitarunt. Variæ enim dignitates Eccleſiarum ſuarum, & multarum Functionum, Regularum, Ordinumque in ipſis, ob frequentes Synodos & proceſſionales congreſſus, neceſſario genuerunt multas ejusmodi de loco quæſtiones inter ipſos. Verum vix ulla hic eſt deciſio, quæ non egregiam lucem afferat vel intuitu autoritatis, vel rationis quæſtionibus quibusdam ortis inter dignitates Temporales, præſertim caſibus ubi quidam noſtri ſubordinati tituli partem controverſiæ faciunt. *Ius Canonicum* multum in iſtis diſputationibus adhibetur: raro tamen ſine admixtione legum *imperialium Civilium*. In deciſionibus autem Textus & autoritas utriusque vulgo obſervantur, multa etiam ibidem occurrentia expreſſe declarant præcedentiam Secularium dignitatum. Ideo æque proſunt in disquiſitionibus circa præcedentiam de qua nunc loquimur, ac multa alia. Diſperſas eas leges apud collectores Deciſionum. Videque in ſpecie *Aloyſii Riccii Collectanea deciſionum deciſ.* 147. 470. 674. 1069. 1446. ubi & alii plurimi allegati ſunt. Loca adducta ſuperius in §. 4. ex *Cabedo* & *Gama* habent quoque deciſiones de Præcedentia. In *Thuano* & hiſtoria *Concilii Tridentini* variæ leguntur quæſtiones de Præcedentia inter Legatos & Duces quosdam. De Præcedentia dignitatum Temporalium & Eccleſiaſticarum in *Gallia* vide *Recueil de reglements notables &c. donnes enter Eccleſiaſtiques, Iuges, Magiſtrats Iohannis Chenu Pariſiis 1602. & 1603. in quarto. Tractatum de Autoritate & Præeminencia Sacri Magni Concilii & Parlamentorum regni Franciæ* autore *Iob. Mountzigne* cum additionibus *Nicolai Boerii*. Obſerva etiam rationes & conceptus in quæſtionibus de Præcedentia coram *Apolline* in *Bocalini Relationibus ex Parnaſſo Centur. 2. Relat. 8. & 21.*

a *Faſcil. Petit. Parlam. 23. H. 6. n 12.*

b *ap. Wilhel. Malmesb. lib. 1. de geſtis Pontif. Anglorum & auth. Hiſtoria de antiq. Eccleſ. Britan. pag. 111.*

Viri librorum gnari poſſunt habere eorum meliorem copiam. Nos ſaltem non dubitamus homines in varietate Authorum non multum verſatos poſſe accipere manuductionem in ſtudiis ſuis circa hanc Præcedentiæ materiem per tenuem deſignationem iſtam.

FINIS.

DEO SERVATORI Honor & Gloria!

INDEX PRIMUS
CAPITUM LEMMATA EXHIBENS
Part. I.
CAP. I.

1. Scopus & diſpoſitio totius operis.
2. Duplex origo ſummorum titulorum Regis & Imperatoris.
3. De primis Regibus, qui in hiſtoria antiqua dicuntur ante diluvium imperaſſe.
4. De primis Regibus regnorumque propagatione poſt diluvium.

CAP. II.

1. Rex & Imperator; quid denotet Imperator, hujusque tituli uſus.
2. Regii nominis apud Romanos odium, & quomodo Cæſares ab eo abſtinuerint. Ipſorum titulus Princeps.
3. Tandem & Reges appellati, ſcripſerunt ſe tamen ſolummodo Imperatores; donec βασιλεὺς, Rex & Imperator promiſcue in Græca uſurparentur lingva.
4. Differentia inter Imperatores orientis & occidentis in titulis βασιλεὺς, Rex, Imperator.
5. Imperatoris titulus conceſſus Regibus Angliæ, Franciæ Hiſpaniæ, Magno Duci Moſcoviæ, Magno Sultano, Presbytero Johannis.
6. Summa horum aliorumque Regum autoritas, qua ſubjecti non ſunt Imperio Romano, contra communem ſed ridiculam multorum Civiliſtarum opinionem.

INDEX PRIMUS.

CAP. III.

1. Titulus Regis ſubordinati in Principibus ſubditis, ſingularia quædam de Regno Inſulæ Man.
2. Rex Regum & Magnus Rex; antiquus mos terram & aquam homagio loco offerendi.
3. Summorum Principum pedes, manus, labia ſolenniter oſculari & adorare.

CAP. IV.

1. Titulus domini magnis Principibus nec non ſubditis primi ordinis conceſſus, Senior, Xeque vel Cheque & ſimilia.
2. Rex Angliæ antehac ſolummodo Dominus Hiberniæ appellati; origo mutatioque iſtius tituli.
3. Nomen Dei ſummis Principus attributum, jurare per ipſos, eorumque Genium. Divinitas noſtra, & æternitas noſtra, aliaque: mos orientalium Deitatis vocem in ſuis nominibus gerentium.

CAP. V.

1. Cæſaris & Auguſti voces in Titulis Romanorum Germanorumque Imperatorum; & quomodo aliis quoque Principibus attributæ fuerint? Solennis denominatio Romani Imperatoris ab aliis Regionibus.
2. Mos antiquus totam Regum ſeriem uno appellandi nomine, quale illud Cæſaris eſt: affectatio nominis Antonini in Romani & Conſtantini in Græco Imperio.
3. Chriſtianiſſimus Rex Galliæ Regis titulus.
4. Defenſor fidei quando & quomodo appellatus Angliæ Rex. Defenſor Eccleſiæ appellatus Imperator. Supremum Eccleſiæ caput primo nominari cœpit Henricus VIII.
5. Catholici elogium in Hiſpaniæ R. titulus.
6. Porphyrogeniti appellati orientis Imperatores. Imperator Moſcoviæ vocatus Albus Rex. Albus Imperator.

Cap.

CAPITUM LEMMATA EXHIBENS.

CAP. VI.

1. Presbyter Johannis ſeu pretioſus Johannes Imperatorum Æthiopiæ vel Abyſſinæ Titulus. Padiſcha Preſtigiani titulus priſcorum Regum vel Chamorum in territorio Cathajenſi.
2. Chane [id eſt Dominus vel Princeps] apud orientales, quos vulgo pronunciamus Cham.
3. Titulus Caliphæ apud Principes Imperii Mahumetani.
4. Bench, vel Beg, Seriph vel Xaniffe, Sultan μέγας ἀφεντὴς, Mully Sid, Amir, Amiretmumunin & Padeſcha Muſulmin apud Mahumetanos.
5. Sophi Perſarum Imperatores dicti.
6. Sha, Schough vel Xa & Mirza apud orientales. Σαὰ in quibusdam Scriptoribus Græcis.
7. Schahanah cum titulis; Auguſta, Sanctiſſima Domina noſtra &c. Imperatricibus impoſita Origo vocis Anglicanæ Queen, Weſt-Saxonum Lex, qui Regum uxores noluerunt appellare Reginas.

CAP. VIII.

1. Pluralis numerus etiam uni perſonæ tribuitur in ſignum Eminentiæ, quomodo inferioribus communicetur. Superiores vel inferiores ſuis vocare nominibus propriis.
2. Dei gratia in Stylo ſummorum Principum, etiam communicatur iis qui ſunt dignitates ſubordinatæ.
3. Majeſtas in titulis ſummorum Principum, quomodo in Romanum Imperium devenerit. Mos appellandi perſonas in abſtracto. Majeſtas, quid ſit apud orientales. Sacra Majeſtas, Majeſtas & Græcè, id eſt, gratia Angliæ Regum titulus; Germanorum Ihr Enaden.
4. Nomina Celſiſſimus & Potentiſſimus, Excellentiſſimus, Illuſtris, ſuper Illuſtris &c. Ambitioſi tituli Græci & Mahumetani Imperatorum.

CAP. VIII.

1. De Regum Imperatorumque unctione, ejusque in regnis diversis usu.
2. Coronæ Regiæ dignitatis insignia, Diademata priscorum temporum; & quomodo coronæ aureæ cœperint à Regibus Christianis geri.
3. Sceptrum & Globus cui crux infixa.
4. Inauguratio quorundam Principum summorum, qui coronas non gestant.
5. Aliquæ coronationum formæ.
6. Corollarium de Principum summorum præcedentia.

LEMMATA CAPITUM PARTIS SECUNDÆ

CAP. I.

1. Varii tituli hæredis vel successoris manifesti in Imperio in de ab initio Romanæ Monarchiæ, & primo de *Principe Iuventutis*.
2. Initium & continuus usus Tituli *Cæsar*, communicatus Hæredi manifesto vel Successori in Imperio.
3. Creatio & insignia *Cæsarum*, qui fuerunt successores Manifesti; nec non quædam de eorum potentia.
4. Titulus vel nomina *Princeps Iuventutis* ac *Nobilissimus* istis Cæsaribus attributa.
5. Dignitas varia *Nobilissimi*, qui fuit infra Cæsarem.
6. *Cæsaris* titulus mutatus in orientis Imperio; *Sebastocratos & Despota* quid illic.
7. *Rex Italiæ, Rex Germaniæ & Rex Romanorum* dicti sunt successores Manifesti in Imperio occidentali.
8. *Comes & Dux*, Prærogativa *Comitum* qui sunt honorarii vel officiales vel utrumque in Imperio antiquo. 9. Di-

9. Diploma creationem Comitis ex priori ordine tradens circa annum Chriſti D. Scriptum.
10. Diploma, creationem Comitis ex priori ordine, qui etiam *Conſiſtorialis* fuit, exhibens.
11. Diploma, explicans creationem Comitis *ſacrarum largitionum.*
12. *Comitis Rerum Privatorum.*
13. *Comitis Patrimonii.*
14. *Comitis Archiatorum.*
15. *Comitis Provinciæ.*
16. *Comitis Syracuſanæ Civitatis:*
17. *Comitis Neapolitani*
18. Comitis ex poſteriori ordine, gubernantis Civitates.
19. Comes Gothicus audiens & determinans Gothorum lites.
20. Diploma, quo Dux Provinciæ creatus eſt.
21. Inſignia Comitum & Ducum in Imperio olim officiales quoque, qui ipſis vel paruerunt vel immixti, vel ſuperiores fuerunt. Et in ſpecie præſidia, inſignia, regimen, officialesque in hac Britanniæ inſula, cum duos haberet Comites & Ducem unum ſub Romano Imperio vetuſto.
22. Opinio quorundam dignitates Comitis & Ducis ex veteri Germanorum conſvetudine derivantium.
23. Initia Feudorum; & quomodo dignitas Comitis nec non ducis feudalis ac Hæreditaria in Imperio, facta fuerit.
24. Duces Feudatarii in Imperio, & in ſpecie quatuor.
25. Mos antiquus *inveſtiendi Duces* aliosque Principes in Imperio per vexilla; ſceptra etiam nonnunquam tradita Eccleſiaſticis Perſonis feuda accipientibus.
26. Formula Creationis vel Inveſtituræ Ducum à Paulo II. Pontifice præſcripta.
27. Ducum inſignia & in ſpecie ipſorum: Pileus atque Corona.

28. Diploma Creationis *Ducis Auſtriæ.*

29. Diploma Creationis quo *Iacobus de Croy Epiſcopus Camerancenſis* factus eſt *Dux Cameracenſis* à Maximiliano I. & illud quod *Caſtruccius de Antelmellis* creatus eſt *Dux Lucany* a Friderico III.

30. Titulus *Archi-Ducis*; & Corona Archiducum Auſtriæ.

31. *Magnus Dux*, ejusque tituli initia apud Duces *Florentinos*, juxta Bullam Pii V. cum ceremoniis in prima creatione uſurpatis.

32. Varia *Comitum*, Grafen/ genera; & primo ſchlechte Grafen/ vel illi, qui ſimpliciter *Comites* Grafen/ dicuntur ſine additamento.

33. *Comites Palatini*, & primo origo Tituli *Palatinus*, prout feudalis eſt.

34. Feudalis titulus *Palatini* in Imperio Francorum & Germanorum.

35. *Comites Palatini Rheni.*

26. Perſonalis titulus *Comitis Palatini*; & primo de iis, qui aſſumunt titulum hunc, poſtquam Legem Civilem XX. docuerunt annos.

37. De iis, qui tales creantur Comites Palatini per diploma, & primo de ſingulari titulo *Comitis Palatini*, cum ſervitiis in *Laterano* ad coronationem Imperatoris Romanam.

38. De poteſtate creantis alios Comites Palatinos perſonales per diploma cum Bulla Paulli III. P. Referendarios curiæ Romanæ in illam evehentis dignitatem, præter alia ſpecialia Pontificiæ dignitatis hic exercitæ. Varius etiam ſtylus nec non nomina ejusmodi Comitum.

39. Limitationes ejusmodi Diplomatum.

40. Varia privilegia iisdem inſerta cum integra formula Diplomatis, quo ejusmodi Palatinus Comes à Radulphio II. crea-

creatos est. Privilegia quoque ejusmodi Comitum restricta per Bullas Pii IV. & V.

41. *Doctor Philosophiæ & Medicinæ* creatus ab isto Comite Palatino.

42. Laurus Poetis traditur à Comite Palatino,

43. Initia Laureæ coronæ Poetis traditæ, ejusque usus recentior.

44. *Notarii Publici* à Comitibus Palatinis creati, ejusque exemplum in potestate delegata Priori Wigornienſi, nonnulla etiam de æstimio Tituli hujus personalis.

45. Origo varia Comitum Palatinorum, & cur Feudalis titulus derivatur ex Francorum Imperio, personalis verò ex Imperio Romanorum antiquo.

46. Titulus *Comes Sacri Imperii* in genere concessus absque relatione ad Feudum vel Comitatum.

47. Titulus *Marchionis* Marck-Graf/ vel Comitis Limitanei.

48 Land-Graf *Comes Provinciales.*

49. Burg Graf Comes Castrensis.

50. Waiwod.

51. *De Baronibus* eorumque diversis nominibus in Imperio, ut *semper* frey/ Frey-Herren Freyen &c.

52. Ergo vocis *Paro* Banner-Herr.

53. Titulus *Principis* Fürst variè usurpatus.

54. Chur-Fürst/ *Elector.*

55. De Capitaneis & Valvasoribus.

56. Ritter geschlagen. *Equites pertusi*, & primo de personis ex antiqua lege hic idoneis.

57. Privilegia ejusmodi Equitum in Imperio.

58 Origo eorum.

59. Ceremoniæ variæ in creatione horum Equitum.

60. Ceremoniæ cum Eques crearetur Wilhelmus Comes Hollandiæ, in Imperatorem electus. 60.

61. Formulæ receptionis in hunc ordinem ex Pontificali Romano.
62. Perſonæ hanc dignitatem conferentes.
63. *Armiger*; Wapener.
64. Tituli infra Principes ſubordinatos in Imperio ex ſubinfeudatione accepti, vel aliter.
65. Generalis enumeratio ſtatuum in Imperio.

CAP. II.

1. Tituli in *Svecia*, præſertim creatio Equitum illis in partibus ſeptentrionis.
2. Creatio & inveſtitura Ducis in *Polonia*.
3. Inveſtitura *Wajewodæ* à *Poloniæ* Rege facta. Titulus *Wajewodæ* ſeu Palatini hoc in regna *Bojari* & Armigeri in Moldavia.
4. *Barones* in Polonia & *Bojarones* in *Lituania* aliique Polonorum tituli.
5. Tituli Hungariæ.
6. Tituli Bohemiæ.
7. Titolati, ut Principes, Duces, Marchiones & Comites cum ſuis corollis in regno *Neapolitano* Titulus *Archiducis* ibi ſemel.
8. Generalis diſtinctaque notio Baronis ibidem.
9. Titulus Equitis aurati S. *Marci* à *Venetis* collatus.

CAP. III.

1. Titulus Delphini in Gallia *Le Roy Dauphin, Filz, aſne de Roy de France, & Filz de Roy de France*, & de Titulis filiorum ejus minorum.
2. Principes ſangvinis *Primieur Prince du Sang* & *Monſieur* una cum Pileis ſuis vel Corollis.
3. Alii Principum Tituli Perſonales & Feudales, Captal, Capitalis, Capitaneus vel Capdavv; horum Corollæ.
4. Feudalis titulus Principis Gucennæ ab *Edvardo III.* Rege An-

Angliæ conceſſus, *Edvardo* Principi nigro *quoad vitam*. Nonnull de hujus Principis gubernatione ibidem & reſignatione.

5. Officiarii Tituli Ducis & Comitis, quando in Gallia cœperint eſſe Feudales & ſumma poteſtas quibusdam olim addita.

6. De Creatione & inveſtitura veterum quorundam Ducum in Gallia per Gladium atque Ducalem pileum cum aliis primariis inveſtituræ ceremoniis.

7. *Iohannes* Dux *Lancaſtrenſis* creatus Dux Aquitaniæ in Parlamento Anglicano ſub *Richardo II.* ejusque inveſtitura per Ducalem pileum & virgam auream.

8. Pilei ſeu Corollæ Ducum recentiorum in Gallia, nec non modus eos creandi recentior.

9. Comitis titulus qualis ille *Comitum Majorum* ejusve promiſcuus uſus cum Ducis vocabulo; ut & *Ducis* ceu Majoris, ab eodem diſtinctio.

10. Comites minores Ducibus.

11. Creatio inveſtitura Comitum, eorumque pilei.

12. Forma tradendi Comitatus Bononiæ ac Flandriæ, ceu Comitatus immediatè ad Coronam pertinentes.

13. Traditio Comitatus Biggorenſis ab *Edvardo* Principe Aquitaniæ.

14. Antiqua & nova diplomata Comitum absque mentione rituum inveſtiendi.

15. Ritus accingendi gladii, memoratus in quibusdam diplomatibus Comitum in Ducatu Normanniæ.

16. Titularis additio Palatini in Gallia.

17. De Paribus Franciæ, nec non forma creandi Pariatum.

18. Marchiones, eorum antiquæ & recentiores creationes ac pilei.

19. ViceComites, antiqua eorum creatio, varia genera & pilei.
20. Origo & Natura Vice Dominorum, *Vidames.*
21. Barones, generalis ac ſpecialis ſignificatio tituli verbi ac eorum creatio, Caſtellani, mitra vel corolla Baronis.
22. Summa Legum de plurimis Galliæ dignitatibus Feudalibus ex Codice *Henrici IV.*
23. Equites, *Chevaliers* & Equites Banneretti, eorumque creatio, jus habendi vexillum vel inſignia *in drappe an quarte.*
24. Equites Baccalaurei, eorum creatio, vocis origo, varia Baccalaurei acceptio, nonnulla de eorum jure uſurpandi ſigilla.
25. Equites ordinis ſtellæ, S. Michaelis, Spiritus S. & aurei velleris.
26. Ordines Equitum minoris notæ, ſpeciatim Puellæ egregiæ in viridi campo ſub *Carolo VI.* inſtitutus à *Meſſier Boneicant* Mareſchallo Franciæ.
27. Ibidem Armigeri.

CAP. IV.

1. *Principe de las Aſturias* titulus filii & hæredis certi in Hiſpania. Princeps *de Navarre & Girona.*
2. Dux & Comes olim in Hiſpania. Titulus Ducis in Caſtilia &c. una cum corona & formula literarum creationis.
3. Marchionis titulus ibidem & diploma creationis & corolla.
4. *Condes* eorumque creatio & corona vexillum & *Caldera* in eorum inveſtitura olim *Conde Palatino.*
5. Vizcondes.
6. Titulus *Ricos Hombres* eorum inveſtitura per Bannerium & Calderam, ſeu Pendonus Caldera uti & *Condes, Grandes, Barones & Caſtellani.*

7. Mos renovandorum à Rege titularium nominum in hæredibus maximarum in Hiſpania dignitatum.

8. *Cavalleros de Eſpuela dorada* ſeu equites calcaris aurei. Eorum creatio, privilegia, degradatio ex Scriptoribus Hiſpanicis.

9. *Cavalleros Armados & Cavalleros de Alarde* o de premio, o de guerra, o quantioſos.

10. Leges ſeu *Pragmaticas de las Corteſias* & geſtatio coronarum.

CAP. V.

1. Princeps *Wallia*, *Filius Regis Primogenitus Clyto. Etheling.*

2. De antiquis titulis Comitum & Baronum in Anglia; nominibus item *Ealdorman* ſeu *Earl & Thane* easdem dignitates denominantibus, antequam Normanni in Angliam venerent, *Subregulus*, *Regulus Princeps Dux*, ꝓeſ-Coꝛa, *Conſuli* Geſꝛ e illorum temporum,

3. Poſſeſſiones & uſusfructus pertinentes ad Saxonicos *Ealdermen* & *Earl*. De eorundem ſtatu in ipſorum Comitatibus ac relevamentis cummorerentur pendendis.

4. Poſſeſſiones ſeu territoria ad *Thanes* pertinentia, ſeu *Tainlands* illorum temporum, nec non relevamenta, cum morerentur, pendenda. Feudalis titulus *Valvaſoris*, qui poſt Normannorum tempora denominavit *Middle Thane*.

5. De Iurisdictione Saxonicorum Ealdormen ſeu Earles & Thanes; in territoriis, quorum aſſumſerant nomina, vel ipſi poſſidebant,

6. De Iurisdictione in ꝓiƈenaʒemaƈe⁹ magno conſilio ſeu Parlamento tum temporis.

7. De titulo *Earl* poſt Adventum Normannorum. De verbo *Comes*, quod illum latine effert, & ratione qua olim puta-

tabatur Comes recipere tertiam partem uſusfructus ex Comitatu cum Rege.

8. *De Comitibus & Comitatibus Palatinis.*

9. Diplomatum formulæ, quibus creantur Palatini Comites.

10. Comites non Palatini ſed locales. Variæ formulæ diplomatum quibus creantur.

11. De eorum comitatibus ſeu honorariis poſſeſſionibus & relevamentis.

12. Teſtimonia quædam, quæ videntur probare habuiſſe Comites antiquos, quatenus Comites generalem poteſtatem Regiminis in Comitatibus ſuis. Æqua horum teſtimoniorum interpretatio.

13. Cinctura gladii in Comitum inveſtitura: & antiquus ejus mos ad inveſtituram, in vel poſt traditionem ſeu *ouſter le maens* Comitatuum,

14. De Coronis Comitum.

15. Titulus Comitum perſonalis. Earl, Marſchal, & perſonalis titulus Earl Palatin, olim uſurpatus in Anglia.

16. Titulus Baronis hic uſurpatus poſt Normannos. Varia vocis acceptio & quomodo plerumque honorarii Barones vocati ſunt abſque ejus additione.

17. De natura & creatione Baronum, poſt Normannorum adventum; usque ad poſtremos annos Johannis R. de numero feudorum equeſtrium, conſtitutorum à Wilhelmo I.

18. Teſtimonia quæ probant ſeculares Barones & Baronias illius temporis, intra adventum Normannorum, ac poſtremos Johannis Regis annos. Eorundem relevia.

19. Initia *Baronum Spiritualium* (ſc. Barones per tenuram ſub Wilhelmo I.) & teſtimonia quæ docent, quales fuerint illo temporis ſpatio.

20. Pri-

20. Primaria loca, quæ faciunt mentionem ſpiritualium & temporalium habentium locum & votum in Parlamentis vel magnis conſiliis illo tempore.
21. Mutatio Baronum & Baroniarum circa exitum Iohannis Regis.
22. Baroniæ & Barones ex tenurâ vel ſcripto, & Barones ex ſcripto ſolum, poſt illa tempora, usque ad medium Richardi II. & primò de ſcriptis citatoriis, illorum temporum.
23. Variæ perſonæ citatæ illis temporibus, ut Barones, & in ſpecie Regulares Barones, ut *Abbates* etſimil.
24. Manumiſſio dignitatum quibusdam Baronibus regularibus conceſſarum, quoniam neque tenuerant Baroniam, neque Prædeceſſores eorum continuo ad Parlamentum citati fuerant.
25. Titulus Banneretti, ea notione, qua aliquando Synonymum eſt Baronis.
26. De communi opinione, quæ ſtatuit Baroniam conſiſtere ex XIII. feudis Equeſtribus & tertia parte.
27. De Baronis titulo ex mediis Richardi II. annis usque ad hunc diem. Et primo de forma inſtrumentorum, quæ creant atque citant Baronem, & de Regularibus Baronibus, qui fuerunt illo tempore.
28. De Baronibus creatis per diplomata & eorundem formulæ.
29. *Ducis* titulus; ejus initium; inveſtitura, inſignia & creationis diploma.
30. *Marchio* prima ejus creatio, inveſtitura, inſignia & creationis diploma.
31. *ViceComes*, prima ejus creatio, inveſtitura, inſignia & diploma creationis.
32. Breve corollarium de *titulo Parium Regni*, attributa omnibus

bus Parlamentariis dignitatibus, ac de veſtitu iisdem proprio. Nonnulla de eorundem generalibus titulis aliis. Titulus *Comitis & Domini Lord*, attributus illis, qui *Pares* non ſunt.

33. Variæ notiones vocabuli Knight, Militis & Chevaler in Anglia; Diviſio tituli honorarii Knight, & prima Knight Bachilers; ac qualitas perſonarum, qua vel contulerunt vel acceperunt dignitatem iſtam.
34. Ceremoniæ aulicæ & circumſtantiæ olim & nunc uſurpatæ in conferenda dignitate *Equitis Baccalaurei*.
35. Sacræ Ceremoniæ olim in collatione ejusdem dignitatis uſurpatæ.
36. Sufficientia poſſeſſionum, ex qua tenebatur aliquis illum ſuſcipere Equeſtrem ordinem, niſi mulctam incurrere voluerit. De proceſſu fori eundem compellente.
37. De ſubſidiis quibus primogenitus factus eſt Eques.
38. Honor olim & nunc iſti dignitati exhibitus.
39. Degradatio Equitis Baccalaurei.
40. De Equitibus Bannerettis.
41. Occaſio & tempus inſtituti *ordinis Periſcelidis*.
42. De *S. Georgio* iſtius ordinis Patrono; Præcipua teſtimonia ex Oriente ſeu Eccleſia Græca de ipſo.
43. Præcipua teſtimonia ex Eccleſia Occidentali.
44. Quomodo ſeu quare in Patronum Anglicæ Gentis electus fuerit, ejusque dies feſtus.
45. De figura vulgò oſtendente S. Georgium.
46. De ordine Batrenſi.
47. Titulus Baronetti.
48. Titulus Eſquire, ſeu Armigeri.

CAP. VI.

1. *Tituli Honorum* in Hibernia. De *Comitibus ibi* Palatinis & *aliis*. 2. De

CAPITUM LEMMATA EXHIBENS

2. De vice Comitibus & Baronibus in Hibernia.
3. *De dignitatibus aliis ibidem* atque *de forma antiqua creandi Equites* Hiberniæ *Regibus usurpata.*

CAP. VII.

1. *Princeps* Scotiæ, Dux, Marchio, & Vice Comes *vel* Procomes *illic.* Investitura *vel solennia* creationis Ducis, Marchionis *seu* Vice Comitis.
2. *Titulus* Comitis & Baronis *ibidem* & Thaini, *investitura Comitum & Baronum.*
3. *Solennis* Creatio Equitum *in* Scotia.

CAP. VIII.

1. *Titulus* Gentleman, *prout usurpatur vulgari sermone* seu Nobilis. Gentlemen of blood.
2. Edelman/ Frey von Adel. Æthel. *Unde nomina* Gentleman, Gentilhome, Gentilhuomo, Gentilhombre & Hydalgo deducuntur.
3. *Creationes tituli* Edelmann/ Gentilhoumo, vel Nobilis *per codicillos honorarios, diplomata & instrumenta alia. Nobilitatio* a Papa *facta. Creatio per genus quoddam adoptionis in familia.*
4. *Forma Nobilitandi in* Gallia *per edictum & literas patentes, ut & in* Hispania remissivè.
5. *Forma Nobilitandi, vel evehendi ad dignitatem* Gentleman, *seu* Nobilis *per literas patentes* in Anglia.

CAP. IX.

1. De fœminarum titulis; creationibus *Ducissæ, Marchionissæ, Comitissæ, Vicecomitissæ, & Baronissæ* in Anglia.
2. Communicatio *titulorum honoris cum uxoribus à maritis facta, & usus quorundam tanquam consequentium tantummodo ex dignitate* Maritorum *vel Parentum. Titulus Lady* vel *Domina.*

3. Trans-

3. Transmissio hæreditaria titulorum honoris ad hæredes alterutrius sexus.
4. Transmissio eorundem per assignationes vel diplomata.
5. Transmissio eorundem per veram possessionem Feudorum, ad quæ fuerunt annexi.

CAP. X.

1. Honoraria attributa *Clarissimus & Illustris*, præsertim temporibus in Imperio antiquissimis, vel ante Constantinum Magnum.
2. *Illustris*, *Clarissimus*, *Spectabilis*, *Perfectissimus* & *Egregius* eorumque abstracta post tempora *Constantini*, *Gloriosissimus*, qui fuere *Superillustres*. Abstracta *Celsitudo Magnificentia*, *Eminentia* & ejusmodi alia in Imperio antiquo.
3. Honoraria attributa in præsentibus Europæ statibus, magnæ mutationes, quas tempus in eas deduxit.

CAP. XI.

1. De *Præcedentia* in Genere, & magis specialiter de *Præcedentia* quorundam officialium, Dignitatum, aliarumque qualitatum in Republ. *Judaica*.
2. Summaria designatio Legum Imperialium de *Loco & Præcedentia* secularium dignitatum.
3. Leges & decreta ejusmodi in Rebus publ. aliis; præsertim in *Anglia*. Leges Præcedentiæ in Ecclesiasticis dignitatibus.
4. *Catalogi Commentarii*, vel Tractatus de Præcedentia.
5. Speciales *quæstiones* & *decisiones* circa Præcedentiam.

INDEX SECUNDUS
Dictorum Scripturæ citatorum.

NOTA.
Numerus Romanus Prior, Caput Scripturæ, Posterior Partem Libri; barbarus prior, versiculum Capitis, alter paginam indicat.

Genes.

X.
3. II. 621.
5. I. 11.
26. I. 10.
31. I. 12.
XIV. I. 11. 12.
XXIV.
2. I. 61.
XXVI. I. 12.
XXXVI. II. 80.
XL. I. 40.
XLIX. I. 186.

Exodus.
XXIX. 6. I. 163.
XXX. 1. I. 148.

Numeri.
I. 16. I. 97.

Devteronomium.
XXII. 2. I. 148.
XXIII. 2. II. 672.

Ioſua.
IX, 23. II. 672.

Judicum
IX. I. 147.
XVIII. 19. II. 28.

1. Samuel.
VIII. 5. I. 13.

II, Samuel.
I. 10. I. 163.
XII. 30. I. 164.
XV. 37. II. 28.

1. Reg.
I. 39. I. 148.
III. 2, I. 71.

2. Reg.
X. 12. I. 165.
XXIII. I. 71.

1. Chron.
XVII. 33. II. 28.
XX.
7. II. 28.
21. I. 164.

2. Chron.
XI. I. 71.

Eſther
VI. 8. I. 166.
VIII. 15. I. 166.

Hiob.
XXXVIII. 31. I. 12.

Pſalm.
II. 12. I. 56.
XXI. II. 344.
XXXIIX. 11. II. 28.
XII. 2. II. 614.

LXVII. 27. II. 344.
LXXX. 18. II. 28. 21. I. 148.
CXIL. 8. I. 97.
Proverb.
V. I. 97.
XXIV. 26. I. 56.
XLV. I. 97.
Eſai.
XIII. I. 12.
XXXVI. 4, I. 49.
XLV. 5. I. 147.
Ierem.
XXXIX. 3. I. 73.
XLIV. I. 71.
LII. 30. I. 73.
Daniel.
II. I. 49.
III. 2. I. 98.
IV. 5. I. 73.
XIV. II. 28.
Amos.
I. 5. I. 186.
1. Maccab.
III II. 28.
VI. 10. & 14. II. 28.
Matthei.
VI. 32. II. 621.
Marc.
XV. 43. II. 660.
Luc.
I. 3. II. 660.
III. 1. I. 28.
IX. 22. II. 344.
XII. 48. II. 621.
XIX. 12. I. 97.
Johann.
VII. 45. II. 472.
XI. 49. I. 51. 57. II. 472.
XII. 21. I. 62.
XV. 15. II. 28.
XVIII. 3. 13. II. 472.
XX. 15. I. 62.
Act. Apoſt.
V. 37. I. 59.
XII. 22. I. 70. a.
XVIII. 6. II. 621.
XXIII. 26, II. 660.
XXIV. 3. II. 660.
XXV. 26. I. 58.
XXVI. 25. II. 660.
Roman.
I. 5. II. 621. 622.
XIII. 1. I. 138.
1. Corinth.
I. 26. I. 97.
Ebræor.
VI. 3. I. 74.
Iacob.
II. 23. II. 28.
1. Petr.
II. 16. I. 136.

INDEX TERTIUS CAPITUM

LIB. I.

CAP. I.

§. 1. Tituli honorum quid p. 1. eorum diviſiones & ſubdiviſiones ib. diviſio libri in duas partes ib, contenta libri primi ib, contenta libri ſecundi p. 13.

§. 2

§. 2. Summorum titulorum Cæſaris & Imperatoris origo duplex p. 3. hinc Regna alia hæreditaria alia electiva p. 4. utriusque exempla ib.

§. 3. Reges fuere ante diluviũ p. 4. ſq. Monarchia quaſi naturâ dictata p. 5. regnis Saturni Jovis &c. Monarchiæ indicatæ ib. Chaldæorum ante diluvium Regum nomina p. 6. Xiſuther num Noah fuerit ib. Sarus quid ib. affectata orientalium antiquitas ib.

§. 4. Reges Poſtdiluviani p. 9. Nimrod communiter primus ſtatuit, ib. initium ipſius regni ib. nativitas Phalegi p. 10. varia Nimrodis nomina p. 11. ab hoc Regis titulus ad alios devenit. p. 12.

CAP. II.

Imperatoris vox militare nomen p. 15. retentum à Iulio Cæſare & ejus ſucceſſoribus ib. aliis etiam attributum p. 16. differentia quid aut præponitur aut poſtponitur quidque innuerit ib.

§. 2. Regis nomen apud Romanos odioſum p. 16. recuſatum à Cæſare p. 17. Principis titulus aſſumptus ib. Cronvvellii aſtutia p. 28.

§. 3. Regis nomen rurſum ab Romanis aſſumptum p. 28. præſertim ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis ib. βασιλεὺς Rex & Imperator pro uno habentur ib.

§. 4. Regis titulus aliam ob cauſam fugiunt occidentis Imperatores p. 29. diſceptatio inter Baſilium Macedonem Ludovicum II. de hoc titulo p. 30. Caroli V. temporibus Imperatoris & Regis tituli indifferenter uſurpati p. 31. Orientis Imperatores βασιλεὺς ſibi reſervarunt p. 33. Regis nomen Conſtantinopoli non contemptui habitum ib.

§. 5. Rex Angliæ ſe nominat Baſileum p. 35. Dominum Oceani ib. Imperatorem p. 36: Imperatoris titulus dicitur de Rege Galliæ ib. Rege Hiſpaniæ ib. & ſq. Moſcoviæ Ducibus p. 37. reſpectu tamen habito in literis ad alios Imperatores ib.

§. 6. Imperatoris titulus ab aliis uſurpatus non facit injuriam Germanorum Imperatori p. 38. Romani Imperatores non fuêre Domini totius orbis p. 39. 41. Angliæ Regnum ab omni ſubjectione imperiali liberum ib. non admiſit Notarios ex Autoritate Papæ vel Imperatoris creatos p. 40. Summa poteſtas & in aliis reperitur regnis ib.

CAP. III.

§.1 Regis nomen ut ſubditum denotat, tribuitur Tenutariis Imperatorum p.42. eorum inveſtitura p.43. conditiones horum regum deſcriptæ ib. diſceptatio præter hunc titulum p.44. in Anglia non inuſitatus ib. ſubordinati hujusmodi Reges fuere inſulæ Man p.45. qui & Domini dicuntur ib. corona aurea utuntur ib. Dominii titulo tradita Henrico Northumbriæ Comiti p.46. Johanni Staalejo p.47. Patronum Epiſcopatus eſſe ſpecialis regiæ notæ in ſubdito ib. ſubditi Reges fuere Reges Inſulæ Wight ib. priſtinæ Hiberniæ &c. ib. comitibus à Dominis Hiberniæ creatis ſubditi ib. dicitur ſubordinati regis titulus de Regum filiis p.48.

§.2. Rex Regum & magnus Rex dicuntur multi p.49. homagium Veterum p. 50; titulus Regis Regum à Parthis aſſumptus ib. in Regum Angliæ titulis etiam reperiundus p.51. aſſumitur & à Rege Abesſinorum p.52. alia ſepulchri Cyri inſcriptio ib.

§.3. Oſcula pedum manuum &c. Imperatoribus fixa p. 53. Episcopus Romanus idem exigit ib. Lipſii de hiſce judicium & Lampridii p. 54. mos hic diſplicuit Conrado III. ib. Oſcula manuum & Principum à perſonis illuſtribus p. 54. ritus hic ab Aſiaticis Romam delatus ib. Adoratio ſimpliciter enunciata & Perſarum ib. in uſu hic ritus adhuc apud Ducem Moſcoviæ p.55. genuum flexio coram Principibus ib. Adoratio in Imperio ib. Oſculum in homagiis ib. Tria oſculorum genera juxta Wajenſeilum. p.56.

CAP. IV.

§.1. Domini titulus in Imperio Romano p.57. heri etiam de Imperatoribus dictus p.58. κυρίῳ itidem p.59. Domini appellati ſummi in Europa Principes ib. Secta Judæ Galilæi ib. vox Iehova à Judæis non lecta p.60; Domini vox iſtis attributa excellentiam denotat ib. Senioris Xee ſeu Cheque titulus p. 61.

§.2. Domini Hiberniæ Reges Angliæ p.63. origo & mutatio hujus tituli ib. Bulla Adriani IV. ib. Richardus II. Robertum de vere creat Ducem Hiberniæ p.65. diploma ejus ib. ſq. Domini vox terræ poſſeſſorem denotans p.70.

§.3 Dei

§. 3. DEI nomen ſummis Principibus attributum p. 70. quo ſenſu Dii appellari poſſint p. 71. Jurare per Principē p. 72. Deum ib. caput regis p. 73.

CAP. V.

Tituli mere accidentales p. 65. b. Cæſaris vocis Origo & derivatio ib. adhibita & à Carolo M. p. 67. b. attributa & Amurathi III. p. 68. b. Auguſti vocis derivatio ib. nota dignitatis p. 69. b. modus augendi titulos à veteribus Romanis ib. tempus adhibiti Cæſaris tituli in Germania p. 70. b.

§. 2. à Primis Principibus ſæpiſſimè alii dicti p. 71. nomen Antonini recuſat Alexander ſeverus ib.

§. 3. Galliæ Reges dicuntur Chriſtianiſſimi 74. b. tempus quo hunc titulum aſſumpſere ib. vocantur & Tilzaisne del' Egliſe p. 75. Chriſtianiſſimi nomen antequam proprium Regi Galliæ de aliis etiam dictum p. 75.

§. 4. Angliæ Rex dicitur Defenſor fidei p. 75. initium hujus tituli ib. Bulla Papalis ob hunc titulum p. 76. Imperator Defenſor Eccleſiæ p. 82. Henricus VIII. Angliæ Caput Eccleſiæ Anglicanæ dictus p. 83.

§. 5. Catholici nomen Regibus Hiſpaniæ datum p. 83. Origo ejus tituli ib. aliis etiam olim competens p. 84. uſurpant illum in ſecunda & tertia perſona p. 85.

§ 6. Porphyrogenniti dicuntur orientis Imperatoris p. 85. nomen hoc non ſolis Imperatoribus proprium ib. origo hujus epitheti ib. Moſcoviæ Imperator dicitur Albus Rex aut Albus Princeps p. 86.

CAP. VI.

Presbyter Johannis Æthiopum Abiſſinorum Imperatorum titulus p. 88. varia derivata ib. deducuntur ex Abaſenis p. 89. Zaga Zabo an nominetur ib. Munſteri error ex Epiſtola Ebräica p. 90. obſervatum ex libro quodam Annalium ib.

§. 2. Chan in Tartarorum Imperio Dominum ſignificat p. 90. Uluchum quid p. 71. Chan pronunciandum non Cham ib. varia hujus vocis compoſita ib. error Wilhelmi de Rubriquis p. 92. UluChan dicti Imperatores Tartorum & Scytharum ſeptentrionales p. 93.

§. 3. Caliphæ titulus primarius p. 94. ejus interpretatio ib. nonnulli Papæ voce expoſuere ib. Apud Perſas inferiores ſacerdotes caliphæ dicuntur p. 95. ſed & Sophi ipſorum ſeu ſucceſſori Ali tribuitur p. 96. derivatio hujus vocis ex lingua Hebræa ib.

§. 4. Vox Benchi Dominum significat & de præfectis Provinciarum sub Magno Sultano dicitur p. 96. Seraphi non ad solam Africam restringitur p. 97. Xariphi nuncupati Principes Fesse & Marocco ib. significat nobilem ib. tandem ex sola Mahometis progenie ortum indicavit p. 97. Sultani vox titulus Ottomanicæ lineæ primarius p. 98. ejus derivatio ib. significatio ib. Aphentes corruptum ex αὐθεντὴς ib. Maulæ titulus vel Mullus p. 99. titulus vid. ib. Alchabir Sid ib. Imir vel Amir principem denotat p. 99. dicitur & de Sultano ib. Amir Elmumunim ipse Mahometes quandoq; appellatur ib. Alghabasse vocis denotatio ib. Hemiromelen regem credentium indicat ib. Amiromomenius quid indicet p. 100. Padscha Musulmin se vocat Sultanus p. 101. Musulmin notat fidelem p. 102. Hungber vel Hunggiar dicitur de Sultano ib.

§. 5. Sophi nomen de Ismaële dicitur p. 102. hujus origo ib. ratio nominis p. 103. Secta Ali & Mufti ib. variæ nonnullæ Sophilar sententiæ p. 104. Persiæ Rex & Schah dicitur p. 105.

§. 6. Schah tituli significatio p. 105. communicatur quandoq; aliis p. 106. Morzoh magnum dominum notat ib. Padischa summum Regem ib. Runscha vel Rumbeg vocant Papam ib. composita quædam cum nomine schah ib.

§. 7. Schatana Reginam denotat p. 107. digressio ad honorum titulos fœminis communicatos ib. præprimis augustæ vocis & sq. ex favore Domini Imperatrici attributæ ib. Aviis & matribus p. 109. num & deviduis & ante coronationem de Imperatrice prædicari possit p. 111. dicitur & de filiis immò concubinis p. 113. alia Imperatricibus data epitheta p. 114. Regum Europæ uxores dictæ Reginæ & Dominæ p. 114. Majestatis etiam titulum usurpant ib. specialia de subscriptione de Regina Angliæ p. 115. de vocis Queen significatione & origo p. 115. sq. dicitur de Reginis Angliæ ib. mox fit odiosa p. 117. occasio hujus ib. rursum recepta ib. tempore Heptarchiæ dictæ sunt Reginæ p. 119. fuere coronatæ ib. p. 120. prærogativæ ipsarum ib. uxorem Galliæ Regum prærogativæ ib. Reginæ Dotariæ p. 121.

CAP. VII.

Pluralis numerus in formulis loquendi Magnatum usitatus p. 122. Judæorum de hisce sententia & perversio in Trinitatis Mysterio ib. Primam

Pluralis

Pluralis adhibent & Reges & Inferiores in Anglia p. 123, non tamen conceſſa Vice-Comiti p. 223. Superiores quomodo alloquuntur inferiores & cum univerſa Francorum Regibus uſurpatus pluralis p. 125.

§. 2. Dei gratia inſeritur titulis ſummorum Principum p. 125. Illuſtribus tamen ſubditis quandoq; communicatur p. 126. quid in ipſis innuat ib. ipſum adhibet Haſſiæ Landgravius p. 127. Baſſæ quoq; in Turcia ib. Duces Venetorum ib. prioribus temporibus Domini Spirituales ib. venuſta fabula p. 128. Regulæ quædam ex libro pervetuſto hunc titulum concernentes p. 129. tempus uſurpationis p. 130. Græcorum Regum θεοτεφὴς ib.

§. 3. Majeſtatis ſignificatio p. 131. deductio ex ovidio ib. propria demum facta imperio Romano p. 133. Crimina Majeſtatis p. 134. Abſtractum Majeſtatis occaſionem dedit aliis titulis abſtractis ib. Græci Majeſtatem exprimunt per βασιλείαν p. 135. Majeſtatis nomen in Angliam introductum p. 136. an de hominibus dici poſſit p. 137.

§. 4. Alià nomina quibus ſummi Principes nominari conſvevere p. 138; quæ attribuerit Curia Romana p. 139. Illuſtris titulus non ſuffecit Angliæ Regibus p. 140. Superilluſtris titulus ib. de Hiſpaniæ titulis, quos Rex à ſubditis aſſumit p. 142. inſolentes Muhamedanorum Principum tituli p. 143. Regum Mauri p. 145.

CAP. VIII.

§. 1. Ritus unctionis vetuſtiſſimus p. 147. Oleum quibus Judæorum olim Reges uncti ib. Rabbinorum traditio p. 148. unctionis modus ib. Sacerdotes uncti ib. unctio quid ſignificet p. 148. olim non omnes reges uncti p. 150. tempus unctionis incœptæ in Imperio orientis & occidentis p. 151. oleum quo Galliæ Reges inunguntur an. à cœlo deportatum p. 152. ſq. primum teſtimonium Fide dignum pro Galliæ Regum unctione p. 154. Regum Magnæ Britanniæ unctio pervetuſta p. 156. oleum quo inunguntur p. 159. Ceremoniale Benedictionis in Scotia p. 160. Hiſpaniæ Rex unctus primus p. 161. Hungariæ & Poloniæ Reges unguntur p. 162.

§. 2. Coronæ & diadematis differentia p. 162. Regis Latii Radii ib. antiquiſſima coronæ mentio ib. Corona Davidis p. 164. quæ fuerit Ammonitarum Regis ib. Regum Perſarum Tiaræ p. 165. Cidaris Regium inſigne ib. Eſtheræ corona p. 165 Mardochæi p. 166. Aſiæ in Regnis diadema fuit

in

in uſu ib. in Africæ p. 167. nonnullis Europæ Regibus ib. & inter inſignia regiæ Romæ aſſumpta non fuit diadema p. 169. poſt Aurelianum verò primarium factum p. 172. Conſtantini diadema ib. poſt Conſtantinum, Diadema uſurpatum non rejecta lauro p. 173. impoſitio diadematis ad juſtini minoris tempora p. 174. Primus à Conſtantinopolitano Patriarcha coronatus ib. coronatio apud occidentales tempore Caroli M. cœpit p. 176. fit à Papa Romano quoad coronam tertiam ib. Galliæ Reges coronatæ ante initia imperii occidentalis p. 177. prima coronatus ex Rege viſi Gothorum in Hiſpania p. 178. Differentiæ coronarum Regiarum p. 179. Coronæ Regum Angliæ p. 179. ſq. ceremoniale de coronationis ritu a Saxonum ævo p. 183.

§. 3. Sceptrum antiquius regium inſigne corona p. 185. Sceptrum Jovis inſigne ib. notata nonnulla ex ceremoniali Saxonicò p. 187. Globus vel mundus cum cruce impoſita ſpeciale regiæ dignitatis inſigne p. 189. initium ejus in Imperio ib. crux eidem ſuper impoſita p. 190. ex orientali imperio devenit ad occidentales p. 191. quo tempore ib. ejus ſignificatio p. 192. adhibent eam & Reges Angliæ p. 193. Daniæ ib.

§. 4. Inauguratio Principum abſq; coronatione p. 194. Sultani ib. Imperatoris Ruſſiæ p. 195. hujus regium inſigne in capite mitra purpurea p. 195. inaugurationis ceremoniæ ib. ſtylus in titulis obſervatus cum coronatur p. 197. ceremoniæ in orientis Imperio uſitatæ juxa Cataczenum & Codinum p. 199. ſqq. Pictura Imperatoris coronâ veſtibusq; induti p. 204. occidentalis imperii coronationis ritus in ordine Romano ib. Ritus coronandi *Regem* & *Reginam* in regno electitio ex Pontificiali *Romano* p. 205. ſeqq. Coronatio *Reginæ* una cum *Rege* p. 219. Coronatio *Reginæ* ſolius p. 215. ſeqq. Reginæ ut regni dominæ p. 224. de benedictione & coronatione *Regis* in conſortem electi p. 234. ſqq. Ordo ad inungendum & coronandum *Regem* Galliæ p. 263. ſqq. Coronatio *Reginæ* Gallicæ p. 269. ſqq.

§. 6. Præcedentia ſummarum Principum p. 278. arduum aliquid definire p. 277. collecta hâc de re teſtimonia ib. Præcedentia in nominibus variorum regnorum à ſe invicem non dependentium p. 282. quandoq; tituli promiſcuè in ſermone proferuntur p. 283. Diploma Petri I. *Regis* Caſtiliæ ad Eduardum III. Angliæ Regem p. 284.

PAR-

PARTIS II.

CAP. I.

Diſtributio Titulorum hac in parte contentorum.

§. 1. Varia hæredis in Imperio nomina p. 5. dicitur princeps Iuventutis ib. quando hic titulus eo ſignificatu cœperit ib.

§. 2. Cæſaris vox Imperii Succeſſoribus tributa p. 5. initium tituli hoc ſenſu uſurpati p. 6, antiquus vocis Cæſaris uſus p. 6. Germanici nomen ejus loco ſubſtitutum p. 7. Cæſaris nomen deſiit eſſe nomen familiæ p. 8.

§. 3. Creatio & inſignia Cæſaris p. 8. Imperatoris Commodi ad Clodium Albinum epiſtola p. 9. dignitas Cæſarea cum eminentia & poteſtate conjuncta ib. conf. p. 15. plures Cæſares ſimul creati ib. ſq. Conſtantius creat Julianum Cæſarem ſuum p. 10. num Cæſares coronati tum temporis fuerint p. 12. ſq. teſtimonium Theophanis de Niceta p. 13. purpura cum auro Cæſaribus conceſſa ib. Dalmatius cum Cæſar fuerit & qualis p. 14.

§. 4. Attributa duo Cæſarum ſolennia p. 15. dicuntur Principes Iuventutis ib. quandoq; additur quandoq; omittitur Cæſaris nomen p. 16. dicti inſuper Nobiliſſimi ib. Numen & Majeſtas quandoq; tributa Cæſari p. 17.

§. 5. Nobiliſſimi vox & Dignitatem innuit Cæſari proximam p. 17. acceperunt purpuram cum auro ib. exempla nonnulla p. 18. dicti etiam ſunt Proto Nobiliſſimi ib.

§. 6. Cæſaris nominis mutatio ſignificatus p. 18. commutatur cum nomine Sebaſtocratoris ib. Deſpotæ vox ſucceſſorem dicit in Imperio p. 19. quando cœperit hac natione uſurpari ib. plures creati Deſpotæ p. 20. mutata vocis ſignificatio, ut non ſemper ſucceſſorem innuerit ib. Dignitas quædam non nominata, Deſpotæ attamen ſuperior ib. ſq. Imperatoris filius ſucceſſor Imperii dicitur in genere p. 21. Deſpota cum addito Romanorum ib. Deſpotæ inauguratio p. 23. Deſpotæ dicti Principes regionum Orientali Imperio vicinarum ib.

§. 7. Succeſſor Imperii Occidentalis certo dicitur & Rex Italiæ p. 24. Rex Germaniæ ib. Rex Romanorum ib. Rex Romanus an jurisdictioni Imperatoris ſubjectus p. 25. ſq.

§. 8. Ducis tituli duplex ſignificatio p. 62. ſq. Comites miniſteriales in Imperio p. 27. diviſio eorundem in tres ordines ib. diviſionis initium ib.

Amici Principis p. 28. Comitis vox in ritualibus Ecclesiæ Græcæ p. 29. Comites primi ordinis intra Consistorium ib. insignia ipsis demandata officia ib. Comites Largitionum in oriente & occidente p. 30. eorundem officium ib. Comitis orientis & occidentis p. 30. Comites ex secundo ordine gubernatores civitatum ib. missi sæpius ad concilia p. 31. Vicarii Præsidesq; Provinciarum ex ordine primo Comitum ib; Ducis & Comitis voces possunt jungi p. 32. Comites vacantes qui p. 33. Comites ordinis primi diversarum artium ib. attributa hisce & superioribus data p. 34.

§. 9. Cassiodoro fides habenda quoad recensitas formulas p. 34. formulæ recensitæ circa annum D. Servatoris ib. Codicillus creandi comitem vulgarem primi ordinis merè vacantem p. 35.

§. 10. Formula literarum patentium, qua creatur comes primi ordinis Consistorianus p. 36.

§. 11. Codicillus quo creatur Comes sacrarum largitionum, & idem constituitur Primicerius Notariorum p. 57. alia formula Regis Athalarici, Opilioni eandem dignitatem conferentis p. 38.

§. 12. Formula creandi Comitem rerum privatarum p. 40.

§13. Formula Comitivæ Patrimonii p. 41.

§. 14. Formulæ Comitivæ Archiatorum seu Præsidis Medicorum p. 42. sq.

§. 15. Formula Comitivæ Provinciæ p. 44.

§. 16. Formula Comitivæ Syracusanæ p. 45.

§. 17. Formula Comitivæ Neapolitanæ p. 46. epistola ad Neapolitanos missa cum hac formula p. 47. ad officiales ib.

§. 18. Formula Comitivæ secundi ordinis cum regimine Civitatis commisso p. 48.

§. 19. Formula creandi Comitem Theodorico R. vel regibus Gothicis propria p. 49.

§. 20. Formula faciendi Ducatus Retiarum p. 49. Duces quando aut Comites nominati fuerint p. 50.

§. 21. Insignia quæ habuere Comites p. 51. Præfecti in Imperio tempore Theodosii II. ib. Vicarii Britanniarum Symbola administrationis ib. & sqq. sub se habuit Vicarios quinq; jurisdictionem exercētes p. 52. insignia aliarum consularium p. 53. Præsidis Dalmatiæ officia ib. insignia Præsi-

dum

dum ib. Adminiſtratio *Britanniæ* militaris ib. Comitis Britanniæ inſigne p. 55. regimen & officia ib. Comes littoris Saxonici ib. ejus inſignia p. 56. exercitus p. 57. civitates maritimæ ib. Ducis Britanniarum Symbola p. 58.

§. 22. Opinio quorundam dignitates Comitis & Ducis ex veteri conſvetudine Germanorum derivantium p. 60. Ambacti quid. p. 61.

§. 23. Feuda quid p. 62. homagium à feudatario hodienum præſtandum ib. mos tradendi feuda cum ejusmodi jure unde accerſendus ib. Feuda jungendi mos cum Ducis titulo ib. ſq. Feuda apud Gentes Boreales uſitata p. 63; ab his traducta in Europæ partes ib. Lombardi Ducis titulum illuſtriorem æſtimant p. 64. Primus Ducis titulum cum feudo conjunctum habens ib. Comitis titulus in quibusdam Galliæ & Germaniæ partibus æque honorabilis ac Ducis ib. conjunctus feudis ib. Comites inferiores qui p. 65. Sub Carolo M. cœperunt Ducis & Comitis dignitates feudales ib. in orientis vero Imperio non fuere conjunctæ cum feudis ib. ſq. In Francorum Imperio dignitates, iſtæ & aliæ factæ feudales & hæreditariæ p. 66. conceſſa etiam jurisdictio & poteſtas Regiminis p. 67.

§. 24. Quatuor eminentiſſimi Ducatus in Imperio p. 67. numerus Comitatuum olim ſub ducatu comprehenſorum p. 68.

§. 25. Inveſtitura Ducis Laici priſcis temporibus primario traditione vexillorum 69. Eccleſiaſtici traditione ſceptri p. 70. quandoque & vexilli ib. nonnulli gladio ib. formula tritiſſima inveſtiendi p. 71.

§. 26. Formula creationis & inveſtituræ ducum Italiæ per Ducalem [illegible]eum introducta à Paulo II. p. 72. ſqq. Marellus diſtinguens inter formulas creationis p. 78. exemplar Pauli II. Borſum inveſtientem ib. ſq.

§. 27. Ornatus ſeu indumenta ducum p. 79. Pileus ducalis ib. num coronam uti poſſint ib. & ſq.

§. 28. Formula qua Friedericus I. Henricum Patruum ſuum ducem Auſtriæ conſtituit p. 81. ſqq. reſignavit hic Ducatum ſuum ex ſententia Comitiorum Ratisbonenſium p. 84.

§. 29. Formula qua Maximilianus I. creavit Iacobum de Croy Epiſcopum

pum Cameracenſem, Cameracenſem ducem p. 85. literæ patentes, quibus Caſtraccius de Antelminellis in ducem Lucenſem evectus eſt à Ludovico Bavaro p. 87.

§. 30. Archi Ducis titulus apud Auſtriacos p. 92. ἀρχὴ denotat tantum præeminentiam ib. quo tempore Auſtriæ Duces cœperint vocari Archi Duces ib. Forma pilei & corollæ Auſtriacæ p. 93. Archi Ducis titulus antiquior in Imperio quam Ducis Auſtriæ ib.

§. 31. Magnus Etruriæ Dux p. 94. Bulla Pii quinti 16. ſq. Inauguratio Coſmi Medicei in Magnum Etruriæ ducem p. 100. ſqq.

§. 32. Comitum feudataria Imperii diviſio in ſex genera p. 105. Comites abſque ſolenni additione ib. eorum inveſtitura ib. diploma quo Carolus V. creavit Adrianum de Croy Comitem p. 106. quatuor Comites Imperii ib. Comites nullo dotati comitata ib. formula qua Henricus II. Imper. Earlvvino Earlvvino Epiſcopo Comitatum Cameracenſem conceſſit p. 107.

§. 33. Comites Palatini qui p. 108. feudales alii alii perſonales ib. Comites Palatii in aula Regum Francorum qui p. 109. cur Palatini vox cum provincia conjungatur ib. Præfecti Prætorio qui p. 110. Curopalates nullam exercuerunt poteſtatem extra palatium p. 111.

§. 34. Feudalis titulus Palatini in Imperio Francorum & Germanorum p. 112. Quatuor Archi-Palatini p. 113. præter Comites Palatini ad Rhenum & alii hoc titulo potuiſſent uti ib. creationis formulæ ſpeciales non habentur ib.

§. 35. Comitis Palatini titulus in Imperio cum Palatinatu ſolus manſit illis ad Rhenum p. 114. initium titulum non diſtinguuntur amictu [illegible] aliis p. 115.

§. 36. Comites Palatini abſque feudis p. 116. duo hunc titulum acquirendi modi ib. primus per profeſſionem legum Imperialium per annos XX. ib. diſquitio an verus hic acquirendi modus p. 117.

§. 37. Comites Palatii literis patentibus creati p. 118. duo eorum genera ib. officium Comitis Palatii Lateranenſis Romani ib. ſq.

§. 38. Comites Palatini perſonales à quibus poſſint creari p. 120. bulla Pauli

Pauli III. ib, ſtylus perſonalem hanc Comitum dignitatem exprimens p.122. dicuntur Germanicè des Heil. Römiſchen Reichs-Hofe Graven p. 123.

§. 39. Status limitatus in titulo Comitis Palatini p.123. reſpicit vel hæredes ib. vel ſucceſſores ib. Academiæ Helmſtadienſis Rector ejusque ſucceſſores Comites Palatini creati ib.

§. 40. Poteſtas & privilegia Comitum Palatinorum p. 124. Diploma quo Rudolphus II. creavit Georgium Obrechtum cum filio Thoma Comitem Palatinum p. 125. ſqq. privilegia in aliis diplomatibus ipſis quandoque addita p. 128. in bullis Papalibus 129.

§. 41. Doctor Philoſophiæ & Medicinæ creatus à Comite Palatio p. 130. ſqq.

§. 42. Corona Laurea Joh. Cruſio Poetæ à Thoma Obrechto tradita p. 131. ſqq. alia teſtimonia in creatione Poetarum p. 134.

§. 43. Moris coronandi Poëtas Laurea initia p. 135. Petrarcha ab urbe Roma coronatus ib. Conradus Celtes primus Poëta Laureatus Germaniæ vocatus p. 136. Maximiliani I. diploma, quo Conradum Celti Rectorem Collegii Poëtici conſtituit, honoresque & privilegia Poëtarum declarat ib. ſq. Coronatio Poetarum in Imperio Germanorum unde proceſſerit p. 138. Certamina Poetarum & victoriæ inſigne apud Romanos ib. nonnullæ inſcriptiones Poetarum p. 139. Agones Capitolini ceſſantes p. 141. Poetarum olim Patronus ib. Anglia à Germanis aſſumpſerunt morem coronandi Poetas ib.

§. 44. Forma creandi Notarios publicos à Comite Palatino p. 141. num Notarii Creati à Comite Palatino Cæſareo habeant auctoritatem in territorio ſedis Romanæ & viceverſa p. 143. num in Anglia recipiantur ib. formula qua Rogerius de monte florum conceſſit Priori Wintonienſi duos creare notarios ib. forma juramenti quo obſtringantur notarii p. 144. varia æſtimatio Comitum in aliis regnis p. 145.

§. 45. cur titulus Comitis Palatini feudalis ducatur à Francis p. 146. cur perſonalis ducatur ex imperio Romano ib.

§. 46. Comites Imperii perſonales p. 147. diploma Rudolphi II. quo Thomam Arundeliæ Dominum creavit Comitem Imperii p. 147. ſqq.

§. 47. Marchiones qui p. 149. vocis derivatio p. 150. uſus ejus primus unde deducendus p. 151. creatio Marchionum p. 152. quatuor in Imperio eminentes ib. inſigne primarium ib. error Nicephori ib.

§. 48. Landgravius quid p. 153. titulus eminentiæ ib. quatuor eorum in Imperio ib. ortus titulus apud Germanos ib. antiquiſſima creatio Landgravii ib.

§. 49. Burggravii qui p. 154. eorum quatuor ib. titulus in Germanico ortus imperio ib. non ſemper ſingularem dixit eminentiam ſicuti & Landgravii nomen ib. ſq.

§. 50. Wajevvodæ titulus in Imperio rarus p. 155.

§. 51. Barones in Imperio quid p. 155. titulus hic communicatus & aliis jurisdictionem & territorium non habentibus ib. varia Baronum juxta nonnullos genera & nomina p. 156.

§. 52. Baronis vocis derivatio p. 157. ſq. à latinis ſcriptoribus dicti quandoque magni officiales ib. in legibus Longo Bardorum viri *Regis* p. 159. Germanis audiunt Banner-Herr ve Panner-Herr ib.

§. 53. *Principis* tituli homonymia p. 160; dicit dignitatem cui junctum territorium ib. hujus exempla ib. initium tituli ad territorium applicati p. 161. ſq. jam apud *Romanos* fuit titulus honoris ib. de iis quoque dicitur *Perſonis*, quæ aliis ſplendent dignitatibus p. 162. de parte in diviſione ſtatus imperii p. 163; alia hujus vocis à recenſitis notio diverſa p. 164.

§. 54. Electoris titulus p. 164. electorum origo ib. & ſq.

§. 55. Capitanei vocis varia ſignificatio p. 165. Capitaneus proprie & improprie dictus quid ib. vocis origo p. 166. Valvaſoris vocis derivatio ib.

§. 56. Eques percuſſus p. 166. ceremoniæ in creatione obſervatæ ib. perſona hujus dignitatis capax ex lege antiqua p. 197.

§. 57. De privilegiis Equitum in Imperio p. 167. ſq. Diſceptatio de hiſce inter doctores p. 168. Equites aurati unde dicantur ib.

§. 58. Origo Equitum unde petenda p. 168. ſq. mos Germanorum antiquus in traditione Lanceæ & Scuti p. 169. diploma adoptionis per arma,

arma, qua Theodoricus Oſtro Gothorum uſus eſt ad Herulorum Regem ib. ſingulare exemplum à Procopio relatum p. 170. phraſis à rege gentes exteræ arma ſuſcipere quid ib.

§. 59. Ceremoniæ variæ in deſcriptione Equitum p. 171. Caroli M. de hiſce Conſtitutiones Friſiæ ſtatibus præſcriptæ ib. percuſſio auris vel generum communiſſima ceremonia p. 172. quandoque in Imperio creati diplomate ſaltem imperiali p. 173. traditio ſcuti & impoſitio gladii nonnunquam accedentes ib. qui ceremonias perfecerint ib.

§. 60. Ceremoniæ cum Eques crearetur Wilhelmus, Comes Hollandiæ in Imperatorem electus p. 174. ſqq. Regula militaris ordinis ib. Reges nonnunquam ante nonnunquam poſt creationem aſſumſerunt hanc dignitatem p. 175.

§. 61. Forma creandi equitis ex Pontificali Romano p. 176. ſq.

§. 62. Perſonæ dignitatem equitis conferentes p. 180. Nicolai Uptoni ſententia ib. Equites S. ſepulchri p. 181. refutatio nonnullorum civiliſtarum p. 182. alii ordines equitum ib.

§. 63. Armigeri p. 182. eorum creatio ib. differentia inter equitem & armigerum p. 183.

§. 64. Tituli infra principes ſubordinatos in Imperio ex ſubinfeudatione accepti p. 183. diploma Maximiliani creantis Carolum Comitem de Chymay Principem ejusdem nominis ib. & ſqq. refutatio Auberti Miræi p. 185. exempla Principum alias dignitates ſub ſe habentium ib. ſq.

§. 65. Generalis enumeratio ſtatuum in Imperio p. 187. Equitum, qui ſub Imperio ſunt nomina p. 188.

CAP. II.

De

§. 1. Adjacentia imperio regna conſvetudinem & nomina ferè retinent; Militis in Suecia olim ſignificatio ib. Equitum in Suecia creatio

atio p.190.formula juramenti,quo obſtringuntur ib. Diploma quo Guſtavus Adolphus Herincum Saint-Georgium equitem creavit p.161.

§.12.Sigismundus I. in Polonia conceſſit Ducis titulum Alberto Marchioni Brandenburgico p.193. inveſtitura ib. conditiones additæ ib.

§. 3. Exemplum Wajevvodæ feudales, quo Caſimirus Stephanum Moldaviæ Wajevvodam creavit p.194. ceremoniæ obſervatæ ib. juramentum p.195. Armigeri & Bojari continent in Moldavia Barones ib. vox Wajevvoda denotat Capitanea. p.196. aſſumpſerunt titulum Deſpotæ & Principis ib. Wajevvoda in Polonia & ducatu Lituaniæ ib. Similes quodammodo Lords Lieutenants in Anglia ib. græcè vocantur Βοϊβοδοι ib. latine Palatini ib.

§. 4. Statuum ſecularium in Polonia varia nomina p.196. eorum Barones p.197. Bojarones ib. equites ib. alii tituli recentiores ib.

§. 5. Comites & Duces Hungariæ in legibus antiquis p.198. Comites parochiales & perpetui ib. Comes Palatinus p.199. Diviſio Baronum Hungariæ in officio & non in officio exiſtentium ib. Banni vox in hac regione p.200. Tavernicorum Miniſtri qui ſint ib.

§. 6. Bohemiæ tituli p.201. Electoratus jus illorum habet Rex ib. antiquiſſima Ducis creatio ib. Baronum p.202.

§. 7. Tituli majores in regno Neapolitano omnes Titolati nomine inſigniuntur p.202. Principis titulus vetuſtior quam regni ib. Poſſunt imponere inſignibus ſuis coroniam p.203. Ducum titulus in hac regione ib. in inſignibus ſuis habet corollam ib. Archi-Ducis titulus in hoc regno ib. habent pileum ducalem p.204. Marchio primus in hoc regno ib. ejusdem corolla ib. Comites hujus regni & eorum corolla ib.

§. 8. Titolati omnes generali nomine dicuntur Barones p.205. eorum privilegia ib. Valvaſores qui ib. origo ib.

§. 6. Venetorum Equites S.Marci p.206. eorum creatio p.207. ceremoniæ obſervatæ ib.

CAP. III.

§. 1. Delphinus certus Regni hæres in Galliæ p.211. Origo vocis delphini

ni ib. Carolus primus & ſucceſſor in regno p. 212. Delphinus dicitur quandoque Roy Daulphin p.213. Delphini titulus quandoque aliis præponitur & poſtponitur p. 214. hujus rei ratio ib.

§. 2. Principes ſangvinis in Gallia p. 215. opinio quædam de eorum origine ib. refutatur ib. prioribus temporibus quomodo vocati ib. Græcorum de crinibus eorum error p. 216. ſpecialia PrincipumSangvinis privilegia ib. Locus tum inter ipſos tum reſpectu aliorum ib. eorum inſignia p. 218.

§. 3. Principum titulus tum perſonalis, isque vel ex nativitate p. 218. vel ex creatione p. 219. amborum privilegia ib. tum feudalis ib. tempus aſſumptionis hujus tituli ib. Caroli Paſchalii diviſio Principum in Majores & minores p. 221. ipſorum corona ib. Captall & Captalat in quibusdam Galliæ locis denominat Principes iſtos & Principatus p. 222.

§. 4. Eduardus III. Angliæ Rex filium ſuum Edvardum Principem nigrum creat Ducem Gviennæ p. 222. diploma Edvardi p. 224.

§. 5. Origo titulorum Ducis & Comitis in Gallia p. 228. commiſſionis, quo provincias ſuas Reges Gallia patriciis committebant formula p. 228. Patricii titulus poſt Marculphi tempore ſit rarus in Gallia p. 229. Ducis & Comitis titulus cum relatione ad Provinciam quando factus hæreditarius p. 229. ſqq.

§. 6. Ceremoniæ in Creatione Ducum Galliæ Veterum p. 231. numerus Comitatuum ad Ducatum requiſitus p. 232. coronæ veterum Ducum ib. impoſitæ à ſummo Ducatus prælato ib. ſpeciali exemplum in Ducatu Normanniæ ib. Ducum inveſtitura cum gladio & corona juxta morem temporum ante Franciſcum Regem p. 232. ſeqq.

§. 7. Duces & creati absque corona & gladio per ſolam impoſitionem Ducalis Pilei p. 238. exemplum Johannis Ducis Lancaſtrenſis Dux Aquitaniæ creati ib. ſqq.

§. 8. Pilei ſeu corollæ Ducum recentiorum in Gallia p. 241. habent tantum in inſignibus non in capite p. 242. forma creationis ib.

§. 9. Comites alii ſunt Majores alii Minores p. 243. Majores indifferenter

renter etiam Duces dicti ſunt p. 244. poſtea putantes Ducis titulum meliorem, Duces tantum vocati ib. ſingulare hujus exemplum in Ducatu Britanniæ p. 245. Alii Principes, ſpreto Ducis titulo tantum Duces vocari voluere ib. hujus rei ratio p. 246. Comites Hollandiæ comites Majores ib.

§. 10. Comites minores immediatè regno ſubjecti vel Antiquiores ſunt p. 246. horum dignitas imminuta ib. deſierunt hodienum excepto Flandriæ ac Burgundiæ comite ib. *vel* Recentiores Comites non habent ſupremam poteſtatem p. 247. Comites Feudatarii ib. deſiere hodienum ib. quando cœperint ib.

§. 11. Inveſtitura & creatio Comitum Majorum p. 247. inveſtitura comitum Minorum p. 248. quot Baroniæ requiſitæ fuerint ib. hodienum non permittitur corona niſi in inſignibus p. 249.

§. 12. Forma tradendi comitatus immediate ad coronam pertinentes p. 250. diploma quo comitatus Flandriæ traditur Humfrido Duci Gloceſtriæ p. 250. ſq.

§. 13 Traditio Comitatus Bigorenſis ab Edvardo Principe Aquitaniæ p. 212. ſq.

§. 14. Diplomata abſque inveſtiendi ritu tam antiqua quam nova p. 253. ſqq.

§. 15. In nonnullis diplomatibus inveſtituræ fiq mentio p. 256. præprimis cincturæ gladii ib. diploma quo Henricus V. creavit Guſtonem Comitem Longevillanum ib. ſq.

§. 16. Palatini titulus inter Duces & Comites Franciæ uſitatus p. 258. aſſumſerunt eum antiqui Campaniæ & Burgundiæ Comites ib. origo horum ib. objectio & reſponſio circa hunc titulum ib.

§. 17. Pares Franciæ qui ſint p. 259. eorum numerus ib. Diviſio in Clericos & Laicos ib. eorum initium ib. ſq. vocis derivatio p. 260. Laici Pares dudum defecere ib. plures alii hoc titulo dotati ib. ipſorum locus ib. privilegia p. 261.

§. 18. Marchionis titulus in Gallia p. 262. ſignificavit olim Comites limitaneos ib. quando diſtinctum à Comitibus & Ducibus præbuerit

rit titulum ib. à quibus creentur p. 263. quot requirantnr ad Marchionatum Baroniæ ib. recentiores Marchiones creantur à Rege per literas patentes p. 264. forma creationis ib. dignitas & coronæ ib.

§. 19. Vice Comites Feudales in Francia p. 265, creatio eorum juxta Salladam & parvum aliquod Ceremoniale ib. initium dignitatis hujus feudalis & hæreditariæ factæ ib. formula qua Henricus VI. Angliæ tanquam Galliæ Rex dedit Vice Comitatum Beaumontii Iohanni p. 266. tria eorum ſecundum L' Oyſeau genera p. 268.

§. 20. Vidames deſumptum ex Latinorum vice Domino p. 269. ab initio officiales poſtmodum feudales ib. differentia Vice Comitum & Vice Dominorum ib. ſq.

§. 21. Duplex Baronis in Gallia ſignificatio p. 270. generalis denotans omnes Dominos majores titulos poſſidentes ib. Ber in Romanenſium fabulis Barones denotat p. 271. Specialis, & eorum qui immediate tenent à Corona ib. horum origo ib. Archi Baron dictus Montmorency p. 272. primus omnium ib. maluerunt dici Sire p. 273. hodienum deſiere ib. Barones mediatè à Corona tenentes ib. jus antiquum horum Baronum p. 274. creatio ib. initium ib. Baroniæ recentiorum ſeculorum p. 274. Antiquæ ceremoniæ creandorum Baronum 275; recentiora ſecula non obſervant has circumſtantias p. 276. Caſtellania quid p. 276. Baronum prærogativæ præ Caſtellanis ib. ſq.

§. 22. Summa Legum de plurimis dignitatibus Feudalibus ex Codice Henrici quarti p. 277.

§. 23. Generalis & ſpecialis vocis Equitis in Gallia ſignificatio p. 278. Equites Banneretti ib. traditio Banneriæ ib. requiſita Banneretti ib. diploma Johannis V. Ducis Britanniæ Bannerettum creantis p. 279. Banneretti feudatarii creatio p. 280. jus habendi vexilla p. 281. dicti ab aliquibus Baronetti p. 282.

§. 24. Equites Baccalaurei qui p. 282. formulæ creationis ib. & ſq. ceremoniæ iſtæ non adeò obſervatæ p. 284. Perſona hunc honorem conferens ib. perſonæ hanc dignitatem accipientes p. 285. differentia à Rege vel à Duce creatorum ib. Baccalaurei vocis derivatio p. 286; βακκαλαρεύς

λαὸς apud Græcos quid innuat ib. bucellum quid p. 277. Baccalaureo. olim varia ſignificatio p. 288. denotant jus uſurpandi ſigillum ib.

§. 25. Varii ordines equitum alii in Gallia p. 289. Ordo ſtellæ ſeu Marianus ib. ejus ordinis autor ib. collare huic ordini proprium p. 290. Ordo S. Michaelis ib. origo & occaſio hujus ordinis ib. inſigne ejus ib. hic ordo demum vocatur ordo du Benoiſt Saincte Eſprit. p. 291. ordo aurei velleris ib.

§. 26. Alii ordines equitibus in Gallia obſcuriores p. 291. ordo canis & Galli gallinacei ib. ordo pulchræ virginis in campo viridi ib. ejus autor ib. occaſio p. 292.

§. 27. Esquire qui p. 292. recentior & vetuſtior vocis uſus ib. Scutarii titulus p. 293.

CAP. IV.

§. 1. Genuralis titulorum in Hiſpania enumeratio p. 294.

§. 1. Prencepe de las Aſturias p. 294. filium Regis & certum hæredem notat p. 295. vocantur & Princepe d' Eſpana ib. Principes Naverræ & Gvionnæ ib. creatio ib.

§. Ducum & Comitis tituli qn. cœperint in Hiſpania p. 296. Comes Scantiarum ib. Ducis titulus in Caſtilia p. 297. coronæ quæ Ducibus impoſitæ ib. exemplum creati Ducis in Caliſteo p. 297. ſq.

§. 3. Marchionis titulus in Hiſpania p. 300. primus hoc titulo ceu dignitatis diſtinctæ donatus ib. diploma creationis ab Henrico IV. Rege Caſtiliæ p. 301. ſqq. in inſignibus ſuis habent coronam p. 304.

§. 4. Comitis titulus in Hiſpania p. 340. factus feudalis & hæreditarius ib. creatio eorum antiquiſſima ib. ceremoniæ diverſæ ib. inſignia mutata ib. diploma Henrici IV, creantis Petrum Lopeſium de Ag[illegible] Comitem de Fuenſalida p. 308. ſq. coronæ in ipſorum inſignibus p. 3[illegible] Comites Palatini eorum ib.

§. 5. Vice Comites Hiſpania p. 310.

§. 6. Ricos Hombres Hiſpænosum p. 311. dignitatis titulus ib. inveſti[illegible]

per Bannerium & Calderam ib. Don titulo non potuere omnes uti ib. Vox Grande additamentum dignitatis in titulo p.312. limitata Baronis notio p.313.

§. 7. Mos renovandorum à Rege titularium nominum in hæredibus maximarum in Hiſpania dignitatum p.313.

§. 8. Cavalleros Hiſpaniæ trium generum p. 313. Equites aurei calcaris ib. perſonæ hanc dignitatem adipiſcentes p.314. conferentes ib. Ceremoniæ dignitatis conferendæ antiquæ ib. recentiores ceremoniæ p.316. Honor ab equite hoc ſe creanti & Patrino exhibendus ib. Privilegio Equitum aurei calcaris p.317. privari poſſunt rurſum hac dignitate p.318.

§. 9. Cavalleros Armados p.318. creantur à Rege p.319. Hydalgos in hunc ordinem recepti ib. Cavalleros de alarde o de gverra p.320.

§. 10. Leges Pragmaticæ concernentes attributa honoraria in ſub & inſcriptionibus p.321. integra lex adſcripta p.322. ſq. pœna non obſervatæ legis p.328.

CAP. V.

De Titulis in Anglia Subordinatis.

§. 1. Princeps Walliæ hæredem certum in Anglia Regni denotat p. 232. unde hic titulus deductus ib; tituli hujus initium in Hæredibus Angliæ indubitatis p. 335. Diploma quo Edvardus III. filium ſuum Edvardum Ducem Cornvvalliæ Hæredum certum conſtituit p.334. ſqq. dicitur & aliquando Dux Cornubiæ & Comes Ceſtriæ p. 337; alia hiſce titulis accedentia nomina p. 338. Saxonum ætate dicti Clitones & Clitunculi ib. uti & Ætheling, Atheling vel Adeling p. 339. harum vocum derivatio ib. quoad literam denotat nobilem ortu p. 340. Poſterioribus temporibus aſſumpſerunt à Patribus Patronymica nomina ib.

§. 2. Reguli Normannorum tempore in Anglia p. 341. Etheling honorabilem notat ib. vocis Earl explicatio ib. & ſq. Eoldermanni

ni qui p. 343. vox denotat Seniorem ib. alia eorundem nomina ib. Principes in plurali dicti Thaini aut alii viri primarii ib. Aldermanni quo reſpectu vocati p. 344. diploma Ethebaldi, quo quidam Cyniberthus comes & Dux appellatur p. 345. Aldermannis Regis titulus tributus p. 246. Comitis & Aldermanni nomina etiam aliter uſurpata ib. Ealdormannus officium eminentius indicat p. 347. Alvvinus dictus Semirex ib. ſq. Aldermanni titulus cum voce Eorle commutatus p. 348. & contra tempore ante Canutum ib. Heroldes & Hehgereves officialem dignitatem innuunt p. 349. particula vice in voce vice Comitum p. 350. Thaini Spirituales & temporales ib. Thegne vox miniſtrum denotat ib: alias & varias ſimul habuit hæc vox ſignificationes p. 351. Saxonum tempore nomina *B*aronis Baroniæque inuſitata p. 352.

§. 3. Aldermannorum Saxonum tempore poſſeſſiones p. 253. vera regni in Schiras diviſio p. 354. ejus initium ib. exemplum poſſeſſionis Aldermannicæ p. 353; dignitas hæc in nonnullis Angliæ locis feudalis p. 356. Northumbriæ duo comitatus ib; quidam poſſederunt tantum bona particularia p. 358. de proventuum partibus ib. ſqq. Comitis Relevium p. 362.

§. 4. Bona à Tainis poſſeſſa p. 362. Hida quid denotet p. 363. ſq. virgata quid p. 364. Domus Campanæ quid ib. Tainorum relevationes p. 365. ſq. Thaini Regis p. 366. Thainus Mediocris ib. Vavaſoris nomen in Anglia p. 367. appellatio tantum feudalis p. 367. ſemper vavaſores fuere infra Baronem p. 369.

§. 5. Iurisdictio Adelmannorum Saxonum ævo in territoriis Comitatus ſui p. 369. ceſſit vel in uſum ipſius, aut in Regis ib. indoles tamen jurisdictionis illorum Comitum exacta non patet p. 371. nonnulli caſus huc ſpectantes ib. ſq.

§. 6. Iuriſdictio Adelmannorum in Curia p. 375. fuit vel poteſtas deliberativa ib. vel judicialis p. 376. exempla criminalis proceſſus p. 377.

§. 7. Earl tempore unde à Normannorum adventu frequentata p. 378.

378. optimè redditur per vocem Comitis ib. dicti etiam conſules & Duces ib. quæ tamen ſynonyma non reperiuntur in forenſibus inſtrumentis p. 379. erronea opinio poſt Normannorum adventu de nomine Comitis p. 379. initium hujus erroneæ opinionis p. 381. vera de appellatione ſententia ib.

§. 8. Titulus Comitis poſt Normannorum tempora vel localis vel perſonalis p. 382. localis titulus, isque Comitum Palatinorum ib. Eminentiſſimus horum Comes Ceſtriæ p. 382; primus cum regali jurisdictione Comitatum Ceſtriæ accipiens ib. jurisdictio. ib. ſq. Comitus hic nullibi in creatione comitis aut citatione vocatur Palatinus p. 384. qua ratione Hugo Comes Palatinus dictus ſit p. 385. Comites Palatini dicti Comites Pembrockii ib. item Epiſcopi Dunelmenſes ib. horum ſigillum p. 386. quando cœperit illic Palatinà Jurisdictio ib. Hugonis de Puſaz hiſtoria quoad hunc comitatum ib. Comitatus quidam dicti Palatini Domino licet Palatino non denominatio p. 387.

§. 9. Diplomatum formulæ quibus creantur comites Palatini p. 389.

§. 10. Comites locales non Palatini p. 386. Diplomatum formulæ hanc dignitatem conferentium p. 390. num ante Reginæ Matrildis tempora fuerit in uſu ib. Creati Roberti comitis Gloceſtrenſis p. 391. Antiquiſſima Diplomata Comitivæ exhibentia Reginæ Matildis p. 392. ſq. exemplum reſtitutionis Comitatus regnante Stephano p. 394. Henrico II. regnante creatus comes Oxonii Albericus de vere ib. Hugo Bigot comes Norfolciæ p. 395. Largitio comitatus Lincolnienſis Henrici III. tempore p. 397. formula creationis eodem Rege in traditione Leyceſtriæ Comitatus. p. 398. formula ex regno Edvardi I. pro Comitatu Richmondiæ p. 399; formula creationis in conceſſione Comitatus Norfolcienſis ſub Edvardo II. p. 400. Eodem rege diploma, quo tradidit Comitatum Carlilæ Andreæ de Harcley p. 401. præfationes diplomatum ſub Edvardo III. p. 402. exemplum patentium literarum, quibus Hugo de Audley Comes Gloceſtriæ creatus p. 403. aſſignatæ Comitibus obventiones ad meliorem ſuſtentationem p. 404. ſq. in Perſona majoris

ris dignitatis comitis titulo insignienda non fit mentio ceremoniarum investiturae p.406.quandoq; etiam in persona minoris dignitatis ib. Instrumenta creationum illo tempore ex quibus constiterint ib.sq.formula Investiturae sub Eduardo VI. p.408.formula creationis hisce temporibus consueta p.409.formula qua una confertur Baronis aut Ducis titulus non multum à priori differt p.410.

§.11.Honorariae possessiones antiquorum Comitum Localium non Palatinorum p.410.quo Capite possederint ib. differentia observata in impositione nominum p.411. hujus exempla ib. de Tenura eorundem Comitatuum exempla p.412.Relevium pro ejusmodi Comitatu ib. exempla adducta ib. & sqq. exempla ejusmodi Comitatuum ex castellis oppidis & agris constitutorum p.416. hodienum non solvuntur relevia respectu Comitatus p.417.antiqua Wilhelmi I. lex ib.relevamenta Comitum soluta vel equis vel armis p.418.

§.12.Testimonia quædam quae videntur probare habuisse Comites antiquos quatenus Comites generalem potestatem regiminis in Comitatibus suis p.418.horum æqua interpretatio. p.419.

§. 13. Investiturae ornamenta in Comitibus p.422. cinctura gladii ib. quando cœperit ib.Integra formula qua Richardus I.Gaufridum Comitem creavit p.424.

§.14.Corona multo antiquior aliis indumentis p.424. forma coronarū ib.Richardi comitis Arundeliae tres coronae variae figurae p.426.

§.15.Titulus Comitis Personalis p.427.primus hoc titulo ornatus ib.formula diplomatis, quo Richardus II. Thomam de Movvbray primum fecit Mareschallum ib.ejus prærogativæ p.428;honore hic & officium aliis datum p.429. Comitis Mareschalli titulus & ante tempora Richardi fuit in usu p.430.Illustris Ministri Comites aliquando dicti Comites vel Consules Palatini p.431.

§.16.Baronis titulus cessit in locum Cyninges p.433.Baronis vocis varia significatio p.434.sq.in instrumentis substituitur vox Chivallier p.436.

§.17. Creatio & Natura Honorariorum Baronum post Normannos p.437.de Baronibus à tempore Wilhelmi I.usque ad postremam ætatem Johannis Regis ib.hi sunt Barones tantum per tenuram ib,feuda eque-

equeſtria p.438.duo eorum genera ib.numerus feudorum militarium p. 439. Barones Spirituales alii, alii ſeculares p. 441.

§. 18. Seculares vocati quandoque milites ib. poſſeſſiones eorum Baroniæ p. 442. plurimi Secularium *B*aronum creati à Wilhelmo I, ib. ſq. eorundem Relevia p. 443.

§. 19. Immunitates Saxonum tempore *B*aronum Spiritualium p. 445. tria attamen exempta ib. temporalia bona Dominorum Spiritualium p. 446. Epiſcopatus & Abbatiæ adſtrictæ ad Equeſtria ſervitia p. 447. verba in plura & perpetua eleemoyſina in quibusdam exemplaribus Mathei Par-omiſſa ib. *B*arones hi ſpirituales dicti etiam Prælati p. 448.

§. 20. Teſtimonia *B*aronum tum Spiritualium tum temporalium, ut habent votum & locum in Parlamento p. 449. teſtimonia tempore Wilhelmi I. ib. Wilhelmi II. p. 450. Henrici I. p. 451. Henrici II. p. 452. Richardi I. p. 455. Johannis p. 456. nonnulla de ſummonitionibus obſervata p. 457.

§. 21. Mutatio *B*aronum & *B*aroniarum a poſtremis Johannis annis ad medios Richardi II. p. 458. Majores *B*arones & reliqui in capite tenentes diſtincti ib. Diſtinctio *B*aronum non facta per leges magnæ Chartæ p. 459. initium & cauſa diſtinctionis p. 460. prærogativæ *B*aronum Majorum præ aliis p. 461. annus legis, quæ Tenentes à Capite excludit à Parlamento p. 462. ſq. ſententia Johannis de Athon de hac lege refutatur. p. 465.

§. 22. *B*aronum duo genera ex ſcripto & tenura, & ex ſcripto ſolum p. 465. *B*arones ex ſcripto & tenura qui ib. *B*arones ex ſcripto ſolum ib. *B*aroniæ duplices honorariæ aliæ, aliæ abuſivæ p. 466. numerus *B*aroniarum ib. plurimi *B*arones iſtius temporis fuere per tenuram & ſcriptum p. 467. præprimis ſpirituales ib. Formulæ Epiſtolarum quibus ſummonitæ ſunt p. 468. ſcriptum conjunctū habens alias circumſtantias ib. diverſitas ſcriptorum juxta qualitatem *B*aronum p. 469. varietas præfationum ſcriptorum citatoriorum p. 470. vulgatiſſima formula circa exitum Eduardi III. ad *B*arones ſpirituales ſeculares ib. ſcripta convocantia habentes locum in Parlamento non votum cum *B*aronagio p. 471. Tituli additi *B*aronibus ſpiritualibus ib. temporalibus ib.

§. 23. Perſonæ ſummonitæ ut *B*arones Domini fuere vel temporales vel

ſpirituales p. 471. Spiritualium ſubdiviſio ib. in Rotulis mentio ſit Baronum temporalium p. 472. Epiſcoporum ib. Regularium ib. nomina Abbatum & Priorum rara in teſtimoniis Parlamentorum antiquorum p. 473. Nomina Abbatum & Priorum ſummonitorum tempore Henrici III. p. 474 ſqq. varius ſummonitorum Regularium numerus p. 477. ſqq. Regulares ſummoniti ſub Eduardo III. p. 479. ſqq. aliæ perſonæ quoque eo tempore ſummonitæ p. 482. multæ circa finem Eduardi II. omiſſæ p. 483. ſq.

§. 24. Abbates & priores à comparitione in Parlamento abſoluti p. 484. caſus hac in cauſa regnante Eduardo II. cum Abbate S. Jacobi prope Northamptoniam p. 485. ſqq. alter regnante Eduardo III. cum Abbate Leiceſtrenſi p. 488. proteſtatio pro Abbatibus Prioribus &c. provinciæ Cantuarienſis ſub Richardo II. p. 489. ſq.

§. 25. Banneretti vox ut denotat Baronem Parlamentarium p. 490. Barneret, Bannerett & Baronet invicem permutata ib. tenere per Baroniam quid p. 491. Epiſtola qua Dominus Cammoys ſub Richardo II. liber eſt declaratus ib. Nomen Camoys in ſummonitionibus obvium p. 492. uſus vocis *B*anneretti ex *G*allia in Angliam ceſſit p. 493.

§. 26. Fundamentum erroneæ opinionis Baroniam ex tredecim feudis militaribus & tertia parte conſtare p. 493. tempus libri conſcripti in quo fundatur erronea opinio ib. & ſq. eſſe poſt Normannorum adventum p. 494. refutatio ipſius opinionis p. 495. confirmatio ex exemplis ſub Eduardo I. p. 496. fundamentum cui inædificavit Autor libri citati ſuum errorem p. 497. hujus refutatio p. 498. Copia apographi reperti in rotulo membranaceo in Hibernia ſub Henrico IV. ib.

§. 27. Tertium *B*aronum genus a mediis Richardi II. annis uſq; hodie p. 499. Formula ſcripti quo creantur Barones ex ſcripto ſolum tales p. 500. formula ad ſpirituales *B*arones hodienum adhuc uſitata ib. formula in temporalibus *B*aronibus uſitata p. 501. ſtylus Baronis in iſtis ſcriptis aſſignatus ib. *R*egulares Barones iſtius ævi p. 502. eorum numerus ib.

§. 28. Tempus evectionis *B*aronũ ad hunc titulum per literas patentes p. 503. diploma quo Joannes de *B*eauchamp, *B*aro regni denominatus ib. annuitates honorariæ *B*aronibus datæ ib. rurſum abrogata p. 504. formula creationis hodienum utplurimum uſitata p. 504. cognomen hiſce tem-

temporibus in creatione additur p. 505. exemplum creati ſpiritualis Baronis per literas patentes ib.

§. 29. Prima tituli Ducalis creatio p. 506. Diploma creationis quo Dux Cornubiæ primogenitus ab Eduardo III. Parente creatur ib. ſqq. inveſtitura Ducum p. 508. ſqq. illos noſtra ætate obſervatus p. 510.

§. 30. Marchionis vox Comitem & Baronem aliquando notavit p. 511. nunc dignitatem locatam proximè poſt Ducem p. 512. antiquus vocis uſus ib. tempus, quo diſtinctam honoris appellationem notavit ib. eorum creatio p. 503. inveſtitura ib. clauſulæ ra Inveſtiturum in creationum diplomatibus non ſemper ſibi ſimiles p. 514.

§. 31. Vice Comitis titulus p. 515. tempus quo dignitatem incepit facere ib. diploma quo Joannes Dominus Beaumont creatur vice comes Beaumont ib. inſignia p. 516. forma conſveta in ipſorum creatione p. 517. ad quos reſtringantur p. 518.

§. 32. Paris vocis ſignificatio p. 518. refutatio cujusdam Scriptoris Gallici p. 519. numerus Parium ib. nomen Lords quibus detur p. 520. veſtimenta Ducum, Comitum & Baronum priſtinis temporibus p. 521.

§. 33. Variæ ſignificationes vocabuli Knight, militis & Chivallier in Anglia p. 521. Knigths ut tituli honorarii quadruplex ſignificatio p. 522. Knight Bachilers aut Equites Baccalaurei ib. eorundem origo & nomen ib. & ſq. perſonæ hanc dignitatem conferentes p. 524. eandem accipientes ib. ſq.

§. 34. Ceremoniæ priſcis temporibus obſervatæ vel Aulicæ p. 525. vel ſacræ ib. Aulicæ quæ ib. Athelſtanus à Rege Alfredo Eques creatus ib. ſq. Jefridus Andegavenſis ab Henrico III. creatus p. 526. Alexander Rex Scotiæ ab Henrico III. p. 5267. veſtes honorariæ datæ p. 528. cinctura calcarium p. 529. quæ fuerint calcaria p. 530. percuſſio gladii ib. ſq. vox Tituli Sir in creatione equitum admodum antiqua p. 531. ſq. equeſtris dignitas per diploma aliquando data p. 534. ſq.

§. 35. Sacræ ceremoniæ olim in conferendâ equeſtri dignitate obſervatæ p. 535. oblatio gladii ſuper altare p. 537. benedictio enſis novis militis p. 538.

§. 36. Subſidia pecuniaria ut filius Domini & hæres certus poſſit creari eques p. 539. ſtatutum Parlamenti ſub Eduardo I. de ſubſidiis non amplius arbitrariis ib. ſq.

§. 37. Peculiaris nota honoris Equitibus debita. p. 540. ex ipsis eligitur Grandis Assisa ib. pœna percutientis Equitem ib. sq. Equitatura libera ab executione fieri facias p. 541. num legitimus sigilli usus in Anglia Equitibus fuerit proprius p. 542. sq.

§. 38. Degradatio Equitis p. 544. quid sit p. 545. ceremoniæ degradationis ib. exemplum degradationis in Andrea Harclejo sub Eduardo II. ib. sq. degradatio temporalis vel suspensio p. 547.

§. 39. Equites Banneretti in Anglia pag. 547. convenientia & differentia urbis Galliæ ib. synonimia vocis p. 548. eorum creatio & ceremoniæ in creatione observatæ ib. antiquissima eorum mentio regnante Eduardo I. ib. qui sub ipsis meruerint p. 549. de nomine Bannerettorum observatio ib.

§. 40. Equites Perisscelidis in Anglia p. 550. cui origo eorum tribuatur ib. tempus quo cœpit hic ordo p. 551. occasio institutionis ib.

§. 41. Ordinis Perisscelides Patronus S. Georgius p. 552. sq. hujus martyrium p. 553. martyrii tempus ib. locus ib. testimonia Ecclesiæ Græcæ de ipso ib. ejus ortus & conditio ib. varia attributa in invocationum formulis p. 554. speciatim nomen τροπαιοφόρος ib. in ritualium libris semper locum habet insignem p. 556. honoratur & in festis aliorum p. 557. Alia testimonia Græcorum præter ritualia de S. Georgio p. 558. Procopii ib. Cedreni p. 559. Johannis Buchaitensis ib. Annæ Porphyrogennetæ p. 560. Calliclis ib. Nuephori Xantophuli p. 561. Johannis Cantacuzeni ib. Emanuelis Malazi ib. inscriptio dedicationis Ecclesiæ Græcæ in reparatione p. 562. testimonium Damasceni studitæ p. 563. ordo religiosus Equestris S. Georgii ib. Constantino M. initium sumente ib. horum creatio & privilegia creandi p. 564. templum S. Georgio Lyddæ dicatum desolatum p. 565.

§. 42. Testimonia Ecclesiæ Occidentalis p. 566. Epigramma Venantii Fortunati de Gregorio ib. idem dies ejus in Ecclesia Romana & Græca sacer p. 567. Ordo ad armandum Ecclesiæ defensorem ex ordine Romano antiquo ib. S. Gregorii acta ex Baronio p. 569.

§. 43. S. Georgius Patronus Angliæ p. 570. quo tempore in Patronum electus sit p. 571. seq. Nomen Imperatoris sub quo crucifixus est, p. 572. sq. dies S. Georgii factus festum duplex ad modum majoris duplicis p. 573.

573. ſq. quomodo celebratum p. 575. ſq. aliis diebus feſtis contractis hoc tn,licitum celebrare p.576.ſq.diſceptatio quorundam eruditorum num hic fuerit Martyr. p.577. ſq.

§. 44. Imago S.Georgii armati p.578.Draco an hieroglyphicè appoſitus ib. appingitur quandoq; virgo genua flectens p. 579. quid denotet. ib.

§. 45. Ordo equeſtris balnei p. 580 ejus initium ib. creationis ceremoniæ ib. inſignia ib. è quibus hi equites creati ſint ib.

§. 46. Equites Baronettorum p. 581. formula diplomatis quæ ipſos creavit Jacobus Rex p. 581. ſqq. inſtructio qua Commiſſariis poteſtas creandi data p. 586. ſqq.

§. 47. Titulus Esquire vel Armigeri quid induet p. 589. ejus origo ib. antiquiſſima eorum mentio p. 590. Valeti nomen & ſervientis ib. ſq. Armigeri titulus quomodo acquiſitus p. 592. adſunt unicuiq; Equiti in ordidem Balnei recipiendo p. 593. collare cum SS. in antiqua collatione eis additum p. 594. ſqq.

CAP VI.

Hibernia caret Ducum & Marchionum titulis p. 596. Comitis Palatini titulus ib. formula preationis ſub Eduardo II. Comitis non Palatini p. 598. ſq. diſtinctio diplomatum creationum ſecutis temporibus p. 600.

§. 2. Titulus Baronum & vice Comitum in Hibernia p. 600. formula ab Eduardo IV. creante Baronem de Rathauth ib.

§. 3. Baronetti Equitis & Armigeri titulus in Hibernia p. 601. antiqua conſvetudo creandi Equites ib. ſq.

CAP. VII.

Princeps Scotiæ quis p. 603. Ducis titulus ib. inveſtitura ſeu creatio Ducis ib. ſq. corona ib. Marchionis titulus p. 604. inſignia ib. primus ibidem Marchio ib. titulus vice Comitis ib. inveſtitura p. 605.

§. 2. Titulus Comitis in Scotia p. 606. Thaini diſtinguuntur à Baronibus ib. ſq. ceremoniæ in collatione hujus dignitatis p. 607. Baro in Scotia quid p. 608. prima eorum mentio quando facta ib. ceremoniæ creationis p. 609. Banreut & Baro quomodo differant ib.

§. 3. Solennis Creatio Equitum in Scotia p. 610. Juramentum quid p. 612.

CAP. VIII.

Titulus Gentleman & Nobilis p. 613. ſq. Nobilis olim quis p. 614. Judæorum diſtinctio inter בני איש & בני ארם ib. Nobilitatis acquiſitionis

methodi variæ p. 615. insignia ib. Europæorum consvetudo. Nobilium injure habendi insignia 616.

§. 2. Nobiles in Germano Imperio quomodo vocentur 616. sq. liberi Nobiles & eorum privilegia p. 617. opiniones duæ de voce Gentil in Gentilhome ib. & sqq. altera à Romanis derivat ante Monarchiam ib. Gentilis & Gens apud Romanos quid ib. Generosi nominis varia significatio. 619. Germanorum itidem Wohlgebohren ib. altera diclinante Imperio, ubi vocis usus p. 620. hujus origo unde arcessenda. 621. alia adhuc opinio de voce Gentil in compositione. 623. sqq. Autoris sententia & rationes cur eam amplectatur p. 625. sqq. vocis Hydalgo derivatio p. 627.

§. 3. Mos conferendi Nobilitatem in Imperio per instrumenta & diplomata admodum antiquus; p. 628. Objectio & responsio circa hanc sententiam ib. lex zenonis Imper. 629. Nobilitas per Codicillos acquisita leviter æstimata tempore Constantini p. 630. ordo equestris eodem tempore per diplomata collatus ib. nobilitatio à Papa facta ib. creatio per genus quoddam adoptionis in familiam p. 631.

§. 4. Nobilitandi formula per literas patentes in Gallia unde appareant. p. 632. Henrici III. edictum ib. formula nobilitationis absq; pecunia p. 633. sq. ex quibus privilegia nobilium in Hispania & alia huc spectantia peti possint. p. 635.

§. 5. Nobilitandi formula per literas patentes in Anglia. p. 635. exemplum recens ex Rotulis de Belga ib. sqq. Diploma nobilitatis in Polonia collatæ p. 637. sqq. nonnulla de nobilitate ipsa observata p. 643. sq. conditiones nonnullæ, quando exteris conferuntur jura & privilegia nobilitatis non ipsa nobilitas. ib. Diploma Secretariatus. p. 645. In omnibus nobilitatis diplomatibus conferuntur insignia ut perpetuum & necessarium adjunctum p. 647. festiva carmina Richardi Bardensis. 648.

CAP. IX.

Divisio titulorum Fœminis Competentium.

§. 1. Forma literarum creationis Ducissæ in Anglia. p. 649 sq. Marchionissæ. p. 651. Comitissæ, ib. Vice Comitissæ. p. 652. Baronissæ. ib.

§. 2. Communicatio titulorum uxoribus à Maritis facta. p. 652. an & quocusq; hæ dignitates post mortem Mariti perseverent, ib. Ladies quæ & de quibus dicatur p. 653. dominæ vox. ib.

§. 3.

§. 3. Transmiſſio titulorum utriusq; ſexus. p. 654. Fœminæ an in feudalibus dignitatibus ſuccedant ib. ſpeciatim annotatio de Anglia p. 655. ſq. Mariti evecti ad dignitates Comitis vel Baronis jure deſcendente ad uxores ſuas p. 656.

§. 4. Transmiſſio titulorum majorum per aſſignationem. p. 657. obſervatur in ſpecie in hiſtoriis Galliæ ib. de quibus temporibus ut intelligendum ib. Caſus etiam aliquot in Anglia. ib.

§. 5. Transmiſſio titulorum per veram poſſeſſionem feudorum ad quæ fuerunt annexi; p. 657. ſingulare ejusmodi poſſeſſionis exemplum in Anglia in caſu A rundeliæ Caſtelli ib. ſq.

CAP. X.

Tituli qui ſunt attributa Accidentalia.

§. 1. Officiariis dignitatibus fungentes initio Imperii Romani ſæpius dicti nomine concreto. p. 660. Senatores vocati Viri Clariſſimi ib. antiquioribus temporibus Illuſtres p. 661. Eques illuſtris apud Romanos de quibus dictus. ib. Eques ſplendidus & inſignis ib.

§. 2. Mutatio ſignificatus illuſtris & Clariſſimi circa tempora Conſtantini. p. 662. Illuſtris nomen Patriciis additum, ib. Illuſtris & Clariſſimi nomina poſterioribus temporibus ita diſtincta, ut ſpectabilis nomen admiſerint tanquam medium, p. 663. ad quæ tempora hæc reſtringenda ſint. p. 664. infra Clariſſimi elogium perfectiſſimi & egregii vocabula ib. perfectiſſimus primi, ſecundi & tertii ordinis ib abſtracta eorundem ib. titulus omnibus præmiſſis ſuperior ſuper illuſtris p. 665. diſtinctus ab Illuſtri ib. qui fuerint ſuper Illustres ib. quando diſtinctio inter Illuſtres & ſuper Illuſtres facta ib. Glorioſiſſimi nomen ſuper Illuſtribus attributum Juſtiniani ævo p. 666. diſerte diſtinguitur ab illuſtris nomine ib. Magnificentisſimi Illuſtres qui. ib. Ordo equeſtris reductus ad primum Clariſſimatus gradum. p. 667. Græci in Imperio Orientali ut plurimum ſpectabilem verterunt περιβλήπτου ib. quandoque retinuerunt literis Græcis ſcriptum ib. eadem ratio cum nomine illuſtris ib. obſervatio quædam ad vocem ἀλλήσεως ex Græcorum ritualibus p. 668. attributa uno plura eidem perſonæ attributa ib. tituli in abſtracto ſimul fuerunt in uſu. ib. non tamen ſemper addita ib.

§. 3. Præcedentes tituli ſequentibus ſeculis variè uſurpati. p. 669. ſpecialia de voce *Sereniſſimi*. p. 670. Excellentiſſimi. ib.

CAP. XI.

De Præcedentia.

§. 1. Præcedentiæ cauſa & origo. 672. eſt vel ex ſenectute ib. vel electione & creatione. ib. eminentia in ſecularibus officiis unde dijudicata. ib. antiquiſſima præcedentiæ diſtinctio ex republica Judæorum ib. teſtimonia ex Miſnajoth. præcedentiam in Repubi. Judaica exhibentia ib. & ſqq. tituli mere honorarii absque muniis & inde dependens eminentia à quo & quomodo traditi p. 674.

§. 2. Summaria deſignatio Legum Imperialium de loco & præcedentia ſecularium dignitatum. 674. an & quomodo hodienum obligent. 675. ſq. obſervatio quædam autoris circa leges Juſtinianeas & Theodoſianas p. 676.

§. 3. Leges & decreta de præcedentia in Anglia p. 677. decretum Parlamenti ſub Henrico VIII. 678. ſq. Rotuli iſtius Parlamentarii titulus p. 680. approbatio ex diario domus ſuperioris ib. decretum de Baronettis p. 684. decretum circa controverſiam de precedentia inter juniores filios VicеComitum & Baronum &c. ib. ſqq. aliud decretum in gratiam dignitatis Baronetti p. 685. de præcedentia in Eccleſiaſticis dignitatibus allegati ſcriptores ib. ſq diploma Johannis III. de ordine Magnatum in Polonia. p. 686.

§. 4. Ubi Catalogi exhibentes praxin & conſvetudinem in prærogativis legi poſſint. p. 687. Scriptores de Jmperio ib. antiquo Ducatu Britanniæ ib. Angliæ ib. Commentarii in textus Legum præcedentiam concernentes. p. 688. alii Libri citati ib. ſq.

§. 5. Antiquiſſima quæſtio de præcedentia Judico aliter exercita inter temporales dignitates. p. 689. controverſia de præcedentia inter Duces Warvvicenſes & Buckinghamenſem p. 690. de loco ex præcedentia Archiepiſcoporum & Epiſcoporum in Anglia. ib. deciſio controverſiarum unde deſumatur.

S. D. G.

Nota. Incuriâ typothetæ erratum eſſe in numerandis paginis à numero 17. ad numerum 70. præprimis verò obſervandum, numeros 72. & 62. cum iis quos includunt, bis repetitos; quo vero benevolum lectorem tædio corrigendi eximeremus, diſtinximus eos in Indice litera a & b. a priorem b. poſteriorem indicantibus; Cæterum ut in ſuperiori Romanus numerus Partem; barbarus paginam notat.

INDEX QUARTUS
RERUM & VERBORUM.

Abaſſæus l. 102.
Abaſſeni vel Abaſſini ex Arabia l. 89. titulus & variatio nominis l. 90.
Abbates ſummoniti in Anglia II. 447. à comparitione abſoluti II. 484.
Abdaſtartus l. 73. a.
Abſtracta nomina l. 134.
Abthane II. 606.
Ac-Baſſa l. 92.
Accidentalia Magnatum nomina l. 2.
Ac-Tenura l. 29.
Adam Rex primus l. 14.
Adeling vid. Ætheling. Adel. II. 617.
אדרת l. 59. II. 653.
Adjudicari Nobilem II. 614.
Adonium Hebræorum plurale, ſignificatione ſingulare l. 121.
Adorationis forma ſimulacrorum gentilium l. 53.
Adoratio ſimpliciter enunciata quid innuat. l. 54.
Adorari more Perſarum l. 54.
Adoratio in Imperio l. 55.
Adulatores rejecti ab Alexandro ſevero l. 54
Ægyptiorum hiſtoriis non deeſt Regum ſeries ante diluvium l. 8.
Ægypti Rex Caliphas capite plectit, perjuros l. 73. a.
Ægypti Rex Seſoſis ſe vocat Regem Regum l. 49.
Ægypti Reges olim dicti Pharaones l. 71. b. ſub quo vixerit Ioſephus ib.
Ægypti Reges dicti Ptolomæi l. 71. ib.
Ætheling de Principe Walliæ II. 339. quis II. 340.
Africanorum Principes quomodo vocentur l. 99.
Agon Capitolinus II. 138. quando ceſſaverit. l. 140.
Akuyonlu l. 92.
Albus Rex aut Princeps l. 86.
Albani Reges Sylvii dicti l. 71. b.
Albanenſium Principes dicti Karolowin l. 71. b.
Alchabir l. 99.
Alcoranus tradendus Ali per errorem traditur Muhameto l. 103.
Aldermannus II. 343. 345. ſeqq. eorum poſſeſſiones 353. 358.
Alexandri Macedonis diadema l. 167.
S. Alexandræ converſio II. 557.

Alexander Severus rejicit adulatores l.54.noluit adorari l.55.
Algebar dicitur de Nimrodo. l. 11.
Alghiabaſſi unus de Abaſſitarum familia l.100.102. denotat Principem verè credentium ib.
Ali doctrina Ottomannis exoſa l. 103.
Alorus primus ex genere Gigantum Rex l.8.
Amale Kitarum Reges omnes Agag. appellati l.72.b.
Ambachi. ll. 61.
Amici Imperatorum ll.27.
Amicus Dei Abraham ll.28.
Amicus Principis ll. 28.
Αμιρσμινὴς l.100.
Ameras, Amera, Amir Dominum ſignificat l.59.
Amir Principem notat l. 99. dicitur & de Sultano ib.nonnulli idem quod Admiralli &c.l.100.
Amir Elmunim dicitur quandoque Mohometes l.100.ſq.
Amiromenius l.100.
Ampliſſimus dictus Senatus. ll.660.
Andronici junioris coronatio l.199.
Angliæ Regnum dicitur Imperium l. 36.non admiſit vetuſtioribus temporibus Notarios publicos ex autoritate l. Imperatoris l. 40. omnia regna antiquitate ſuperat. l.52.
Angliæ Regni tituli ſubordinati ll 332.
Angliæ Rex Dominus Oceani Britannici l.35.dicitur & Imperator l.36. nulli ſubjectus l.39. dicitur Rex Regum l. 51. vindicat hunc titulum bello ib. Dominus dicitur Hiberniæ l.63.mutatio tituli Regii ib.
Angliæ Rex audit Defenſor fidei l.76. eſt Caput Eccleſiæ Anglicanæ l. 83. non oſculatur pedes Imperat.l.52.
Angliæ Regum unctio l 156.ſqq.quando incœperit ib.ceremoniæ obſervatæ & preces apud vetuſtos l.157. ſqq.traditio de oleo quo unguntur l.159.coronatio eorum l.183. coronæ l.179.
Angliæ Reginarum unctio vetus l.159.
Angliæ Reginæ nomen ſcripsêre in ſiniſtrum latus l 115. amiſerunt titulum Reginæ l.117.rurſum receperunt ſqq.earum prærogativæ l.110.
Angliæ
Annulus à Papa Angliæ Regi miſſus l.63.ſq.
Annulus datur Poëtis ll. 134.
Antiochus Epiphanes dicitur Deus.l. 70.deſtruit templa Dei &c. ib.
Antiquitas Orientalium affectata l.6.
Antonini nomen gratum l.73.b.recuſatur ab Alexandro Severo ib.
Aphentes corruptum ex ἀφθέντης l.98.
Apoſtoli nomen ſæpius Papæ attributum l.94.etiam Epiſcopis ib.
Aqua & terra ſignum regiæ poteſtatis l.50.
Archiatorum formula Comitivæ.ll.42
Archi Baro in Gallia ll.272.
Archi Ducis tituli initium. ll. 92. dicitur de Ducibus Auſtriæ ib.olim etiam de Wittekindo Saxonum Rege ll.93.& Lotharing. Duce Brunone ib.
Archi Ducis titulus in Regno Neapolitano ll.203.inſigne pileus Ducalis ll.204.
Archi Palatini in Imperio ll. 103.

Ar-

Architon de Arabum Principe l. 30.
Arffüſtar ll. 189.
Armeniæ Princeps vocitatus Ἄρχων τῶν Ἀρχόντων l. 51.
Armigeri in Imperio ll. 182.
Armigeri in Gallia ll. 292.
Armigeri in Anglia ll. 539. ſqq.
Armigeri in Hibernia ll. 603.
Aſſiſa grandis ll. 540.
Aſſyriorum Monarchiæ interitus & duratio l. 20.
Athel Anglicè ll. 339.
Atturnati Reginæ Angliæ locus intra Bancum l. 120.
Atulphi l. 72 b.
Augere hoſtes l 68. b.
Auguſti vox Iulii ſucceſſoribus additur l 68. b. ejus derivatio ib. quid innuat ib. dicitur de Diis ib. dignitatis eſt nota l. 69 b. aliis quoque dicitur de Principibus ib. attribuitur Imperatoris uxori l. 107. Aviæ & Matri l. 109. Sorori l. 110. filiæ l. 112. concubinis ib.
Auguſtus non vult dici Dominus l. 57.
Auguſtalis Majeſtas quid l. 133.
Auguſta ex ſpeciali largitione Imperatoris dicitur Imperatrix l. 108.
Auſtriæ Ducis Diploma creationis ll. 81. dicuntur Archi Duces ll. 92. tituli hujus initium ib. forma pileæ & corollæ Auſtriacæ ll. 93.
Aurum Reginæ Angliæ l. 130.
Αυθέντης l. 98.
Αυθέντης μέγας Sultan vocatus l. 98. adhibetur & in nummis l. 99.
Azemlar. l. 104.

aaaaaa 2

B.

Baal. l. 73. a.
Baccalaurei vocis derivatio. ll. 286.
Bachelerie ll. 288.
Bagdadi titulus Caliphæ primario retentus l. 96.
Baileffius l 120.
Baleaſturtus l. 73.
Balnei equites in Anglia. ll. 580.
Banderium ll. 194.
Bannus ll. 100. unde derivetur ib.
Bannus in Hungaria ll. 100. unde derivetur.
Banneria ll. 270.
Banneretti in Anglia prout dicunt Barones ll. 490.
Banneretti in Gallia ll. 270. eorum requiſita ib.
Banneretti quid ll. 287. eorum creatio ib. ſqq.
Banner-Herr ll. 159.
Banrent in Scotia. ll. 609.
Baro in Bohemia ll. 202. Fridericus Barbaroſſa decidit controverſiam duorum fratrum de Regno l. 83.
Baro in Imperio quis ll. 155. varia eorundem juxta nonnullos diviſio ll. 156. ſq. unde vox derivetur. ll. 157. ſqq.
Barones in Anglia ll. 433. varia vocis ſignificatio ib. Barones Spirituales ll. 441. ſqq.
Barones in Gallia ll. 270. varia vocis ſignificatio ib. reſtricta ad particularem dignitatem ll. 271. antiquæ creationis ceremoniæ ll. 275.
Barones in Hibernia ll. 600.
Barones in Hiſpania ll. 112. ſqq.
Barones in Hungaria ll. 199. eorum diviſio ib.

Ba-

Barones in Neapolitano Regno ll. 205. habent privilegia ib. eorum creatio ll. 206.
Barones in Polonia ll. 197.
Barones in Scotia ll. 602.
Baroniæ Capitales in Anglia ll. 434. 437.
Baroniæ recentiores in Gallia ll. 274.
Baroniſſæ creatio in Anglia ll. 652.
Baronetti ll. 282.
Baronetti Equites in Anglia ll. 581.
Baronetti in Hibernia ll. 601.
Βασιλεία quid l. 135. communicata tribus Conſtantinopolitanis dignitatibus ib. Græci hac voce utebantur poſt Turcis ſubjectum Imperiũ l. 136.
Βασιλεὺς pro maximo titulo apud Orientes habitus l. 29. ſibi ſolis arrogarunt l. 33. aſſumptus & ab Angliæ Regibus l. 35.
Baſſa dicitur Dei gratia l. 127.
Ac-Baſſa apud Turcas, album dicit Dominum ſeu Capitaneum l. 92.
בנלשמכאנכי l. 97.
Beg l. 96.
Beloigiam, Balulgiam nomina Presbyteri Iohannis l. 89.
בני אדם. l. 614. בני איש ib.
Belus unde derivetur l. 14.
Benchi denotat Dominum l. 96. tribuitur vulgo Præfectis Provinciarum ſub Magno Sultano ib.
Benglar. l. 96.
Ber pro Barone ll. 271.
Bernicia ll. 356.
Beroſi hiſtoria non habenda pro ſuppoſititia. l. 6.
Billa ll. 680.
Bithniæ Reges plurimi dicti Nicomedes l. 72. b.
Bodinus fallitur ex lege Alcorani præter Caliphas neminem vocari Dominum putans l. 59.
Βοϊβοδοι ll. 196.
Bohemiæ Regnum jus habet Electoratus ll. 201. eorum Duces ib. Barones. ll. 202.
Boyaron ll. 197.
בעל l. 19.
Britanniarum Comes Theodoſii II. tempore ll. 51.
Britanniarum Dux quod civitates habuerit in ſymbolis ll. 57. 1qq.
Britanniarum Vicarii Symbola Adminiſtrationis ll. 51.
Britanniarum Præſides Conſular. ll. 52.
Bucellarius ll 286.
Bucellum ll. 278.
Bulcoglar l. 73. b.
Bulgariæ Principes dicuntur Cratevitz. l. 74. b.
Bulcki l. 73 b.
Bulla Papalis Angliæ Regi Henrico l. miſſa l. 62. alia Henrico VIII. ob conſcriptum adverſus Lutherum librum cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum l. 79 ſeqq.
Burg quid. ll. 154.
Burggravii ll. 154. cœperunt in Imperio Germanorum ib. dicitur quoq; de Nobilibus ib.
Byzana ll. 559.

C.

Cæſaris nomen unde derivetur l. 65. b.

lin-

lingua punica Elephantem notat ib. cur Julius Cæſar, Cæſar dicatur ib. retinetur in titulis Imperatoris 166. Succeſſores Julii eodem utuntur ib. fit appellativum & ſummam Majeſtatem indicat. l. 68. b. proprium Germanorum Imperatoribus l. 70. b.
Cæſar Regis titulum repudiat l. 27.
Cæſares dicebantur Principes l. 27.
Cæſaris vox attributa Imper. ſucceſſori ll. 5. ſeqq. primus cui hæc vox impoſita ll. 8. creatio ib. inſignia ib. ſeqq. Eminentia ferè eadem cum Imperatoris ll. 9. plures ſæpius Cæſares ib. num coronati fuerint ll. 11. ſqq.
Caldera ll. 307.
Caligula manuum & pedum oſculæ primus acceptat l. 53.
Caliphatus jus l. 95.
Caliphæ nominis derivatio l. 96. tanquam titulus primarius retenta l. 94. interpretantur ſucceſſorem vel vicarium ib. antiqui Papam ita vocarunt 16. uſurpatur & de ſacerdotibus inferioris ordinis l. 94. de Sultani Pontifice ſummo. l. 94. habitationis locus. l. 95. Caliphæ utuntur Cydari l. 194.
Cam cruorem denotat. l. 91.
Cameracenſis Comitatus ll. 107.
Can non denotat divinatorem l. 92.
Candella. ll. 222.
Candidati exercitus dicti Martyres ll. 554.
Canuti Oceoni allocutio l. 31.
Capcanus Hunnorum Princeps l. 92.
Capillatium ll. 114.
Capitalis. ll. 222.
Capitaneus ll. 165. unde derivetur ll. 166.
Captal. Captalat ll. 122.
Caput Eccleſiæ Anglicanæ l. 85.
Caput Comitatus dicitur Caſtellum ll. 412.
Caput radiatum quid l. 171.
Caraculla Germanici affectat nomen l. 70. b.
Carachan l. 92.
Cara Denbet-Schah l. 92.
Cara oglan l. 92.
Carchan l. 92.
Cardarigas Perſarum dignitas l. 92.
Carolo M. ejuſq; ſucceſſoribus datur titulus Regis. l. 30 Imperatoris Auguſtiq; nominibus utitur. l. 66. etiam Cæſaris l. 67.
Carolus V. agnoſcit ſe Papæ vaſallum. l. 45. jurat ſe fore Romanæ Eccleſiæ defenſorem l. 82.
Carpiſculus calceorum genus l. 69. b.
Caſere Anglorum, denotat Cæſarem l. 67. b.
Caſtellum ll. 412.
Caſtellani in Gallia ll. 276. in Polonia. ll. 646.
Catholici nomen Regi Hiſpaniæ datur l. 83. hujus tituli occaſio l. 84. quando ipſis attributus ib.
Cavalleros. ll. 313. tria eorum genera ib.
Cauſin quid l. 167.
Celſiſſimi titulo unde deſumatur l. 138.
Celſitudo l. 138. ll. 668.
Cenſus equeſtris ll. 168.
Ceremoniæ in coronatione Orientis Re-

Regum uſurpatæ l. 198. ſqq. in Occidentis l. 205. Regum in regno electitio Juxta Pontificale Romanum l. 205. Reginæ cum Rege l. 219. Reginæ ſolius. l. 223. Reginæ ut Dominæ l. 224. Regis in conſortem Reginæ electi l. 234. Regis Galliæ l. 236. Reginæ Galliæ l. 261.
Ceſtriæ Comes. ll. 337. ſq.
Chaganus vel Chajanus idem quod Cham l. 92.
Chaldæorum Reges Antediluviani l. 5.
Cham deſignat Principem Dominum l. 90. quidam interpretantur vocem per Canem l. 91.
Chanaranges quid l. 92.
Chanoglan Filius Principis ſeu Domini l. 91.
Chazaria Taurica Cherſoneſus Veterum. l. 92.
Chevalies vid. Eques in Gallia.
Chlamys purpurea l. 171. 193.
Chriſtiani Imperatores aſſumpſerunt nomen Dei. l. 71. a. negatur ab aliquibus ib.
Chriſtianiſſimi nomen dicitur de Regibus Galliæ l. 74. b. vocatur ita à Papa ib. attribuitur & Angliæ & Hiſpaniæ Regibus l. 75. b. Imperatori Romano & Regiæ Æthiopiæ ib.
Chriſti vox dicitur de Cyro l. 147.
Cidaris quid. l. 165. unde derivetur ib. Sultani Cidaris. l. 194.
Cinchis. l. 89.
Cingulo cingere quid. ll. 315.
Clariſſimus. ll. 660. 662. Clariſſimatus. ll 664.
Claritas ll. 668.
Clementiſſimus. l. 138.
Cleopatra Regina Regum. l. 51.
Cleta civitas inferioris Calabriæ. l. 73. b.
Clito. ll. 338. unde derivetur ib.
Clitunculi vid. Clito.
Clodovæi unctio & oleum. l. 152.
Codicillus creandi comitem vulgarem primi ordinis. ll. 35. Conſiſtorianum. ll. 36. ſacrarum largitionum ll. 37. rerum privatarum. ll. 39. patrimonii ll. 42. Archiatorum ll 42 provinciæ ll. 44. Syracuſanæ civitatis ll. 45. Neapolitanæ. ll. 46. Comitivæ ſecundi ordinis. ll. 148. Gothicorum Comitum. ll. 49.
Comitatus. ll. 410.
Comitis titulus in Anglia ll. 341. 346.
Comites poſt Normannorum adventum in Anglia. ll. 379. vid. Earl.
Comites Palatini in Anglia vid. Earl.
Comes Perſonalis in Anglia ll. 427.
Comitis veteris in Britanniæ Imperio inſigne. ll. 55.
Comites in Gallia. ll. 219. 243. majores ib. aſſumpſerunt titulum Ducis ll. 244. quidam retinuere ll. 245 minores. ll. 246. antiquiores ib. recentiores. ll. 247. majorum inveſtitura ll. 232. 248. minorum. ll. 248. ſqq. nonnulla diplomata de hiſce. ll. 280. ſqq.
Comites Feudatarii in Gallia. ll. 247.
Comites Palatini in Gallia. ll. 258.
Comites in Hibernia. ll. 529. paruere ſubditi. l. 47.
Comitis titulus in Hiſpania. ll. 296. factus feudalis ll. 304. creatio. ll. 305. inſignia ib. coronæ ll. 310.

Comi-

Comites in Hungaria ll. 199.
Comites in Imperio honorarii non feudales in tres diviſi ordines ll. 27. dicuntur amici Imperatoris & grati. ib. eorundem origo. ll. 28. 60.
Comites imp. in ſex diviſi genera. ll. 105
Comites Regni Neapolitani. ll. 204.
Comes Parochialis.
Comites Principis. ll. 160.
Comes Provincialis ll. 151.
Comites Palatini. ll. 33. qui ſint. ll. 168. ſunt vel cum territorio vel abſq; territorio ib. feudalis deducitur ex conſvetudine Francorum ib. ſqq. Comites Palatini feudales in Imperio ll. 112. ſqq.
Comites Palatini Feudales cur à Francis deducantur. ll. 146.
Comites Palatini abſq; feudo ll. 116. eſt titulus perſonalis ib. num acquiratur per profeſſionem Legum Imperialium XX. annorum. ib. acquiritur & per bullam. ll. 118. duo eorum genera ib. perſonalis alius ll. 120. qui creent eosdem ib. ſynonymicæ hujus tituli voces. ll. 122. extenditur quandoq; ad hæredes & ſucceſſores. ll. 123. ſq. privilegia quædam ipſorum. ll. 124. legitimare liberos ib. creare Doctores &c. ib. forma creandi Doctores. ll. 130. Poëtam laureatum ll. 131. Notarium publicum ll. 142. cur hic titulus ex Imperio Romano antiquo deducatur. ll. 146.
Comes Palatinus Rheni. ll. 123. ſqq. initium hujus tituli. ll. 114. differentia ab aliis Comitibus. ll. 116.
Comes littoris Saxonici. ll. 55.
Comites abſq; comitatu. ll. 106.
Comites abſq; additione niſi territoriorum ſuorum. ll. 105. eorum inveſtitura ib. ſqq.
Comites Siantiarum ll. 196.
Comites in Scotia. ll. 606.
Comitiſſa in Anglia. ll. 651.
Commarchani quid. ll. 150.
Anna Comnena vocatur βασίλισσα. ll. 49. 113.
Conde. ll. 304.
Conciliis interfuere Comites. ll. 31.
Confuſionis linguarum tempus. l. 10.
Connaghtiæ Rex ſubditicius. l. 47.
Contenenementum. ll. 442.
Conſtantius Julianum Apoſtatam creat Cæſarem. ll. 10.
Conſtantini Numiſma l. 38. Donatio Inſularum Papæ facta l. 63. ab eo ſucceſſores denominati. l. 73.
Coronati à Deo dicuntur ſummi Principes. l. 130.
Coronatio Angliæ Regum vetuſta. l. 183.
Coronatio apud Occidentales quando cœperit. l. 176. quis coronet & ubi. l. 177.
Coronatio in orientis Imperio. l. 199. occidentis. l. 204.
Coronatio Poetarum. ll. 135.
Corona Angliæ Imperialis dicitur. l. 36.
Corona Aquisgranenſis. l. 177.
Corona Mediolanenſis l. 177.
Coronæ antiquiſſima mentio in Scriptura. l. 163. quomodo Hebræi & Græci vocent ib.
Corona Regis Ammonitarum. l. 163. ſq.

Coro-

Corona aliaq; ornamenta Regia Regi ſubordinato tradenda. l. 43.
Corona ex octo floribus contexta traditur Domino Manniæ l. 46.
Corona ex Pavonis pennis contexta mittitur a Papa l. 64.
Corona radians. l. 171.
Coronarum Regiarum variæ formæ. l. 197. Hiſpaniæ ib. Imperialis. ib. præprimis Angliæ Regum ib. ſqq.
Corona triumphalis quid. l. 169.
Corona Comitum Localium non Palatinorum in Anglia. ll. 425.
Corona Ducum veterum in Gallia. 232. 238.
Corona Ducis in Scotia. l. 603.
Corona oleaginea. ll. 138.
Corona quercea. ll. 138.
Cornubiæ Dux. ll. 337. 338.
Crimen Majeſtatis quid. l. 134.
Crinis oblongus ſpeciale inſigne. l. 215.
Oliver Cronvvell Regis titulum declinat aſſumpto Protectoris nomine. l. 17.
Jacobus de Croy Cameracenſis Dux creatur. l. 85.
Crumvel vicem gerit Regis in Spiritualibus. ll. 680
Crux in Globo Imperatoris. l. 190.
Cubicularii Imperatricis eadē habent cum Imperatoris privilegia. l. 108.
Curopalates quid
Cynia. ll. 366.
Cynchelme l. 181.
Cyneband l. 181.
Cyri in ſepulchro inventa ſcriptura l. 49 modeſtior inſcriptio. l. 52.
Cven l. 115. ſqq.
Cvven. l. 115.
Czar. l. 37.
Czolo. l. 56.

D.

Dalmatiæ Principes dicti Carnovvitz. l. 74. b.
Dames. ll. 653.
Danorum Reges olim appellati Skuldungi. l. 72. b.
Deus l. 97.
Deæ dictæ Imperatrices l. 73. a. 112.
Decurio Nobilis. ll. 617.
Defenſor Eccleſiæ Romanæ Cæſar. l. 82. ſqq.
Defenſor fidei dicitur Rex Angliæ l. 75. ſqq. cauſa hujus tituli. ib. tempus quo cœpit uſurpari. ib. Bulla Papalis ob hunc titulum. l. 76. omiſſus à Papa. l. 139.
Delmatius num Cæſar fuerit. ll. 14.
Delphinus hæres Galliæ. ll. 211. origo hujus vocis ib quandoq; præponitur & poſtponitur Ducis titulo. ll. 114.
Delphinus Alverniæ. ll. 212.
Delphinus Viennenſis. ll. 212.
Dei gratia (von GOttes Gnaden) inſeritur titulis Magnorum Principū Regum Galliæ Hiſpaniæ &c. l. 125. ſqq. communicatur ſubditis illuſtribus ib. eſt in titulis Ducum Saxoniæ, Bavariæ &c. l. 127. Haſſiæ Landgravii &c. ib. Dominorum Spiritualium. l. 128. quando inceperit adhiberi. l. 130. nam Græcorum Θεοσεβὴς ib.
Dei vox attributa Imperatoribus l. 57. 59. 70. Principibus in ipſa Scriptura l. 74.

Du-

Deitatis nomen in Regum aſſumitur nominibus; etiam Magnatum; immò privatorum. l. 73. 74. a.
Denominatio Regum fit quandoque ab eximio Prædeceſſore l. 71.
Comites in Derby Reges vocantur Marniæ. l. 47.
Deorum nominibus ad diverſa regna applicatis prioribus temporibus Monarchæ intellectæ ſunt l. 5.
Deorum ſimulacra oſculantur gentiles. l. 53.
Deſpotæ l. 135 qui dicti. ll. 19. ſqq. hujus tituli uſus. l. 21. Deſpotarum inauguratio l. 33.
Deſpota in Moldavia ll. 196.
Diadematis à Corona differentia l. 162. quid ſit 165. tribuitur Regibus Aſiæ l. 166. Africæ l. 167. antiquis Europæ l. 167. Romani an geſtarint. l. 169. Imperii inſigne l. 171. Diadema Conſtantini ib. ſequentium l. 173. varia forma ib.
Digmata ll. 616.
Dignitates ſub Duce Sabaudiæ. ll. 186. ſub aliis Principibus Magnis. ll. 183.
Dignitates Codicillariæ. ll. 630.
Diocletianus præcepit oſculare pedes. l. 53.
Diploma Hiberniæ Duci datum. l. 657. ſqq.
Divi Imperatores poſtmortem cur nominati. l. 71. a.
Divinitatis Epitheton num deceat Chriſtianos. l. 71. a. poteſt dici de Imperatoribus. l. 137. quid innuat ib.
Domina. ll. 653
Domini vox eſt Majeſtatica l. 57. fugitur ab Auguſto & Tiberio. l. 56. & ab aliis, l. 59 recipitur ab aliis. l. 58. terræ poſſeſſorem denotat l. 70. a.
Domini titulus Imperatori attributus, l. 57. qua ratione ſumatur. l. 60. 62. ſqq. ſcribitur quandoque Dominus l. 61. a.
Domini Hiberniæ. l. 63. a.
Domini in Anglia qui vocantur. ll. 520.
Dominium Mundi nonnulli vocant Imperatorem Romanum l. 39. 58. item rerum Dominum. l. 58.
Domini Sangvinis ll. 215.
Domus Campanarum. ll. 364.
Domus pro partu Imperatorio. l. 86.
Don titulus Hiſpanorum ll. 311.
Donatio Conſtantini Papæ facta ad inſulas occidentis reſtringitur. l. 63.
Ducatus Germaniæ in Regna evectus Imperator. l. 42.
Ducatus quatuor eminentiſſimi in Imperio. ll. 67. Francorum Imperii initio XII. habuit ſub ſe Comites. ll. 68.
Ducatus Magnus in Italia Florentia. ll. 94. quando titulus hic cœperit ib.
Ducatus Retiarum conferendi formula ll. 49.
Ducis vocis varia ſignificatio ll. 26. an à Germanis an antiquo Imperio ll. 62. bellicum deſignat honorem ll. 51. 69. præpoſitus in Italia Comitis titulo. ll. 64.
Ducis titulus in Anglia ll. 506. inveſtitura 508. ſqq.
Ducis titulus in Bohemia ll. 201.
Ducis veteris in Britannia inveſtitura ll. 233.

Ducis Britanniæ olim insignia ll.58.
Ducis titulus in Castilia ll 297. quomodo creentur ib. corona ib.
Ducis nomen quando in Gallia hæreditarum factum ll.292. sq.
Ducum in Gallia veterum creatio ll. 231. corona ll.232. recentiorum creatio ll 241. coronæ. ll.242.
Ducis titulus in Hispania ll.296.
Ducissa in Anglia. ll.649.
Ducum in Imperio investitura olim quomodo facta ll 68. sqq. formula Imperatoris investientis ll. 71. quomodo Papa in Italia Duces investiat. ll.72. sqq. horum ornatus & indumenta. ll. 79. num corona attribuenda. ll.80. investiendi formula, qua Fredericus I. Henricum Austriæ Ducem constituit. ll.81. alia Maximiliano usurpata. ll.83. alia à Ludovico adhibita. ll.87.
Ducis titulus in Regno Neapolitano. ll.203. pro insigni habent corollam. ib.
Duces Romanorum assumunt osculum à Militibus. l.53.
Dux Guiennæ. ll. 222.
Dux feudalis in Polonia ll.193.
Dux in Scotia. ll.607.

E.

Earl. ll. 341. quando cœperit ib.
Earl post Normannorum adventum. ll.397. dicuntur Comites ib. erronea & vera decorum appellatione opinio ll.16. sqq eorum divisio in locales & personales ll.382. sqq. Locales non Palatini. ll. 389. diplomatum formulæ. ll.390. assignatæ obventiones. ll. 463. formula creationis hisce temporibus. ll.469. honorariæ possessiones. ll. 410. relevamenta ll. 412. investituræ ornamenta. ll.422. cinctura gladii ib. circulus aureus. ll.425.
Earldorman. ll. 341. 343. voces hujus synonymicæ ll. 343. officium eminentius. ll.347.
Earl. Murschall. ll.430.
Eber fuit Propheta. l.10.
Edelheit. ll.617. Edelmack. ib. Edeldō. ib.
Egregius. ll.664. Egregiatus. ib.
Electores ll.164. eorundem Origo. ib.
Elephas lingua Punica dicitur [illegible] l.65
Elfthrid quæ fuerit. l.118.
Elhabasen. l.89.
Eminentia. ll.668.
Emir. vid. Amir.
Enasserlev. l.104.
Episcopatus titulus in Anglia. ll. 472.
Episcopus Judæorum in Anglia. ll.472.
Epistola Calo-Johan. ad Cōradūm. l.33.
Equites in Anglia. ll.512 Balthie ll.580.
Baronetti. ll.581. Baronetti. ll.547. eorum creatio. ll.548 Periscelidis. ll. 550. eorum origo ib.
Equitas Armados. ll.319.
Equites de Alarde o de guerra ll. 520.
Equites aurati. ll.168.
Equites aurei calcari in Hispania. ll. 313. qui fiant ib. qui conferant titulum ib. ceremoniæ ib. recentiores. ll.316. honor. 317. privatio tituli ib.
Equites aurei velleris. ll. 291.
Equites Banneretti. ll 278.
Equites in Gallia ll. 278. vocis significatio duplex. ib. varia equitum genera ll.278. Equi-

Equites in Gallia Baccalaurei. ll. 282. origo ib. creatiboperſona creãs ll. 284. perſona recipiens dignitatem. ll. 285. epitheti origo. ll. 286.
Eques Galli Gallinacei.ll.291.canis.ib. pulchræ virginis in campo viridi ib.
Equites in Hibernia ll. 601.
Eques in Imperio percuſſus ll.166. eorum privilegia ll.167. origo. ll. 168. creandi ceremoniæ.ll. 171. ſqq. in Pontificali Romano forma. ll.176. qui hanc dignitatẽ conferant.ll.180.
Eques S. Marci.ll.206. eorum creatio, ll. 207.
Eques S. Michaëlis.ll. 290. occaſio ib.
Eques ordinis ſtellæ ſeu Marianus ll. 289.origo.ib. ſq.
Eques in regno Neapolitano. ll. 202.
Eques in Polonia ll.197.ll.646.
Eques in Scotia. ll.610.
Eques in Suecia ll.190.creatio ll.191.
Eques Spiritus S. ll.291.
Erling. ll.341.
Eſcadero. ll. 314.
Eſquire ll.292.
Eſquire in Anglia ll. 589.
Equeſtris ordo apud Romanos ll. 168. equites dicti illuſtres. ll.661. ſplendidi, inſignes ib.
Etheling.ll.341.
Εὐγένια quid.ll.614.
Εὐγενὶς. ll.614.
Europæ Reges abſolute ſupremi l.39. Principes ſignantur titulo Domini. l.59.
Europæ Nobiles olim habuere ſcuta diſtincta per inſignia arbitraria. ll. 616.
Excellentiſſimi.ll 670.

F.

Falcones.l.47.
Feſſeria in Scotia. ll. 608.
Feſtum Regifugii.l.16.
Feuda quid.ll. 62.mos tradendi& origo ib.frequentia apud Gentes Boreales. ll. 63. non ſemper primitus annexa Ducis titulo. ib. poſtmodũ pertua. ib. tandem hæreditaria & aliis titulis connexa.ll.66.
Feuda vexillaria. ll.70.
Filzaisne. ll. 214.
Filiæ Regum geſtaverũt coronas.l.113.
Fœminarum tituli. ll. 649. habent & communicatos à Maritis. ll.652.
Fœminis jure nativitatis honorum tituli attributi.l.107.
Francorum nomine Europæi, Germani,Itali intellecti.l.75.
Francorum Regibus pluralis numerus uſitatus. l. 125.
Freye vom Adel ll. 616. freye Adeliche Reichs-Ritterſchafft ib. eorum privilegio.ll. 617.
Frontis alliſio affectus ſignum apud Polonos.l.56.
Furca in Scotia ll.608.
Fuſtigatio perjurii pœna l.72. & æquo ſancita. ib.

G.

Galilæa ſecta à Galilæo dicta. l. 59. nulli tribuit nomen Domini præter Deum ib. ſententia Autoris ea propter.ib.
Galliæ tituli, ll.209.
Gallia vetuit jurare per Reges ſuos. l. 73.a.
Galliæ Reges dicuntur Auguſti. l.69.

dicuntur Chriſtianiſſimi. l. 74. b. quis primus eorum Rex Chriſtianus. ib. utitur Chriſtianiſſimi nomine in prima ſecunda & tertia perſona ib. quando hoc nomen cœperit de illis dici 75. b. dicitur Tilzaisne d' Egliſe eorum unctio. l. 152. ſqq.
Galliæ Regum uxorum prærogativæ. l. 120.
Gazaria. l. 93.
Gefürſtete Gräfe. ll. 160.
Generoſus. ll. 619. Generoſitas ib.
Γενεαλογία ll. 648.
Gentlemäll 613. vocis origo. ll. 617. ſqq.
Gentil in voce Gentilhome derivatio & ſignificatio ll. 617. ſqq.
Gentiles qui ante Monarchiam Romanam. ll. 617. ſq.
Gentilitas. ib.
Genuum Oſcula in Orientis Imperio. l. 54.
Gens & Familia diſtincta apud Romanos ll. 618.
Genuflexio coram Principibus. l. 55.
S. Georgii Martyrium. ll. 553.
Geſefa. ll. 350.
Germani Imperatores, quando cœperint uti voce Auguſti. l. 70.
Germanicus. l. 69. b.
Germanici nomen perplacet Videllio. ll. 6.
Germanorum Imperatores non minoris æſtimant titulum Regis quam Imperatoris. l. 31. non invident Gallis titulum Imperii. l. 32.
Geſithi ll. 247.
Gian Belal l. 83.
Giaria. l. 88.
Gladio fit inveſtitura Regum. l. 43.
Gladius Lancaſtrenſis. l. 47.
Globus inſigne Regiæ dignitatis. l. 189. jungitur ei crux l. 190. quod denotet. ib ſqq. quando ad occidentales Imperatores pervenerit. l. 191.
Glob9 Regis Angliæ. l. 191 Daniæ. l. 193.
Gloceſtrenſes Comites Compatroni Epiſcopi Landaffenſis l. 47.
Glorioſiſſimus. ll. 666.
Glycerius converſus. ll. 557.
Græci Imperatores ſe Βασιλεῖς vocant. l. 28. affectarunt ſplendidiorem titulum præ Germanis. l. 34. eorum titulus. l. 145. ſqq.
Grand additamentum in titulis. ll. 311.
Grophiones. ll. 105.
Gravitas. ll. 668.
Größerkeit. l. 136. 131.
Gula Turcis turris. l. 92.
Gylas quid. l. 91.

H.

Hare Electum ſeu ſponſum denotat. l. 90.
Hauteſſ. ll. 669.
Hehgereves ll. 349.
Helena Conſtantini Mater Auguſta dicitur. l. 10. Inſcriptio in ejus memoriam Neapoli ib.
Hellen. ll. 623. Hellenismus ib.
Helmſtadienſis Academiæ Rector Comes Palatinus creatus. ll. 123.
Hemiromelin quid. l. 100.
Heptarchia Anglorum. l. 44.
Heptarchiæ tempore uxores Regum dicuntur Reginæ. l. 119.
Herbã porrigere victoriæ ſignũ l. 50.

Herelogas. ll. 343.
Herodes Agrippa dicitur Deus. l. 70. a.
Heroldes. ll. 349.
Heri nomen, attributum Imperatoribus. l. 58.
Herr-König dicitur de Alwino. ll. 347.
Herrn. l. 61.
Herzogs vocis origo incerta. ll. 68.
Hiberniæ tituli. ll. 596.
Hibernia donatur Angliæ Regi à Papa. l. 62. dicitur Dominus Hiberniæ. Dominium Hiberniæ non minus quam regnum l. 69. pro Domino Hiberniæ Rex; & pro terra Regnum dicitur. ib.
Hiberniæ Vice Rex Sedan 9. l. 48. 65. habuit Reges subditos sqq.
Highneſſ. ll. 669.
Hiſpaniæ Rex dicitur Imperator. l. 360. nulli subjectus. l. 39. habet titulum Catholici. l. 83. quis primus eorum unctus. l. 161.
Hiſpaniæ leges circa titulos ll. 321.
Hiſpaniæ tituli subordinati ll. 294.
Hoff-Grave. ll. 123.
Hoheit. l. 136.
Holdes. ll. 349.
Homagium ſervitium ſignificat. l. 45.
Homagium ligium. l. 65. non ligium ib.
Hominis vox pro Vaſallo. l. 45.
Hominium quid. l. 45.
Honour. ll. 410.
Honores Comitum. ll. 411.
Hungariæ Regum unctio. l. 162.
Hungiar. Hunchar maximum nomen idem verè quod nobis Auguſtus. l. 102. primus qui hoc nomen aſſumpſerit ib.
Hydalgos. ll. 303. 314. 319. ll. 627.
Hypatia quid. ll. 13.

I.

Iapheti portio terræ quousque ſe extenderit. l. 12.
Iehovæ vox ex mente Iudæorum non legenda. l. 60.
Ignobilis. ll. 614.
Illuſtratus. ll. 664.
Illuſtres Pontifex vocavit Reges. l. 139. Angliæ Regi hunc titulum non ſufficere putarunt ſubditi. l. 140.
Illuſtres vocati Siciliæ Reges. l. 84.
Illuſtres vocati Senatores Romani. ll. 661. illuſtris eques. ib. idem titulus de Patriciis dictus. ll. 662.
Illuſtriſſimus dicitur de Imperatore. l. 142. & aliis Regibus. ib. ll. 670.
Imanlar Eccleſiæ Doctores. l. 102.
Imir vide Amir.
Imperatoris vox de Ducibus dicta. l. 15. 33. aſſumpta à Julii Cæſaris ſucceſſoribus ib attribuitur etiam, quæ deſperatis rebus publicam vendicant libertatem. l. 16.
Imperatoris nomen non ſemper præcedit in Numismatibus. l. 16. quandoq; præponitur quandoq; poſtponitur. ib. hujus ratio. ib. dicitur hoc nomen etiam de aliis Principibus. l. 3. Rege Angliæ. l. 36. Galliæ. ib. Hiſpaniæ ib. Moſcoviæ Ducibus l. 37.
Imperatrix non fuit adorata l. 53. dicitur Auguſta. l. 68 b. 107. ſqq. eadem habet cum Imperatore privilegia. l. 108. dicitur Sanctiſſima, piiſſima, Clementiſſima. l. 114.
Imperii focius. ll. 9. ſqq.

Im-

Imperii ſucceſſoris tituli. vid. Rex Romanus.
Inaugurationis ceremoniæ ſummorum Principum. l. 146. Sultani. l. 194. Principum Muhamedanorum l. 195. Imperatoris Ruſſiæ ib.
Indorum Reges à Palibothra dicti. l. 72. b.
Indigenatus. ll. 643.
Infangthief. ll. 608.
Infans. ll. 295.
Infantia ll. 295.
Inferiores quidam nominantur à ſuperioribus proprio nomine. l. 124.
Inſignia Comitum & Ducum olim. ll. 51. Conſularium. ll. 53. præſidum ib. Magiſtrorum peditum & equitum præſentalium in Britannia. ll. 55. Comitis littoris Saxonici ib. Ducis Britanniarum ll. 58.
Inſignia Nobilium facta hæreditaria. ll. 615.
Inſcriptio literarum Iſaaci Angeli imperatoris Conſtantii Friederico Barbaroſſæ miſſarum. l. 33.
Invictiſſimus. l. 138.
In Tliki Imperator Tartarum l. 91.
Iſraelitarum Regni initium electivum l. 4.
Iſraelitæ poſtulant à Samuele Regem. l. 13. illorum Regum unctio l. 148. ungendi modus. ib.
Iſraelitarum ex Ægypto exitus. l. 71. b.
Iſpan. ll. 200. ll. 646.
Itho Baal. 73. a.
Judæorum enallage in epithetis DEI, l. 122.
Divi Julii Numiſma. l. 65.
Julianus Apoſtata prohibet ſibi dari nomen Domini. l. 58.
Juramentum per ſceptrum. l. 185. ſqq.
Juramentum Caroli V. l. 82.
Jurare per Principem ſuum. l. 72. ſqq. Deum. ib. Chriſtum ib. Evangelium ib.
Juris Conſulti Comites Palatini ll. 117.
Jus habens imaginum olim dictus Nobilis. ll. 614.
Jus paritatus. ll. 518.
Jus Pontificis in omnes inſulas. l. 63.
El-Juſticia Hiſpanorum. ll. 317.

K.

Kantiæ Regnum habuit ſuos Oiſcingos. l. 72. b.
Kayſer à Cæſare derivatur. l. 62. 66. b. idem ſignificat. l. 77.
Karakuyoalo. l. 92.
Karolovvitz Albanenſium Principes. l. 74. b.
Kaſſelbaſſalar l. 104.
Keder laomer habuit Reges ſubordinatos. l. 42.
Kenan ſepulchrum. l. 5.
كحلس l. 91.
King Anglorum. l. 115.
Knape. ll. 183.
Knave. ll. 591.
Kneight quid. ll. 115. ll. 512.
Κόμης. ll. 29. explicatur Heſychio per Ἄρχων. ll. 30.
רשירה l. 65.
Κύριος. l. 58. 59. 60.
Κύρια. ll. 653.
Kurlack quid ſignificet. l. 59.

L.

Labarum. l. 139.

Λαμπρότατος. II. 667.
Land quid. II. 153.
Lady. II. 651.
Lanceſtrenſis in Ducem Aquitaniæ inveſtitura. II. 238.
Landangæ quid. II. 112.
Landgravii. II. 152. ſunt quatuor. ib. cœperunt in Germania ib. ſigna eminentiæ ib.
Land-Herren. II. 153.
Lateratenſis Comes Palatii. II. 118.
Latinus quis. I. 136.
Laurea Poëtarum. II. 135.
Laurus triumphalis quibus data. I. 171.
Lazar appellantur Deſpotæ Serviæ Turcis. I. 73. b.
Lex Regia. I. 28.
Liber conſcribitur ab Angliæ Rege adverſus Lutherum. I. 75. a.
Ling. II. 339.
Lingua exciditur pejeranti per Evangelium. I. 72. a.
Linguarum confuſio quo anno facta ſit. I. 10. 14.
Lis Ludovicum II. inter & Baſilium Macedonem de titulo Regis. I. 30.
Literæ Ludovici II. ad Baſilium. I. 30.
Lord de quibus dicatur. II. 520.
Lord Anglicum quid denotet. I. 61.
Lucani qui. I. 70.

M.

Mactoſche II. 606.
Magiſter templi ſummonitus in Anglia. II. 474.
Magiſter Domeſticorum in aula Regum Francorum. II. 108. ſqq.
Magiſter Equitum & Peditum præſentalis. II. 53.
Magnates ſæpius à Deo ſuo dicuntur. I. 73. a.
Magnitudo. I. 136. II. 668.
Magnificus. II. 665. Magnificentiſſimi Illuſtres. II. 666. Magnificentia. II. 668.
Magnus Dux Etruriæ. II. 94. initium hujus tituli iniſtis Ducibus. ib. bulla Papalis, quæ hic titulus ei donatus. II. 94 Inauguratio horum Ducum. II. 100. dicitur de Rege Poloniæ. II. 104.
Mahumedani Imperatores dicuntur Domini. I. 59.
Mahumeti ſucceſſores Caliphæ dicti. I. 4.
Majeſtas quid innuat. I. 131. imperio Romano olim propria. I. 133. vocis derivatio. I. 136.
Majeſtatis vox in prima & ſecunda perſona uſurpata à ſuprem is Principibus I. 131. notat omne genus ſpecialis dignitatis ib ſqq. Ovidii de Majeſtate dicta. I. 132. propria olim Reipublicæ & Romanis Imperatoribus. I. 133. dedit occaſionem utendi aliis abſtractis. I. 134. Græcis exponitur per βασιλείαν. I. 135. unde formetur. I. 136. Catholica, Cæſarea ib. quando in Anglia uſurpata ſit. ib. non ſoli DEO propria. I. 137.
Majorazgo. II. 310.
Mameluchi qui fuere I. 95.
Marck quid. II. 149. ſqq.
Marchio in Anglia. II. 427.
Marchio in Gallia. II. 262. quando titulus hic incœperit. ib. creatio. II. 264. coronæ. ib.

Mar-

Marchiones titulus in Hiſpania. ll. 300. initium. ib. creatio. ll. 301. inſignia. ll. 304.
Marchiones Imperii. ll. 139. dicuntur à Marcha. ll. 150. non a mare ib. unde deducendus eorum uſus ll. 151. diſtinĕti apud Francos à Comite & Duce ib. eorum inſigne. ll. 152.
Marchio Moraviæ. ll. 201.
Marchio Neapolitanus ll. 204.
Vier hohe Marggrafen. qui. ll. 152.
Marchio in Scotia. ll. 604.
Marchioniſſæ creatio in Anglia. ll. 651.
Margus. ll. 150.
Mareſchallus Angliæ. ll. 427.
Mariſcalcia. ll. 430.
Marocci Reges cur Xariffæ appellari velint. l. 97.
Marocci civitatem quis extruxerit. l. 111. Carol. Martelli Epitaphium l. 52.
Martyres [illegible] Candidati exercitus. ll. 554.
Maſch unctum ſignificat. l. 90.
Maulæ Africanorum Principum titulus ex ſanguine regio. l. 99. aſſumitur & à Rogerio. l. Siciliæ Rege. ib.
Maurorum Regum titulus. l. 145.
Maximiliani jocus. l. 51.
Maximinius junior genuum, pedum & manuum acceptat oſcula l. 53.
Megas Dux Imperii orientis ll. 104.
Μεγαλιότης. l. 136.
Μεγαλεπιτίσκοπος illyrici ll. 666.
Merovingi. l. 72. b.
Merovingorum ex linea nemo unctus. l. 154.
Mezentius offerri ſibi juſſit ſacrificia. l. 70.
מלכים. l. 12.
Miles ll. 189.
Milites vexilliferi in Anglia. ll. 548.
[illegible]. ll. 162.
Miremomelin. l. 100.
Mitra purpurea. l. 195.
Mitræ materia. l. 162.
Mirzah magnum denotat Dominum. l. 106.
Moldaviæ Wojevvoda. ll. 149.
Monarcha ſummus dicitur Rex Regum. l. 49.
Monarchia quaſi ex naturæ lege obſervata. l. 5.
Monſieur de Delphino. ll. 215. 216.
Moſcoviæ Dux dicitur Imperator vel Czar. l. 37. non utitur hoc titulo in Epiſtola ad Regem Poloniæ ib. vocatur Dux Magnus ib 38. Princeps aut Rex albus. l. 86. ſq.
כרד l. 13.
Mumilinus l. 100.
Muffti Atchiepiſcopus Turcarum. l. 103. exoſus Perſis ib.
Mundus vid. Globus.
Mundi Dominus. l. 33.
Murmelius dicitur Rex Marocci. l. 101.
Muſulmin fidelem denotat. l. 102.
Muſulmannus. l. 102.
Muſtadeini magnus Sacerdos Perſarum. l. 95.
Munſterus fallitur in ſententia de Epiſtola Presbyteri Johannis. l. 90.

N.

Nacbin vocantur legati & vice Principes. l. 94.
Neapolitani Regni tituli. l.
Neguſch. l. 88.
Nimrod communiſſima opinione primus poſt diluvianorum Regum ſtatuitur. l. 9. Rex fuit Babyloniæ aut Aſſyriorum ib. initium ejus regni ib. alia ejus nomina. l. 12. dicitur & Orion. ib. Belus. l. 14.
Niſan. l. 106.
Noah ultimus à nonnullis Chaldæorum Rex Xuſather dictus habetur, l. 9. dividit filiis ſuis terram. ib.
Nobilis qui dicatur. ll. 613. ſqq.
Nobiliſſimi nomen dicitur de Cæſara. ll. 15. & aliis. 17. ſqq.
Nobilitas civilis in quo conſiſtat. ll. 615. ejus acquiſitionis variæ methodi ib. inſignia ib.
Notarii publici autoritas. l. 40. non admiſſi in Anglia quaſi ex autoritate Imperatoris vel Papæ ib.
Notarii publici in Comite Palatino creando forma. ll. 142. in Anglia Cæſarei non admittuntur. ll. 143. num Pontificis admittantur. ib.
Northumbriæ Comiti datur inſula Man. l. 46.
Norvegiæ Regibus paruerunt Reges inſulæ Man. l. 45.
Novus homo. ll. 614.
Nummus Hebraicus. l. 62.
Nummi aurei, in quibus Henricus VIII. Angliæ Rex Defenſor fidei dicitur. l. 82.
Numiſmatum Inſcriptio Bruti & Caſſi. l 16. quorundam Cæſarum. l. 38. Conſtanti primum vocem Domini uſurpantis. l. 58.
Nobilitandimos per inſtrumenta & diplomata in Imperio. ll. 628 ſq. in Gallia. ll. 632. ſqq. Hiſpania. ll 635. Anglia. ib. Polonia. ll. 636 ſqq.

O.

Obſoleta Dignitatum nomina. l. 3.
Occidentis Imperatores amant potius titulum Imperatoris quam Regis. l. 29. ceremoniæ in coronatione. l. 205.
Octavianus à Romuli nomine abſtinet. l. 17.
Odo onel Regis promiſſio Ulſtriæ Comiti facta. l. 47.
Offeirad teulu. ll. 340.
Officiorum tituli. l. 1.
Oiſſa. l. 72. b.
Oleum quale in Judæorum Regum coronatione. l. 147. Rabbinorum de eo traditio. l. 148.
Oleum quo Galliæ Reges unguuntur. l. 152. an à cœlo miſſum. ib.
Oleum quo Angliæ Reges unguntur ad cœlo miſſum. l. 159.
Oneale Rex & Regulus quid denotet. l. 47.
Oratio in unctione l. 158. in traditione Sceptri. l. 188. in inauguratione Regis Ruſſiæ. l. 196.
Orbis terrarum diviſio inter filios Noah. l. 9.
Orbis. vocabulum pro Imperio

quandoque ſumitur. l. 41. pro pago. l. 42.
Ordinates Imperatores aliquando vocati. l. 12.
Ordo dignitatum in Imperio Romano. ll. 187.
Ordo Equeſtris in Imperio. ll. 617. privilegia ib. collatus tempore Conſtantini per Diplomata. ll. 60.
Orientis Imperatores liberis ſuis ut plurimum imponunt Conſtantini nomen. l. 73.
Orientalium ſupputationis portentoſæ cauſa. l. 6.
Orientales multos habent reges ſubditos. l. 44.
Orientis Imperatores ſuum βασιλεὺς Bulgarorum Regi tantum concedunt. l. 32.
Orion. l. 11 17.
Oſculum pedum, manuum, genuum, labiorum Imperatorum. l. 53 cauſa hujus oſculi ib.
Oſculis fit ſalutatio. l. 54.
Oſculum amoris ſignum. l. 54. unde mos hic Romam delatus. ib. in homagiis neceſſarium. l. 55. omittitur attamen Henrici VI. tempore ob peſtem. ib.
Oſculorum tria genera Wagenſeilii. l. 56.
Oſtro-Gothorum Reges affectant nomen plurale. l. 125.

P.

Padſcha Turcis dicitur Rex Magnus. l. 101. vocant hoc nomine Imperatorem Romanum, Galliæ Regem. ib. unde vox derivetur ll. 106.
Padſcha Muſulmin eſt Imperator Turcarum. l. 101.
Padeſcha Preſtigrani idem ac Rex Apoſtolicus. l. 90.
Padiſchæ vocis origo. l. 106.
Palatini vocis derivatio. ll. 108.
Palatini dicuntur Wajewodæ. ll. 196.
Palla. l. 192.
Pan. ll. 646.
Panovvre. ll. 196. 646.
Pantidas. ll. 314.
Papa dicitur ab antiquis Calipha. l. 94. hujus ratio ib. à Perſis vocatur Runſcha. l. 106. à Turcis Rumbeg. ib.
Papa Ducem inveſtiens. ll. 72. ſqq.
Pares in Anglia. ll. 518.
Pares Galliæ. ll. 259. quando cœperint ib. numerus. ib. locus. ll 260. privilegia. ll. 261.
Pares ſanguinis. ll. 217.
Pater Patratus. l. 186.
Parthi aſſumpſerunt nomen Regum Regis. l. 50. eorum Reges Arſaces dicti. l. 72. b.
Patriciatus in Gallia. ll. 229. 260.
Patrimus. ll. 316.
Patricii apud Romanos. ll. 662.
Patres Patriæ dicti Imperatores à Senatu. l. 70.
Patronum Epiſcopatus eſſe innuit ſpe

ſpecialis Regiæ Majeſtatis notam in ſubdito. l. 47.
Pedum oſcula in Europa uſitata. l. 55.
Perjurii per Principis nomen commiſſi pœna. l. 71. per Dei nomen ib.
Peuckert. ll. 340.
Pennones. ll. 261.
Perfectiſſimus. ll. 664. Perfectiſſimatus ib.
Περιβλεπτος. ll. 667.
Periſcelis. ll. 151.
Perſarum mos ſalutandi. l. 54.
Perſæ Ali adhærent. l. 102. propagata religio à Schach. Hacdar. l. 103. ipſa doctrina quæ l. 104. quomodo per contemptum à Turcis vocentur. l. 103.
Perſarum Imperatores ante Regnum dicti Scheich. l. 61. eorum corona. l. 166.
Perſis nudum βασιλεὺς absque additamento proprium. l. 50.
Perſonæ in Anglia. ll. 453.
Perſonæ claræ ll. 660.
Perſonatus. ll. 453.
Phaleg quando natus. l. 10.
Pharaonis nomen regius titulus. l. 71. à quo Ægyptii Reges ita dicantur. ib.
Φύαλις quid. ll. 22.
Pila vid. Globus.
Pileus ducalis crinitus. ll. 92. ejus forma. ll. 93.
Piſcium ex aqua oblatio promiſſio Dominii apud Athenienſes. l. 50.
Plantageneſt. ll. 6.
Pluralis numerus ex Judæorum ſententia quid innuat. l. 122.
Pluralis numerus in loquendi formulis adhibetur à Magnatibus. l. 122. quandoque & ab inferioribus ib. plurativo alloquuntur Imperatores. Duces, Principes, Conſiliarios, Doctores ib. quandoque prima, ſecunda aut tertia adhibetur perſona. l. 124. Francorum Regibus uſitatus. l. 125.
Poetæ creantur à Comite Palatino. ll. 131. datur laurea. ll. 134. origo coronationis. ll. 135. primus inter Germanos laureatus ll 136. unde coronatio proceſſerit. ll. 138.
Poloniæ Rex dicitur Magnus Dux. ll. 104.
Poloniæ Regum unctio. l. 162.
Polonorum mos in frontis vocabulo. ll. 56.
Pomum vid Globus.
Pontifex Romanus novo Regi mittit coronam, ſceptrum & bullam creationis. l. 43. pedem oſculandum calceo inducit ſerico. l. 53. omnes inſulas Chriſtianas Patrimonium Eccleſiæ Romanæ putat. l. 63. creat nobiles. ll. 630.
Porphyra quid. l. 86.
Porphyrogenniti dicuntur Orientis Imperatores poſtremis ſeculis l. 85. hujus cauſa ib. Principes Imperatorio ſanguine orti. l. 85.
Poſnanienſis Palatinatus. ll. 687.

Potentiſſimi qui dicantur l. 142. ll. 670.
Præcedentia ſummorum Principum. l. 267. in nominibus variorum regnorum non abs ſe invicem dependentium. ll. 282.
Præcedentia in titulis ſubordinatis. ll. 671.
Præfecti in Imperio. ll. 51. ſqq.
Præfecti Prætorio. ll. 110. ll. 663.
Prælati in Anglia. ll. 443.
Prætorium. ll. 110.
Presbyteri Johannes dicuntur quandoque Principes Aſiatici & Africani. l. 90.
Presbyter Johannes Æthiopum. Abyſſinorum Imperatoris titulus. l. 88. varia nomina ib.
Preſtigiani. l. 90.
Preter John & Prete jane corrupta ex pretioſo Gian. l. 88.
Primicerius Notariorum. ll. 37.
Primeur Prince du Sang. ll. 216.
Princeps ſupremæ poteſtatis nota. l. 27. ſine injuria titulo Imperatoris uti poſſunt. l. 30.
Principes quandoque à colore ſortiuntur nomen. l. 92.
Principis vox variè ſumitur. ll. 160. denotat in Imperio dignitatem juncto territorio ib. illorum tituli ad territorium applicati 161. tribuitur qui aliis gaudeat dignitatibus l. 162. omnibus Statibus Imperii. l. 164.
Princeps in Anglia ll. 343.
Princeps Aſturum ll. 294. creatio. ll. 295.
Principes Coronæ ll. 218.
Principis in Gallia titulus perſonalis vel nativitate vel creatione ll. 218. feudalis. ll. 219. prærogativæ datus à Rege Eduardo III. ll. 222. Diploma ib. ſqq.
Principes Galliæ Sanguinis. ll. 215. origo tituli ib. eminent privilegiis. ll. 216 locus eorum ib. inſignia. ll. 218.
Principes Gironæ. ll. 295.
Principes Juventutis quid. ll. 5.
Principis titulus in Regno Neapolitano. ll. 202.
Princeps Principum. ll. 50.
Princeps Salernitanus ll. 203.
Princeps Walliæ. ll 232. ſq. unde hic titulus in Anglia ib. quando cœperit uſurpari. ll. 333 diploma alicujus creationis. ll. 384. dicitur Dux Cornubiæ & Comes Ceſtriæ. ll. 337. alii tituli. ll. 338. tituli Saxonum tempore. ib.
Principium. ll. 27.
Priores ſummoniti in Anglia. ll. 474.
Prioritas nativitatis & electionis dedit cauſam præcedentiæ. ll. 672.
Procer. ll. 296.
Procomes in Scotia, ll. 604.

Procuratoris Reginæ Galliæ locus. ll. 120.
Pro-Rex Galliæ. ll. 215.
Protectorem Angliæ ſe vocavit Cromvveli. l. 27.
Proto-Nobiliſſimi. ll. 18.
Protolymbolon Arabum Princeps dicitur. l. 30.
Provinciæ traduntur vexillo. l. 43.
Provinciales. ll. 620. 623.
פרעה. l. 71.
Ptolomæus Lagi filius ſucceſſoribus ſuis nomen Ptolomæi dedit. l. 72. b.
Ptolomæus Mathematicus diſtinctus à Ptolomæo Philadelpho. l. 72. b.

Q.

Quens. ll. 243.
Queen quid. l. 115. ſqq.
Queen Gold. l. 120.
Quercus Tarpeja. ll. 140.
Quinquatria. ll. 138.

R.

רב. l. 59. ll. 653.
Radii Latii Regis quid. l. 162. ſqq.
Radians corona. l. 171.
Rationabile auxilium. ll. 539.
Referendarii. ll. 112.
Reges alii ſupremi alii ſubdititii. l. 11. horum conditiones. l. 44.
Reges ſæpius nomen ſuum à Dei habent. l. 73.
Regis titulus generaliter. l. 12.
Regis nomen ut denotat ſubordinatum Principem tribuitur vel Tenutariis Imperatoris vel Regum filiis. l. 42. Regis ſubordinati qualitas. l. 49. inveſtitura ib.
Regis titulus ſupremus. l. 2. 41. 44. Origo duplex. l. 4. generalis admodum. l. 11. exoſus Romanis. l. 16. vitatur ab Imperatoribus 17. mox redit. l. 28. ab Occidentis Imperatoribus rurſum ejicitur. l. 29. controverſia de hoc titulo ib. ultimis annis Regis & Imperatoris tituli indifferenter uſurpati. l. 32.
Regis titulus Aldermannis conceſſus. ll. 336.
Regifugii feſtum. l. 13.
Reginæ appellantur Dominæ. l. 30. 114. Dux. 72. 112. denotat Imperatricem l. 108. vocantur Imperatrices. l. 111. viduæ ſervant nomen Reginæ aliis licet nuptæ ib. Regis titulus non Reginæ conceditur ab Hungaris Mariæ Ludovici Regis. l. 112.
Reginæ dotariæ. l. 121.
Regna vel bello acquiſita vel electiva. l. 4. rejicitur hæc diviſio. l. 13.
Regnum pro Republica Romana. l. 28.
Regum filii ſunt Reges ſubditi. l. 48. ſq.
Reguli Normannorum tempore in Anglia. ll. 341.
Relevium antiquorum Comitum Localium non Palatinorum poſt

mortem. ll. 412. vid. Indicem. ll. p. ll. & v. §. 11.
Religioſiſſimus. l. 139.
Reſpublicæ veteriſſimæ Monarchicæ fuerunt. l. 13.
Rex Angliæ Defenſor fidei
Rex fœminarius. l. 112.
Rex Galliæ dicitur Chriſtianiſſimus. l. 741. b.
Rex Hiſpaniæ Catholicus. l. 81.
Rex Orientis Prophyrogenitus. l. 85.
Rex Primus num ante diluvium fuerit. l. 4.
Rex Regum & Magnus Rex qui dicatur. l. 49. 52.
Rex Romanorum quis. ll. 5. dicitur Cæſar ll. 6. quando initium impoſitionis hujus nominis ib. & ſqq. inſignia ll. 8. ſqq. Princeps Juventutis aſſeritur. ll. 15. Nobiliſſimus. ll. 17. Sebaſtocrator. ll. 18. Deſpota abſolutè ll. 10. Rex Italiæ. ll. 24. Germaeicæ. ib. num. eandem cum Imperatore habeat poteſtatem. ll. 25.
Ruo-hombre ll. 311. creatio. ib. vexillum ib.
Riga idem quod βασιλεὺς. l. 31.
Ritterſchafft. ll. 167.
Roſſenſis Epiſcopatus Patronus. l. 47.
Rogerius. l. Siciliæ Rex aſſumit titulum Africanorum Principum. l. 99.
Rolandum Comitem Palatinum volunt Galli. ll. 112.
Romanorum Imperatores titulum Regis & Imperatoris indifferenter uſurparunt. l. 31. vid. Rex Romanorum Cæſar. Imperator.
Romana Rice quid. l. 36. Aurealde. ib.
Romanum Imperium quousque ſe extenderit. l. 39.
Ῥωμαΐσμος. l. 72. a.
Roturier. ll. 632.
Rumberg. l. 106.
Runſcha. l. 106.
Ruſſiæ diviſio. l. 87.
Ruſſiæ Imperatoris regium inſigne, l. 105. inauguratio. ib. titulus in inauguratione. l. 197.

S.

Sabæi l. 89
Sacerdotum unctio. l. 184.
Sacra Majeſtas. l. 135.
Sacratiſſimi vox olim adhibita. l. 140.
Salutandi Imperatores mos. l. 53.
Salutatio Conradi ll. in congreſſu. cum Emanuele Comneno. l. 54.
Samaritani Antiochum Epiphanem appellant Deum. l. 70 a.
Sancita divalia quid. l. 71 a.
Sancti dicti Reges Chriſtianorum. l. 138
Sanctiſſimus. l. 140.
Santilla. ll. 300.
Sarus quid. l. 6. ſupputatio varia l. 7.

l. 7. & quidem veterum ib. explicatio Sarorum & quidem di Pearſon. l. 8.
Sceptrum antiquum Regum inſigne. l. 185 jurarunt per ſceptrum. ib. uſus Sceptri apud Perſas. l. 187.
Sceriph honoris titulus ex Mahomete deſcendentibus. l. 97. eorum inauguratio ab Angelo. l. 160.
Schah Regi Perſarum in ſpeciè tribuitur. l. 105. denotat Dominum Magnum. l. 106. jungitur aliis vocibus. ib.
Schahana Reginam notat l. 107.
Scheich Perſarum. l. 105.
Scheich vir melioris notæ l. 61.
Scheriffi. ll. 350. Scheriff. in Anglia. ll. 515.
Schira. ll. 354.
Scira. ll. 350.
Scotiæ tituli. ll. 603.
Scotiæ Regibus paruere Reges Inſulæ Man. l. 45.
Scutarii. ll. 293.
Scuta Europæorum Nobilium olim. ll. 616.
Sebaſtocrator. l. 135. titulus Imperii ſucceſſoris. ll. 18.
Σαβ-ſoo quid. l. 68. b. 107.
Secta Judæ Galilæi. l. 59.
Secretarius Regius in Polonia. ll. 644. Secretariatus diploma. ll. 645.
ſedale Regni. l. 28.
Segniors du Sang. ll. 215.
Seith maxima obſervantia coluntur. l. 97.
Seir vel Scheich denotat Senicorem. l. 61. Ægypti Rex & alii ita vocantur. ib.
Sem ſecundum hiſtorias Græcas Patri Noah in Imperio ſucceſſit. l. 9. regius ejus titulus. ib.
Semper Auguſtus. l. 68. b.
Senatores vocantur Clariſſimi. ll. 660. ipſi & uxores perſonæ claræ. ib. Illuſtres. ll. 661.
Senatus dictus ordo ampliſſimus & clariſſimus. ll. 660.
Senex chalcus. ll. 120.
Seniores qui dicuntur. l. 61.
Seraphi idem quod Sceriff in hiſtoriis Regum Teſſe & Marocco occurrens. l. 97.
Sereniſſimus. l. 138. ll. 669. ſqq.
Serjeant. ll. 590.
Seriphius Rex Marocci nominatur. l. 97.
Wilhelmus Serop capitur & truncatur. l. 46.
Serviens. ll. 590.
Servus Apoſtolorum. l. 139.
Sid vel Cid. l. 29.
Sida Dominum indicat. l. 107.
Sicut quid. l. 61.
Signior. l. 61. ll. 653.
Sigilli uſus quibus convenerit olim in Anglia. ll. 542. ſqq.
Sigilli ulachami inſcriptio. l. 92.
Sinceritas. ll. 668

Sin-

Singularis numerus olim ab Imperatoribus adhibitus. l. 122.
Sir. ll. 653. ex voce Κυρ derivanda. l. 62. titulus in creatione equitum Angliæ olim obſervatus. ll. 531.
Sire. ll. 215. antiqui Galliæ Barones ita dicti. ll. 273.
Skieldungi dicuntur Danorum Reges. l. 72. b.
Snovvdoniæ Dominus, ll. 332.
Solden vid. Sultan.
Sophi Perſarum Schach Iſrael juramentum maximum habet quod per caput ejus factum. l. 37. ſummum tenet in rebus Eccleſiaſticis regimen. l. 96.
Sophi nomen primum attributum Perſarum Regi Iſrael Schah. l. 102. ejus origo. l. 103. quid ſignificet. ib. ſqq. non refugiunt Perſæ Reges. l. 105.
Span. ll. 646.
Specioſæ perſonæ. ll. 662.
Spectabilis. ll. 663.
Spectabilitas. ll. 664. 668.
Johannes Stanlejus accipit inſulam Man. l. 47.
Σίφαιοι diſtinctum quid a σίμαιρα. ll. 22.
Strongboa Comes Pembrockii Henrico Angliæ ſuſpectus. l. 64.
Stylus Curiæ. l. 30.
Sublimitas miranda. ll. 668.
Subregulus. ll. 343.
Succeſſoris Imperii certi varia epitheta. ll. 5. ſqq.
Sveciæ tituli. ll. 189.
Suillæ carnis abſtinentia. l. 102.
Sulanæ in Monaſterio Conſtantinopoli inſcriptio Michaelis Palæologi ejusque uxoris. l. 73. b.
Sultani Caliphas appellati. l. 95. idem ſunt quos Soldanos appellamus. l. 98. ut primarium titulum Sultani vocem uſurpat. ib. indicat Dominum. ib. adhibetur in vulgatis ſalutationibus. ib. quis primus hoc titulo uſus fuerit. l. 99.
Sultani inauguratio absque coronatione. l. 194. ejus Tulipantus. ib.
Supani. ll. 646.
Super illuſtris. ll. 665. vocari it poſſunt omnes Reges. l. 141.
Superſtitio Judæorum in Syllabis. l. 60.
Sur Magni Sultani nomen. l. 102.
Surſac. l. 59.
Theodorus Syceota quis. ll. 557.
Szlachta. ll. 617.

T.

Talentum Hebræorum quid. l. 164.

Tan-

Tangrolipax quid denotet. l. 99.
Tartariæ Princeps Cham. l. 90. ſqq. filii ejus quomodo vocentur. l. 91 dicuntur & Cham cum additamento. ib.
Tartari Septentrionales. l. 91.
Tavernicorum Magiſtri. l. 200.
Teggiur quid. l. 73. b.
Teggiurlar. l. 73. b.
Tempus antediluvianum dividitur in χρόνον ἀβασιλεύτον & χρόνον βασίλευτον. l. 8.
Ac-Temur nomen Principis de ſanguine regio. l. 92.
Tenutarii Imperatoris. l. 42.
Terra & aqua ſignum regiæ poteſtatis. l. 50.
Teſmondi Regibus regis additur titulus. l. 47.
Thailand. ll. 366. 434.
Thaini regis. ll. 366.
Thanes quid. ll. 350. eorum bona. ll. 362.
Thane in Scotia. ll. 606.
Thaneland. ll. 351.
Wilhelmus Thirning primus Juſtitiarius. l. 46.
Tiara quid. l. 165. Perſarum. ib.
Tiberii ſucceſſores volunt dici Joves. l. 53.
Tiberius fugit nomen Domini. l. 57.
Tilzaisne de l' Egliſe. l. 75.
Titolati. ll. 202.
Tituli honorum quid ſint. l. horum diviſio in Eccleſiaſticos & ſeculares. ib. ſubdiviſio horum in ſupremos & ſubordinatos. ib.
Tituli Imperatorum augentur à provinciis. l. 65.
Tituli Imperatoris & Regis idem innuunt. l. 29.
Tituli ſubordinati Imperii quid. ll. 4. eorum recenſio ſummaria. ll. 5. ſqq.
Tituli ſubordinati Angliæ. ll. 332. ſqq. Bohemiæ. ll. 201. ſqq. Galliæ. ll. 211. ſqq. Hiberniæ. ll. 596. Hiſpaniæ. ll. 294. ſqq. Poloniæ. ll. 196. ſeqq. Scotiæ. ll. 603. Sveciæ ll. 189.
Tituli ſummorum Principum mere accidentales. l. 65.
Toletana inſignia. l. 37.
Toſche. ll. 606.
Tragædum quid. l. 167.
Trajani Numiſmatum inſcriptio. l. 42.
Tranquillus. l. 138.
Transmiſſio titulorum utriusque ſexus ex diſerta limitatione. ll. 654. aſſignatione. ll. 656. poſſeſſione territoriorum. ll. 657.

τοῦ καθ' ὅρος dicitur. S. Georgius. ll. 554.

Tropelophorus. ll. 555.

Tullipantus Sultanorum. l. 194. Sultanorum Græcorum. l. 195.

Tunetanus Rex non oſculatur Pauli. III. P. M. pedes ſed genua. l. 54.

Tura Sabæa. l. 89.

Turban. l. 103.

Turcarum titulus. l. 143.

Turcæ Imperatores ſuos appellare ſolebant Conſtantinos. l. 73. a uſurpant & Caliphæ nomen. l. 96.

Turris Babylonica cujus auctoritate extructa. l. 9.

Tyrconel Regis literæ patentes. l. 48.

Tzophe. l. 103.

V.

Valet. ll. 590.

Valvaſor unde derivetur. ll. 166.

Valvaſor in Regno Neapolitano. ll. 205.

Varonis titulus. ll. 313.

Venationis ſtudio jacta Imperii fundamenta. l. 14.

Venetia creat Equites S. Marci. ll. 206.

Venetiarum Dux dicitur Altezza. l. 136. Dei gratia. 127.

Veredelen. ll. 617.

Robertus de Vere creatur Marchio Dublinenſis & Dominus Hiberniæ. l. 65. pleniſſimas habet prærogativas ib. & ſqq. mox perdidit eum. l. 69.

Ælius Verus geſſit Cæſaris nomen indicans ſucceſſorem in Imperio. ll. 8.

Vice Comes in Anglia. ll. 515. Hibernia. ll. 600. Hiſpania. ll. 310. Scotia. ll. 604. ſqq.

Vice Comes feudalis in Francia. ll. 265. quando cœperit. ib. tria genera ll. 269. coronæ. ll. 269.

Vice Comitiſſa in Anglia. ll. 652.

Vidames. ll. 269. idem ac vice dominus. ib. origo. ll. 270.

Virgata quid. ll. 364.

Viſcounts. ll. 265.

Viſigothorum Rex ſucceſſores ſuos vult dici Atulphos. l. 72. b.

Vitellio nomen Cæſaris non aſſumit. ll. 66. b. Auguſti diſtulit. ib.

Vizcondes. ll. 310.

Ulſtriæ Comiti promittitur obedientia Regis Odo Orel. 47.

Ulu Cham Magnus Imperator. l. 91. Ulucchami Tartar. epiſtola ad Mauritium Imperator. Roman. l. 91. titulus communis Dei fortitudo. l. ib. omnium hominum Imperator. ib.

Unchamum quidam Presbyterum Johannem nominant. l. 89. 90.

Unchychad. ll. 340.

Unctio in coronatione. l. 147. uſitata vetuſtiſſimis temporibus. ib. Rabbinorum de ea unctione Judæorum traditio. l. 148. non olim Reges omnes in uncti. l. 150. quando in Imperio initium ſumpſerit. l. 151. ejus modus. ib.

Unctio Regum Galliæ. l. 152. Britanniæ Magnæ. l. 156. Scotiæ. l. 160. Hiſpaniæ. l. 161. Hungariæ. l. 162. Poloniæ. ib.

Unctio Sacerdotum, l. 148. quid denotet. ib.

Urſa minor. l. 12.

Utlagh. ll. 360.

Uxores ſummorum Principum iisdem cum eo titulis gaudent. l. 107. Angliæ attamen tempore quodam abſtinuerunt. l. 118.

W.

Wajewodæ titulis in Imperio ll. 155. in Moldavia. ll. 194. notat ibi Capitaneum. ll. 196. dicuntur Græcè βοίβοδοι; latinè Palatinus. ib.

Wajewoda in Polonia. ll. 196.

Walliæ Princeps. ll. 332.

Wapen-Brieſe. ll. 360.

Wehrhafft machen. ll. 182.

Weich Inſulæ Rex ſubditus. l. 47.

Welcki Kneſi. l. 37.

Weſt Saxones non patiuntur Reginam juxta Regem ſedere. l. 117.

Wielky Xiaize. ll. 104.

Wohlgebohren. ll. 619.

X.

Xariphi nomen in ſpecie dicitur de Principibus Teſſe & Marocco. l. 97. ſignificat nobilem, illuſtrem &c. ib. non denotat proximum hæredem in Caliphatu. l. 98.

Xer-

Xerxis legatus terram & aquam poſcens dejicitur in fontem. l. 12
Xiſuther ultimus Chaldæorum Rex antediluvianus. l. 6.

Y.

Your Honour. ll. 660.
Your Grace. ll. 660.

Z.

Zagazabo Imperator Æthiopum. l. 89.
Zamergan Maximus Hunnorum Princeps. l. 92.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google